Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXX
D
5
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AEMYLII PARISANI
R O M A N I
PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI
NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE
P A R S   A L T E R A
D E   D I A P H R A G M A T E
SINGVLARIS CERTAMINIS
L A P I S   L Y D I V S
AD IOANNEM RIOLANVM IVNIOREM
ANATOMICVM PARISIENSEM MEDICVM REGIVM.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

VENETIIS, Apud Marcum Antonium Brogiollum. MDCXXXV.
Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.

Digitized by Google



AEMYLII PARISANI
R O M A N I
PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI

NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE

P A R S A L T E R A.

Lapis Lydius

D E D I A P H R A G M A T E.

AD IO. RIOLANVM IVNIOREM

ANATOMICVM PARISIENSEM MEDICVM REGIVM.

DE SEMINIS A TOTO PROVENTV,

AC DE STIGMATIBVS.

AD MVNDINVM MVNDINIVM

MEDICVM VENETVM, ET SEQVACES.

Vbi obiter Vera Ariſtotelis Vita & Geſta,

DE CALIDO INNATO.

AD PRÆCLAROS ACADEMICOS PATAVINOS,

SALAM, CREMONINVM, CAIMVM, SANCTORIVM.

De Cordis & Sanguinis Motu.

AD GVILIELMVM HARVEIVM ANGLVM

ANATOMICVM LONDINENSEM MEDICVM REGIVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS. ET REVERENDISS. ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISSIMIS PRINCIPIBVS SABELLIIS

D. IVLIO S.R.E. CARDINALI. ARCHIEPISCOPO SALERNITANO. SACRI ROM. IMPERII COMPROTECTORI, &c.

D. FEDERICO DVCI PODII DONODEI. S. C. M. CONSILII INTIMI CONSILIARIO. MVRAL. TORMENTORVM, ET BELLICORVM INSTRVMENTORVM GENERALI, &c.

AC D. BERNARDINO PRINCIPI ALBANI, ET SACRI ROM. IMPERII. NECNON SANCTÆ ECCLESIÆ MARESCHALLO PERPETVO, &c.

DOMINIS. D. CLEMENTISSIMIS. F. P.

QVVM iam multis abhinc annis Diuum Ferdinandum Maximum & Inuictiſſimum Imperatorem omni nixu, cunctis neruis, viribuſque de Diuiniori Hominis parte, rationis, inquam, participi Anima conſeruanda conatum fore ſciuerim: quando actutum regnare & imperare ceperit, ac cum Imperio calculum ponere conſueuerit; vt ſic ingreſſus ſic exiret, ſic rediret tamquam rationem Deo redditurus Opt. Sanctus Imperator Chriſtianæ Religionis, Patriæ, Imperij, Regnorum, Principatuum, ſuis illis omnibus conſulens, exemplo, vitæ ſanctitate, moribus, precibus, hortationibus, ac paternis minis: Quibus demum ſpretis omnibus, (inuitus) flagello egit. Propterea ſuum in ſinum concuſſa fide confugit, ruenſque Imperium ſuper Imperatorem verè Diuinum, Sanctum, verè Maximum, Cui nullus Cęſarum æqualis: verè Optimum, Cui Cæſarum nemo par, ſimiliſue: verè Pium & Iuſtum in bellorum martyrio ſemper Imperatorem Vnicum: verè Solum cum furijs perpetuò bellantem Imperatorem, & germanam ob fidem Dei brachio Victorem Imperatorem ſemper. Vnde (mira & miracula iam tunc olim, vt iam num in Imperio, in Regnis, in Principatibus, in hominibus, vt quòd Inferi etiam portæ ſimul apertæ (& ſimul etiam fractæ omnes) non præualuerint, quoniam (iuxta illud) nunquam vidi Iuſtum à Deo derelictum.) iure ac merito maximo Illius Sancto Nomine & Maieſtate noſtram nobilium de Microcoſmica Subtilitate

Exercitationum animæ, inquam, corporis fabricam decoraturi, Eidem ſacrare inſtituimus: quia Cęſarum Cęſari Maximo animarum Conſeruatori Hominis fabricam animæ domicilium dedicare, vt omni merito oportuit, debuimus & voluimus.

Secundam hanc verò partem Nobilium de Microcoſmica Subtilitate Exercitationum,& Lydium lapidem eodem exemplo cui nam dicarem, niſi eiuſdem Romani Imperatoris Maximi Primati Chariſſimo,Romano Principi Maximo, Italiæ & Principum Decori, Eiuſdem Sanctæ Eccleſiæ & Imperatoriæ Nauis Gubernatori, Mareſchallo, ac exercituum Imperatori, Cuius luculentiori nomine, fama, dignitate, gloria, claritate clareſceret: Niſi, inquam, Vni Paulo Sabellio Męcenati Maximo (ſi quatuor ab hinc annis fera Venetijs diuturna graſſata peſtis, & poſt Illius Romæ permiſiſſent Parcæ) vndequaque perfecto & ſingulari Veſtro Fratri & Patri Eminentiſſimi & Excellentiſſimi Principes cui ſacrarem non habui, (alterum præter ſimilem Romanum Heroem Excellentiſſimum Ducem Federicum Fratrem) ſi Patriam, Proſapiam & Maieſtatem, necnon Illius dignitatum gradus, proprias ſublimes virtutes, heroica geſta, egregias actiones, atque ſublimia & inſignia merita ſpectem ac perpenderim. Iſtæc ſi omnia ad vulgarem, nedum ad ſubtilem trutinam duxerim, neſciam an alium tunc viuentium,& iam nunc æqualis ponderis reperierim: maximè ſanè mirum, ſed perinde verum, vt ad Critolai libram hæcce ducta cuiuſcunque omnia deprimant & obruant.

Quandoquidem Vrbs Patria Mundi caput & metropolis Imperatorum primùm Sedes, poſt Dei priuilegio Fidei & Chriſti Vicariorum Domicilium, & conſequenter per ſecula Sabelliorum, potiſſimum, inquam, ſex maximorum Pontificum Sedes & hemicyclus, ſat indicaſſe. Sub qua tot Sabelliorum Principatus, Ducatus, & Dominia ſunt & fuerunt iam inde ab Auentino & Albæ Regibus oriunda Inclyta Sabellia Proſapia iam nunc interrupta nunquam, in illis montibus & Sedem & Regiam, dominatum & principatum in Sabina & Latio, ac in eadem alma Roma Maieſtatem ſeruauit ſemper, vt apud antiquos modernoſque hiſtoricos,& ſcriptores videre eſt: Quemadmodum de ſublimibus Principibus & Dominis, eorumque trophæis ac heroicis geſtis innumeris liquet, quæ libros ſcribentibus relinquuntur, vt paucis dixerim & paucioribus agam.

Vnde nam,& qua Vrbis ex Proſapia,Vrbis per ſecula Dominatum Sex Summorum Pontificum obſeruabimus? Vt interim eorundem Sapientiam, Prudentiam, Charitatem, Maieſtatem, Venerationem, & Sanctitatem breuitatis gratia mittam. Quam antiquiſſimam Vrbis Domum tot faſcijs quot Sabellia Conſularibus, Trophæis & Imaginibus triumphalibus ornatam reperiemus? Ex qua Inclyta Vrbis Familia,ne Mundi dicam ſex Summos Pontifices, & triginta tres Eminentiſſimos Reuerendiſſimos Sanctæ Eccleſiæ Cardinales, vt in hac Celeberrima numerabimus? Quis Eorum encomia & laudes narret? Quis (ne ſingilatim lectionis tædio afficiam) in Vrbe tot,quot maximè excelſæ huius

Domus

Domus etiam iam inde ab Albæ Regibus Principum, Ducum, Conſulorum, Senatorum, Comitum, Baronorum, celebrium Dominorum, Herouum inſignium diuerſorum Pontificum, Imperatorum, Regum, &c. exercituum ſupremorum Generalium Præfectorum, Ducum trophæa, triumpha, mirabilia geſta & merita, inſignes ſplendores attinget, auguſtiſſimas glorias, (veſtra præter ſublimia Principes Eminentiſſimi, Veſtras præter præſentes Imperiales Dignitates enarret?) quibus Roma & Italia anguſtiſſimi fuere termini & fines, præter hæreditaria, dominatus, principatus, ſummorumque honorum adeptiones percurret? Ex qua & in qua præterquam in hac Vna vetuſtiſſima nobiliſſima Stirpe centum iam per luſtra vigens maxima Vrbis & Sanctæ Dei Eccleſiæ Dignitas & maximæ Proſapiæ fidelitatis ſignum ex Eminentiſſimorum Cardinalium Purpurato Senatu in Interregno armata cuſtodia & Mareſchallanatus, vt etiam iamnum reperitur? Quod nam in Vrbe Genus apud Sanctæ Eccleſiæ Principem Chriſtum, tot milites & Sanctos Duces, quos ſcimus, & hic in terris veneramur & colimus obtinet, de ijſque gloriatur, vt Excelſa, vt Glorioſiſſima Sabellia Familia, Aleſſios dico, Lucinas, Liberios, Gauinos, & alios multos glorioſos Cœleſtes Ciues, de quibus omnibus ſatius nobis, & nunc cum maximè, ſi modo de ipſis tacere audeamus.

Auſi tantummodo loqui de noſtri ſeculi Maximo Romano Principe Paulo Veſtro Fratre & Patre tanto nomine, tanta gloria ac celeberrima fama digniſſimo, quanta nondum alius. Quando vndeuigeſimum vix annum agens non minus in literis, quàm in armis ſplendens, conſilio optimus, manuque promptiſſimus, immortalitatis maximè ſtudioſus ſuos immitatus ac emulatus maiores Heroes, necnon ſibi proximum Paulum Auum (qui iuuenis pro Patria ſub Vrbano V. Pontif. Max. militatus, equitatus & peditatus magnus Dux Caroli Neapolis Regis, necnon Ioannis Galeatij Mediolani Ducis glorioſus vixit; & tandem Veneti exercitus Generalis mortuus, illius Sereniſſimi Senatus decreto equeſtrum & triumphalem ſtatuam meruit digniſſimo cum ſuarum actionum Elogio, in quo & fortis dicitur, & prudens nuncupatur, Antiquiſque Scipionibus aſſimilatur, quemadmodum illius ſeculi celebres Scriptores Verum & Illuſtriſſimum Ducem, atque Hominem antiquæ Virtutis, & Romanæ Nobilitatis præclariſſimum appellarunt) perinde iuuenis inquam, nepos Heros adeò in hiſtorijs & ſcientijs, mathematicis potiſſimum, in equeſtribuſque diſciplinis inſigni homini & magnæ proli congruentibus verſatus extitit, & omnibus viſus eſt; vt maximè Sapiens Pontifex Clemens VIII. ſuis cum intimioribus dicere ſoluerit, inter Barones & Romanos Principes Paulo Sabellio nec digniorum, nec honorabiliorem fore. Cui Pontificis opinioni quum glorioſè reſponderet, poſtquam ſic iuuenis in Germaniæ prælijs & bellis belim Romanum ſpecimen ſtrenuorum militum Dux vulgo Venturerius de ſe præbuerit, Pontifex ille Maximus Clemens Paulum tunc alterum & vigeſimum vix agentem annum in Vngariam nouum veluti Scipionem, trium millium militum Tribunum & Ducem, Præfectumque tertiæ partis Eccleſiaſtici Exercitus miſit. In quo mu-

nere

nere & onere adeò ſtrenuè, prudenter & heroicè ſe geſſit: ita magnanimum, Sapientem, atque peritum in re bellica, & ſtatus ſe ſe præbuit, vt ſibi facile fuerit à cunctis vltro Romanæ Nobilitatis caput agnoſci: quemadmodum ab omnibus Italici Exercitus verè Principem obſeruari & coli. Quam ob rem & Imperatoris, & Sereniſſimi Maximi Ferdinandi tunc Auſtriæ Archiducis gratiam, & omnium tunc Principum militantium amorem conſequutus eſt. Hinc Heroicorum facinorum citra Alpes Ioannis Baptiſtæ Sabellij Pauli III. Pontificis Max. contra Hæreticos & Turcas militatus & equitatus Generalis Præfecti memoria, ſumma cum maximi Sabellij nominis laude, & gloria. Sicuti non cum minoribus ex Inclyto Duce Paulo in ſeuiſſimo aduerſus Tracem bello: quippe in prælio, aggreſſu, regreſſu, agnoſcendis exercitibus, eorumque & arcium poſitionibus, atque arduis quibuſque & perquam magnis militiæ præſtandis muneribus ita bellicoſiſſimè ſe geſſit & præſtitit, vt in agendo & fortiter dimicando ſtrenuiſſimus miles, in conſilio & imperio optimus prudentiſſimus Dux ab omnibus habitus, agnitus, atque celebratus ſit.

Eapropter confecto Vngariæ bello Paulus meritis onuſtus, ſplendoribus fulgens, pluribus titulis, plurimis honoribus glorioſus in Italiam Romamque reuerſus illico à Paulo V. Pont. Max. ſui Pontificatus initio ſpecioſo munere, maximaque dignitate affectus eſt; inſignitus Generalis armium Præfecturæ gradu & decore Ducatus Ferrariæ, Bononiæ, necnon totius prouinciæ Æmiliæ ſuprema cum authoritate, quia etiam ſuprema poteſtate in maiorem militiam, atque vlterius in exteram militiam.

Quod poſtquam magnum onus ſuſtinuerit, pulcherrimumque munus tres per annos maxima præſtantia præſtiterit, ſumma inſuper ſapientia, atque peritia Ferrariæ Arcem & Caſtellum inſtituit & orſus eſt ad ſempiternam ſui glorioſi nominis & famæ gloriam.

Hiſce per triennium, inquam, omnibus refertus, Supremi nimirum Pontificis & Populorum amore, honore, gloria, & ſummæ præſtantiæ poteſtate id maximi oneris & muneris armium Præfecturam Tibi Excellentiſſimo Federico Fratri Digniſſimo à Summo Pontifice commiſſam concedens, Romam ventus vtpote omnium digniſſimus ab eodem Sancto Pontifice ſumma armium dignitate donatur, & Exercitus totius Eccleſiaſtici Status Præfectus fit: quoniam in virtutum probitatis, integritatis, fortitudinis & magnanimitatis mare, honoris vnda dignitatis vndam & trahit & pellit ad Littum, finem, ſummam gloriam.

Quod egregium munus, quamque ſupremam dignitatem conſequutus duodecim per annos obtinuit retinuitque abſoluta atque inſolita authoritate. Sicque ipſe maximè dignus Præfectus in militię imperio, in cuſtodiendis, conſulendis Confinijs, atque Arcibus prouidendis conſeruandis habitus & ab omnibus agnitus, obſeruatus & excultus abſque inuidia glorioſus Marcellum militiæ patrem emulatus, benigniſſimus militiæ Præfectus, & militaris licentiæ ſeuerus Dux extitit.

Quem propterea Sanctus Pontifex Paulus V. & publicè & priuatim ſummopere

pere

pere laudabat, modeſtum & ſapientem vocabat, ſeque tutè dormire in magnis negotijs & oneribus Paulo Sabellio creditis illius ob vigilantiam, valorem, & prudentiam. Vlteriuſque teſtificans eumdem optimè meritum fore cum de Præfectura, tum in muneribus Sanctæ Eccleſiæ ſibi impoſitis.

Quod proinde & ſubinde Sapiens Sanctus Pontifex id exemplo nondum audito teſtificatus, voluit, vt iſdem quadratus Princeps in ſuo & pro ſui totius Pontificatus tempore ea maxima militiæ totius Eccleſiaſtici Status dignitate Præfectura vteretur frueretur, tametſi Inuictiſſimi Diui Ferdinandi Imperatoris Apoſtolicam apud Sedem Orator inſtitutus ac creatus fuerit: Quamuiſque ipſemet ſæpe ſæpius vt grauiori Oratoris muneri melius ac facilius nauaret omni modeſto nixu orauit exoraturus, vt à militari Præfectura liberaretur: Quod ſua ob merita propterque ſuas virtutes: & quia ſic expediebat, obtinere nequiuit. Quæ non Summi Pontificis tantummodo affectus, & erga ipſum amor pariebant, ſed iure ac merito ius meriti: Quod ad maiores dignitates & gradus, ad excelſiora & maxima extollebat, atque ad incompatibilia munera & onera conſeruabat & retinebat.

Propterea à Sancti Pontificis obitu in Interregno vniuerſum ſacrum ſupremum Eminentiſſimorum Cardinalium Collegium publicis atteſtationibus ſingularium laudium & encomiorum eidem confirmauit, ratamque fecit ſupremam dictam Generalis totius Eccleſiaſtici Status militiæ Præfecturam, quamquam non ordinarij meritus competitores extiterint.

Quod munus continuò etiam ſub felicis memoriæ Gregorij XV. tempore præſtitit, quando & donec Tu Excellentiſſime Dux Federice eius Frater depoſita Ferrariæ, Bononiæ, & Æmiliæ militiæ Præfectura Romam petijſti, & à Pauli manibus optimè geſtum militiæ ſceptrum accepiſti: Quodque & ſub Max. Pont. Vrbano VIII. ipſum immitatus & æmulatus glorioſè geſſiſti.

Petri Nauis diu ducta & optimè ac ſanctè per ſecula gubernata, vt annuimus à Sex Summis Sanctis Pontificibus, necnon à triginta tribus æque religioſis & perinde ſapientibus ac prudentioribus Eminentiſſimis Cardinalibus Sabellijs: quorum ex ſplendore ac luce, virtutibus & meritis: atque alijs inſignibus & inclytis Principibus optimè de ea merentibus, non potuit alijs ab hiſce valoris & fidei ſpectabilioribus alius nobiliſſimæ & eminentiſſimæ Proſapiæ verę tutelæ, patrocinio, & cuſtodiæ ſe dedidiſſe, vt olim & iam multis ab hinc ætatibus Eminentiſſimorum Purpuratorum Patrum Senatus ſtatuit, & hactenus ratum facit, in Interregno potiſſimum & quando in Conclaui pro noui Pontificis electione omnes Eminentiſſimi Reuerendiſſimi Cardinales ſponte ſua clauduntur & morantur.

Quod patrocinium, quam dignitatem, & prærogatiuam inquam iam centum abhinc luſtris Nobiliſſima Veſtra Stirps retinet, & Tu Excellentiſſime Bernardine conſeruas poſt Patrem. Cuius ob poteſtatem, dignitatem, celebre luculentum nomen apud Summos præſentes Monarchas maxima in gratia fuit: eapropter & inſignioribus & ſtrenuis ex geſtis præclara apud ipſos iniuit, ac ſpecioſas

ccioſas

cioſas gratias obtinuit. Quemadmodum Inſignes Veſtri Maiores ſuas ſingulares ob actiones ab antiquis Monarchis vel ab Octone Primo Imperatore meritò titulos digniſſimos & munera perquam æſtimabilia obtinuere & retinuere, (Vos conſeruatis) necnon ab Inuictiſſimo Carolo V. egregiæ maximæque gratiæ Auſtriaca ex generoſitate perquam dignæ & Veſtræ Proſapiæ meritæ & debitæ relatæ ſunt.

Ferdinandi actutum electi Cæſaris, electus vt Eminentiſſimus omnium Paulus ad Apoſtolorum Sedem in Pauli V. Pontificatu Extraordinarius Orator, eo Vrbis nobiliſſimo ſpectaculo, eo ditiſſimo ſupremo ac ſolemni apparatu, vt nunquam ſimilis prius viſus fuerit: ea Principum pompa, Baronatus ſplendore, concurſu omnium nobilium ordinum, & Ciuium inceſſu, ſpecie, atque ea dignitate, vt vlterius in Patria, in Vrbe non poſſit: vt ſimili digniſſimo Triumpho, nedum maiori non relinquatur locus, meritas eius inſignes ob glorias, laudum encomia, ac Trophæa, vt nec conſimili maximo totius Vrbis applauſui: Necnon ob meritò reſpondentia maximæ ſpecialis prærogatiuæ affectus & generoſitatis ſigna paternæ Sancti Pontificis præcipuæ dilectionis in maximè ſimili occaſione excedentia & eminentia: quoniam ſic par erat, ratio, virtus, tempus, dignitas, merita requirebant atque extorquebant.

Propterea quòd in digniſſimo honor honorem & maiorem dignitatem acerſit & trahit: Vnde ſimulatque & vix Extraordinarius Orator factus, ordinarius confirmatur. Quod maximum munus, & pergrane onus tribus ſub Pontificibus heroice ſuſtinuit, & dum vixit geſſit totius Aulæ, Vtriuſque, inquam, magno cum applauſu, necnon maiori ſua cum laude ac gloria, & conſequenter ijs ſatisfactione, comitate, & obſequio, teſtantibus & demonſtrantibus epiſtolis à Summis Pontificibus, necnon ab Inuictiſſimo Ferdinando Imperatore.

Inter Quos mutuam coinuctionem & neceſſitudinem, continuationem, atque conſenſionem adeò bellè & feliciter ſeruauit & conſeruauit duo inter hæc magna vniuerſi luminaria, inter Eccleſiaſticum & Imperiale Forum, vt nihil vnquam optabilius. Digna ſanè munera, perquam maximè profectò opera vnius Pauli alterius Monarchæ magni militiarum Præfecti: alterius ſimul & ſemel magni Oratoris. Hinc Iuſtitia & Pax ſemper mutuò amplexatæ & oſculatæ ſunt medio Paulo Vtriuſque, & ab Vtroque Electionis Vaſe. Quod vtrinque & Vtrique ſumma ſapientia & prudentia apprimè offitioſum & gratioſum in propaganda fide, in maximis inſeruire & præſto eſſe potuit, vt exitus acta probauit.

Quandoquidem Paulus æque armatus, ac togatus valebat: perinde in bello & exercitibus magnus Dux & Præfectus emicabat, dimicabat, ſuperabat; ac in pace pacis & concordiæ officia præſtabat: quia æque ſtrenuus Dux & Præfectus, ac magnus Conſiliarius & Orator. Proinde dum ſermonis ſuauitate perſuadebat vi cogebat, vt gloriari potuerit linguę gladio pertinaciora corda ferire; ſicuti aureis eloquentię cathenis obſtinatiores animos ſe deuiciſſe. Vt eloquentia & prudentia plurimum valens & voce & calamo plurima impetrat,

maxima

ma mœſtitia de morte mœret, de maxima publica iactura lamentatur, de mortis triumpho ſupremo gaudio lętatur: Vti Eccleſia & Summus Pontifex exultant, Imperium & Imperator triumphum agunt. Sicuti Romani Principes omnes, omnes Romani Heroes: Quique Nobilis Ordo in Capitolium cum Triumphante Victori perquam inſigni laurea vehuntur: Quemadmodum Vrbs veris tropheis ornata, iuſtis triumphis ditata. Vtque Vniuerſus Populus in omnium ſimul de morte gemitu mœrens cum Victori maxima inſignito Laurea triumphat, Ipſumque in Capitolium triumphali funebri curru imperatoria pompa ſummopere exultans vehit, ac portat.

Hinc mętitia & lętitia, luctus & gaudium glorioſa extant. Hinc demum in Inclyto Principe Paulo diſtincta mutua confuſio inter gloriam & mortem, exequias & triumphum veri Herois obſeruata eſt.

Quocirca merito maximo ſummoque iure Inſigno Romano Heroi Paulo Sabellio noſtros hoſce libros ſacraueramus inde vt ſplenderent; Sed poſtquam dira peſtis tunc Venetijs graſſata, poſtquamue inuida eius Parca paſſæ nō ſunt, Eminētiſſimæ Proſapię, Vobis Eminentiſs. atque Excellentiſs. Principibus Fratribus & Filio, eodem ſummo iure ac meritò, eademque aura dedicamus conſacramuſque ceu Vrbis Vnico Trino omnibus numeris abſoluto: vti, Imperatoris, Vrbis, Proſapiæ: Fratribus & filio maximis Principibus Sanctæ Eccleſiæ Diuoque Ferdinando Monarchæ Addictiſſimis: D. Iulio Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo S.E. Cardinali Imperij Comprotectori: Excellentiſſimo D. Federico S. Eccleſiæ Præfecto Imperatoris Oratori: & Excellētiſſimo D. Bernardino S.E. Mareſchallo, Imperij Principi; Vt ſimile Trinum vndequaque perfectum tribus maximis hiſce S. Eccleſiæ & Imperialibus Dignitatibus, præterquam Inclyta in Proſapia nūc ſimul & ſemel, nec in Vrbe, nec Orbe reperire ſit: Quodque iam num forſam inauditū: in poſterum forſitam haud intelligendū: Et deinceps nec Veſtrum Eminentiſſimi & Excellentiſſimi Principes Trini Veſtri iſtius, nedum ſinguli Cuiuſque ſeorſim heroica geſta, merita, dignitates, laudes, virtutes, glorias ſatis longo panegyrico, & enchiridio recenſere & conſequi poſſe rear, tantum abeſt dedicatoria epiſtola, etſi raptim, ac ſuperficie tenus ſingula comprehendere coner; vt vno potius, ſatius, ac rectius verbo fore, immo nullo, ſilentio dumtaxat nimirum, quàm dicendorum minimam partem primoribus vix labris attingere voluiſſe ſat ſciam.

Enimuerò Excellentiſſime Heros Federice (miſſis Eminētiſſimi Cardinalis Fratris meritis præſtitiſque magnis ſumma ſua cū integritatis laude & valore muneribus binis tantummodo vix memoratis, quum Epiſcopus Anconitanus, Nuncius in Gallia Ciſalpina, Legatus Bononiæ, &c. Excellentiſſimi D. Bernardini, vnico miro, ꝙ etiam teneræ ætatis ab vniuerſo Sacro Cardinalium Collegio S. Eccleſiæ in Pauli V. Pontificis Max. Interregno armium Præfectus ellectus, &c.) Quid maximi de Te non dicerem, huius ſi temporis & loci eſſet? Quippe qui Excelſiſſima ex Sabellia Proſapia glorioſos Heroes imitatus itidem iuuenis in Caniſij Bello ſtrenuus liberæ militię Dux magnis ſumptibus & ſummo ſplēdore Turcā aggreſſus fueris. Quòd inſignia ob merita Armiū Præfecturam Ducatus Ferrariæ etiam belli tempore conſequutus, multos per annos ſummis laudibus geſſeris, &c. Quod exorditam inibi ab Excellentiſs. Fratre Paulo miram Arcem ſumma cum Pauli V. P.M. ac peritorum omnium admiratione, magna cum laude & gloria tuopte ingenio & peritia perfeceris. Quòd inibi Præfectus vnius alteriuſue diei ſpatio magnis collectis equitum & militum copijs Magno Principi armato, impedimento fueris, &c. Quod deinde Sanctæ Eccleſiæ Armium Præfectus extiteris, &

præterea in Interregni tempore illico & permutatis equis pluries à Sacro Cardinalium Collegio magna propter negotia Ferrariam miſſus vtpote ex Sabellia Proſapia fidelis, prudens, ſtrenuus, ac generoſus Heros. Quòd paulopoſt S. Eccl. Præfectus à P. M. Vrbano tribus cum millitum millibus iterum Ferrariam miſſus: arduiſque ſuperatis permittente eodem S.P. ad Inuictiſſimum Ferdinandum Te contuliſti. Quòd Aulæ Cęſareæ à Cubiculis factus. Quòd magnus militum Dux Tribunus ellectus. Quòd iam trium millium militum Dux diuerſis in locis imperaueris, necnon alibi & aliàs Telli, & Valdeſtain imperantibus: à quibus, à Valdeſtain primò, à Telli poſtea pluribus nominibus & iuſtis de cauſis diffidere & meritò recedere ſponte coactus fuiſti propria Sabellia ex generoſitate ac fidelitate, & merita erga Cęſaream S. Maieſtatem, vt manifeſtò conſtat & fides ex ratione teſtatur, Sacra Cęſarea Maieſtate, & Belli Cõſilio ob id conſulto inito probantibus. Quæ Sabellia Heroica donec à magno Conſilio expendebantur & iudicabantur non otioſus in Aula; ſed vtpote maximè meritus, fidelis, ſtrenuus & prudens Princeps ad reuiſenda & prouidenda Pannoniæ arma & arces Cęſaris iuſſu te contuliſti, &c. Quòd à S.C.M. Conſiliarius & vlterius Intimi Conſilij Status creatus fueris. Quòd Prouincijs Gubernator delegatus aduerſus Daniæ Regem contra Cęſarem bellantem, qui cum non ſemel prælium commiſiſti & decertaſti, &c. Quòd poſtea in aduenientem Suetiæ Regem militum & equitum copijs miſſus fueris, &c. Quòd à S.C.M. ad Magnum Hetruriæ Ducem Legatus fueris, prioribus ſemper bellicis ſeruatis oneribus muneribus ac dignitatibus. Quòd ſemel ac iterum ad Vrbanum Pont. Max. extraordinarius Orator fueris, & poſt Excellentiſſimi Principis Albani Fratris obitum ordinarij munus exercueris, donec à S.C.M. in Germaniam reuocatus fuiſti ad maiora ſemper & Sabellio Heroe digna: quoniam eximias virtutes & ſingularia merita, paria & ſuprema ſequuntur pręmia, vt Auguſtiſſimi Imperatorum Imperatoris gratiæ eſt, & Tu promereris Heros ampliſſime. Quòd Regni Bohemiæ Commiſſarius Generalis. Quod Cęſareæ Maieſtatis muralium tormentorũ & bellicorum inſtrumentorum Præfectus Generalis ſis. Quòd à Conſilio Status, Teſ. æ Gubernator ellectus fueris. Quod Pannoniæ & Bohemiæ Regiæ Maieſtati intimus Conſiliarius perpetuò adſis & præſto ſis, decretum eſt, reliquis ſeruatis & permanentibus oneribus, muneribus, & ſupremis dignitatibus. Maxima Teſtimonia ſtrenuitatis, peritiæ, ſapientiæ, prudentiæ, generoſitatis, fidentiæ, & fidelitatis Tuæ, & Sabelliæ Domus. Quibus generatim & raptim tactis, cetera plurima ſpeciatim miſſa fiant: quoniam non huius, inquam, loci, nec temporis ſunt: minimè huius calami, cui (in magnis) voluiſſe ſatis.

Quando præterea nemo neſciat Veſtra propè diuina facta & dicta in clariſſima Mundi luce verſari & ipſamet loqui: Propterea ſat ſuperque mihi meos hoſce libros meæ obſeruantiæ ſigno Veſtra Nomina in fronte præſeferre, eorum vt magis luce luceant, & aduerſus ſerpentes ſibi Palladis ſint Scutum.

Valete Principes Vrbis Eminentiſſimi, & Monarcharum Ornamenta, & quòd Veſtrum maxima & eximia encomia verbis exprimere & enarrare non poſſumus æqui boni conſulite. Iterum valete Vrbis Decus.

Venetijs 1635.

Eminentiſs. Reuerendiſs. Illuſtriſs. & Excellentiſſimarum D.D. V.V.

Deuinctiſſimus

Æmylius Pariſanus.

Digitized by Google

ÆMYLII PARISANI
ROMANI
PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI
PAR ET SANIVS ELOQVIVM
SCRIBENDI CAVSA.

PARIDI PARISANO FILIO PHILOS. ATQVE I. V. DOCTORI.

COGITANTI iam mihi & animo mecummet volutanti Fili cariſſime, quid nam olim eſſem, ac vnde quondam ortum & primum initium duxerim: Ecce tibi obuiam ſeſe offert moroſa mentis agitatio, quòd nihil omnino fuerim, & in nihilo, atque ex nihilo abiſſo ſurrexerim, qua calamitoſior non datur meditatio: quando nihilo infimius, vilius, abiectius excogitari poſſit nihil. Ceterùm vt nihilo totum, & omne opponitur; ſic è veſtigio (quæ Dei eſt Benignitas) permoleſtæ nihili recordationi, anterius & vltra temporis terminos, atque cancellos ſpeculanti, alius oppoſitus eſſent a ſe ſe promit abiſſus, gratiſſima commentatio præſto eſt: Quòd ab æterno rerum Mundi omnium Epilogus & microcoſmus extiterim. Quòd ab æterno in Archetypo, in Dei Idæa, in Dei intimis & ſecretis fuerim. Quòd ab æterno de me Deus cogitauerit, innumeris beneficijs, & gratijs me afficere ſtatuerit, immo affecerit. Tandem de me bona (Ipſe demùm ſaxit) præſentia viderit. O Bone Deus, Benigniſſime Deus, Summè Optime Deus, quæ dixerim an bene intelligo? An ſic Deo volente? Quis hæc Dei ſecreta penetrabit, quòd ante Mundi conſtitutionem Soter me voluerit, me ellegerit? Cur hæc mihi? Nec tota Angelorum familia ſciet: Niſi quia Deo Benedicto ſic placuit, vt Propheta, quum ait, [a] ſaluum me fecit, quia voluit me: [b] & miſericordia eius præueniet me. [c] Et miſericordia eius ſubſequitur me. a Pſ.17. b Pſ.58. c Pſ.22.

Creauit propter me hunc Mundum. in Patria omni cum gaudio Cælum: in hoc itinere & peregrinatione Mundanam machinam, hancque longam vitam ad veram & æternam apiſcendam Vitam, longum vt iter abſoluere valeam, conceſſit.

Quotannis, quotidie, in dies, in horas totum per vitæ curriculum mihi proſpexit,

affluenter conſuluit : omnia in eſcam, in potum, in indumentum dedit: omnia obedire mandauit .

Cælum & Sydera, creata conſeruare voluit, atque nobiſcum, & cum animantibus procreare iuſſit . Ignem pariter ſimul agere intus & extra vitam ſeruare, ceteriſque cum elementis cuncta conſtituere, mixta, animalia ſuſtinere, tueri, alere; augere; Plantas, Aues, Piſces, ceteraque terreſtria bruta, quibus abundè prouiſum eſt, in Hominis gratiam mandauit .

Quòd ſi alijs alas addidit, vniuerſi pulchri ordinis & perfictionis gratia ſtatuit: alijs pedum velocitatem ad fugam & ſalutem aliorum voracium reſpectu indidit : Hominis etiam cauſa ad delicias & voluptatem voluit: quãdo hæc ad inuenienda & capienda ſalaces & venaticos canes: illas ad prehendendas accipitres dono dedit .

Hinc tot Auium cantus, cantilenæque domi, foriſque ad vnius hominis auditum delectandum eduntur. Illinc innumeri colores metallorum, lapidum, plantarum, brutorumque ad vnius Hominis congregandum, recreandumque viſum, fluunt . Hinc, iſtinc infiniti plantarum, florum , fructuum odores ad vnius Hominis reficiendum odoratum emanant . Hinc inde ſexcenti ſapores ex plantis, floribus, fructibus, ſeminibus, piſcium, auium, ceterorumque brutorum carnibus, ouis, lactibus vnius ad Hominis reficiendum guſtum, emergunt . Hinc demum non ſolùm ad nobiliores dictos ſenſus Auditum & Aſpectum; ſed ad præcipuè præcipuum Tactum ſummopere delectandum, adque ſui conſeruationem ſummos amores , ſingulares delicias, fęminam vxorem curarum requiem & voluptatem conceſſerit. Cuius hominis gratia dicta omnia alimentum ſubminiſtrantia: terra, aqua, aere conſeruantibus, alterantibuſque Igne, itidem Sole & Aſtris calore fouentibus & ſeruantibus procreantur, augentur, Hominique perficiuntur. Vt vnus Homo Cęlum & omnia videat, ſentiat, & cognoſcat, omnibus vtatur fruatur, omnium Dominus & Imperator ſit .

Magnum ſiquidem Imperium & maximi faciendum ex Donantis parte: ex vero, & alterius reſpectu non item æſtimandum . Quippe Peregrinantis, & perquàm ocyſſimè tranſeuntis eius poſſeſſio eſt . Et florens hic Mundus inanis ſpongia, & omnis eius concupiſcentia felle & aloe amarior eſt, Sapiens dicebat .

At quòd Deus ab æterno de me cogitauerit, in eius Archetypo collocatus fuerim . Quod mihi Cęleſte Regnum parauerit . Hæredem conſtituerit . Filium declarauerit, omnem admirationem, omnem creatum captum ſuperat . Quid? Eius theſauros quia non attingimus, ſilentio veneremur .

Poſtea animam creans in temporum plenitudine in quibus gratiæ pluunt, me procreari & naſci, non abortum, ſed in lucem ortum ac auctum, ſacro baptiſmate renatum per gratiæ adoptionem voluerit, maximum priuilegium eſt .

Illicò mihi Angelũ meis in omnibus vijs cuſtodẽ & ducẽ cõſtituerit; hæcque optimo in tẽpore, quãdo nõ Naturæ lex tãtũmodò, aut quũ in figuris poſita omnia; ſed vigente & dominãte clariori Religione, ac Chriſtiana fide abſoluẽte. Nõ in Mũdi finibus: nõ barbaras inter nationes: nõ inter Turcas, Saracenos, Gẽtiles, Hebræos (quorũ lex nõ abſoluebat, quippe periuros, adulteros, ſabatũ violãtes, ſceleratos ac impios dãnabat) Hæreticos, Sciſmaticos; Sed in Mundi morum, virtutum, Religionis viridario naſci,

edu-

educari, literiſ,moribus, virtutibuſque ornari ſtatuit: Bona præſtet omnia,nec pedem ſolummodò, brachium, oculum, linguam mouet, vtque mouere, ſentire queam, iuuat; ſed cogitationes, diuinoſque inſtinctus & afflatus ſubminiſtrat.

Amplius quòd millies ceciderim, & ſexcenties Diuinam (ego vermis) Maieſtatem leſerim, totidem diuino auxilio ſurrexerim, & (proh Deus) meæ conuerſionis magna in Cęlis gaudia ſint? Proh Sancte Deus,vnde hoc, quòd Deus meus ad me, quòd ſemper mecum? quòd Deo in amoribus ſim? in Cęlum me deſideret,velit,& quaſi violenter me ſolutæ voluntatis reſiſtentem rapiat, infinitæ incomprehenſibilis miſericordiæ eſt. Et quod ab æterno mea innumera errata viderit,& ferre voluerit, & fortaſſe in poſterum volet (vtinam) iuxta oblata & promiſſa, Non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties: quia proprium illius eſt miſereri & parcere,dummodo redeam: quoniam ſuam Omnipotentiam maximè parcendo & miſerando manifeſtat,& quos reſpicit ſaluos facit. Propterea nunc non manna vt Hebræos,ſed Angelorum Pane cibat nos. Ad quodque Vitæ Lignum mihi peccanti redditum,non Cherubinus impedimento eſt,quin reuertar,vt Ada, ſed cuſtos, dux Angelus in Sanctæ Eccleſiæ Paradiſo,& à dicto Angelorum Domino,ligno quinetiam vitæ,vocor promiſſis æterni Regni, æternæque vitæ præmijs. Ita etiam (ſua infinita Pietas faxit precor) media ſindereſi, afflatu, cuſtodi Angelo,Sacerdote, Confeſſore, Concionatore ſuſtinentibus, adiuuantibus, eleuantibus, tuentibus, gubernantibus,clamantibus, vociferantibus nos quaſi violenter rapit ac trahit.

Proinde in terris nobiſcum manere & habitare peroptat: in ſe Ipſum tranſmutari nos hortatur. Se Ipſum, ſuamque Diuinam Carnem,& Pretioſiſſimum Sanguinem in potum & eſcam reliquit,& quandocunque lubet ſe ſe libentiſſimè offert ac præbet,nobiſque Eo fruentibus & veſcentibus ingenti ardentique amore (quaſi debeat) æternam vitam,& maxima incomprehenſibilia Se donaturum pollicetur ardentiſſimo intenſiſſimoque ex ſuo erga nos amore: interimque poteſtatem nobis Pretioſiſſimo ſuo Sanguine redemptis,& ſacro Baptiſmatè renatis Filios Dei fieri voluit.

Deus Optime quid eſt Homo,quòd memor es eius? Quid minuiſti eũ paulò minus ab Dauid Pſal.8.
Angelis? Quid Angelis mãdaſti vt eũ cuſtodiant? Quid omnia ſubieciſti ſub pedibus
eius? Quid ei (vno verbo) tãdem Tuã Deitatẽ largitus es? Et præterea promiſiſti,In- Pſal.31.
tellectũ tibi dabo & inſtruã te in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos.

Domine Deus noſter,quàm admirabile eſt Nomen Tuum in vniuerſa terra?

Nonne Benigniſſime Domine ſi eſſe tantũmodò mihi præbuiſſes, lapidem adamantem, rubinum, ſmaragdum Tua mera Benignitate creaſſes, procrearive voluiſſes,infinitas gratias (lapis) eo,quo poſſem modo præſtita & donata luce, ac ſplendore perpetuò haberem? Quid ſi vlterius ſic ſubinde per Te daretur humilimè prout decet, & poſſem talis, precibus humilimis Tecum agerem (quæ Tua eſt Benignitas) me cum plantis vegetare mihi donaſſes, & vel in Roſam, Iacintum, Carriophilum me lapidem vertiſſes: O Deus Optime quas maximas tibi gratias dicerem? ſemper odores funderem: Quod inſuper Tua ſi Diuina Clementia fiſus denuò precatus eſſem & ſciuiſſes Te exoraſſem, vt flos cum brutis ſentire, ſiue me vermem feciſſes, Cicadam,Filomelam, ò quàm perpetuo cantu, laudibus gratias Tibi agerem?

ò quam ex corde cantu, perpetuiſque cantilenis euiſcerari peroptarem? Aſt ineffabili Tua Bonitate non lapidem, non plantam, non brutum; ſed creare & procreari me hominem maluiſti Tibi Ipſi ſimilem: non ex Turcis, Hebræis, hæreticis: non Scytham, ſed Italum Romanum Chriſtianum, tuum in gratia Epilogum & hiſce præditum priuilegijs Microcoſmum voluiſti.

Quæ mihi iam nunc perquam maxima; Sed melius conſulto parua nimis certo: immo quid minimum, quinimo minimi minimum Dei Opt. Max. Amori manifeſtè conſtringo & experior; Si quòd Deus meus è Cælo d ſcēderit, vt ipſe in Cælum aſcenderem. Quòd hominis filius ſit, vt Dei filius fiam. Incomprehenſibilis loco comprehendi voluerit, vt inter Angelos locatus ſim. Quòd firmitas infirmata ſit, vt nos confirmaret. Immortale mortale euaſerit, nos vt immortales redderet. Angelorum Panis eſuriuit, nos vt ſe ſatiaret. Æternus fons ſitierit, nos vt ſui amore inebriaret. Laboris expers laborauit, nos vt perpetuò quieſceremus. Innocentia pœnas luerit, nos vt liberi æterna gloria frueremur. Quid multa? Deus Homo factus eſt, vt Homo Deus fieret. Quando, inquam, id mihi certum, ſed vix intelligibile mente voluo; quòd Deus meus ſalutis & meæ vitæ gratia apertis & diſruptis Cælis ſe Ipſum rebellium iam hominum impijſſimæ voluntati, crudeliſſimæ, immaniſſimæque morti dederit deuoueritque. Qui amor Homini, & creaturæ, ac etiam Lucifero omnino penituſque imperceptibilis: Quē ante ſæcula promiſit, ſuoſque per Prophetas (præter Sibyllas) apertiſſimè pronunciauit, & reapſe in tempore præſtitit incomprehenſi-
S.Matt. 26. biliſſimo incomprehenſibiliorem: quique ex Apoſtolorū Actis, Euangeliſtarū Euange-
S.Matt. 14. lijs, Martyrum cruciatibus, & innumerorum Sanctorum confeſſione, miraculis, ſan-
guine, morte patet; Vt non ſolùm Quem totus non capit Orbis & Cælum, atque Vni-
S. Luc. 22. uerſum eius ſedes, noſtra pro ſalute Virginis Vterum Ipſe non horruit. In ſtabulo na-
S.Io.18. ſci, nec bouis & aſini halitu excalfieri: neue in iumentorum ex ſtramine & ſtipulis
lecto poni, iacere & quieſcere: neue paulò poſt fuga in Ægyptum conijci dedignatus eſt, quemadmodum aliàs ne præcipitaretur, aliàs ne lapidaretur abſcondit ſe.

Innumera poſt miracula, præſtita beneficia, ingentes labores, animi triſtitiam, in
Pſal.17. agonia (Euangeliſtarum præter relationes, Circumdederunt, Pſalmiſta inquit, me dolores mortis & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores Inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis) in terram caſum, ſanguinis ſudorem paſſus eſt. A diſcipulo perditionis filio etiam admonito, pedibus loto ac propria carne & pretioſiſſimo ſanguine alto & redempto traditus, venditus, oſculatus: à Lictoribus & Satellitibus vinctus, ad Tribunalia ductus, à ſceleſtibus Iudicibus hinc inde ſpretus & deſpectus, atque ipſa Innocentia & Bonitas condemnata eſt. Et quod mente vix apprehenſibile, horribileque eſt dictu, nudus ceu contemptibilis ſeruus Diuina Maieſtas, Ieſus, quod nomen omnia comprehendit, oſtenſus, verberibus, flagellis cæſus ſacrilegarum manuum ictibus, colaphis inflictus, pollutorum labrorum ſputis inquinatus: peſtiferis, ſacrilegis, perditiſque linguis maledictus: peccatorum & publicanorum amicus nominatus, ſeductor vocatus, Belzebub appellatus. Rex irriſione nuncupatus: velo opertus, vt alapſis cæderetur veluti de ſcurra riſum & cachynos ederent, ad maius ludibrium iocarentur. Ludicra corona, ſpina-

rum

*rum diademate coronatus: Ludicra canna ſceptro deluſus: Ludrica purpura indu-
tus: ioculari adoratione, ac ſimul cachynis, ſputis, alapis, & cannæ arundinis ictibus
percuſſus: illudentibus verbis, maledictis, geſtibus, opprobrijs, illuſionibus, ridiculis
reuerentijs ſalutatus & adoratus. Ludibrio Propheta habitus: ſub crucis onere
incuruari compulſus, ſuamque ipſius ignominiam portare coactus eſt noſtros [a] vt* a Eſaia
languores ferret, & dolores noſtros ipſe portaret: ac tandem inter latrones, ceu eo- 53.
*rum caput crucifixus, vbi caput reclinaret ſuum non habens: etiam ſitiens,
vel aqua denegata, felle & aceto malè actus, mortuus eſt, [b] noſtris pro pecca-* b Dauid
tis vera Hoſtia, & in cruce pendens maledictus. [c] Cum ſceleratis reputatus eſt, Pſal.66.
& quaſi vir leproſus & nouiſſimus virorum æſtimatus eſt, Et tamquam abortiuum Deuter. 21.
*quod projicitur ab vulua, ſic proiectus ab vtero matris ſuæ infelicis Synagogæ, Iſte
formoſus præ filijs hominum, quàm deformis filijs hominum factus eſt? non eſt ſpe-
cies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus, Et quaſi abſconditus
vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum. Vno verbo, omnibus flagitijs,
contumelijs, improperijs, iniurijs oneratus, etiam poſt mortem eius corpus lancea
vulneratum & confoſſum eſt: Anima maledictis verbis, execrationibus, turpibus
geſtibus capitis motibus, & calumnijs vexata eſt.*

*Ad quam flagitioſiſſimam omnium impietatem ne verbum quidem vnquam Dei
Agnus niſi quòd preces Deo Patri pro lædentibus effundit, Pater ignoſce illis, &c.*

Quis tam ferreus eſt, quem vox non molliat iſta?
Quis præ lætitia temperet à lacrimis?

*Quis ad ſui cognitionem reuerſus totus in omnimoda admiratione non confun-
datur, & quid quiſque ſit quærat? Sciens, quòd eius creatura, ac filius, ſed rebel-
lis, ſeruus vltrò maiorum culpa, & ſponte etiam ſua Diaboli verna, quomdam pu-
rum nihil, ac poſt ex nihilo homo nequam. Et tamen infallibili incomprehenſibili di-
uina pietate & miſericordia pro nihilo, rebellis hoſte, Vnum, Verum, Solum, Bonū,
Omne, Totum, eſſe; ac vt melius vno minimo cum Propheta dicam verbo, Ia, ſeu
IEOA, pro Diaboli, inquam, verna redimenda, ſaluanda, Ieſus totius & omnium
Creator omnibus ſuæ impiæ, ebriæ, & rebellis vernæ, calamitatibus, anguſtijs, ini-
quitatibus, miſerijs, ludibrijs, deriſionibus, maledictionibusque ſubijcitur; Vt nec
amplius Homo quidem, ſed vermis euaſus opprobrium hominum, & abiectio plebis,
inquit Pſalmiſta.* Pſal. 25.

*Quam ob rem ad omnium immanius Iudeorum facinus Sol Chriſto morituro
ſuam faciem obduxit. Vnde Prophetæ (Euangeliſtarum præter relata) Occidet [a] Sol* a Amos
in meridie, & obtenebreſcere faciam terram in die luminis. Et in die [b] illa non erit c.8.
lux, ſed frigus & gelu, & dies vna, quæ nota eſt Domino, non dies, neque nox in b Zacharias. ca.
tempore veſperi erit lux. Et omnia (in perſona Domini) [c] luminaria Cœli mærere 14.
faciam, & dabo tenebras ſuper terram. c Ezec. c.12.

*Et Terra horreſcens concuſſa eſt, & ſaxa deſilierunt Prophetæ iuſta oraculum,
Commota [d] eſt, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt. (&* d Pſ.18.
rurſus) [e] Terra tremuit quum exurgeret in iudicium Deus, & ſaluos faceret om- e Pſ.75.
nes manſuetos terræ.

Et

g S.Mar. 14. Et velum templi in duas [g] partes ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum, & petræ
h S.Mat. 26. ſciſſæ ſunt, illa [h] potiſſimùm in qua Crux ſtetit, in qua manus immitti potuiſſent.
D. Anſ. Dialog. de paſſ. Chriſti. Et apertis monumentis multa Sanctorum corpora reſurrexerunt, quod Iidem retulerunt. Eſaias prædixit c. 26.

Proh Deus, Deus Optimè, quàm admirabile commercium? Animatum Corpus ſumit ſuam vt nobis Deitatem largiatur, & ſibi fratres nos conſtituat, media tamen incomprehenſibili crudeliſſima omnium paſſione, ac vndequaque ignominioſiſſima morte, medijs incomprehenſibilibus terribiliſſimis terribilioribus.

Quid hæc mihi Deus Optime? quia Summæ Tuæ Bonitati placuit. Quæ propterea beneſitia, priuilegia, ineffabiles gratias capere & mente nullatenus aſſequi vlterius valens: cogitanti, inquam, mihi, olimque noſtris in tenebris mihi philoſophanti, quid mundana hac in ſcena mei præcipui eſſet muneris, (omnia vltra accepta Illi debita habenda, & perpetuas continuò gratias; quòd poſtquam per infinitos annos, ſi daretur, fecerim, & millies pro eius amore mortuus ſim, nihil præſtitero, & adhuc inutilis ſeruus fuero) quidque potiſſimum expediret, & maximo meo ex vſu, & debili pro captu etiam animi gratia eſſet: hanc certam ac firmam in ſententiam veni, vt omni ſtudio ac diligentia, omnibuſque intentis neruis contenderem, me ipſum (tanti factum) Dei fabricam & domicilium, necnon Mundi miraculum, cortice tenus ſaltem pro ut hic mortalibus, & mihi potiſſimum debiliori conueniret; ac prout otium nactus fuerim perſcrutari contemplarique, ac intimius atque medullitus quinetiam pro virili cognoſcere in Dei Creatoris & Redemptoris laudem & gloriam nonnullis ab hinc annis aggreſſus ſum.

Eò magis & maximè, quòd animaduerterim, pulcherrima hac, Microcoſmum, vt Mundi opificum maximum ac iucundiſſimum Theatrum, vt in eo ſe ſe oblectet, à Deo Opt. Max. hominis gratia, & deinceps ſibi (ſummè mirum,) vt diximus, fabricatum fuiſſe: Et quia in Homine Natura conquieſcit, & Deus Ipſe reſidet, atque cum hominis filijs eius delitiæ ſunt, in ipſum homines veluti in ſcenam tamquam actores introducti ſunt.

Hinc ille Imperatoris, Regis ille & principis, hic patritij & iudicis Philoſophi, Medici, docti, inſani, domini, famuli, mimi, momi, probi, improbiue perſonam agit: Nihilominus tamen æque omnes, & hi perinde, ac illi Eius creaturæ extant, & eodem amore omnes complectuntur, omnes illuminat, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, atque omnes ſaluos fieri vult.

Varij autem in munere, & in offitio diuerſi ſunt, prout vel hæreditatem adiuerunt: vel eorum parentes alijs ac alijs indumentis, temperationibus, inquam, quibus tales apparentes eos in procreatione induerunt, educarunt, & illorſum direxerunt: Et deinceps vt ſuoptè poſtea ingenio, induſtria, labore, atque præterea vt ille inquit, Virtute duce, & comite fortuna, quiſque ſe gerit.

Amplius quòd functionum omnium Magiſter Deus ſit, qui ſuo pro arbitrio (vt ita loquar) cuncta adiuuet, moderetur, & diſponat omnia: Homines verò eius inſtrumenta diſtincta ad munia quum hanc in Scenam producuntur ſuauiter inſtituantur,

libera

libera tamen, vt quiſque ſolutæ voluntatis, ſuæ fortunæ (aiunt) faber ſit, prout munus ſuſcipit, & penſum abſoluit ſuum certum credimus.

Ceterùm pro rerum immenſitate, geſtorum, & agendorum Dei, Angelorum, Cęlorum, Aſtrorum, Hominum, omniumque animantium, ſimplicium & mixtorum continuò & perpetuò quamplurimi à ſecretis fuerunt & ſunt, idem pro virili ſaxum mouentes. Sublimiora Theologi, Philoſophi, Aſtronomi deinde, Coſmographi, Geographi, Alij mixtorum foſſilium, metallorum. Alij gemmarum & Margaritarum naturam & vires: Quamplures plantarum, plantanimalium, piſcium, auium, & aliorum brutorum naturas, virtutes & excellentiam palefacientes. Alij (leuia & mediocria vt miſſa faciam) præſtantiores hiſtorici horum omnium finem, necnon illius præſtantiam, ſummamque excellentiam repræſentant, Hominem inquam, & eiuſdem fabricam in apertum Dei lumine proferant.

Quod ingens nobis (quæ Dei eſt Benignitas) munus contigit. Onus quidem noſtris humerulis valde impar; ſed quia ab Omnipotente (à quo omnia bona, quoniam omnia deſuper) impoſitum fuit, lubenti propterea animo ac vltro à nobis ſuſceptum, aggreſſum, atque (eidem ſi placet) haud infimè præſtitum eſt: quia inde ſterilibus gratiæ & fertilitas fluunt & pluunt, puerorumque linguæ diſertæ fiunt, Sacræ vt literæ ferunt.

Hanc itaque in Theatri ſcenam ſemel, iterumque hac de cauſa venti, nunc tertiò ac pluries deſcendentes duobus ijs diuinis & vni homini proprijs à Summo Opifice donati inſtrumentis (explorata fabrica) Ratione, & Oratione noſtrum munus ſenſu ſubinde duce abſoluemus. Ea potiſſimùm agentes, qua Deo ſimiles dicimur: à qua vna diuina in nobis imago eſt petenda, qua immortales ſumus, qua in Cęlum ducimur, qua tantummodo in ſempiternum beandi ſumus; Vt eadem nos ipſos agnoſcamus, noſmet Dei Miraculum profiteamur: Eumdem in nobis ipſis reperiamus, prædicemus, extollamus, ac ſimul noſtri potiſſimum ex pulcherrima fabrica, eius ſummam bonitatem, benignitatem, omnipotentiam, atque ſapientiam dignoſcamus, confiteamur, profiteamur, veneremur, colamus, prædicemus omni meliori modo humiliter mente Eidem gratias debeamus, habeamus, & agamus.

Atque altero noſtro proprio inſtrumento, Oratione inquam, qua Dei huius domicilij præclaræ, & præſtantis ſabricæ laudes Deo cantemus: Sapientibus gratulemur, inſcios doceamus, vt vna ab omnibus Benigniſſimus Deus glorificetur, quòd omnium creaturarũ, & omnium operũ germanus optimus eſt finis Hominis omnium præcipuè ſublunariũ, quem Vnũ dumtaxat cõdidit, vt ab eo cognoſcatur, colatur, & adoretur.

Quibus inſtrumẽtis, eoque nos fine moti totam hominis fabricam, omneſque eius partes à ſeminis prima delineatione ad perfectam fabricam, à pedis planta & cuticula ad capitis verticem ad capillos ſemouentes contemplantes, actione, rationeque in omnibus noua ignota & ſimul admirabilia expiſcati (Codris (dictu ſi licet) ilia rumpantur) altero inſtrumento, Oratione inquam, communicauimus, in Deique honorem & laudem omnibus in apertũ protulimus cũ Galeno raci, diuinæ huius hiſtoriæ ani- 3. de Vſu part. c.13.
mum intendiſſe nobis potius fore, quàm diuinis tunc precationibus egiſſe; Vt quiſque ſcilicet ſe ipſum agnoſcens, ac ſui ipſius præſtantiſſimam fabricam ſic formatam

Omni-

Digitized by Google

Omnipotentis domicilium, ſe ſe ipſum operum Dei epilogi, Vniuerſi miraculum, Mundi Dominum & Principem, operum Dei finem, terreſtrem Deum, Dei filium & Hæredem, necnon demum in ſe ſe Summi Creatoris ſimilitudinem, eadem duce admiretur, atque ſtupeſcat: obſtupefactus hac felici in contemplatione maneat, vt Summæ Superiori bene agendo præſtoletur, & eam conſequatur.

Hac in diuina perſcrutanda fabrica inquam, quum centenis in cadaueribus cunctas partes ſæpiſſimè & diligentiſſimè aſpexerim, atque in eorumdem ſingulis partibus diu inſpectione & contemplatione inſudauerim ac perfecerim, in hoc ſcriptionis genere non tàm ſtylum exercere, quàm animum excolere, & mihi quod conduceret ſcribere conſtitui: maius profectò, quam Herculeum Atlanticumue onus fateor, idque ingenio, humeruliſque meis, inquam, nimis impar ſuſcepi: & eo maius, quòd non ex aliorum authoritate, cantilenis, ac libris ceu fulcris fultus, ſed à rei natura philoſophatus argumentum ſumpſi, meoque (vt aiunt) Marte opus mihi perfeci. Non mihi vt vni vixerim, laborauerim, didicerim, profuerim; Sed omnibus vt communicatione gauderem nebulonum maledicta (Deus auertat) haud pertimeſcens. Propterea in omnium bonorum oculos luculenta, atque in aliorum tela obieci; Vt ſcilicet meorum (duo) laborum alios participes facerem. Doctis diſſerendi anſam præberem: neſcientibus addiſcendi: necnon malignis & duræ ceruicis hominibus rodendi durum os obtuli. Quandoquidem tales in præſepio canes haud me latuere: nec conceptis verbis iurati ſcioli me præteriere: quemadmodum nec Momi, nec Zoili me fugiere: quæ probum virum mouere non debent, nec Veritati ſtudenti curæ eſſe, quoniam tale Demonum genus, vt Orpheus dicebat, ſolo contemptu abigitur. Eapropter vltrò conſultòque prauas vmbras haud veritus grauiſſimum inſtaurandum, perficiendumque opus ſuſcepi: pro viribus portaui, atque propria ceruice ne corruat neruis omnibus ſuſtinere contendam.

Ceterùm quia iam nullum propemodum otium, negotij verò plurimum mihi supereſt: tempus aduolat, Senectus præſto eſt, & quum ſemper viuere nequeamus, Nobile de Subtilitate Opus relinquimus, & præterea admirandæ fabricæ Lydium Lapidem quibus vixiſſe teſtemur. Nam

Vergil. 10. Æneid.

Stat ſua cuique dies breue & irrecuperabile tempus
Omnibus eſt vitæ. Sed famam extendere factis,
Hoc Virtutis opus

Quandoquidem veram & vitalem eorum vitam vlteriùs ducimus, qui ſcribenda faciunt, aut legenda ſcribunt: contra verò mentem ſine literis literatis mortem eſſe, & viui hominis ſepulturam reor, animamque ſine animo voco, quæ à literis ſcorſa degit, & quæ in publicum commodum ſuo pro captu non aliquid confert, vt immori præſtet, quàm viuo ſepeliri, dicebat ille.

Quo fine propterea Fili cariſſime noſtrorum laborum, vigiliarum, lucubrationum hæredem te conſtituimus, non vt tibi ſolummodò gaudeas & glorieris, ſed vt Maiores imiteris tuos, & in laboris campos ſudores ſeminando dulces gloriæ fructus colligas, atque macte virtute ſis, quemadmodum iam nunc puer literis inſudaueris, in ſcientijs totus fueris: proindeque in teneræ tuæ ætatis annis & publicè pluries

Digitized by Google

philoſophiæ theoremata Venetijs ſuſtinueris, & decimo tertio ætatis anno Philoſophiæ Lauream conſequutus ſis omnium quadraginta circiter noſtri Auguſtiſſimi Veneti Collegij Doctorum applauſu atque admiratione. Romæ ſemel atque iterum Iuris vtriuſque Theſes tertio tuæ ætatis luſtro & ſuſtinuiſti, & doctoratus luculentam palmam aſſequutus es. Sic in poſterum hæc noſtra, quæ non ignoras ingenij exercitationes & mentis curricula in Veritatis gratiam tueare & differendo, & ſcribendo, vt te fuiſſe, & vixiſſe, ac dein mortuum te digere pateat & conſtet. Quandoquidem ingenij egregia facinora, ſicuti animæ, immortalia, & vnus eruditorum dies (Poſidonius dicebat) pluris eſt, quàm imperitorum longiſſima ætas. Nec ſumma tibi curæ communia illa ſint, quòd viuentium fama viuentibus grauis ſit, & quòd neſcitur damnetur, ac ab indocto doctus mordeatur, cui aleæ nemo non ſcribentium expoſitus eſt, non apud poſteros, quò inuidia non peruenit; ſed Romano cum Sapiente,

Quum rectè ſcribas, nec cures verba malorum,
Arbitrij noſtri non eſt, quod quiſque loquatur.

Potius enim eſt viuere & agere, quàm non eſſe, vel non hominis vitam viuere: quoniam

Dignum laude Virum Muſa vetat mori.

Vnde perbelle Ennius,

Nemo me lachrymis decoret: neque funera fletu
Faxit, qui? volito viuus per ora virùm.

Demum, viue vt rectè valeas, & vale vt rectè viuas: quoniam viuere in tota vita diſcendum eſt, & quod (Sanctus ille Pater dicebat) magis mirandum, in tota vita diſcendum eſt mori. Iterum vale & noſtri, immo tui recordare.

Digitized by Google

ÆMYLI PARISANE
PHILOSOPHE MEDICE
IN HIS
OMNEM LATERE SAPIENTIAM
DIOGENES AVTVMAVIT
SINGVLAREM SCIENTIAM AD ALIENI CORPORIS
SANITATEM
Incredibilem Virtutem
AD ANIMI TVI TEMPERATIONEM OSTENDISTI
DVBIVM TIBI NE, AN ALIIS AVGVSTIVS MEDICINAM FECERIS,
IN IPSA DOCVISTI MORTALITATIS AVLA MORTEM
Profligare
NON CONTENTVS LIQVORVM MISTIONE VITAM
LARGIRI
NISI ETIAM ATRAMENTO CONFERRES.
IAM DIV SVBTILES DE SVBTILITATE LIBROS
Edidiſti
NVNC ILLOS LYDIO COMPROBASTI LAPIDE
VERITATIS AMORE
VENENVM A CALAMO ALIQVIS, SALVTEM AB HVIVS CALAMO
QVISQVE POTERIT HAVRIRE.
SIC VIVANT ÆTERNV'M QVI DOMINANTVR IN MORTEM
SICQVE
PARENS CARISS.
AMANTISS. FILIVS
APPRECATVR
Paris Pariſanus
Philoſoph. ac Iur. Vtr.
Doctor.
Eiuſdem ad Eundem

INSCITIÆ NVNC SÆVA PARAS PARISANE VENENA
ET MERITO DICI SANA PARARE POTES.

Digitized by Google

ÆMYLII PARISANI ROMANI PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI

NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE

Pars Altera.

DE DIAPHRAGMATE SINGVLARIS CERTAMINIS

LAPIS LYDIVS.

AD IOANNEM RIOLANVM IVNIOREM Anatomicum Pariſienſem Medicum Regium.

IAm pridem & multis ab hinc annis ſummè mirabili humana de fabrica agentes pertractanteſque, nobiles de Subtilitate exercitationes in apertum protulimus: non aliorum, inquam, inuenta colligendo, (quorumdam more) opiniones & ſententias deſcribentes; ſed vel aggreſſorum abiectorum ab illuſtribus viris in tenebras (ni fallor) redacta & iam aboleta, à nobis in examen atque in lucem reuocata: aut noua prorſus in lucem edere, ac ſuſtinere profeſſi ſumus Veritatis amore tantummodò, & abſque perſonarum acceptione: proinde nec celebrium & primæ ſedis Philoſophorum quidem reſpectu, nedum aliorum habita cuiuſque doctrinæ cenſus ratione: morate tamen, verùm ſine fuco, & verè Philoſophi more.

Inter ſcribendum dum varijs de materiebus occaſio ſeſe obtulit; tu Ioãnes Riolanus inter ceteros (Ariſtotelem, Galenum, & alios antiquos ac recentiores proceres interim miſſos facientes, Lectori ne tædio ſimus) de Diaphragmate, &c. (vt infra) agentes, obuiam veniſti, tua non quærens errata, quæ quum voluero facilia inuentu erunt, & tu videris audiueriſque non parua nec pauca.

De quo ſepto Tranſuerſo non ab Antiquis

tiquis certior redditus, minimèque ex recentioribus voti compos factus ad te me recepi Scholam Anatomicam, Scholam credens; ſed ſpe fruſtratus, quid potui ò Schola Schola in Veritatis gratiam, quàm te de more eodemque æquo cribro, & eadem modeſta correctione, atque ingenuè cribraui ſemper, qua emendatione te celebriores alios proſequutus ſum, meis ſeruatis, inquam, moribus: immo mea præ moderatione, vt te non læſi, ita quicquid de te dixerim, ſcripſerintque Celebres Doctores multi, nec probaui nec præ modeſtia meminerim, tantùm abeſt te aduerſus attulerim, vt te læſerim; ſicuti nec doctiſſimorum eorumdem tunc Gallorum, Anglorumque Virorum ſententias prolata & in te probata inficiari auſus fuerim, cum ob experta, tum quia mea nihil interfuerint: ea propter illis de rebus aliorum eſto iudicium prætuli, & ſequentia habui, Videlicet,

Schola Anatomica ſeu Ioannes Riola-
» nus filius de Diaphragmatis exortu quo-
» rumdam ſententias in menſam affert, ſed
» nihil ſtatuit de more in difficilioribus. De
» eiuſdem verò motu, adeò dubius & ob-
» ſcurus eſt, vt quid ſibi boni velit non faci-
» le colliges. Hæc ſunt eius (tua videlicet)
» verba;
» In cadaueribus quam putant Diaphra-
» gmatis contractionem, relaxatio eſt. Ea
» enim eſt naturalis figura diaphragmatis,
» vt in abdomine concauum appareat, in
» thorace conuexum vt in ea figura conſer-
» uatur à mediaſtino, cui diaphragma con-
» nectitur. At dum in inſpiratione contra-
» hitur ad rectam figuram accedit, & angu-
» ſtius redditur fibris ad centrum retractis,
» & collectis, quibus in expiratione relaxa-
» tis explicatur, & ad naturalem figuram
» redit:, Ergo contrahitur diaphragma in
» inſpiratione. Hæc Riolani leguntur etiam
» apud nos lib. 7. Exercit. de Subtil. pag.
319. & p. 122. vti etiã ſequens cõfutatio.

Riolani ſeu Schola Anatomica verba p. 219. & 220

Confutatio.

Riolano. (ſic, & paucis egimus, quoniam omnes omnium Anatomicorũ ſententias reiecimus) ſi ſuperiùs conuexum diaphragma in inſpiratione contractum ad rectam figuram accedit, vt Schola do-
ces: ergo trahet deorſum conuexam par-
tem, (quod reiecimus) quæ media eſt: er- 1
go ad circumferentiam trahit. Si ſic quo 2
modo retractis & collectis ad centrum fi-
bris? quo modo in hoc motu plana & re- 3
cta figura fit? quomodo conuexitas rela- 4
xatio erit? quando relaxatio quieſcendo
fiat, & maſculi finem verſus. Aſt fibra-
rum collectio principium verſus fit, quod
conuexum eſt. Igitur ſi ad medium col- 5
liguntur, medium erit principium tibi per
tractionem deorſum, quæ omnia pugnantia ſunt.

Hæc aduerſus tua eo loci habui abſque ira, ſine liuore, eodemque Veritatis amore ductus, quo in cæteros; ibidem exploſos omnes, Ariſtotelem dico, Fernellium, Columbum, Botallium, Faloppiũ, Arantium, Varolium, Picolomineum, Laurentium, Dandinum, Aquapendentem, Bauhinum, vt ibidem videre eſt, vbi hiſtoriam conſultò attuli.

Quæ ſi vera ſunt æquo & tranquillo animo abs te recipienda & laudanda, quando communi & eodem æquo cribro tua hæc paucula cribrata fuerunt, quo aliorum, & doctiorum plurima. An à Veritatis Cribro immunem & liberum te credis, faciſque? ecquo priuilegio? An albæ anſeris (vt prouerbio dicitur) filius es tu?

Si quod verò purum & perpulchrum tuum hoc tibi viſum frumentum in apertum venundari abs te oblatum, tunc nec purum, nec quin etiam frumentum, ſed lolium expertus fueris, nec cribrum nec Cribrator damnanda fuerunt. Quòd ſi cribri cribratoriſue errorem & defectum animaduertiſſes, (non potueris) Mundo narrare & tua tueri tuum erat, non autem indicta cauſa, odio ex Veritate parto, quod Philoſophi non eſt, aculeatum & iniurium in nos (in te potius & omnino quoniam in altum expuiſti) abſentes optimè de tua Schola, ſeu de te ex Veritate merentes tale iudicium edere.

Cauſa iræ Riolani.

Sed ira nimis percitus tu & ab re hæc effutijſti ſolo vulciſcendi deſiderio, quia quæ tu Schola Anatomica docuiſti non probauimus, immo improbauimus, quia

Veri-

Veritati haud conſentanea, quia pugnantia: Res ipſa loquitur, Ea propter nec iratus fuiſſes: quoniam ſi Philoſophus, veritatis ergò mihi gratulatus fuiſſes, ac quin etiam gratias egiſſes, quòd te errantem rectam in ſemitam duxerim, ſi rectè inquam, philoſophatus fuerim, ſim minus reſpondiſſe, noſtra reprobaſſe tuum fuit; & vt Schola; rectiùs tibi viſus nos docuiſſe; ſicque & tibi gratulati, & nobis de Veritate gauiſi eſſemus, gratiaſque vlteriùs tibi tunc verè Scholæ & nos habuiſſemus & nobiſcum Scholaſtici auditores.

An neſciebas, quòd niſi ad obiecta te aduerſum probata reſpondiſſes apud Sapientes omnes cauſa caderes? At quæſo te, cur noſtra obiecta non ablegaſti? Aſt quamobrem ſaltem tua tutatus non es? An quia non potuiſti neſciuiſtiue, & ad tua (tuo digno te vt vocabulo vtar) cacata & indigna verba pruinde ſagaciùs te contuliſti?

Riolani ſagacitas.

An ignorabas reprobatus, quòd indicta cauſa, nulla reddita ratione, non literati, ſed cuiuſque literatoris, ſic loqui eſt, vt vermis, Scarabei, & Crabronis Viros lædere? Propterea in te ſtylum meritò vt poſſemus non acuemus, tuos dumtaxat vanos ictus in te retuſuri contenti. Hæc ſequentia liberè non aſperè tecum habuimus noſtro & Philoſophi more, quemadmodum quemcumque in alium.

Reſtat demum ad rem propiùs, vt modò videamus, quàm bellè moratè, fideliter, doctè ſubtiliterque nobiſcum te geras & egregij Cenſoris perſonam agas. Quid & quo modo Nos, vt iſtic & locorum vbique à Sapientibus tata fiant omnia.

Poſtquam nouiſſimè in tuo primo Antropographiæ lib. cap. 5. in iudicio tuæ cenſuræ poſteriorum Græcorum & Latinorum Anatomicorum in Doctorem Medicum Caſparum Bauhinum in Baſilienſi Academia per 40. annos Anatomiæ profeſſorem noſtra de Republica bene meritum, inſignes eius ob labores vt multa in lucem edita illius opera teſtantur, impetum feciſti, turpibuſque verbis laceſſiuiſti, in tui laudem memoratu, dignis, Videlicet, , , compilatoris, plagiarij, nihil de ſuo cerebro parturientis, nullius inuentoris, anatomicorum controuerſa non conciliantis, in citandis authoribus nullum delectum habentis, quoniam, inquis, indoctus, imperitus anatomicus, & aliorum plumis conſarcinatus. Proh Deus, ò tempora, ò mores.

Riolani in Bauhinum turpis impetus.

In nos itidem odio prægnans vlla abſque cauſa & ratione, immeritò ac temerè hæc effutiuiſti.

Riolani in Pariſanũ maledicta.

Æmylius Pariſanus Venetus Medicus nuper in lucem emiſit, Nobilium Exercitationum libros duodecim de Subtilitate, vt præſefert libri inſcriptio. In hoc opere quæſtiones Anatomicas de ſtructura hominis examinauit, ſed ita ſuperbè & inſolenter ſe gerit, vt ſolus ſapere videatur, reliqui cacutiant, & in denſiſſimis ignorantiæ tenebris verſentur. Cum tamen ipſe rudis & barbarus, rei anatomicæ prorſus ignarus, paſſim ineptias & ſolecismos effutiat. Quare cacata hæc charta deferatur in vicum vendentem thus, & odores, & piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Siccine Riolane cauſa cadens, quia ſoluendo non es ad quæſita reſpondes? ſiccine Schola Anatomica Pariſijs ſatisfacis & ſoluis? inſignis & pulcher ſoluendi modus, præclarius & pulchrius ſoluendi inuentum, pulcherrima & digniſſima, Riolano noua doctrina. ſi Pariſijs recipitur, an videtur dubium? an potius & certò repugnans? ſic Lydius Lapis. Ad Rem.

Mea autem quia mea & noua & fortaſſe nec vulgaria, nec forſan leuia, adeò doctiſſimis Viris Philoſpohis ac Medicis Academicis inſignibuſque Scriptoribus placuere probataque ſunt, vt vndique ex Gallia, Germania, Italiaque ſummas laudes aſſequuta fuerint, abſit verbo inuidia. Vt ex diametro pateat Noſtra ſeu nos à Doctiſſimis quibuſque laudari: tua pluribus malè affici. quas partim etiã referre ſummoperè tedet, vt noſtra in medium afferre maximè diſplicet: quia erga me Celebertimorum Doctorum (vt maximorum Principum gratias; fauores

Cur Pariſanus propria, & aliena inuitus recitet.

Digitized by Google

laudes, munera mittam) ſi laudes percurram, inde & palam facere, & laureulam in muſtaceo quærere videar, quemadmodum in te & in tua Doctiſſimorum Scriptorum edita recenſere & tuas cicatrices pariter refricare præ me feram. Sed poſtquam tu ita vis, & me compellis, aſſentior, inuitus tamen, & coactus. Tu propterea hæc noſtra meritò tuo ſuſtinens æqui boni facias, tua pacato quietoque animo ferens, addas.

Heu patior telis vulnera facta meis.

Quandoquidem non ſecus nos nec minus propriam exiſtimationem & famam tueri ac ſeruare debemus, quam (vt Cicero ait) Patentes & Patriam, quibus nati ſumus. Famæ etenim Vitæque cauſam leges compararunt lege iſt. quidem §. fin. ff. quod met. cauſſ. de ma. vindi. Illo quin etiam diuino præmonente Vate Paulo, expedit mihi, inquit, magis mori, quàm vt quis gloriam meam euacuet. *1. ad Corinth. 9.* An neſcicbas tu antiquiſſimam Talionis legem, ab alio expectes alteri quod feceris? An immeritò atro abs te dente petitus inultus flebo vt puer?

Summo tibi iure mutuas gratias, & meritò maiores, quas mereris referrem; ſed non committam Gentium Doctoris conſilio, ſicque ſapienter, tuum ſuper caput carbones, inquit potiſſimum congeram ſi ſileam, abſtineam, cœnoſa mittam, & tuos ſolummodo ſi Iudices appellem.

Poſſem verò plures, & quin etiam plurimos erga nos celeberrimos Iudices, Gallos, Germanos, Italos Academicos, Scriptoreſque inſignes in medium afferre, quos vt eorumdẽ in nos laudes & honores mittimus, ne te epiſtolarum deſcriptis faſciculis obruere penituſque opprimere videamur: Vt contra te alios quamplurimos celebres Doctores & Gallos potiſſimum, & Anglos Iudices appellare, te potiſſimum aduerſum ſcribentes eandem ob cauſam, & breuitatis gratia miſſos faciemus, ne quin etiam Lectori longiori lectione moleſti ſimus: Et nequid nimis, paucis Iudicibus contenti erimus, miſſis interim Germanis & Italis alioquin doctiſſimis.

Iudicium propterea in tui gratiam Pariſijs fiat. Iudices Pariſienſes Doctores, Academici, Scriptores inſignes, & vtrinque bini ſummùm ſunto, ne pluribus, inquam, Lectori tædio ſimus.

De præactis & præſcriptis abs te Riolano, & a me Pariſano, Iudicium Lutetiæ prolatum iam extat, quod modò ex actis & probatis (iuris Periti dicunt) mox promulgabitur.

De præſentibus interim inter nos, & à nobis nunc addendis Doctiſſimorum Pariſienſium quoque Iudicium eſto, noſque ſponte noſtra ſubſcriptos plena authoritate abſentes ſecundum præſentes iudicent.

De abs te tuendis, reſcribendis (ni potius ac meliùs recantandis velis) & defendendis ſi modo poſſis, & tibi inflictis mederi valeas, Iidem Sapientes Iudices ſunto, nos ratum facturos, immo facientes ſubſcribimus, vt de reliquis.

Ceterùm illa eadem tua (à nobis in p. parte prætacta, & ablegata) ſublimia aurea à te ſummè probata, & poſt comprobata (infra quã bene, experiemur) ad Lapidem Lydium hunc rurſus ducamus, periculum facturi num pure fictitia ſint.

In cadaueribus quam putant Diaphragmatis contractionem, relaxatio eſt. Ea enim eſt naturalis figura diaphragmatis, vt in abdomine concauum appareat, in thorace conuexum, vt in ea figura cõſeruatur à mediaſtino, cui diaphragma connectitur. At dum in inſpiratione contrahitur ad rectam figuram accedit, & anguſtius redditur fibris ad centrum retractis, & collectis, quibus in expiratione relaxatis explicatur, & ad naturalem figuram redit: Ergo contrahitur diaphragma in Inſpiratione. *Riolani ſeu Schola Anatomica verba p. 219. et 220*

Hæc tu in tua Schola Anatomica, quę nos in lib. 7. noſtrarum Exercit. de Subt. confutauimus, vt ſupra patet. Quam ob confutationem lamentaris, quaſi (inquis) ipſe ſolus ſapere videar & te cæcutire & in denſiſſimis ignorantiæ tenebris verſari velim: quum ipſe te aduerſum moratè egerim, vt in quemlubet alium, & talia nec dixerim vnquam, nec voluę-

rim,

rim, vti ex meis libris videre eſt & in pro-
prio de Diaphragmatis tractatu præci-
puè, quo loci de tua ſententia, & quaſi o-
biter egimus, reprobauimus tamen, &
tuum fuit reſpondere non eo modo ter-
ga dare, quod non eſt Scholæ. Quod ni
videas & credas, iterum audi vir doctiſ-
ſime vt tuo periculo ſapias.

Noua cō-ſtatio. Si naturalis diaphragmatis figura eſt,
vt ſit conuexa in pectore & concaua in
abdomine, vti in cadaueribus, & hæc fiat
Conta- fibrarum relaxatione: ergo quies erit mo-
ctus 1. tus & actio: quia diaphragmatis motus
eſt retractio ad ſurſum ad ſuum princi-
pium: quies contra à relaxatione deor-
2 ſum. Ergo præterea graue in quiete &
relaxatione, ac ſuapte natura ſurſum ten-
3 det: Ergo inſuper relaxatio erit ad mu-
ſculi caput & ſupra: Actio ab ipſius cau-
da & fine, quæ maxima ſunt abſurda
Riolane doctiſſime ſi ſapis.

4 Ampliùs quæ naturalis tibi figura
eſt, omnino præter naturam, violenta, &
lætalis exiſtit, vt pote quæ in mortuis
tantummodo abſque actione viſitur, &
dictas à nobis ob cauſas.

5 Ad hæc quũ diaphragma præcipuum
liberum ſpontaneæ reſpirationis inſtru-
mentum ſit, in homine ad arbitrium aget
& quieſcet, vt conſtat: & dum aget per
te, ſummùm, rectum fiat ſeſe contrahen-
do: quieſcendo relaxatum deſcendens in-
6 fra rectum oportet. Quo modo igitur à
Maxima abſurda. Mediaſtino continetur ſupra rectum? Et
quonam pacto eo loci aſcendit? Non ſua-
pte natura ex motu rectum non aſcendẽs:
7 ergo violenter trahitur: igitur non libe-
rum inſtrumentum: Ergo per te tibi tra-
hitur à continente mediaſtino, quod ne-
8 quaquam poteſt: quia repugnat: quia
non ſpontaneè: quia non adſunt talia
media vincula, nec continentia, nedum
trahentia: nec talis mediaſtino facultas
ineſt, & deinceps tua falſa, & ſubinde tua
impura, noſtra puriſſiſima (miſſis tuæ lin-
guæ ex tuis amarore & ſapore) deguſtabis
& percipies.

9 Quin ſupra ſi naturalis hæc tibi Dia-
phragmatis figura ſurſum eſt: ergo non
relaxatur: quia talis eius ſitus eſt ſupra po-
ſitum ſui agentis ellatiorem, qui per te re-
ctus eſt: Ergo non datur quies, quia non 10
relaxatur: quia ſuum verſus finem non
deſcendit; ſed ſupra ex actione ſitum, qui
tibi rectus eſt, aſcendit, & eſt conuexum.
Vel ſi eſt quies, in homine erit quies libe-
ra violenta, quod à ſeculo inauditũ mon- *Monſtrũ inauditũ.*
ſtrum. Demum ſi Diaphragmatis actio
in contractione ad ſui rectitudinem eſt, 11
quum priuſquam agat per te ſurſum, &
ſupra muſculi rectitudinem caput quie-
ſcat prius relaxatum eſſe, vt ad rectitudi-
nem perueniat, oportet: Ergo ſi ad re- 12
ctum trahit, quum conuexum ſit ſupra re-
ctum, trahet deorſum: ſi ſurſum, trahet ſu-
pra conuexum: Igitur non trahit ad ſuum 13
principium, ad rectum: Ergo adhuc a- 14
ſcendet, & non deſcendet. Si deſcendet,
non ſuapte natura: quia vt patet non a-
gendo, nec quieſcendo, nec contrahendo
ſcilicet ſeſe, nec relaxando: Igitur trahi- 15
tur, ſed quorſum? quo modo? à quo Ana-
tomice perſpicaciſſime? intelligisne?

Vide quam bene conueniat mihi te-
cum Schola Anatomica, & tibi mecum, &
non bene ſubducta ratione hæcce? quæ ſi
ex noſtris minima, ineptias abſque erube-
ſcentia vocaueris, vel incapax, aut nimis
ſagaciter & ſubdolè egeris, vt aufugias.
Quum ſubtilitates hæ triuialium ingenio-
rum nõ ſint epulæ, quin etiam haud vul-
garia iudicia excedant multa, nedum cor-
niculato papauere frigidiores homines
Laurus Palmaria diceret tua.

Ceterùm videamus modò eximie Cen-
ſor quàm bellè te geras admonitus, & ſi-
mul exploſus hoc tuo in libro tertio An-
tropographię c. 4. p. 333. in nouo de Dia-
phragmate Tractatu hac in eadem præ-
tacta materia. Aliam nullam aggredie-
mur, abſit hoc in præſentia (alias Deo
adiuuante) quam nec per latam quidem
paleam eggrediemur in allato à nobis ſo-
lummodo Iudicio permanentes. Hæc ſe-
quentia tuiſſima ſunt verba, ocuiter &
omni tui ingenij cautione nuper edita.

» Fluxum & refluxum Diaphragmatis *Riolani de Diaphragmate.*
» prohibet Mediaſtini colligatio, quâ ſu-
» ſpenſum teneatur: Ergo ſe ſe dilatando
» & contrahendo mouetur, vt omnes ad-

editio & ſententia. mittunt Anatomici: Muſculus animotum habet contractis crumenis inſtar ſimilem, cui ſimile eſt ſeptum Tranſuerſum, niſi quòd perforatum nõ eſt. Quæritur ſi Dilatatio & Contractio proprij ſint motus Diaphragmatis, vt ſiſtole & Diaſtole in Corde, quorum vnus exiſtat per ſe, alter per accidens, videlicet Relaxatio, quando oppoſitus agit muſculus: ſed Diaphragma non habet oppoſitum muſculum: Ergo duplices ſunt & eſſentiales Diaphragmatis motus, Relaxatio & Contractio, quibus quies interiecta eſt. Geminus autem hic motus, reſpirationis partibus, nempe inſpirationi & exſpirationi reſpondere debet, cum ipſum Diaphragma ſit inſtrumentum liberæ & placidæ reſpirationis.

Magna pars Anatomicorum, vt Columbus, Picolomineus, Laurentius, ſtatuunt Diaphragma tendi in inſpiratione, relaxari in expiratione, quamuis Galenus hac in re dubius ſit & incertus. Ac ſanè libera reſpiratio violentæ ſit proportionata, quemadmodum violenta inſpiratio ſit aſcenſu Thoracis, expiratio deſcenſu: pariter in libera inſpiratione attolletur Diaphragma in expiratione deprimetur. Quòd verò animali mortuo Diaphragma supernè contractum appareat, non demonſtrat vitã expiratione ceſſare, ac proinde supernè conuulſum apparere ſeptum Tranſuerſum: quia hæc naturalis eſt figura Diaphragmatis propter Mediaſtini copulationem. Sæpius in ſectionibus viuorum animalium deprehẽdi ſeptum in inſpiratione contrahi, collecta in ſe ſe contracta verſus centrum ſubſtantia, & ad rectam lineam adducta in expiratione relaxari concauumque fieri, quæ figura in mortuis cernitur forſam tamen hic motus violentus eſt, atque conuulſiuus in moribundis animalibus.

Porro ſcire perarduum eſt, vnde motus irrequietus Diaphragmatis procedat. An ſit inſitas & cõgenitus Diaphragmati. An aliunde fluat, videlicet à Corde centrum Diaphragmatis feriente, vel à pulmonum amplificatione & contractione.

Crederem motus illos Diaphragmatis pendere à pulmonibus partem iſtam agitantibus; Dum amplificantur in inſpiratione; deorſum impellitur Diaphragma atque contrahitur. At in expiratione contractis & compreſſis pulmonibus fuga vacui superne reuellitur, & ad ſuam naturalem figuram accedit. Exiſtimaret aliquis Diaphragmà in expiratione contrahi hac potiſſimum inductus ratione, quod dum contrahitur craſſius euadit, & tumore ſuo deorſum pellit. *Lapis Lydius.*

Riolani tract. 1. Pariſani contract. 1. Fluxum & Refluxum Diaphragmatis.

Ego profectò ingenuè fateor, Iſtam tuam Cabalam me non intelligere: proptcrea Tuam Scholam petij, & quia nihil aſſequutus ſum, vt liquidò conſtat; modò iterum ad Riolaneam Doctrinam me confero, & nihil pariter quod grauiſſimum, conſequor: Idque num mei quærentis defectu fiat, an verò tui docentis defectione contingat, neſcio: Idcirco Doctiſſimorum Sapientium Pariſienſium iudicium reſto.

Verumtamen hoc vnum ſcio, quòd horum tuorum, inquam, nihil intelligam: nec ordinem, nec propoſita, nec inſtituta, nec conſilia, nec progreſſus, nec ſenſa, nec illationes, nec modos, nec concluſiones quidem famoſi Anatomici, & egregij Cenſoris.

Riolani tract. 2. Pariſ. cont. 2. Fluxum & Refluxum Diaphragmatis.

Primùm non capio quid intelligas per Diaphragmatis fluxum & refluxum. Enimuero ſi naturalem fluxum & refluxum, vt ſpirituum, ſanguinis, humorum attractionis expulſioniſue cauſa, quod inanimatorum eſt, & proinde impropria loquutio quorſum hæc de volũtario motus inſtrumento? nec per ſomnium quidem: quòd naturaliter per ſe nequaquam apparet: quinimo contrariũ cõſtat.

Riolani tract. 3. Fluxum & Refluxum Diaphragmatis Mediaſtini colligatio prohibet.

Pariſan. cont. 3. Si iſte tuus fluxus & refluxus quiqui ſint in mente tua, huic membro & inſtrumento nõ quadrant, quonam pacto mediaſtinum illos prohibet? quo modo colligat? vt quid principio de eiuſdem fluxu & refluxu nobis ſic ignoto, & tibi quoque

que

Digitized by Google

que fortaſſe, ſermo tibi fuit? niſi forſam, quia in primis quineriam verbis intelligi nolis, & ſic te doctiſſimum omnibus talia tibi ſecreta non intelligentibus præbeas.

Riolan. tact. 4. Quâ (ideſt colligatione Mediaſtini) ſuſpenſum tenetur.

Pariſ. cont. 4. Igitur abſque tali colligatione flueret & reflueret; ſed quo fluxu & refluxu, quo motu, quo modo, à quo, vbi, quando, &c. Loquimur de fluxu & refluxu ſic prohibitis, nobis ignotis, & qui in tua dumtaxat mente ſunt. quo modo ſuſpenſum tenetur ſi ſuperiùs aſcendit, ſi inferiùs deſcendit?

Riolan. tact. 5. Ergo ſe ſe dilatando & contrahendo mouetur.

Pariſ. cont. 5. Vnde quæſo te, hæc tibi illatio & ſequela deducitur? Quia à Mediaſtino colligatur vt non poſſit fluere nec refluere: Ergo, inquis, ſe ſe dilatando & conſtringendo mouetur? Hæc tua ſanè ſubtilia & opportunè. Quaſi, quia ligatus fluere & refluere nequeat tuo imaginario ſcilicet fluxu & refluxu, ad motum ſpontaneum confugit & ſe ſe cõuertit belliſſimè.

Riolan. tact. 6. Ergo (iterum) ſeſe dilatando, &c.

Pariſ. cont. 6. Igitur ex ea mediaſtini colligatione ſeſe dilatando & conſtringendo mouetur, & ita non fluit ac refluit. At vir doctiſſime Diaphragma etiam fluit ac refluit, impropriè loquendo; quoniam ad rectum, & ſupra rectum in inſpiratione aſcendit, & infra rectum in expiratione in concidentia, & ſui relaxatione, deſcendit, & ita ante & retro, ſurſum & deorſum mouetur, quos fluxus & refluxus mediaſtini colligatio non prohibet ſi ſenſui credimus, & non tibi Cenſori Egregio.

Riolan. tact. 7. Muſculus ani motum habet contractis crumenis inſtar ſimilem, cui ſimile eſt ſeptum Tranuerſum.

Pariſ. cont. 7. Ani muſculi exemplum hîc quorſum? An abre? An cõtra te & tibi vt deſtruas? Siquidem Ani muſculi eſt conſtringere & tantùm arctare: Diaphragmatis in inſpiratione dilatare pulmones eleuando. Ani muſculus ſua actione ingreſſum & egreſſum impedit: Diaphragma alterum per ſe, nimirum aëris ingreſſum cauſat & admittit, alterum per accidẽs aëris egreſſum ſcilicet permittit. An iidem numero ſi Galeno, Faloppio, Laurentio credimus? An iidem actione? An iidem fine muſculi? An eadem eorumdem conſtructio? An in medio ſphincteris motus auctor neruus? quid quod Riolane?

Riolan. tact. 8. Niſi quòd perforatum, Diaphragma ſcilicet (vt Ani muſculus) non eſt.

Pariſ. cont. 8. Hoc ex tui ingenii acumine fiet, quòd videlicet Ani muſculus perforatus ſit. Ecquid, ecquod ipſum perforauit? & quo modo? & quam ob rem? Ergo non eſt ſibi continuus? Ergo læſa ſubſtantia conſtructio, & perinde actio?

Riolan. tact. 9. Quæritur ſi dilatatio & Contractio proprij ſint motus Diaphragmatis.

Pariſ. cont. 9. Si Diaphragma ſeſe contrahere & dilatare iam iam affirmaſti & omniũ Anatomicorum conſenſu confirmaſti; Vt quid id quæris?

Riolan. tact. 10. Vt ſiſtole & Diaſtole in Corde.

Pariſ. cont. 10. Quorſum tibi Riolane doctiſſime comparatio hæc naturalium cum ſpontaneis motibus? Quid Diaphragmatis ſpontanei motus inſtrumentum cum Cordis diaſtolis & Syſtolis organo motuũ duobus, diuerſis, alijs, & contrarijs inſtrumentis, comparas?

Riolan. tact. 11. Quorum vnus exiſtat per ſe, alter per accidens, videlicet Relaxatio.

Pariſ. cont. 11. O Bone Deus; ergo ſyſtole in Corde tibi eſt Relaxatio? Ergo per accidens aduerſus Galenum & omnes Anatomicos, (vno excepto Haruçio qui cum fortaſſe ſentis) aduerſus ſenſum? Syſtole abſque proprio erit inſtrumento, quæſo te? An per ſe & primò Diaphhragmatis relaxatio, deorſum ceſſio?

Riolan. tact. 12. Quando appoſitus agit muſculus.

Pariſ. cont. 12. Quorſum hac reſpectu cordis & nunc, quod nihil habet eum muſculis? Quorſum reſpectu Diaphragmatis, quod in ſuo proprio motu, proprio, inquam, paruo, à ſe ſe oppoſitum non habet, & concidit, relaxatur, ſi ſenſui credimus, in minima ſcilicet inſpiratione, in qua conſtringentium intercoſtalium ope non eſt opus ſi ſenſui inquam ſtemus, & experiri velimus.

Sed

Riolan. tact. 13. Sed Diaphragma non habet oppoſitum muſculum.

Pariſ. cont. 13. Falſum hoc in maiori thoracis motu conſtringenti contrahenti (non in minimo dilatanti, vt diximus) cui conſtringentes intercoſtales inſeruiunt.

Riolan. tact. 14. Ergo duplices ſũt & eſſẽtiales Diaphragmatis motus, Relaxatio & Contractio.

Pariſan. cont. 14. Quomodo iam iam ſupra tact. 11. Relaxatio tibi motus per accidens, nunc tibimet immemori motus eſſentialis? ſi relaxatur, ſi concidit? Si muſculi motus, actio, eſt tractio ſuum verſus principium, vnde, & à quo nerui, ſeu quod, neruus: quo modo relaxatio concidentia Diaphragmatis eſſentialis motus erit Doctor ſubtiliſſime? Quid ſi iure tuo à pulmonibus pendeat, Deus pluſquam optime?

Riolan. tact. 15. Magna pars Anatomicorum; vt Columbus, Picolomineus, Laurentius ſtatuunt Diaphragma tendi in inſpiratione, relaxari in expiratione.

Pariſan. cont. 15. Magna nos admiratione afficimur, quòd tu Iſthæc ſcribere audeas, (tua pace dixerim) tu, tu, inquam, qui ita comiter in Caſparum Bauhinum inueheris, vt Compilatorem, &c. voces, ita præpoſterè compilaueris. Siccine fideliter te geris Anatomicorum Cenſor, vt ad arbitrium loquaris & Celebres ſcriptores tecum ſentire falsò ſcribas, & ſine rubore affirmare audeas? quando totum, totum, inquam, contrarium & velint & ſcribant abs te allati Doctores, Columbus dico, Picolomineus & Laurẽtius, quorum & ſententias & propria quin etiam verba deſcribemus, vt dilucidè pateat quantum tibi credendum ſit cum in proprijs, tum in alienis recenſitis. Realdi Columbi hæc extant verba.

Columbus lib. 5 ſua Anat. c. 21. Septum Tranſuerſum, inquit, ſuo quum munere fungitur retrahit ſe ſe verſus vertebras, aſcendenſque extrema thoracis ad ſe ſe trahit, inferioremque partem vniuerſam conſtringit; Atque hæc quum expiramus. At quum inſpiramus relaxatur, deſcendenſque permittit inferiora thoracis dilatari. Quid Riolane?

Picolominei & Laurẽtij opinio. Arcãgeli Picolominei verò & Andreæ Laurentiæ hæc eſt ſententia.

Ego inquit Laurentius in circulo illo Diaphragmatis nerueo, non caput, ſed caudam & finem muſculi ſtatuo, illiuſque varios & diuerſos vſus agnoſco. Quia enim circularis eſt muſculus, ab omni thoracis circumferentia eum enaſci puto, & in circulum nerueum quaſi centrum deſinere. 1. *Prima. lib. 4. c. 1. lib. 5. quaeſt. 5. oper. Anat.*

Oritur itaque à lumborum vertebris, quibus duorum tendinum interiectu alligatur; tum à notharum coſtarum extremis poſtremò ab inferiore ſterno, & Xiphoide cartilagine totus carnoſus, deſinitque in validiſſimum tendinem circularem, & membranoſum. 2. *Secunda.*

Huius exortus, & inſertionis hæc vera mihi videtur ratio, quod diuerſorum motuum diuerſa eſſe debeant principia. At Diaphragmatis diuerſi ſunt motus, contractio, diſtentio, inſpiratio & expiratio: diuerſa ergo ſint eius principia neceſſe eſt. 3. *Tertia.*

Quod ſi centrum Diaphragmatis caput ſtatuas, vnicum eſt illius principiũ, vnuſque tantùm illius motus: Obijcies, inquit, ſi reſpiratio diſtenſione, & contractione thoracis perficitur, quo modo thoracem diſtendet contrahetque diaphragma ſi ab vniuerſa thoracis circumferentia ortum ducat? Eſt hoc theorema anatomicum, Muſculos omnes principia verſus contrahi, eoſque nunquam agitare partes à quibus enaſcuntur. 4. *Quarta.*

Hoc ergo reſponſum feram, mirabilem huius muſculi & ſtructuram, & actionem. Vt enim in ſtructura totus eſt diuiſus in æquales partes; ita & in actione ſua varius. Vt ſtructuram habet ſibi propriam, nec ceteris muſculis cõmunem: ita actionem edit reliquorum muſculorum legibus nullo modo ſubditam. Trahunt omnes muſculi partem in quam inſeruntur. 5. *Quinta.*

Diaphragma verò partem à qua ortum ducit, trahit. Id autem quo modo fiat, paucis accipe. 6. *Sexta.*

Carnoſæ Diaphragmatis fibræ à thoracis circumferẽtia exortæ æqualiter contrahuntur omnes, vt circulum illum neruoſum ad ſe trahant. Dum pari contentione trahunt, nihil mouent; Cur enim *Septima.*

Digitized by Google

ad anteriorẽ partem, quàm poſteriorem, dextram quàm ſiniſtram partem mouebitur muſculi centrum? Idem ſanè circulo nerueo contingit, quod ferro magnete vndique circumdato; ſuſpenſum namque ferrum manet immobile. 7.

Octaua. Quum itaque diaphragmatis tendo ad principium carnoſum, & coſtas moueri neque vt ob æqualem partium omnium thoracis contentionem, tunc principium verſus finem trahitur, & flexiles coſtæ ad circulum nerueum adducuntur. 8.

Nona. Fitque ex ea fibrarum contentione expiratio. 9.

Decima. Quibus laxatis & in priſtinum locum reductis, fit inſpiratio. Eſt ergo Diaphragmatis finis in medio, non in coſtarum extremis. 10.

Quòd contractione diaphragmatis expiratio fiat, id inter cetera luculenter demonſtrat, quòd mortuo & extincto animali diaphragma ſurſum cõtractum perpetuò cernitur: at vita ceſſat expiratione.

Viden Riolane quàm rectè, ſincerè, fideliter, quàmque verè ſcribas, & quia Philoſophi more quid ingenuè ſentio loquor, ira excandeſcens, me ita ſuperbè & inſolenter ſcribere ſcribis, vt te cæcutire, (non dixi, nec auſus ex modeſtia fuerim, tu tibimet iſtæc, te ipſum, tibimet igitur conſule) & in denſiſſimis ignorantiæ tenebris verſari velim, dicas?

Horum, Columbi, Picolominej & Laurentij præ allatas de diaphragmatis ſententias, vt aliorum omnium Anatomicorum opiniones & tuam ſimul ad vnam omnes reprobaui in prima parte Nobil. noſtratum Exercit. de ſubtil. libro 7. cap. 2. propterea nunc miſſas facimus. Quo circa propiùs ad rem noſtram.

Riolan. tract. 16. Ac ſanè libera reſpiratio violentæ ſit proportionata, quemadmodum violenta inſpiratio fit aſcenſu Thoracis, expiratio deſcenſu; pariter in libera inſpiratione attollitur Diaphragma in expiratione deprimitur. Quòd verò animali mortuo Diaphragma ſupernè contractum appareat, non demonſtrat vitam expiratione ceſſare, ac proinde ſupernè conuulſum apparere ſeptum Tranſuerſum, quia hæc naturalis eſt figura Diaphragmatis propter Mediaſtini copulationem.

Pariſan. cont. 16. Tua interim conſtantiam & ſubtilitatem deſidero: quia malè rationem ſubducis & peius ſequelam deducis, ac manifeſtam in contradictionem laberis: quoniam iam iam in libera inſpiratione Diaphragma attolli, in expiratione deſcendere & deprimi affirmas. Hîc verò poſtea naturalem diaphragmatis figuram ſuperne conuulſi diaphragmatis vocas, quæ præter naturam eſt; quia conuulſa, quia non deſcendit, non relaxatur, nec deprimitur, non infernè, liberè, & naturaliter relaxatur, violentũ, & deprauatum ob motum, quo omnis naturalis figura à motu dependens deprauatur, ſuperciliorum, oculorum, labrorum, colli, brachiorũ, manuum, crurum, pedum, &c. vt in totius emproſthotono, opiſtotono: quæ ſi præter naturam omnes, cunctæ deprauatæ, quo modo naturalis hæc tibi? Prætetquàm quòd Galeno repugnat 8. de Anat. adminiſt. c. 2.

Ampliùs ſi Diaphragma eſt conuulſum & proinde ex motu præter naturam: quo modo hæc naturalis eſt eius figura? Si naturalis eius figura eſt, vt in principio ſuæ actionis motus inſpirationis tendat ad rectum, aut parum ad conuexum in thorace ex ſe ſe, ſeu ex proprio motu, (alio aliorum, intercoſtalium nimirum, & pulmonum attractum ob aerem) quo modo hæc mortui ex conuulſione maximè conuexa eſt naturalis diaphragmatis? Si Diaphragma eſt liberæ actionis, liberi motus aſceſus & deſcenſus ſupra ad conuexum, infra ad concauum, cur violento ex motu maximè conuexa figura ex Mediaſtini copulatione? Cur hæc à Mediaſtini copulatione? Hoc minimè ad rem Riolane; Sed neruus primus motus author Diaphragmatis medio infixus maximè contractus ſuum verſus principium conuulſus hanc maximè conuexam figuram cauſat.

Neruus Diaphr. non Mediaſtinũ conuex. cauſat.

Riolan. tract. 17. Sæpius in ſectionibus viuorum animalium deprehendi ſeptum in inſpiratione contrahi, collecta in ſe ſe contracta verſus

centrum

centrum ſubſtantia & ad rectam lineam adducta, in expiratione relaxari concauumque fieri, quæ figura in mortuis cernitur.

Pariſani cont. 17. Si in inſpiratione (vt ſequeris) Diaphragma ſurſum contrahitur, in expiratione contrario motu deſcendit & deprimitur, vt iam iam ſupra affirmaſti: quo modo in relaxatione cõcauum, vt in mortuis fit, quæ figura eſt concaua infra, conuexa ſupra? Qui malùm ſcribendi modus ſapientiſſime Cenſor? Quando aliàs conſultò falleris, aliàs alios conſultò fallis: nunc affirmas, nunc negas: modò conſtruis, modò tibi deſtruis.

Si in inſpiratione Diaphragma contrahitur verſus cẽtrum ad rectam lineam adductum: (immo conuexum euadit, vt ſupra dixiſti, & verum eſt.) In expiratione relaxatur, & concauum fit, quia deſcendit & aliquatenus concauum fit in thorace inquam, conuexum in abdomine. Sed quæſo te Cenſor maxime, quo modo hæc figura in mortuis cernitur, ſi mortuis non eſt relaxatio, ſed violenta contractio, ob id maximè conuexum in pectore, in abdomine maximè concauum?

Riolani tact. 18. Forſam tamen hîc motus violẽtus eſt, atque conuulſiuus in moribundis animalibus.

Pariſ. cont. 18. Vt quid FORSAM, addis & dubitas, quum ſupra in mortuis conuulſum Diaphragma affirmaueris, idque præter naturam certum eſt, vt pluribus aduerſus Andream Laurentium oſtendimus. Siquidem quod in mortuis factum eſt, (vt aiunt) in moribundis ab eadem cauſa eſt in fieri: quia in ita ſectis ſuum neruorum verſus principium Cerebrum, ſpinalemue Medullam conuulſiuus motus eſt & retractio præternaturam, quæ perpetuò ſurſum abſque quiete, ſine contrario motu, ſine precidentia & relaxatione fit. Nos pluries & priuatim, & publicè anatomico in theatro in viuentibus canibus oſtendimus Diaphragma in inſpiratione ſurſum contrahi, in expiratione deorſum deſcendere. Idem verò in morientibus ſolùm contrahi, non autem deprimi, quando tunc conuellatur, & conuulſius motus (vt diximus) vt pote prorſus violentus, coactus, deprauatus & preter naturam, nullatenus quietem admittit, & deinceps Diaphragma tunc nec deprimitur, nec deſcendit, quod tu (ex tuis colligere licet) parum cautus non obſeruaſti, vt omnium minimè cautus te Anatomicorum Iudicem conſtituere abſque erubeſcentia auſus es, & quod grauiſſimum, nullis cognitis, nullis redditis cauſis, quum nihilo minus tua craſſa, falſa, leuia, & pugnantia non agnoueris, quî aliorum ſubtiliora perceperis? Sed quo digreſſa eſt reuertatur oratio.

Porro ſcire peraiduum eſt, vnde motus irrequietus Diaphragmatis procedat. *Riolan. tact. 19.*

Pariſ. cont. 19. Peraiduum quidem ſcitu, ſed perbella & pulchior tua Propoſitio & memoratu dignior, quâ nullis dictis profundũ gurgitem ſatis leui & ſicco pede pertranſis, vt ſicuti dixi (tua pace) omnia in menſam fers, ſed nihil de more ſtatuis in difficilioribus. Nos quæſito infra pro virili ſatisfaciemus.

An ſit inſitus & cõgenitus Diaphragmati. *Riolan. tact. 20.*

Pariſ. cont. 20. Vt quid inſitum & congenitum quæris, vel non vis, aut dubitas ſi ad arbitrium? Si ex arbitrio inſpiras & expiras? ſi citò, & ſerò ſi lubet, ſi moues & quieſcis quando vis, & quandiu placet? & placidè ac pedetentim quomodolibet, necnõ violenter ex arbitrio? Et ſi ſupra muſculum ſtatuiſti, ſi voluntarij, ſpontaneique motus inſtrumentum conſtituiſti communi omnium conſenſu, ſi à neruo præcipua muſculi parte cui primo debetur actio, vt Galenus vult, & nos de recurrenti neruum demonſtrauimus. Si ſenſanta iſtæc ſunt & experiris quandolubet, quæ digna quæſita tanto Cenſore hecce?

An aliunde fluat, videlicet à Corde centrum Diaphragmatis feriente. *Riolan. tact. 21.*

Pariſ. cont. 21. Quonam pacto in mẽtem cadit tuam, quod à corde Diaphragmatis centrum feriente id fieri poſſit, quum talis naturalis ordinatus motus in Pericardio in aqua ſiniſtrorſum pulſans, nullo modo nullatenuſque id præſtare per ſomnium

quidem

Digitized by Google

quidem poſſit: quum potiſſimũ Diaphragmatis centrum ferire poſſit neutiquam? ſpontaneũ motum efficere moderari poſſit nunquam? Vt nec ab vllo alio id immaginari, nedũ proponi poſſit, ſi ſanus ſum, quàm à noua Scola acutiſsima Riolanea.

Riolan. tact. 22. Vel à Pulmonum amplificatione & contractione. Crederem motus illos Diaphragmatis pendere à pulmonibus partem iſtam agitantibus; Dum amplificantur in inſpiratione, deorſum impellitur Diaphragma, atque contrahitur.

Pariſ. cont. 22. Vlterius quinetiam quo modo credens ſtatuiſti perſpicaciſſime Anatomice Diaphragmatis motus illos, ambos ſcilicet à pulmonibus partem iſtam agitãtibus pendere, vt (ſic nihil voluntarij, nihil ſpontanei motus ex belliſſima opinione maximè digna cenſura) Dum amplificantur in inſpiratione deorſum Diaphragma impellatur, atque contrahatur? Quo modo initiò dum ſurſum pulmones impellit ab ipſis impellitur? quum ſurſum vergat & trahatur? Et ſi (vt ais) tunc contrahitur, quo modo impellitur? Deus Optimè ſi Diaphragma placidi motus author ſurſum (vbi naturalis ſua, eſt figura, & ſuum verſus principium) pulmones, inquã pellit, & ſimul ipſi aſcendunt, quo modo diaphragma deorſum impellitur, ſi ipſum, inquam, ſurſum pallendo vergit, & ipſi aëre replendi, quia dilatantur, pulſi aſcendunt? At Deus pluſquam optimè ſi (vt fateris & teſtaris) tunc ſimul & ſemel contrahitur vel à pulmonibus, vel à ſemetipſo, aut cum pulmonibus ipſis, quomodolibet fingas ſuam naturalem verſus figuram arbitratu etiam tuo: quonam pacto agens tunc impellitur atque trahitur? Nonne dilucidiſſimè ſic accepta enodata & apetta pugnant hæcce Riolanea?

Riolan. tact. 23. At in expiratione contractis & compreſſis pulmonibus fuga vacui ſuperne reuellitur, & ad ſuam naturalem figuram accedit.

Pariſan. cont. 23. Toto ab errat Cælo. Ampliùs ſi in expitatione contractis & compreſſis (arbitratu tuo) pulmonibus vacui fuga ſupernè reuellitur diaphragma, & ad ſuam naturalem figuram accedit: (miſſa nunc hac falſitate pluries ſupra te deſtruente) Ergo ſemper coactus, ſemper impulſus, ſemper violentus Diaphragmatis motus: quoniam prior impulſu, poſterior vacui fuga, & ita nunquam ſponte ſua: quando naturalem ad ſuam etiam figuram (quod etiam falſum in expiratione in qua infra rectum deſcendit) vacui fuga accedat, coactum videlicet.

Adhæc quo modo dic ſodes in expiratione, in thoracis quiete quando thorax deprimitur, & cum diaphragmate relaxatis & conſequenter concidentibus pulmonibus, cedò, inquam, quo modo tibi pulmones contrahuntur? Dij veſtram fidem.

Riolan. tact. 24. Exiſtimaret aliquis Diaphragma in expiratione contrahi hac potiſsimum inductus ratione, quod dum contrahitur craſsius euadit, & tumore ſuo deorſum pellit.

Pariſ. cont. 24. Amius et Demus. Aſt quis ſanæ mentis homo exiſtimet Diaphragma in expiratione cõtrahi, quia craſſius euadat, & tumore ſuo deorſum pellat: quum in inſpiratione contrahatur agendo ſuum verſus principium, medium ſcilicet, (vbi duo nerui motus principium, ſuam verſus originem ab infimis ceruicis vertebris pronaſcentes) tendens, & ita ſurſum pellit, non deorſum; quando in expiratione tunc potius paululum pellatur, relaxetur, concidat, otietur & quieſcat, coactum intellige, vt iam iam audies; præterquam quòd quieſcendo pellere nequit. Nec eſt, quod tunc pellere poſſit, nec quid pelli queat in vacuo ſcilicet, niſi quando comprimit cum intercoſtabilibus & abdominis muſculis inflatis pulmonibus cohibito ſpiritu, vt in ambarum manuum in carpo coniunctarum exemplo Galenus docet.

Verumenimuero hance ad alicuius tuã excogitatã bellam cõmentationem quid reſpondes tu? quid tibi videtur Cenſor acutiſsime? bella ſanè difficultas & Riolano digna. Placet reſponſum nullum, quia potius, tutiuſque, vtpote quod gloſſam non admittat, & deinceps nec ablegari poſſit: ea propter haud moleſtè

Digitized by Google

taliſſes, quòd dixerim te in menſam difficiliora portare, & ſilentio propinare.

Perarduum de Diaphragmate excutitur & docetur.

Quod ſupra perarduum quærebas neſcius nec aſſequutus, (ex tuis necnon ex noſtris vt patet) Vnde Diaphragmati irrequietus & perpetuus motus inſit, quum voluntarius, ſpontaneus ſi mauis: & tamen nobis dormientibus & aliò vergentibus; ſemper agit, quod in tenebris à nemine iam nunc attactum, conſequutumque; ne nos quoque ſicco pede pertranſire videamur, accipe.

Quo modo in sōno voluntarius motus.

Quum Diaphragma neceſſariȩ ſimpliciter reſpirationis principium & author ſit, & eius motus actio parua, & placida extet (vt quum volumus experimur) naturæ & neceſſitati ſufficiens: ſi vlterius volumus, maiori & maxima inſpiratione, & expiratione intercoſtalium muſculorum ope vtimur, quorum opera in ſomno & abſque voluntatis imperio, non opus eſt. Vt intelligas motum iſtum minimum eſſe à neruis Diaphragmatis medium ingredientibus (non ſecus ac à Recurrenti Neruo deorſum actio, vt ſuo loco diximus) ſurſum initiatum & debilem, à Diaphragmate adæquato inſtrumento poſtea perfectum, ſed placidè, & ita ab hoc parumper eleuantur proximi, & contigui pulmones, qui aëre vlteriùs ingreſſo dilatati altiùſque elati, quàm paruus Diaphragmatis motus coegerit eleuaritque, ſeſe in elatiori poſitione ſuſtinere non valentes, ſeu graues in ſuum naturalem ſitum concidunt efflantes & ſuo pondere in expirationis actu & fine Diaphragma agens & eleuans paululum depellunt, atque deprimūt. Diaphragma autem à ſua actione, & ſi parua, exturbatum, vt pote quod in tali minimo motu contrariū non habeat (in hoc enim minimo inſpirationis motu, nec inſpirationi nec expirationi intercoſtales inſeruientes muſculi concurrunt) depreſſum exurgit, reſiſtit ſemper agendo, efferendo, & ſic perpetuò in actione eſt à ſuo munere recedere non valens, vt (ſignetur ſenſato ſigillo) in omnibus, ſingulis, ſolis, vnis muſculis cōtrario carentibus conſtat: ſicuti muſculus oculum in brutis ſuſpendens, muſculi anum leuatores, muſculi anum & veſicæ col[illegible] conſtringentes, ſphincteres dicti, qui in offitio ſemper ſunt noctu, diuque; niſi voluntas ſecus imperet, & vis cogat. Et ita Diaphragma contrario carens, & quippe quod huic ſurſum ſuum verſus principiū motui & eleuationi deſtinatum perpetuò etiam in ſomno, vt ſphinctcres, prȩſto eſt.

Quo circa tuis friuolis allatis reiectis, huius parardui negotij luculentas cauſas ſubtileſque ſenſu confirmatas rationes tibi ignotas, quam ob rem, quo modo, quorſum, cur per ſe, & per accidens ſemper Diaphragma volūtarij motus inſtrumentum etiam nobis dormientibus moueatur, habes, quod tibi & omnibus iam num, negotium fecit, & hactenus à nemine elucidatū. Cetera quæ de Diaphragmate ſcripſimus ex Marte proprio, & cōtra quoſque videbit lector in Prima Parte inque proprio tractatu.

Vt ex hiſce nouiter abs te impreſſis, etiam admonito, rurſus veritas pateat, (etſi odium pariat) quod tibi prius Scholæ Anatomicæ diximus, te multa in mēſam afferre, ſed nihil ſtatuere, & quid tibi velis, nos iuxta tecum neſcire, quæ ſi vera, nec dilacerāt nec lædunt quidem. & conſequenter id æqui boni conſuluiſſes & noſtra dilexiſſes noſque amaſſes.

Riolani de ſe iudicium.

Quod modò dicas, me velle te cæcutire (an tibi conſcius dixiſti?) & in obſcuriſſimis ignorantiæ tenebris verſari (nec dixi, nec dixerim) ex à me dictis, quid verè ſentiendum ſit, colliges ſi te colligas, & conſequenter corrigas: niſi vlteriùs alios te correcturos velis: quando ſi paucis ex verſiculis tot collecta experiris, quot catena (millia ne dicā) cribrato tuo ex volumine, errata collectum iri putas?

Inter tuos & meos libros illud diſcriminis eſt Riolane, quod noſtri, partus noſtri protſus ſunt. Tuorum autem ſi quæ Hippocratis ſunt, Hippocrati: ſi quæ Ariſtotelis, Ariſtoteli: ſi quæ Galeni extant, Galeno, & ſi quæ vniuſcuiuſque Celebris Anatomici (paucis vt agam) hance ad tempeſtatem vſque, cuique, vt egregius Compilator (vtinam non mendax) reddas, ſola charta tua erit, quam ſi paucis

tuis

Digitized by Google

tuis opinionibus impuram & verè cacatam quis dixerit, neminem reclamaturum puto; vt pro occaſione oſtendimus monſtrabimuſque. Quare potiùs & adamuſſim tibi dicta ſunto.

Martial. lib. 1. epig. 31.

Aliena quiſquis recitat, & quæris famam.
Non edere librum, ſed ſilentium debet.

Tui quod ingenij ſubtilitatem ſapiat vidi nihil, vt propterea facilè credam te oleum omnemque operam in illis compilandis abſumpſiſſe, vt hinc poſtea in Caſparum Bauhinum furor & impetus.

Riolani Conſilium alijs quale.

Non perſpicacis certò ingenij illud tuū (ibidem pag. 55.) Caſparo Hoffmano conſilium eſt, quando illi conſulis, vt corporum ſectioni incumbat, vt quam auide deſideras Peripateticam Anatomiam abſoluat, vtque ſic de Philoſophia & Medicina optimè mereatur, & deinceps inquis, intelligant omnes Philoſophi Ariſtotelem præſtantiſſimum Philoſophum anatomicum, nec Laniorum operâ & manibus vſum fuiſſe in ſecandis animalibus, ſed oculatiſſima manu corporum queque minutiſſima perſcrutatum fuiſſe. Ac ſanè deſertus fuit Ariſtoteles in rebus anatomicis, quia non fuit intellectus. Sed venient tandem tēpora quibus rediuiua fiet & florebit hæc Anatomia Peripatetica.

Diſtin? An quando Ariſtoteles redibit ex Platonis mente? Ex animarum circuitu reſtitutioneque rerum in triginta ſex millibus annorum iuxta completam octauæ ſpheræ reuolutionem?

Ergo quæ tu vides, expertus es; & ex Galeni & aliorum Celebrium Anatomicorum omnium inuentione & mente ſcribis, & quamplurima conſequenter contra Ariſtotelem probas nō ſunt vera, quia alia, vel diuerſa, aut contraria deſideras & præſtolaris. Pepo ſim ego, ſi ex hiſce acuti te ingenij credam: non ſolùm quia ab omnibus etiam maximè addictis Ariſtoteles deſertus, vt dicis: quia perpauca ſciuit expilato Hippocrate quamplurima ignorauit communi omnium ferè conſenſu; Verùm quia fateris Ariſtotelem deſertum, quia non fuit intellectus: ergo tu vnus intelligis. Aſt quum in anatome peritus tibi videaris, (dubium etiam tua ex ſententia foret, quia alia, diuerſa tuo captui contraria expectas) cur glorioſum id operis non aggreſſus es? Cur hoc facili tibi negotio tu, tu, inquam, de Philoſophia, deque Medicina non optimè mereris? Sed cur tu, dico, quum in arte ſenior tui ipſius conſcius diffiteris, & conſequi te non poſſe, quæ alijs in arte haud exercitatis facilia inuentu & factu putas? quia neſcis ſtare loco quę obiter. Ad rem.

Tilderatur.

Admoni tio.

Mouere & ab indignatione amouere te debuit poſtquam ne primoribus quidem labris noſtram ſubtilitatē deguſtaueris, niſi tua conſcientia, (quia obiectis non reſpondes, quia non potes, quia neſcis) quæ mille teſtes, non meæ, ſed tuæ exiſtimationis cauſa: quando hîc honor agatur; Mundi ſaltem ob Teſtimonium, quod ſi meos extollit libros, te dānantem abſque ad obiecta reſponſis, haud benè morati, imbecilliſque ingenij nota inuret.

Meorum librorum iudicium iam latum eſt: ea propter inſigni abſque reprobatione (quod non fiet ſi ſanus ſum, tantum abeſt tuis impuris atque ineptis verbis) è Sapientum cordibus iudicium auferetur nunquam. Sed bene notatâ latrantium malignitate altiùs profundiùſque ſuas iactas iam radices firmabit.

Ex quibus re ipſa, inquam, & maximis & celebribus ex authoritatibus teſtibuſque luculentiſſimè innoteſcit te perperam loquutum fuiſſe, tametſi veritatis aculeo (iure ac merito) paululum punctus tibi viſus eſſes, quemadmodum à Doctis Viris merito tuo te malè audire, quod fateri & ratum facere cogeris, morbi & errati cauſam priorùm auferendo, reſpondendo ſcilicet inſcientiam iam tuum commiſſam confiteri, falſam tollere, & recantare.

Complexionis forma.

Sin verò in ſentētia pertinax ſis, tu, tu, inquā, teneris in nos dicta & ſcripta præſtare, & conſequenter in ſingulare certamen deſcendere. Ad quod quia Galli vt ſtrenui & alacres faciles ſunt, lubentiſſimè mecum in arenam literariam deſcēderes, niſi degener ſis. Icto tamen fœdere, vt tu

vnus reſpondeas: ſin verò alio ſub nomine, aliuſue ſcribat, legentibus hæc omnibus teſtatum relinquo te herbam dediſſe haſtamque proiecisſe, meque vlteriùs non teneri. Vt præterea Gallus accedas, non vt moris eſt tui, prauo cantu Leonem (vt fertur) terrere tibi credas: minimè ex gallo Baſiliſcus vanis ſibilis, venenoſis ſpiritibus, & vanitatibus fugare & ſuperare velis & poteſ; ſed modeſtus & bene moratus deſcendas: quia verborum contumelia nō eruditiorem, doctioremque loquentem ſcribentemque, ſed petulantiorem demonſtrat, Vel ſi moratè & modeſtè me acturum velis: Caue tamen ne cogar vel tibi dicere Racha, quoniam Euangelium mihi prohibet.

S. Matth. 5.

Sed quæſo te ad talia ab alijs aliàs Doctis Viris tibi inflicta nos ne perpellas, ſimilia ne extorqueas, non ſolùm quia impar mihi tecum (vt Catone cum ſeniori dicam) certandi conditio eſt: vt ſatis ſuperque dilucidè patet. Verum etiam quoniam vtriuſque noſtri luculentum iudicium à Celeberrimis Doctoribus Pariſinis Scriptoribus Academicis Regijſque Medicis latum eſt.

Vlteriùs ne Ariſtotelis & aliorum Authorū caterua commitatus accedas, quibus abſque demonſtratione, docente Galeno (Hippocrati & Platoni maximis viris ſine demonſtratione credendum non eſſe) non ſtamus, & feroculos cateruatim minimi facimus; ſed tui duntaxat ingenij acumine, vt ſingulare ſit certamen. Quod tibi facilè erit (vt ne bis ſerquàm gratum) Ariſtotelis ex anatome, quam tanti facis, nos nihil (eius Manes parcant) noſtris vt in Exercitationibus videre eſt; & quin etiam ſupra ſæpius, ſicuti & infra. Propterea maximus tibi campus; & deinceps maxima tibi occaſio tui magni præbendi ſpeciminis, & eo quin etiam maximè ac ſatis ſuperque tibi erit, quòd vt plurimū communem opinionem tecum facientem habebis, in noſtra, inquam, in lucem reuocata: non in tua nobis triuola & caſſa.

Tu motor eris, tu principium & motus author, & quorſum libuerit tibi integrum erit dummodo moueas, aut motum & iactum lapidē amoueas, & morata ſit actio. Ceterùm vide quęſo te, ne mutua hęc noſtra actio, ea, tua articuli motus ſit (nullus videlicet, ſed perpetuum ſilentium, vt articuli ſuapte natura, quies) ex tę Schola Anatomica, capite de Articulis, pag. 56. Noua, inquis, Doctrina. Vbi profiteris, quinimò doces, & vlteriùs, quatenus Schola Anatomica, quin etiam Pariſina, quòd, Articuli Actio, ſit motus.

Noua Schola Noua Doctrina Riolani.

Proh Deus, articulo actio & motus? Ergo articuli, motus ſpontaneus ab oſſe, cartilagine, oſſiumue compage? Igitur non à muſculo adæquato ſpontanei motus inſtrumento? Ergo non à neruo præcipua muſculi parte, cui primò debetur actio? Igitur Galeni germanæ authoritati vbique & innumeris in locis, conſultò potiſſimùm in 1. & 3. de Vſu par: itidē in 3. de diſſect. muſcul. &c. non ſtas? Itaque nec rationi, nec quin etiam tactus, viſuſque ſenſui credis? Quid ſi quæratur, quomodo articulus moueat? Cui innitatur immobili commune iuxta receptum effatum? Qua ſui præcipua parte primò moueat ex Galeni axiomate? Et quam partem itidem moueat ſuum verſus principium? Et quod nam tale eſt? Et ſi ſe ipſum mouet, quo nam pacto talibus, ſi quis ſciſcitetur? Aſt quo, & per quod nam alterum articuli os alterum mouebit os? Verumenimuero quum orbiculata oſſis pars moueatur, vt ſenſus ſentit, & Galenus de oſſibus in princ. & comm. lib. 2. de fract. Hipp. docet, quomodo proximum ſibi cauum os, cui inſeritur, ipſam mouet? Aſt cum Galeno, communi, ſi cum ratione & ſenſu à neruis præcipuæ parti, & à muſculis adequatè articulus mouetur: igitur articulus motus patitur, articuli motus eſt articuli paſſio: & proinde actio & paſſio tibi Anatomicæ Scholæ vnū & idem, quod repugnans à ſeculo inauditum eſt, nobis verò imperceptibile, niſi tu doctiſſime & ſubtiliſſime Riolane egregie Cenſor nos doceas, quod enixè exoptamus & rogamus, niſi Doctiſſimis Quercetano & Palmariæ Lauro nos ſubſcribere velis meritiſſimo tuo.

An oculati hæc non videbunt? tactu

præ-

præditi iſtæc non tangent? An fortaſſe os habent & non loquentur? Aures habent, & hæcce non audient? nares habent & iſtæc non ſubodorabuntur, lingua non guſtabunt, non clamabunt, in gutture ſuo?

Hæc tu Riolane Anatomicorum Cenſer? Hæcce, ſiccineque ex Hippocrate colligis, & tuos diſcipulos cõtra quàm Hippocrates, Galenus, & omnes, ratio, & ſenſus ipſe docent, edoces, præcipiſque? Hance tu Schola Anatomica Nouā Doctrinam Pariſijs profiteris?

Obiter hæc dicta ſunto: quoniam noſtrum nunc tantummodò fuit vix paululùm tecum reſpirare potuiſſe: Hoc eſt de paruo, vero, & proprio Diaphragmatis motu egiſſe, non hiſce de ridiculis motibus, & alijs tuis huiuſmodi, de quibus aliàs ſi Deo placebit.

Spectatores omnes erunt. Iudices non maligni, inuidi, ſatyri, ſectis addicti, ſcioli, literatores; ſed literati ingenui & Celebres. Demum, vt hæc omnia æqui boni facias Veritatis amore.

Interim feremus nos æquo animo & vtemur foro, quod ſors conceſſit, donec inuicta Veritas finem malis imponat.

Quā ob rē ſerius in lucem hæc miſſa fuerint.

Seriùs hæc, tuas ad fugandas cœnoſas tenebras, luci commiſimus: tum quia ſeriùs ad nos tua eiuſmodi peruenerunt. Tū quia poſt, hiſce noſtris ſcriptis, nondum tamen ſub prælo, & in apertum prolatis Mundinius (deprimendus) ſua cum ſequacium caterua, impediuit nos: Tum quia deinde. Præclari Doctiores Patauini Academici ſuo Calido, diu in te noſtrum diſtraxerunt. Tum poſtea doctiſſimus Harueus ſuo ſanguinis circuitu circuit nos. Tum demum quia in familiaribus neceſſarijs negotijs, in faciendaque medicina toti fuerimus: Ea propter tibi Pariſijs illico mederi non præſtitit. Quoniam quum vix inquam reſpirandi facultas relicta fuerit; Vt quid prius & ante omnia, te aliàs deuium in ſemitam a nobis redactum iterum, etiam nunc auium repertum dedocere (quod ſcribendi non reſpondendi in cauſa fuit, non tua obtrectatio Catonis conſilio.) reſpirandi inſtrumenti fabricam: reſpirandi modum; atque perpetuæ inſpirationis cauſam, debuerimus? ante graſſatam ſæuiſſimam & diuturnam Venetam peſtem, tuam ante huiuſmodi obtrectandi reprimere fuit? Vt impoſſibile ſubinde, nec poſt, neque iamnum fuerit ob chartæ & impreſſorum maximam penuriam; Vtque propterea in omnibus, & per omnia boni conſulere debeas, ſi melius valeas.

HÆCCE breuiter & exiliter prætacta vtriuſque noſtri noſtra ſub Sapičtiſſimis Pariſinis Iudicibus ſunto: ab Iiſdem aliàs & prius noſtrũ noſtra iudicata, & præactum Iudicium modò in medium raptim vocemus; vt vtriuſque de præteritis itidem par acceptorum ſit ratio.

Audi, collige, experire, quo numero Pariſijs ſimus, vt quo tu poſtea ſis videamus.

Politiſſimo & Doctiſſimo Viro Dom. Aemylio Pariſano Philoſopho, ac Medico Veneto Eminentiſſimo.

Venetias.

Æmylio Pariſano Philoſopho, ac Medico Celeberrimo S. P. D.

Ex Celeberrimis Pariſienſibus Academicis præclarũ Iudicium.

NOBILES tuas exercitationes de Subtilitate, nemo legit (mi Pariſane) qui Te vt nobilem Medicum non ſuſpiciat, & vt ſubtilem Philoſophum non admiretur. Multa de ſubtilitate grauiter & acutè Cardanus; multa ſcaliger elegãter & ornatè ambo veſtri ſoli & cœli Heroẽs: Tu de ſubtilitate acutè, grauiter, ornatè, vtiliter, & nouè. Quàm multa, Deus bone, Priſcis incognita, inaudita Iunioribus, nobis aperuiſti? Quàm multa perperam à Veteribus dicta, & à Neotericis malè intellecta nobis detexiſti? Quæ quum dico, nolim audiri de rebus inanibus, aut nullius momenti; quales ferè inſtituuntur ab omnibus leues & vanæ diſputationes; ſed graues vtique & vtiles obſeruationes cùm in Philoſophia naturali, tum in Medicinæ partibus nobilioribus, Anathome, Pathologia, Therapeiâ, quarum præcepta à te traduntur vera, certa, neceſſaria: errores verò, multorum & allucinationes inſinuantur, deteguntur, caſtigantur. Rapuit profectò me in admirationẽ & continuò in amorem ſingularis tua doctrina & perſpicax in rebus dijudicandis diſcutiendiſque Ingenium dignum veſtrâ gẽte, Vrbe, academiâ, quibus hodie nihil orbis habet illuſtrius, potentius, celebrius. Quid noui aut abſurdi habet hæc amoris illecebra, ſi Academicus Academicum, Medicus Medicum, Doctor Pariſinus Pariſanum Doctorem amat & veneratur? Nec mihi objiciantur longa illa locorum interualla interpoſita nobis, quibus certa corporum cõſortia poſſunt impediri, animorum commercia nõ poſſunt. Qua propter minimè miraberis (Vir ornatiſſime) ſi ab orâ tam peregrinâ & remota tecũ hac epiſtolâ collocuturus venio. facit hoc amor in te meus ad quem inuitauit gloria & virtus tua; quæ ſi cum pari humanitate coniuncta eſt, non diffiteor quin mutuo, me amore excipias, & amicitiâ tua dignum probes. Reddet tibi hãc epiſtolam nobilis quidam adoleſcens medicinæ Neophyton, ſed in philoſophia atque philologia inter poſtremos non collocandus. Tam verò amans eſt tuæ familiaritatis & amicitiæ, quàm virtutis & modeſtiæ, quas ab Incunabilis ita excoluit, vt in eas peccaſſe nunquam cum meminerim. Profectò ſi ad tuum colloquium conſortiumque interdum à te admittatur; ſpero fore, vt gratias mihi ſis habiturus, quod eum literarum ad te mearum nuntium eſſe voluerim. Ceterum ſi quid tibi ſit negotij noſtris in regionibus, vel ſi quorumdam librorum (quorũ te ſtudioſiſſimum noui) tibi copiam fieri exoptas; quæſo diligentiam noſtram & affectum explora. Experieris enim me tam officio obſequentem, quam verbis liberalem & humanum. Vale.

Lutetiæ Pariſiorum octauo Kalend. Octob. ann. 1626.

Tuus ex librâ & aſſe

Renatus Moreau Doctor Medicus Pariſienſis.

Per illuſtri atque Præſtantiſſimo Viro Colendiſſimo. D. Renato Moreaú Philoſopho ac Medico Regio Pariſienſi Celeberrimo.

Pariſium.

Re-

Digitized by Google

Renato Moreau Philoſopho ac Medico Eruditiſſimo. S. P. D.

Reſponſum. QVAS ad me egregio & doctiſſimo Iuueni literas dediſti tuo viſo nomine vorando primùm, mox ſæpè ſæpius pitiſſando perlegi, vt potè iucundas, ſuaues, pergratas, & ſi pluſquã gratiſſimas dixero, profectò non mentiar; quia amores ſpirant, honores deferunt, laudes præ ſe ferunt maximas: quas poſtremas tametſi non ita ſuauiter deguſtauerim, ſuſpicatus nimirum, quòd nimium tuum in nos ob amorem & multiplicem propter ſympathiam Doctoris in Doctorem, Medicum in Medicum, Academici in Academicum, Pariſini erga Pariſanum, cæcutieris, optimi Viri pace dixerim. Nihilominus tamen, quia à præclariſſimo Doctore, à celeberrimo Pariſino Lectore, & egregio ſcriptore omni laude & honore ornatiſſimo laus eſt, ſiue ita rectè iudices, ſiue modò erres, ſummopere delectat.

Quandoquidem meos de Subtilitate libros eſſe numero, per gratum: me abs Te peritiſſimo bene audire, perquàm gratiſſimum: meam abs Te anxiè amicitiam exquiri (quæ tua eſt humanitas) maximum eſt priuilegium. Ea propter, inquam, vt omnia tibi accepta refero, atque maximas gratias ago, immortales habiturus, ſic non poſſum quin valde mihi gaudeã, atque deinceps me Tibi ipſum omnino dedam, necnon deuoueam, & nunc cum maximè addiderim, quando opportunè non tantummodò optimum amicum, ſed amatorem, patronum & defenſorem maximum nacti ſimus; vt propterea ſi quando in Galliam noſtros aduerſus libros inuidia & rabies peruenerint, fore ſperem, quin admittantur, ſed è veſtigio malam in Crucem ablegêtur. Quare quum Tibi deuinctiſſimus ſim virtutis amore, & tuæ virtutis vi, non poſſum Tibi in amore non reſpondere, & vlteriùs ſi datur, atque proinde Tibi in omnibus quo ad poſſim inſeruire. Nobilis tuus Nuncius ſæpius ad me venit, ſemel tamen, quum literas reddidit, inuenit, nimias ob meas in medicina facienda occupationes: me ipſum eidẽ, & operam obtuli cùm tui amore, tum eiuſdem, vt narraſti ſingulari virtute. Vale, dilige nos & ama, & pro vt amas ſcribe, impera, atque diu felix viue. Dat. Venetijs decimo Kalen. Decembr. an. 1626.

Tuus ex animo totus

Æmylius Pariſanus Romanus Doctor Medicus Venetus.

Ornatiſſimo ac Perilluſtri Viro D. Aemylio Pariſano Philoſopho, ac Medico Veneto Eminentiſſimo.

Venetias

Æmylio Pariſano Philoſopho, ac Medico Veneto Præſtantiſſimo. S. P. D.

NIſi gratas dixerim mihi fuiſſe tuas literas, certè mentiar (Vir Ornatiſſime.) Sed gratiſſima cauſa fuit, quæ Te ad ſcribendum impulit. Amor enim eſt & blandus quidem humanitatis tuæ radius, quo afflas ſimul & allicis eorum omnium animos, qui ſplendorem virtutis tuæ oculo nec lippienti nec *limo* intuentur. *Iudicij cõfirmatio.* Equidem abs Te ſummo me abſolutum & affectum beneficio non diſſimulo, quod me in partem amicitiæ tuæ duxeris, & eius rei dederis argumentum in illâ epiſtolâ quam amore, & beneuolentiâ diffluente nuper accepi. Beneficium quum dico, intelligo Apologiã tuam ad Mundinium, quam per Naudæum noſtrum mihi obtuliſti. O amicum & ſuauiſſimum pignus?, quo niſi breui fruor, deterius mihi eſt viuendum. Sed amabo vnde in Te ignes fatui, & bruta illa fulmina? Suſpicor à flatu quem afflant odia, inuidentia ſuccendit, & curarum edax liuor. Quæ ſi ita fuerint, gaude imo ſinu (Mi Pariſane) & ſpera has nebulas primo vere diſcuſſum iri, illico, ac exorto ſydere tuæ doctrinæ aura benignior affulſerit. Dum Luna pleno orbe fulget vano canum allatratu petitur, nec vllo tempore magis muſcarum examina laſciuiſt, quàm

quàm vbi Sol mundi oculus ſplendidius micat. Semper mihi probatæ ſunt diſputationes illæ, quæ veritatis indagandæ gratiâ & iuuandæ reipublicæ literariæ ergò ſuſcipiuntur, quòd ex illo cõflictu non ſecus ac ex mutuo lapidum attritu veritatis iubar excitetur. Sed damnaui ſemper ea ingenia, quæ ne ſuus honos viris magnis tribuatur de lanâ caprinâ litigãt, & ne deſit diſſentiendi occaſio nodum in ſcirpo quærunt. Nolo Tibi adblandiri, & more adulatorum tua, ſiquæ ſunt, vitia, virtutum adumbrare lumine: audacter tamen dicam,&,ni fallor, verè; ingenij tui maieſtatẽ excitaſſe has in Te tempeſtates, nec alium fuiſſe huius cauſam belli quam tuam gloriam. Quapropter mouere Te non debent hæc flamina, ſed ad maiora Te excitare odorum inſtar, qui dum flabellantur, & vento impelluntur longius fragrantiam ſuam diſſeminant: hoc ſi facis cogita æternitatem Tibi deberi. Vale. Dat. Lutetiæ Pariſiorum quinto Kalendas Martias. ann. 1627.

Tuus ex animo totus

Renatus Moreau Doctor Medicus Pariſienſis.

Per illuſtri atque Præſtantiſſimo Viro Colendiſſimo D. Renato Moreau Philoſopho, ac Medico Regio Pariſienſi Celeberrimo.

Pariſium.

Renato Moreau Philoſopho, ac Medico Eminentiſſimo S. P. D.

Reſponſum. O Ponderoſam tuam, Moreau, ſæpeque legendam epiſtolam honoris quantum ſignificantem amoris quantum? Ne viuam ſi multos inter cupidos, ita noſtri ſtudioſos, æque ac Te obſeruantes me habere exiſtimem. Quam ob rem vti ſic me, meaue amaui vnquam, nunc quum ita abs Te laudatiſſimo Viro diligar & laudibus afficiar in hoc cupiditatis genere intemperationem me eſſe fateor, atque me ipſum meaque etiam à me amari cogar: Cogor dico, quia conſcius ipſe mihi non probor. Quocirca quum Tibi clariſſimo & amantiſſimo fidem adhibere debeam, mihi non poſſim, & niſi mei ipſius mihi, an nec Tibi? Profectò non mihi; quoniam in me me ſue talia non videntur, nec ſunt: Igitur alia mei loco, alia pro meis diligis, eximia prædicas & celebras. Noſtrûm vtrique ergo cauendum eſt, nimio ne mutuo cæcutientes amore fallamur: tametſi quomodocunque res ſe ſe habeat, alter ſi noſtrum fallatur, Tu es in cauſa, ex Te lapſus, tua pace dixerim. Quandoquidem tuo amore maxmè delector, tuam voluntatem,& ſententiam, tuas laudes ex Te pręſtantiſſimo, ſincerè, vt ſcribis, & ex corde pronatas, certò ſcio; & diligo & amo, & vtpotè ex Te Renate mi optime, iſtis mihi perfectè & affluentiùs renaſcentibus, & adnaſcentibus aſſentior. Quod noſtram ſimiliter ad Mũdinium Apologiam probaueris, di laudes, ac ceteris Doctis Viris ſubſcribas, & poſtremò merito tuo ratum facias perplacet. At quod vrget, in nos, & noſtram illam aduerſus eiuſdem reſpõſum & apologia exurexit quorundam Medicorum Venetorum conſilio; Hoc opus, hic labor eſt, An eidem reſpondendum ſatisfaciendum nobis ſit. Quippe altera ex parte bilis in naribus, & Doctioribus Amicis aſſerentibus moremgerere in animo eſt. Altera verò, quia nullum eſt mihi otium, & proinde ſomno detrahendum: & Alij pariter Doctiſſimi ſilentio potius ſatisfaciendum malunt, adeò vt poſitus in medio quò me veream neſciam. Cauſæ fuerunt ac ſunt hominum paſſiones, quas vti ex tuis proximè acceptis literis video, iuxta mecum optimè noſti, vt pote qui Linceo longè longiùs (mirum ſanè) tui eximij ingenij perſpicacitate citra montes, vltraque maria intuitus ſis. Ad rem propiùs, hîc conſulto opus eſt. Si à Vobis, abs Te potiſſimum, inquam, & à ceteris omnium ſapiẽtum Celeberrimis Parienſibus Academicis Pariſano tuo reſpondendum conſultum ſit, veſtro in verbo relaxabo rete, venetis ſpretis fluctibus,

bus, noſtra cybala in altū ducam & pergam, haud dubia ſpe ductus, quin pro virili veſtram opinionem fallam: Secus cum alijs (ita ſi ducitis) ſilendo ſatiùs dormire putabo, quàm oleum, operam, & ſomnum perdere. Tu interim nos, vt facis, ama amore illo tuo ſingulari, atque diu, diuque vale. Dat. Venetijs quinto Kalendas Aprilis. an. 1627.

Amantiſſimus & Deditiſſimus

Aemylius Pariſanus Romanus Doctor Medicus Venetus.

Sed quæſo te Riolane Celeberrimorum in Pariſienſium gratiam tædio abſque aliam alius, aliuſque aliam pacato tranquilloque animo audias.

Clariſſimo Viro D. D. Aemylio Pariſano Philoſopho ſubtiliſſimo Doctiſſimoque Medico.

Venetias.

Excellentiſſimo Viro D. Aemylio Pariſano Philoſophiæ & Medicinæ Doctori ſubtiliſſimo S.

Tertia Preclariſſimorum Pariſienſiū cōfirmatio.

SEmper equidem exiſtimaui, quod Tu quoque ſentis Aemyli Pariſane, verum amorem mutuamque beneuolentiam haud ſapienter ab hominibus diiudicari, imo nec ab ipſis Sapientibus recta cum ratione æſtimari ex hoc vulgari literarum officio; quod tabellariorum iniuria, negotiorum mole, temporum iniuria interturbari vel minimo negotio poteſt. Altius eſt & potentius quiddam amicitiæ inter ingenuos & literatos viros ſemel obfirmatum vinculum, quod nec locorum diſtantia remittitur, nec longa temporis intercapedine laxatur; ſed toties obfirmatur votis, quoties non confirmatur officijs, tamdiu ipſa voluntate ſe ſuſtinet, quamdiu facultate non præualet. Sed quorum hæc, miraberis forſam ſubtiliſſime Pariſane. Certè non eo tendunt, vt negligentiæ, vel obliuionis culpam deprecari, aut veniam in re turpiſſima mihi condonari velim. Neque ego is ſum, qui non animo magis, quam oculis amicos geram, qui præcelentes viros, & omnibus diſciplinarum, virtutum que luminibus illuſtres meis nugis, & leuibus captiunculis non audacter interpellem, qui Te beatiſſima ingenij vbertate florentem ſubtiliſſima per nouas cogitationes mentis acie, ſupra doctiorum ſpem eminentem ipſa Memoria pariter nunc atque olim fideli vigentem, maximeque ſingulari Comitate, & integritate prope diuinum non ſummopere deſiderem inter nobiliores amicos conſeruare, quod honori inter doctiores præceptores recenſere, quod vtilitati inter Philoſophos præſtantiores purpuratoſque ſalutis humanæ principes referre, quod incredibili prope modum voluptati mihi futurum eſſe, non certius ego, quam Tu ipſe ſatis vt arbitror noſti.

Sed cum nominis tui memoriam tanti ſemper apud me fecerim, quanti quiſpiam alius rem maxime facere poteſt; Certioremque me faciat amicorum, qui apud Vos degit ſuauiſſimus Dominus Iuſtus Laigueau Illuſtriſſimi Domini Ducis de Candale à cubilis valetudinis primus, nihil literarum, quas ad Te ſæpius deſtinaui peruenisse. Arbitratus hoc communi amicitiæ lege tuam eſſe mihi retinendam, quæ particularibus officijs vix potuit bene conſeruari.

Habeo enim proſus quod fatis meis imputem, aut verius, quod eiuſmodi Tabellariorū difficultatibus & impedimentis caulæ meæ ſtatum inuitus ſubmittam. Et quamquam grauiter & iniquo animo tulerim diuerſis occupationibus eripi mihi facultatem ſæpius ad Te ſcribendi, grauius tamen extiti, Te quas, non ita frequenter ſcripſeram, rariùs accepiſſe. Immo permoleſtum fuit, nullas adhuc recepiſſe, quum trinas ſaltem Religionis in Te meæ, & obſeruantiæ teſtes locupletiſſimas diuerſis, ſed quod fateor difficilimis iam temporibus ad Te deſtinauerim, quemadmodum & poſtremam hanc, licet non certiori via adhuc tranſmitto, vt

ſi qua

ſi qua fors melior eam ad Vos detulerit, & de priorum iactura admoneat, ac me ab ingratitudinis labe vindicet, quã nunquam exercere apud ignotos, apud amicos cane peius & angue ſtudui ſemper deuitare. Quare velim animo exiſtimes Doctiſſime Pariſane, me nihil aliud in votis habere, niſi vt ita optata mihi contingant, ita me bene ament Hygeia & Panacea, ita mihi benignior aſpiret Helcinis aura, quemadmodum memoriam Clariſſimi tui nominis altius impreſſum, ſenſuque Candoris eximij, quo me aduenientem excepiſti, manentem fouiſti, abeuntem ſuauiter proſequutus es, medullitus apud me defixum colui diligenter, & crebris vſurpatum ſermonibus hac laude quãtum in me fuit exornari, qua nec maiorem deſiderare ſingularis animi tui modeſtia, nec illuſtriorem cogitare potuit mea in Te haud vulgaris beneuolentia. Quòd ſi nihilominus aliud etiam in votis habere mihi per Te liceat, illud in primis erit, vt poſtquam ſingulari tua virtute hoc labore tam arduo, tamque difficili & impedito Nobilium Exercitationum de Subtilitate: & de materia Cœli defunctus es, quid iam pares, quid moliaris, quę Te curæ exerceant ſubinde me moneas. Hoc enim ego cupidus ſcire aueo, quam faciunt in hac ampliſſima Ciuitate tot Auguſti Medicinæ proceres, tot Viri graues & eruditi, qui nihil à Te niſi perfectum ingenio & ſumma elaboratum induſtria expectandum decernunt; rumpantur licet & crepẽt nonnulli Cleones alieni nominis obtrectatores, ſui decoctores, ſeù mauis Ariſtarchi, quos ſi me non ſolùm audis, ſed qui me ipſo Sapientiores hîc degunt propemodum infinitos animo tráquillo & pacato Teocriſarios, vt quos velut ab omni humanitate deficientes ratio manifeſta non docet, non vincit, non comprimit, velut Pannaceas Baucides, aut rixantes mulierculas deſpectus ipſe compeſcat. Demum ex venia, quam mihi feciſti poſtremum illud votorum adijciam, vt libellos quoſdam nuper à me publici iuris factos, Conſilium videlicet de inſtruenda ordinatim Bibliotheca, & Panegyrum de Antiquitate, & dignitate Scholæ Medicæ Pariſienſis aliqua mihi detur occaſio ad Vos tranſmittendi, quibus propenſum meum in Te animum agnoſcere, & eos a Te probari, aut me in illis admoneri vt honorificẽtiſſimum mihi, ita & gratiſſimum fore Tibi certò perſuaderes, quod vt interim Tibi perſuadeas meque fouere & proſequi pergas ſanè velim. Lutetiæ 1628. Die octaua Decembris.

Tuus ad omnia paratiſſimus.

Gabriel Naudæus Medicus Pariſiẽſis.

Per illuſtri Viro obſeruandiſſimo Do. Gabrieli Naudeo Philoſopho ac Medico Pariſienſi Excellentiſsimo

Pariſium.

Domino Gabrieli Naudæo Philoſopho, ac Medico Doctiſſimo S. P. D.

Responſum.

TVæ iam diu expectatiſſimæ tandem peruenerunt literæ, quas non permutatis equis, non gallico (vt dicitur) itinere, ſed longiſſimo obliquiſsimo, ſed teſtudineo, vel potius cocleo gradu ad nos feſtinantes ſexto idus Decembris datas ſuperioribus diebus accepimus. Hilarioſi nihilominus vultu excepimus: quia à Vobis Sapientibus noſtri amantiſsimis: quoniam doctrina plenæ, amore & officijs refertiſsimæ nobis perquam gratiſſimæ. Quod quæris, quid agam, quidue moliar abſoluta Cœli materia: Amabò Te Dilectiſsime Naudæe, quĩ familiaribus Medicíſque negotijs quaſi obrutus, vix ducendi animam quid temporis obtinens, alia nouiter aggrediar, grauioribus oneribus oppreſſus debiliores humeros ſubijciam? Quî Cœlum petere potui tot in anguſtijs? Hinc inter ringentes: iſtinc inter latrantes: illinc inter mordentes: vndique inter rixantes, vexantes, oppugnantes, in medio poſitus quo me vertam neſciens, ſtare non valens, vndiq; e percuſſus, vt cogar ſolus,

(non

(non proinde perterritus) tot aduerſus inter aduerſarios rotando, & in orbem pugnando euadere ſi poſsim? Potero autem Veſtri Pariſienſium Sapientum præſentis maturi ſecundi iudicij benigna aura, anſam ſi Vobis Celeberrimis præbuero; lydio lapide ad Ioannem Riolanum, (Heraclyo itidem lapide ad Mundiniſi & ſequaces, De Innato Calido Additamento ad Præclaros Patauinos Academicos, necnon de Cordis & ſanguinis motu ad Gulielmum Arueum) qua de re Vos doctiſsimos conſului, num per Vos mihi liceret, mutuam eidem gratiam referre, & veſtra ſi pace fieret (iterũ rogo, enixè oro vt exorem) Vobis diſplicere timens & horreſcens; ſed vllo etiamnum abſque reſponſo: quia vt veſtræ ad nos interceptæ fuere, ita & meæ ad Vos fortaſſe literæ periere ex tuis vt conijcio.

Ceterùm illius in nos latratus cur Tu mihi ne verbum quidem dixeris ſcripſerisne maximæ admirationi fuit: Nihilominus tamen quia res conciuis agitur, tuæ magnæ modeſtiæ & prudentiæ acceptum id referendum duxi, æqui proinde bonique feci. Vulgatos mirtam immaturos & intempeſtiuè noſtro ex intellectulo decerptos fructus, quia ſomno ſubſurati & ſubrepti fuerint.

Ea propter quum abſque ſomno, & quiete haud bene concoqui & matureſcere potuerint, ni exquiſitè delicatiori veſtro guſtui ſapiant, æqui bonique conſulite, & hilari fronte excipite, animi ſaltem gratia: quoniam niſi aluerint, certè ad riſum facient. Nunquid noſtra, alienaue, an vtraque? Quomodocunque autem futurum, parate Vos ad riſum. Tuos nobiliores Partus auidus expecto. Heroibus iſtis, qui meos libros ſua lectione dignati ſunt, nobiſque perhonorificum ſuum teſtimonium præbuerunt, velim meo nomine gratias agas, operamque meam, certè animum ac voluntatem amantiſſimè pollicearis. Moreau Præclariſſimo & noſtri amantiſſimo ſalutem impertire maximam. Valete diu felices, viuite, & lætamini Domini, & Patroni Colendiſſimi. Dat. Venetijs octauo Kalendas Auguſti M. DC. XXVIIII.

Amantiſſimus, & Deditiſſimus

Aemylius Pariſanus.

Nobiliſſimo Viro D.D. Aemylio Pariſano Philoſopho & Medico Clariſſimo Doctiſſimoque

Venetias.

Clariſſimo Philoſopho, Doctiſſimo ſubtiliſſimoque Medico D. D. Æmylio Pariſano S.

Quarta Præclariſſimorum Pariſienſiũ Iudicij Confirmatio.

Turbata rerum apud nos facies, & diuturni amici illius cõmunis, qui poſteriores meas Tibi reddidit filentium, in cauſa omnino fuere (ſubtiliſſimè Pariſane) cur gratiſſimis, & expectatiſſimis tuis literis haud pari cum diligentia à me ſatisfactum fuerit, qua vel amicorum etiam de triuio nugacibus epiſtolis ſemper rependere conſueui: tantum abeſt, vt hoc erga Te, Virum, & mei amātiſsimum, & inter peritiores Medicos principem, hac in ceſſatione peccatum eſt, voluntati meæ potius, quam bellorum & tumultuum occaſioni arreptum referre debeas. Et vero longe plura ad iſtud Tibi perſuadēdum facili negotio prætexerem, niſi quemadmodum Tu me ab omni culpa longe vacuum arbitraris, ſic ego Te ab eius vel minima ſuſpicione prorſus alienum vendicarem. Sanè quantumuis longum tempus ab eo, quo Tu illa de qua nunc agitur mihi reddita eſt effluxerit, recentem tamen eius memoriam apud me etiamnum retineo, licet quibus modis ex eius lectione ſin affectus dicere vix poſſim, ſaltem ex animo exprimere non valeam. Etenim vt iſtam primum aperui & omnia quæ ad dextram manum occurrebant perlegi, voluptatis certè non minimum etiam percepi, ob arreptũ à Te Viro præſtantiſſimo, tam egregium, tamque luculentum propenſæ tuæ in me voluntatis, & beneuolentiæ ſignum, eadem prorſus indole animi, hoc eſt ſingularis amicitiæ blan-

blandioribus illecebris & non vulgaribus officijs, ...

Verùm vbi ad eam, quæ ſiniſtram explebāt oculos coniecī vultū ſtatim contraxi, & ſi quod veriſſimum eſt ingenuè fateri licet, vehementer dolui, quadrſcipitem illam Hydram, cui catenas, & ferrum, & flammas minitaris retardare præclariſſimum impetum, quo ad Medicinæ pomeria maiori quā ante hac à quoquam tentatum fuerit, conatu promouenda ferebaris, Teque Vitum de Republica noſtra, ſi Quiſpiam alius, optimè meritū, quem ſolus virtutis ardor excitat, quem dignitatis & famæ cupiditas incendit, quem memoria poſteritatis inflamat. Qui nihil otio literario dulcius, nihil doctrinis amirabilius, nihil vnquam publica authoritate prius, aut antiquius habuiſti; Nunc ad iſthæc certamina deſcendere coactum; quæ Te prorſus indigna videri poſſent, niſi qualem in ijs Te gerere, & quanto cum doctrinæ apparatu velitationes eiuſmodi abſoluere conſueueris, Par & Sanius Iudicium illud tuum; quod Volonis inſtar iam apparuit fidem omnibus fecerit. Vituperatio certè, ac odium bonorum ægrotantis ſæculi vitia ſunt, quæ ſufferre glorioſius ſit, quàm tollere; Et nihil vnquam extitit in natura præſtantiſſimum, quod non inuidiam & iniuriam expertum ſit à contrario. Sol, quod optimè noſti, ſuos habuit obtrectatores. Agamenon repræhenſus eſt à Therſiri, Homerus à Zoilo, Vergilius à Bauio, vt non immerito ſcripſerit Horatius; Herculem poſt tot exantlatos labores, comperijſſe ſibi certamen cum inuidia ſupremum adhuc reſtare. Non igitur mirum, ſi quemadmodum Fuſi apibus perpetuò moleſti ſunt, ita etiam reperiantur quidam homines male feriati, qui & peritioribus graues ſint, & cum illis paria facere contendant, quamuis eodem ſemper euentu, quo Rana Aeſopica Bouem magnitudine ſua æquare volens crepuit media, & pœnam tulit ex tam inſano conatu.

Verum vt quod de tuis Maſticibus cenſeo tādem eloquar certe præter quoddam . . . . & ignobiles de quibus οὐδεὶς λόγος non magis ſanè, quàm de Megarenſibus, quos ἐν οὐδένι ἀριθμῷ ponit oraculum, duos ex illis, talē quos nouerim, nō indignos eſſe iudico cum quibus manum conferas, & fortiter dimices; quandoquidem ipſi non caſu, ſed altioris cuiuſdam prouidentiæ conſilio aduerſarii Tibi videtur, quo velut ex ſilicibus ignis, ita ex nobili veſtrâ concertatione micantes eruditione ſcintillæ, & ipſa tandem clariſſima veritatis lumina elucēſcant, ac niſi mea vehementer me fallit opinio, illud Tibi in ſapientiæ venatione, quod optabat quondam egregius iuuenis Aſcanius in ferarum indagatione, continget. Ille ſi quidem venatum in ſyluas proficiſcens non timidos lepores, nec imbecilles Damas, aut fugitiuos ceruos, ſed quemadmodum inquit Vergilius.

Optat Aprum, aut fuluum deſcendere
Monte Leonem

Quamobrem in hac tanta conſternatione, & ingenti dolore, quem ex interrupto ſpeculationum, & ſubtilium, & nouarum cogitationum tuarum curſu antea conceperam, illud certè non minimo mihi ſolatio eſſe poteſt, Teque etiam vehementer vt arbitror reficit & recreat, quòd ambo iſti Aemuli, & obtrectatores tui faceſſent; vt ex eorum victoria, gloriam illam ſanè non mediocrem, quam nobiles exercitationes de Subtilitate Tibi compararunt, ampliorem omnino, & auctiorem, auguſtioremque reddere poſſis & valeas, atque adeo vt de Mundino Mundinio taceam, quo cum aſſuetus es dudum & pugnare & vincere. Certè Riolanus noſter tantus eſt in rebus anatomicis, vt ſi illum de gradu ſemel deieceris nulla tibi reſtat amplius audienda difficultas ad principē locū in hac difficultate obtinendum & retinendum. Optaſſem equidem vt leues quaſdam iniurias Tibi condonaſſet, nec ſatius duxiſſet iracundiæ, quàm Veritati indulgere: ſed fœnum habet in cornu, & alterius cenſuram ferre non poteſt, qui hoc vnum & à longo tempore, & ab aſſiduo labore ſe

tandem

tandem conſequutum fuiſſe ſibi perſuaſit, vt in reliquos omnes Cenſoris egregij perſonam ſuſtinere valeat; Quod tamen nullo doctrinæ tuæ præiudicio, cuius apud me ſumma fuit ſemper authoritas, dictum velim accipias, Eruditiſſime Pariſane, ſed potius vt communis amici, quam iudicis munere defungar, & illud ambobus tribuam, quod neutri iure merito denegare non poſſum.

Quamquam vt ingenue fatear in hoc grauiter peccaſſe mihi videtur Riolanus, quòd *παῤῥησίαν* illam qua de libris eius iudicaſti contumelioſis verbis, & nihil minùs quàm profeſſorem Regium, qui in optimis literis, & laudabili medicinæ ſtudio conſenuit redolentibus exceperit. Vnde ſi æquo iure cum eo experiri & agere velles, & Poetæ cuidam hoc monenti parere

Maledictis ſi quis certat audiat malè
Quam quis non præſtet ne exigat modeſtiam

Poſſes equidem & meditatum furorem in theatrum afferre, & ſellas Patroclianas, & Annales vſtidiarios, & Cacatam chartam in illum retrogerere, & hûc etiam ſi velles lutum ſtercore maceratum appellare; ſed vide precor quàm ſedulo cauere debeant viri eruditi, & literis, quæ ab humanitate nomen ſortiuntur plene induti & inſtructi, vt nihil de medicina & grauioribus dicam diſciplinis.

Horat. de Arte poët.

Ne velut innati triuijs ac penè forenſes
Hæc immunda crepent ignominioſaque dicta

Non maledictis igitur, ſed doctis dictis aduerſus nouum iſtum Diomedem inſurges, nec quidem ſi me audis, vllo grauiori ſupplicio pœnas iudicij, quod de Te parum ſobrie tulit daturum vnquam exiſtimabis, quàm ſi ex tua modeſtia ceteri, cognoſcant quantùm ipſe ab illa communi, & honeſtatis, atque verecundiæ finibus circumſcripta,

Quos vltra citraque neſcit conſiſtere rectum.

deflexerit; Sic enim & laudem, quam mereris, ab omnibus bonis referes, & illud tandem ab hoſtibus etiam & maſtigibus tuis obtinebis, vt quemadmodum olim Ægiptij peluim aureum ſupplices coluerant in quam mixerant, & vt mutiāt frequenter, atque vt Anacreon iniqua conuitia, quæ deſpuetat in Cleobulū & Steſichorus in Helenam totidem laudibus repararunt. Sic & ipſi non minus grauiſſimis conſcientiæ ſuæ teſtibus, quam potentiſſimis doctrinæ tuæ fulminibus percluſi redeant ad bonam frugem, & Tibi debitum honorem perſoluant, quem & apud præſentes ſemper illibatum retinebis, & apud poſteros nunquam intermoriturum tranſmittis. Vale.

Pariſijs die 15. Septembr. 1631.

Scribentis nomen non ponitur honeſtatis cauſa, & quia (vt inquit) fœnum in cornu gerit. notum tamen eſt Academiæ Pariensi.

Tuus omni nexu & mancipio.

Medicus Pariſienſis.

En ecce tibi noſtra ex vno, altero, ac tertio ſummùm (alios plurimos miſſos facientes, ne lectorem teque tædio afficiamus) Pariſienſium Sapientum Academicorum laudes partim & raptim. In quibus nihilominus quia permoleſti tibi fortaſſe fuimus, Eapropter tuas modò Laureas Palmas & Encomia ab vno (alijs huiuſmodi multis miſſis) alteroue Doctiſſimis pariter Pariſienſibus Viris tibi decantata raptim itidem & partim recenſeamus, vt noſtrum cuique quod ſuum eſt, partim ſaltem, inquam, tribuatur: vtque ex oppoſitis iuxta ſe poſitis Veritas magis magiſque eluceſcat, & præ ceteris mea Modeſtia probique mores erga te, raptim dico & pauciſſimis acturus, quū lōgè plura & plurima ſimilia queque in te tibi notiſſima ſilētio iubēs præterea, vt hactenus & iam nunc præterij abſque & nūquam, nec primoribus quidem digitis, labriſue tetigerim vtique etiamnun (quia piget & pudet) ſilerem, niſi abs te immeritò atriori dente demorſus fuiſſem. Quoniā tamen apud Celebres Scriptores Gallos & Angelos legi plurima, Pariſienſibus & *Riolani Laures & Laurea Palma.*

Mundo toto nota & tibi potiſſimum, proindeque qui callum obduxeris haud moleſtè grauatèque tuleris, præcipuè quòd minimè noua, potiſſimùm quòd ipſe paucis contentus, & minima attulero, & ſolummodo, ne inſcios fallere videar. Quinimò præ modeſtia, & noſtros ob mores celebrium plurium Doctorum in te dicta, ſcripta, probata non afferam, quoniam & nimis longum recenſere eſſet, & talia ac tanta deſcribere tædet, lectorique tædio eſſet: & quia Pariſinis, Gallis, Germanis, Italiſque manifeſta ſunt: Eapropter duos iiſdem tuos tantummodò Celebres Pariſinos Iudices afferam, vt par noſtri ſit vtrinque iudicium; Non dicta, referre ſcriptaque videar deſcribere atque in te probata tales tibi cicatrices refricare reſecareque inquam, quoniam pudet; ſed duos dumtaxat illorum libros nominabo, & loca ac paginas aperiam indicaboque, vt neſcientibus, ſi quis fuerit, innoteſcant, & benignus lector, vt noſtrorũ Iudicum, ita tuorũ iudicia, ſiue in tua, in animam, animum, in mores, in doctrinamue agant ſciant, iudicent, atque teſtimonium dicant. Primus, cuius inſcriptio eſt,

In Riolanum præ modeſtia nõ recenſentur.

loci Ex Quercetano.

Ioſephi Quercetani Conſ. & Medici Regij ad Breuem Riolani excurſum Breuis Incurſio.

notanda pag. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 16. 17. 18. 19. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 31. 32. 35. 37. 38. 40. 43. Et innumera alia grauia errata, &c. quæ in calce citati operis iiſdem Quercet. narrat.

Maſpurgi.

Typis Pauli Egenolphi, Typogr. Acad. SECVNDVS, cuius inſcriptio eſt,

loca Ex Petro Palmario.

Laurus Palmaria fugans Ventaneum fulmen Cyclopum aliquot, &c. Io. Riolani, &c.

Sacratus fuit liber hic (Lutetiæ impreſſus) Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. D. Cardinali Perronio Senonum Archiepiſcopo, Galliarum & Germaniç Primati Magno Fráciæ Elemoſynario, Torquati ordinis Antiſtiti, &c. *Pariſiẽſ D. Celeberr.*

notanda. pag. 5. 6. 8. 9. 10. 12. 14. 15. 17. 18. 19. ſequen. hoc ſaltem curſim & raptim animo voluas 21. 22. 23. 24. 26. 27. aut ſaltem ſequens 28. 29. 34. 36. 37. 40. 43. minimùm hoc poſtremum 46.

Illa Illa, Hæcce hæcce tibi dicta, ſcripta, edita, & nunc recenter ab re & vlla abſque ratione ea tua peſſimè olentia in nos effutiiſti? Iam nunc ſcribere, nondum loqui, adhuc tuo periculo diſcere, & ſapere, ac tacere quin etiam neſcis? Niſi hæc ad tonitrua Pariſina experectus es, quando?

Hactenus hæc tuis Riolani de ſcriptis ac de te, & mei Pariſani, Procerum Pariſienſium Sapientum ſunt Iudicia Pariſijs edita.

Alio (alijs miſſis) pro choronide non prętermiſſo, quod Pręclariſſimus Vir Guido Patin Medicus Pariſienſis edidit & ſtatuit, & aliud teſtimonium & Iudicium erit, Patrium, inquam, tibi, ſi placet.

Faloppium Patauina colit, Romana Columbum

Germana Albertum, Flandria Veſalium,

Bauhinum Baſilea, ſuum Veneti Pariſanum,

Betica Valuerdam tollit ad aſtra ſuum

Pauium habent Batani, ſtat Siluius in Pariſina

At te Laurenti Gallia tota tenet.

Quamobrem quum in huiuſmodi patrio catalogo & numero non fueris, quo modo te Anatomicorum Iudicem, & Cenſorem conſtituiſti? quo modo huc intraſti Veſte abſque nuptiali? ſat nunc quia dimidium nobis plus toto.

ÆMI-

ÆMYLII PARISANI
ROMANI
PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI
NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE
Pars Altera.
DE SEMINIS A TOTO PROVENTV, AC DE STIGMATIBVS SINGVLARIS CERTAMINIS LAPIS LYDIVS.

Vbi obiter Ariſtotelis vita

AD MVNDINVM MVNDINIVM MED. VENET. ET SEQVACES LECTORI PAVCVLA.

SI quid vſpiam admiratione dignum audire te mouit Cādide Lector vnquā, hîc & nunc quæſo te quiſquis ſciēs es, gradum ſuſtine, pellege, vt ſimul obſtupiſcas. Ingenui Veritatis,& Philoſophiæ Amatoris diuturnorum laborum, mercedem,& debitum præmium altera ex lance attendas: ex altera bonorum hominum voluntatem,naturam & opera collige.

Superioribus annis poſtquam meos Nobilium de Subtilitate exercitationum Libros in lucem edidi, quia difficilimorum in philoſophia excogitata & inuenta, noua, ſubtilia, & communem præter opinionem, ac vtpote quæ ceu ex improuiſo in aperrum prolata fuerunt, quia glorioſus Plauti miles non fuerim: quia de nouis aduerſus Ariſtotelem, & alios ſcientiarum noſtrates Principes loqui, & eorumdem ſententias oretenus confutare odij plenum videbatur, quia quotidiano ſermone vſus non ſim in bibliotecis, aromatariorumue officinis, vt quidam conſueuerunt, non diſputauerim: quia humana de fabrica,noua,ſubtiliter afferre, & ventillare quin eum agere non habuerim, admirationis non parum doctis viris attulere. Vnde ab Vrbis doctioribus

Digitized by Google

dum ſummis laudibus efferebantur, à primas ferētibus, & potiſſimum Curtio Marinello proinde docto atque ingenuo Philoſopho ac Medico quammaximè de opinionū nouitate, & ſubtilitate admirantibus (ipſe Mundinus ſcit, quia illas proprijs auribus ſæpiſſimè hauſit) vt cōmuni doctiorum opinioni contra occurri obſiſtique nō potuerit, niſi ſola rabie & malignitate perturbare: Ecce tibi Mundini Mundinij de genitura liber in apertū prodit aduerſus doctiſſimos quoſdam Viros, necnon contra me quorundam impulſu nonnullas pure obtrectationes continēs. Cui dubio procul dictos ſapientes viros imitatus non reſpondiſſem, (abſit) ſed vt dictorum animi paſſionibus hiſce ægrotantibus ſanguis mitteretur reſpōſum dedi, & adeò exactè, (res ipſa loquitur) vt quemadmodum conſultò eius omnes rationes, ac quin etiam cuncta verba attuli, vt omnis malignandi occaſio tolleretur, ita pariter ad vnum reiecta & ablegata fuere omnia. Quod meum de illis iudicium doctioribus & ingenuis Viris ſummopere placuit, cum opportunè malo nodo malus cuneus, tum quia obtrectantibus, & inuidis ſimul factum ſatis fuerit aucta pœnā: quandoquidem,

Inuidia Siculi non inuenere Tiranni maius tormentum.

Inuidia animi ſerra & tormentum. Quippe vt Socrates inquit, Inuidia eſt moleſtiſſima animorum ſerra.

Ceterùm Mundinus poſt quàm meum iam editum Iudicium omnibus doctis viris maximè probatum vidit, ſuaque mihi obiecta abiecta, & à me ad vnum reiecta omnia: nec vlla in re, nec in verbo quidem mihi offeciſſe, animaduertit, ira percitus à quibuſdam impulſoribus adhortatus, vt ipſe Lectori dicit, ſtylum in me acuit, & quàm perperam, & cōtra bonos mores, *Mundini vanū diuerticulum.* aliorum eſto iudicium: hinc ſumpto potiſſimum argumento in ſua ad Lectorem Præfatione, quòd contumelioſiſſimè (inquit) aduerſus Ariſtotelem agam, ridiculum faciam, deludam: necnon alios poſt ipſum maiores Philoſophos quoſque bardos vocare audeam: cuius rei cauſam reddens, quòd ſcilicet me ipſum plurimi faciā (inquit) & omnes ſuper Philoſophos & Medicos extollā, quinimo Apollinem me profiteat, &c. ad rem nihil facientia, niſi vt dedita opera à Lectore, & ſuis iudicibus ego malè, ipſe verò bene audiat, quemadmodum cauſa cadentes aſſolent iraſcentes, excandeſcentes, furentes, exclamantes, maledicentes, vociferantes, vt ſcilicet iuxta Vergilij illud

Flectere ſi nequeo ſuperos Achironta mouebo.

Quum tamen prius omnibus adhibitis conatibus propriam cauſam agere & tueri ſuis cum Conſultoribus nequiuerit quin multa in abſurda ductus & ſæpius recantare (vt viſum eſt, & vlteriùs dilucidiuſque videbitur) coactus fuerit: nunc aliorum hortatu Ariſtotelis partes ſe ſuſcepturum ait. Vt interim miſſa faciam, quòd nimium ſibi tribuens, in prima ſua dedicatoria epiſtola ſtatuerit, Naturam alijs (Scriptores aduerſus quos ſcripſit intelligens) nouercam, alijs (ſibi annuēs) matrem eſſe protulerit. Et præterea neminem adeò audacem futurum ſe cenſere, qui de Iudicio erga ſua ſcripta ſuorum Defenſorum (Proh Deus, ò tempora, ò mores, ò Defenſores?) quicquam temerè derogare audeat, ſtatuit: quæ perperam dicta in Par. & San. Iudicio reprobauimus, ad confutationem Mundinus ne hylum quidem. *Mūdini audacia.*

Ceterùm ad rem cominus accedamus: Loquere Mundini, vt te videam dicebat ille ſapiens, vtque noſtra indigna facinora in medium veniant, & ſæuiſſimæ cenſuræ mittantur.

In ſua ad Lectorem Præfatione, & lamentatione ſic fari aggreditur.

M*Vndinij Præfatio ad Benignos Lectores.*

EIuſdem Vanitas ex Pariſani Lydio Lapide.

COLLATIO PRIMA.

QVæ contra ipſum (inquit Mundinus) ſcripſi, Pariſanus cribrat, & recribrat, argutias vbique facetias, *Mūdini Taxillus primus.*

Mũdini in vita cõfeſſio. tias, iocos contra me affert, à meis ad iocos, ad ridiculas conſequentias allabitur, inſcitiam meam, malitiam notat, inter diſputandum me impertinentem appellat.

Pariſ. Cõ aſtus 1. Me tua ventilaſſe & cribraſſe (Veritatis cribrum diſputatio eſt. Io. Picus Mirand. in Epiſt. lib. 3.) fateor & profiteor, inuitus tamen & coactus, quia me aduerſum immeritò ſtylum acuiſti: & ſponte mea, non ſolùm vt me tuerer, & mutuam tibi (vt decuit) gratiam redderem; ſed quia ſciendi & iuuandi deſiderium laude dignum mihi viſum eſt ſemper: eodem Naturæ ſecreta pro virili inueſtigare dignius: eodem ſimul Naturæ arcana intimiùs rimari & eiuſdem ſcrutatoris, Ariſtotelis, inquam, ſcripta prout ad rem nobis oblata, communiter recepta indagare, ventilare, & vlteriùs cribrata adulterina inuenta oſtendere & demonſtrare; atque dein pro viribus ignota & abſcondita intimiùs quærere, inuenire, inuenta patefacere maximè laudabile arbitratus ſum; quod alijs laudi iam nunc meritò datum ſat ſcio, An id modo mihi vitio verſum experiar? quæ huiuſmodi hominum benignitas hæc eſt? ò tempora, ò mores.

Ampliùs an ſeriò iocari potiùs, quàm ex oblata ab eo anſa iraſci non licebit? Quòd ſi ex cribratione ridiculæ eius (vt ait) conſequentiæ & inſcitia ſe ſe promſit, ex recribratione malitia emergit, cui emẽdandum corrigendumue? Charta cantat, & ex eo, quòd res eſt, vel non eſt, oratio vera vel falſa dicitur. Quod ipſum impertinentem dixerim, vt meis moribus id repugnans, ita eo loci ex mala eius & Conſulentium intelligentia conſtabit. Videat, quòd ſtateram (vt aiunt) tranſilire non licet.

Mũdini Tatt. 2. Diu mecum excogitaui, quam ob rem hic vir adeò contra me exarſerit, quam ob rem, me illius ſcriptis contradixiſſe adeò moleſtè tulerit.

Pariſani cont. 2. Extra chorum ſaltas, quo modo exarſi iratuſque egi, ſi iocorum & ſalium (iam iam protuliſti, & infra pluries dicis, & proinde lamentaris) plenus ſemper fui? implicant hæc. Meis ſcriptis contradici reſponderique nunquam ęgrè feram: malus ſcribendi modus & maledicentia mihi, ſicuti veris & bonorum morum philoſophis diſplicuit. Pergratum & lõge gratius fuiſſet, ſi ijs miſſis, doctiùs, ſubtiliùs, ſi cum tuis ſciuiſſes, elaboratiùſque (vt ſolicitus & anxius tot Celebriũ Doctorum, (ais) à conſilijs, à ſecretis, giganteum fœtũ expectabam) reſpõſum & opus trium annorum mente geſtatum fœtum edidiſſes, vt quemadmodum duris corporibus adamans adamante expolitur, ſubtilibus ingenium ingenio acueretur perficereturque; Sed ſpe fruſtratus moleſtè tuli, quòd præter iniurias inuenerim nihil, nihil penitus penituſque talibus ex ſcriptis didicerim, contra Maximam, quòd in omni libro aliquid addiſcitur. Potiſſimũ, quòd plures hiſce de rebus doctos viros te conſuluiſſe audiuerim, quemadmodum (vt tu ipſe fateris) plures tua ſcripta perlegiſſe, vt ratione theſaura expectaſſem: attamen vt dicebam ſpe fruſtratus, pro theſauris carbones, (vt dicitur) & quod grauius & vrgentius, vrentes inueni.

Turpe & ridiculum dictu valde eſſet dum de hominis dignitate & præſtantia ex fabrica quæro, ſcribo, & loquor, contradici nollem & iracundia non ratione mouerer, ac potius agerer, quàm agerem pecudum, non hominis, more: proinde nec hominem lædere meum eſt, ſed iuuare quo ad poſſim omnino; Et ſubinde ſi veritatis cauſa, in hominum gratiam ratione & ſenſu tua aliàs extruibaui cuncta, nunc euertam omnia, mendacia mũdabo, artes, fallacias, technas detegam, & deinceps nudam Veritatem multas poſt conflictationes & argumentorum collationes luculenter in medium afferam, æqui boniqueconſules, & eo magis quòd bonorum effectuum tuis ex falſis emergentium cauſa tibi videberis, & ex accidenti & inuito, atque lector quicquid boni adiſcet tibi cauſanti acceptum referet. Aequo itaque animo feres, vt tibi bono ex euentu gaudeas, & mihi gratuleris, quemadmodum ipſe vltro hilarique facie, contra vſu ſi eueniret, idem facerem: interimque præſtitæ occaſionis anſæ non lamẽtabor,

immo gratias habebo, quoniam nihil mihi gratius, nihil optatius contingere potuit, quàm à docto viro doctiſſimorum (inquis) Venetorum Medicorum chaterua fuleto contradici & omni nixu experiret, periculum inquam facerem quid ſtrenuorum ferociumque ſagittariorum ſagittæ in me poſſent, & deinceps quid prius Satyrorum linguæ.

In reliquis ea aduerſus quæ edidi quilibet ſcribat, &, dummodo vrbanè, perquam gratiſſimum mihi erit: quando non Philoſophi eſſe credamus ſuis nubere; ſed rationi ſenſuique candidè inſeruire; vt ſi quando opportuerit, proprię etiam opinioni nuntium remittere ſua ſponte valeat, velit, & poſſit. Non enim adeò cuculus fui quum ea ſcripſi, quin ſcirem, quòd mihi „ Ariſtoteli & reliquis claſſicis, & primæ notæ Scriptoribus contra ſcribenti, reſponderetur, contradiceretur que: Sed quia Veritatis amator, non ſum veritus, quemadmodum nec timeo ad diſcendum paratus: Propterea meos de ſubtilitate libros hac lege & conditione in lucem edidi, vt per aquam & ignem, per tela per hoſtes tranſirent, quam ob rem.

Pariſ. cō tradici peroptat.

Et cātat vacuus corā latrone viator.

Vlteriùs lōgiori temporis ſpatio, meos poſtquam libros circuiuit quid reprehenderet quærens, & ſuo nihil ex vſu (vt videre eſt) inueniens, quædam falſa, & ad rem, ad remque ſuam minimè facientia, niſi vt huiuſmodi prępoſterè apud ſciolos lectores malè audiam, attulit, quæ intelligenti, vt a b re, riſum mouebūt. Hinc laureolam vt in muſtaceo conſequatur, Mariam per Rauennam (ſicuti prouerbiò dicitur) eum quærere, experieris lector.

Mūdinij Taſt. 3.

In eo autem non acquieſcit animus, quòd videam illum cōtumelioſiſſimè aduerſus Ariſtotelem agere, vtpote qui ipſum callidum, vafrum, ſe ſe nugis ſolùm committentem non vetitus ſit appellare, vt in ſuis exercit. pag. 158. patet, alijſque contumelijs afficere, ridiculum reddere, deludere. Quid? ſtultùm facere, vt patet pag. 597. Non acquieſcit etiam animus, quod pag. 334. legam Pariſanum Philoſophos omni exceptione poſt Ariſtotelem maiores alijs, Auerroē & Auerroiſtas, Alexandrum & Alexandreos Bucephalos nuncupare.

Pariſana Contaſt. 3.

Proh Dij Immortales, quibus malis hîc artibus agitur? Hoc idem carpendo in ſuo de Genitura libro dixit. Sanum ei reſponſum in meo Iudicio dedi, ad quod quum reſpondere neſciat, poſſitque nihil, proinde ne verbum quidem. Hîc rurſus idem replicat carpendi (inquam) gratia. Proh Deum dico & hominum fidem, audi Lector mea eo loci verba & obſtupeſcas. in Par. & San. Iud. pag. 659. & vltra. Quid ita in Pariſanum, quòd eo modo de Ariſtotele loquatur inueheris? vt quid erubeſcat vera & germana loqui? &c. Eſto factioſus, proinde ne (vt in ibi Pariſanus inquit) frontem ferias, tali modo ea protulit, authoritate videlicet Atticì Philoſophi, Alexandri Aphrodiſei, atque Ioannis Franciſci Pici. Quid igitur in Pariſanum inueheris? &c. Et paulò poſt, Abſit à probo & ingenuo viro conuicijs agere. Quòd ſi quandoque ſeueriuſculè agit, vt lib. primo exercit. 8. quo loci Ariſtotelis ſententiam & verba affert, quæ peſſimum Demonem ſcribere puderet: quæque propterea neo iterum itero, nec deſcribere audeo; vt puris & caſtis auribus honot ſit, atque ne longior fiam. Quemadmodum libro 8. Exercit. r. cap. 3. vbi ex proprij rationis participis animæ inſtrumenti, cerebri, inquam, omnimoda ignoratione illius & addictorum (hîc intelligit Bucephalorum) maxima errata in hominis perniciem colliguntur, vt impiorum in Deū maximū inde numerū ortum duxiſſe certò credam; id frugi & probi Philoſophi fuit: quæ econuerſo diſſimulaſſe (iterum audiāt Mundinus, protectores, & ſequaces) & conticuiſſe, nec reprehendiſſe, ſcientis improbi fuiſſet hominis, & minimè Chriſtiani Philoſophi, in hac potiſſimum recenſenda homines hiſtoria. Ea propter quum talia impia (nota Lector) & erronea, vt res ipſa loquitur, Naturæ & Dei optimi (de peſſimo vitio intelligitur.) Maximi ſapientiam tollant, & hominem (de eodem errore, & animæ mor-

Mūdini audacia.

Errata.

Notanda.

tali-

„ talitate intelligit) ſimul perdant: quia
„ nefandum vitium ex mala intelligentia,
„ niſi mala ex voluntate mauis, Naturæ tri-
„ buit: Et quum de ijs, quæ à Natura ſunt.
„ nec mereamur nec demereamur, vt in E-
„ thic. docuit, ſequeretur de peſſimis mori-
„ bus & nefando vitio pęnas ſumi non poſ-
„ ſe immo nec tales (ex ſecta fortaſſe quiſ-
Impia. piam diceret) reprehendi, quæ vt impia, nec tibi nec probis viris probabuntur, & conſequenter innoteſcet, num Pariſanus, an vero Mundinius nimis audax fuerit, necnon ſapientes conſultores.

Accipe nunc Danaum inſidias & crimine ab vno diſce omnes.

Hæc eo loci ad verbum habui, nunc ſat eſt confirmare prout mihi religio eſt. Si Mundino & ſequacibus hæc non placent, ſibi dicta ne putent, quiſque arbitratu ſuo credat & agat, dummodò mihi ſatisfecerim. Ego humanæ fabricæ hiſtoricus, & vt Mũdinus dicit à Naturæ ſecretis, maximam Ariſtotelis inſcitiam (iam num hac loquendi licentia non vſo, modò mihi laceſſito liceat, infra fortaſſe omnis ſcriptolus de medio tolletur) peſſimum contra Naturam errorem tacebo? Quis id vitij errorisque abſque execratione tueri audebit? An hæc docet Philoſophia virtutũ? An Philoteca Dei amatrix? An Deo placuiſſem, qui in eo tãtum vitio, non homine, non Angelo vſus eſt, ſed ipſe vindictam ſumens, ipſe, inquam, Iupiter ignem pluit? En niſi maximis in hiſce cognitis erratis philoſophũ damnem, nonne ego ipſe reprehendendus?
Reprehenſione digna. igitur reprehendens laude dignus: ergo ſi propterea nos laudandos, tu damnans, maxima es cum tuis conſultoribus reprehenſione dignus: quippe ex Iuriſconſultorum axiomate, ſi quis prohibere poteſt, & non prohibeat, conſentire creditur.

An neſcis præterea Mundini, quòd non ſolum iſtos Bucephalos rectè vocabis, verum etiam cum Sancta Eccleſia & verè chriſtianis precari teneris, (hiſce verbis, Gentes paganorum, & hæreticorum, quæ in ſua feritate & peruerſitate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur, &c.? An ab omnibus hoſce malè audire, etiam ex poetico præcepto neſciuiſti tuis cum Conſultoribus?

Non ragionar di lor, ma guarda e paſſa
Che l'anima col corpo morta fanno.

Addo quòd pium eſt illos ſic appellare, vt ſequaces ſciant, quanti meritò fiant à veris Philoſophis, Chriſtianis videlicet.

Quid quod lector? obmutuit Mũdinus hiſce lectis, reſpondere quicquam neſcit.

Proh Sancte Iupiter perſeuerat nihilominus eiſdem in obtrectationibus & inueniuntur Venetijs Doctores, quibus talia probentur? nec eis genæ, nec oculi erubeſcunt?

Peſſimum vitium probantes diaboli mihi ſunt. Animam rationalem mortalem facientes Bucephali mihi ſunt. quid multa? & de hiſce reprehendor? quiſque in ſua ſententia, ego de eorum ſchola non ſum. Hæreſeos notam qui fert, aut diſſimulat, non eſt Chriſtianus, inquit Ioannes Picus Mirandulanus in apolog. p. 115. *Pariſano Bucephali & Diaboli.*

Alibi Pariſanus Auerroem Nebulonis titulo inſigniuit, Doctiſſimos quoſque bardos vocat. *Mundinij Tact. 4.*

Maximum eſt mendacium me doctiſſimos quoſque bardos appellare (longiſſimè à me abſit) quemadmodum aduerſus Ariſtotelem anteriùs contumelioſiſſimè agere, ex ei dictis, vt innoteſcit. Bardum me Auerroem appellaſſe fateor, idque iure ac meritò dixerim, modò nihil, ſed vt Mundini agendi modus, & meus ſimul Iudicibus pareat, mea eo loci itidẽ prolata verba deſcribam, & eius Iudices appellabo. ſunt enim. *Pariſani cont. 4.* *Lib. 1. de ſubtil. exercit. 8. cap. 7. p. 32.*

Auerroes maximè bardus fuit, mulieri „
tales ineptias credere (videlicet mulierem „
ex viri ſemine in Lauelli balneo effuſo ſu- „
per aquam fluenti in mulieris pudendo „
in eodem balneo exiſtentis recepto con- „
cepiſſe, ex relatione vicinæ fide digna) eo „
quin etiam magis, ſcribere. Neſciẽs præ- „
terea quod ſemen in terram, nedum in a- „
quam proiectum è veſtigio minui, calore, [i] 14. de Vſur. c. 9.
ſpiritibus, & ſubtiliori eius parte illico euaneſcentibus, vt Galenus [i] innuit. Quinimo ſi ſpiritus, inquit, [l] cum ſemine non repentè in matricis ſinus incideret; [l] 14. de Vſurp. c. 3.

ſed

» ſed in itinere aliquantulum moraretur,
» exinaniretur ſtatim atque ab humore ex-
» cideret,& expirando euolaret, vt qui exi-
» guus eſt & leuis: atque propterea matri-
» cis collum durum Natura effecit. Quin
m 11. de Vſurp. c. 3. ſupra idem alibi [m] ſterilitatis inter cau-
ſas ponit virgæ contortum meatum ob
» vinculum frenum,eò quòd rectam & lon-
» gè ſeminis iactum prohibeat. Et Hero-
n lib. 5. philus dicebat [n] vocantur hypoſpadei, id
cap. 42. eſt quaſi ſpadones & oblæſi, quum colis
» meatus in fine retorquetur generare non
» poſſunt: id verò (intellige quia ſemen in
» canale moratur,nec rectè,nec longè iaci-
» tur) curatio declarat: reſciſſo enim vincu-
» lo apti ad generandum efficiuntur. Et A-
» riſtoteles dicat, ſerpentes teſtibus carere
» (tamen ſi falſum) quia ob corporis longi-
» tudinem, ſemen refrigeraretur. Quo mo-
do igitur non extra corpus illico, nedum
o 1. de animal. gen. c. 6. in aqua, ac vlteriùs natans? Alibi [o] pe-
nis,inquit, quibus immodicus eſt infœcū-
diores ſunt ijs,quibus mediocris: propte-
rea quòd ſemen frigidum infœcundum
» eſt: refrigeratur autem quod lōgè admo-
» dum fertur. Sciuiſſet præterea factioſus,
» quod fœcundum ſemen ex magiſtri præ-
» cepto ex eo quòd fundum illico petat in
» aquam proiectum dignoſcitur. Quid igi-
» tur Mauritane?
»

Hæc ad verbum eo itidem loci habui: Et non erubeſcit Mundinus hiſce lectis, id mihi vitio vertere? & eius à conſilijs docti ad hæcce ipsū hortari? proh Deus.

Quis tam demens hiſce ſic ſeſe habentibus erit, qui rotundo non fateatur ore, & dicat, in hoc Auerroem bardiſſimum fuiſſe? Si itaque nemo homo Auerroem tueri poterit, nemo cum Mundino eſſe quibit,nec vllus certò eidem aſſentiri potuit, quin blanditus & adulatus ſit,& deinceps coruo deterior, dicebat ille.

Bardiſſimi.

Coruo deteriores.

Ad hæc ò Iudices, Mundinio ad ſupra reſponſa,cur ipſemet Mundinus non reſpondit? dicetis quia neſciuit, quia reſpondi non poteſt: Cur igitur quæſo vos blandimini adulaminique? an vt in obtrectationibus perſeueret? vt quid vos iſtæc? vt quid non tacet reſpondere neſciens? ſecus vt quid mea hæc reſponſa ſilentio prætermittit, immo abſcondit? quæ hactenus palma,corona? quid honoris conſequutus eſt? & vos iudices? vos appello.

Honores & laudes.

Quærat aliquis,cur hæc ab re, abſque ratione, immeritò, falsò, ad remque ſuam minimè facientia attulerit Mundinus? Reſpondit ibidem vt ſe tueatur Mundinus hoc argumento,quòd ſi in hoſce celeberrimos Authores Pariſanus inuehitur,quid mirū ſi in ſe ipſum Mundinium? Reſpondebit Pariſanus ex à Mundinio iam allatis, iure ac meritò ſe illos reprehendiſſe: ergo ex à Mundino conceſſis, admiſſis & iure meritòque, ac eo decentiùs idem Mundinio & ſequacibus factum fuiſſe manifeſtiùs patere.

meritò.

Horum cauſa adæquata eſt, quòd Pariſanus non ſolùm primam ſedem inter omnes Philoſophos, & Medicos ſibi arrogauerit, & arrogat,ſed ſe tantùm eſſe verum Medicum & Philoſophum crediderit & credat, quod ex ipſius verbis clariſſimè colligit?

Mūdini Taſſ. 5.

In epiſt. ad Cæſaream Ferdinandi Maieſtatem vocat ſuum exercitationum opus, vniuerſi, & Dei operum Epilogum nunc inſtauratum, in cuius lectione Cæſaream Maieſtatem, plura dum dabitur otium, & potiora percepturum eſſe aſſeuerat, quàm Alexander illa Magnus longiori ſtudio, longèque maiori labore apud Ariſtotelem didicerit.

Hîc philoſophiæ naturalis inſtauratorem HyperAriſtotelem ſe Pariſanus facit.

Iſtæc in te cudetur faba, Hîc certò faſcinum detegitur maximum venenum euomitur. Proh Deus,quum noſtrum exercitationum opus vniuerſum de humana ſit fabrica,& hæc Dei epilogus extet,vt qui lubet vel philoſophaſtrus nouit, & Doctiſſimi fatentur ex communi omnium philoſophorum conſenſu. Nunc quin etiam inſtaurata,quis adeò proteruus inficiabitur, niſi lippienti & vaſcano oculo (præclariſſimus Renatus Moreau dixit) inſpexerit? quū tot ac tanta inuenerimus: tot aduerſus philoſophię principes diſputauerimus, contra communē opinionem

Pariſani Com. 5.

pio-

Digitized by Google

probauerimus;multa difficillima demonſtrauerimus, charta cantat. Ecquis tam bardus eſt, qui neſciat Alexandrum Magnum pauciora cognouiſſe (humana de fabrica loquimur) ex Ariſtotele, qui pauca ſciuit, furatus quæ ea eſt, (hîc frontem feriet Mundinus, dummodò veſtem non abſcindat) & ex paucis non pauca falſa docuit, vt res ipſa loquitur, quàm Maximus Ferdinandus ex noſtro Epilogo, & minori cum labore breuiorique ſtudio?

Vera narrantur.

Non dixi Philoſophiam naturalem inſtauratam,vt vanè refert;ſed inſtauratum Dei epilogum, hominis fabricam, vt cæcutientibus vel maximè patet.

Veriſſima.

Quis in humana fabrica mediocriter eruditus nunc temporis eſt, quin in eadem Ariſtotele doctior ſit? Nonne veriora hæc ſunt, quàm Apolinis Pythij ſortes? etiamſi ea tantummodò quæ Galenus poſt ipſum docuit, & nihil noui addiderit. Audi doctiſſimi & candidi viri Hieronymi Mercurialis teſtimonium.

Mercurialis de Ariſtotele teſtimonium, de hominis generatione c.2.

„ Ariſtoteles quicquid de cũctis animalibus memoriæ mandauit, id totum vel à rudibus anatomicis,quales tunc erant accepit, vel à venatoribus, quos iuſſu Alexandri ad componenda ea commentaria alloquebatur. Infantem autem fuiſſe interdum Ariſtotelem in rebus muliebribus tractandis & cognoſcendis præter alia, quæ ſuis locis pedetentim videbimus; illud poteſt penè ridiculum ipſius dictum docere,quo affirmauit, mulieres vt plurimum,altero tantum menſe purgari, cum nullus ſit vſque adeò à mulierum conſuetudine alienus, quin perſpectum habeat omnes mulieres bene valentes ſingulo menſe purgationes habere:immo ſi quid boni Ariſtoteles dixit,ab ipſo Hippocrate accepit, etſi nunquam ipſum nominauerit præterquam ſemel in Politicis.quid quod Cenſor perſpicaciſſimè: Alia infra in eius vita pulchriora audies.

Senſata omnibus præterquã cæcis, aut bardis.

Ceterùm Mundini doctiſſimè vel tu de hominis fabrica (de hac nobis ſermo eſt ſemper) me plura Ariſtotele ſcire ſcis, vel neſcis. (alienam quæſo perſonã, maſcaram vocant, deponamus) ſi neſcis vale,& quæ ignoras, certò affirmare erubeſcas. Si ſcis, vt non te latere puto,quoniam recentiores Scriptores omnes anatomem pertractantes eam etiam mediocriter callentes, Ariſtotele, in eadem fabrica doctiores eſſe ſcripta teſtantur. Qua de re quid vlteriùs de Ariſtotele dixerim & probauerim te minimè ſugere exiſtimo: quid de alijs quin etiam cribrauerim, nec te præterire cenſeo, quia charta cantat. Vt quid igitur hæc te ignorare prætefers, vt fabuleris, & deroges, non erubeſcis hæc ſciolis ſcribere? An putas Doctos Viros communi ſenſu, & ratione deſtitutos eſſe, & hac tua ſub lactea Ariſtotelis tutela tua vana & infeſta latere & abſcondi fugiat? An verò abolita adeòue imminuta, aut deprauata ratione eos fore, vt tecum perperam ſic diſcurrenti faciant, & hiſce tuis obtrectationibus ſubſcribant? te ipſum collige & doctiores conſule: & ni digneris, ſagacius odorare, & vt infra dicis & tibi videris vetus venator,quæ aduerſus ipſum Ariſtotelem plurima humana de fabrica clarè ſcripſimus venare, vt te deuium & auium agnoſcas & ad te redeas. Alia infra quamplurima in Ariſtotelem ex Celebrioribus Scriptoribus habebis.

Vt certò interim ſcias, hoc noſtrũ crimen, hoc ſcelus, hoc piaculum eſſe: propterea quum habeatis reum ſua crimina ſic agnoſcentem,confitentemque:vt quid ſuſtuarium, vncos, Gemonias ſcalas non paratis viri acutiſſimi? appagete. *Mendum.*

Plura etiam inibi aſſequeris (inquit Pariſanus) quam Attalus Rex Pergami, Ponti & Aſiæ Mitridates. Nobiliora inde hauties,quã Flauius Boethius, Paulus Sergius, atque Marcus Antonius Romani Conſules & Imperatores aſſequuti fuerint. Qui diu ſub Galeno huic diuinę fabricæ inuigilarunt, vt ſe ipſos in ſe ipſis totum, ac totius architectum agnoſcerent. *Mundinij Tact. 4.*

Hic Hypergalenum Pariſanus ſe facit.

Quis eſt tam mente captus in hominis fabrica mediocriter eruditus, qui neſciat ſe plura, ex aliorum anatomicorum Lectione, anatomicaque adminiſtratione obſeruâſſe & didiciſſe,quàm Galenus,etſi *Pariſani cont.4.*

Ari-

Notãda addiſcentibus. Ariſtotele longè plura ſciuerit, meliuſque ſci ipſerit? Quid ad hæc Sapientes, Mundinius, Adhortatores, Conſiliarij dicent? Audiant eumdemmet magiſtrum Galenum (ſi quis optimus Medicus eſt, eundem eſſe Philoſophum) & diſcant.

» Si Hippocratis æmuli eſſe volumus, ni-
» hil impediet, quo minus eo meliores effi-
» ciamur, nedum ſimiles: ſi cognitis ijs, quæ
» ab illo benedicta ſunt, cetera quæ atti de-
» ſunt, ipſi inueniamus.

Quid impedit quin humana in fabrica Galeni & aliorum anatomicorum cognitis, alia quæ deſunt, aliquaue ſaltem addiderimus ijs ſimul omnibus doctiores efficiamur, & ſic hac in diuina fabrica Hyperariſtoteles, Hypergaleni ridiculè moroſeue quomodolubet dicas, efficiamur? Eſt ne impoſſibile, etiam Galeni exemplo, adeò mirabile, peccatum, execrabile fortaſſe fieri, diciue? Annon eadem quia ipſi anima præditi fuerunt, & nos ſumus? Nunquid eorum intellectus Veritatis menſura fuerunt? Odimini ne vt veſpertiliones lucem, vt ſubdiu luculentiſſima non videatis? Num quæ ego ſcripli difficillima, minimè vulgaria, (abſit verbo inuidia) nouaque in Ariſtotelis, Galeni, in aliorumue libris ſunt: reperiunturue? quod vos quæro, reſpondite. An Medici ij Veneti hæc non inueniuntur, aut iſtæc tua ſimulant, noſtra diſſimulant, an ignorant? An ignorant Græcorum leges ingratis animis ignominiæ notam inurere?

Græcorũ leges.

Non animaduertis, quod iſtæc tua verba, quibus nos lædere contendis, nos delectant, quia titillant riſum mouendo; te vero iugulant, quia malitia ſui maximam veneni partem bibit, ſi ſapitis.

Mũdini tact. 7. Atque demum mirabiliora (inquit Pariſanus) & diuiniora adipiſceris, quæ hominum nemo attigit. Hîc ſupra omnes, qui philoſophati ſunt ſe ſe extollit.

Pariſani cont. 7. Mirum quòd illud, Diuiniora ad Cæſarem, digerere non poſſis, etiamſi cacaſtomachos ſis; quum nihil concoctu facilius de auditus potiſſimum inſtrumento

Noua & pulchra ſcitu. hominis Dei epilogi epilogo, vt in illo lydio lapide antiquorum omniũ, omniumque nullo excepto recentiorum iudicio & contactu oculos habentibus, & puro intellectus lumine præditis luculentum periculum fit, ni talem mirabilem Dei fabricam inficiamini. An oculati hæc luce clariora non videtis? An naſuti hæc non ſubodoramini? Quid quæſo cauſæ eſt? non quia intelligere non poſſitis, ſed quia non vultis, cauſam vos ſcitis. Hæc Ariſtoteli, Galeno, & reliquis, vobiſque prius ignota Diuiniora ex parte Dei fabricæ: quare & Alexandro Magno, reliquiſque Imperatoribus; Diuiniora igitur Maximus Ferdinandus aſſequutus eſt noſtro ſtudio ac labore velitis nolitiſue, ac me dicere patiamini.

An vos ocularißimi ſciebatis cum Ariſtotele (Diuinum Platonem Magiſtrum perperam ex ignorãtia reprobante, eumque Galeno tueri non valente neſcienteque, atque nemine hoc operis ab Ariſtotele iam nunc aggredi auſo) Viſionẽ per extramiſſionem fieri, quod nos dilucidiſſimè Ariſtotele exploſo, & Platone reſtituto, oſtendimus? An præcipuas oculi & auditus partes, quibus primò actio debetur ſciebatis? An criſtalino, & aëri tribuebatis. *Merita memorantur.*

Cæterùm Viri Clariſſimi hæcce conſideraſſe, perpendiſſe, animo volutaſſe, enucleaſſe, & tandem promulgaſſe veſtra (quæſumus vos) adeò interfuit? Indagandæ Veritati ita conduxere, vt hiſce abſque pulcherrimis & ſubtilibus veſtris indagationibus magno veſtro decori præſto eſſe non potueritis? Quid igitur ò boni viri, pro bonis operibus, iſtæc vos? pro perca ſcorpium?

Quod ſi plures Medici Veneti (paulò infra Mundinus dicit) mirabiliora & diuiniora non iudicant, quales Venetijs adeò craſſiores eſſe non facilè credo, id proueniet, quòd ea non intelligant, vt pariter Mundinus affirmat, videlicet, quòd ipſe & quidam Medici me, ſeu mea non intelligant. Ego nihilominus Romana via incedo, romanèque loquutus ſum, vt intelligar etiam à craſſæ Mineruæ hominibus.

Si quis verò adeò proteruus (vt inibi dixi) ſit, qui ea mirabilia & diuina Dei ope-

opera à nobis expoſita ac enarrata non credat, vt aliàs nos eadem oſtenſuros, promiſimus, ſicuti olim publicè priuatim etiam poſt nonnullis oſtendimus, ita & quando libuerit promiſſis ſtabimus, & ſic neſcientibus, incredulis & infidis os claudetur. Quid vlteriùs poſſumus?

Ampliùs nonne de pilis & capillis, a corporis extremis & ceu externis vt exordiar noua, & quæ neſciebatis patiamini dicam, audiuiſtis? Nonne de cuticula epydermide ſimiliter noua nouiſtis? nonne de cute & tactus inſtrumento & ſenſu noua intellexiſtis? quot de ſpiritibus? nõne de ſingulo quoque corporis inſtrumento & parte (vt paucis agam) à nobis pertractatis, itidem noui aliquid, & quæ ab alijs non audiuiſtis (abſit verbo inuidia) aſſequuti eſtis? quando non aliena ſcribere, deſcribereue aliorum more inſtituerimus: ſed noua in omnibus & ſubtilia noſtro pro captu doctis offerre, Vti de corde nouiſſima infra ad Harueum offeremus, ita rumpantur ilia Codris.

Mūdinij Tall. 8.

Cõſideretur inſcriptio libri, quem contra me edidit. Par & Sanius Iudicum. Eſt interpretatio proprij cognominis. Nonne iudicem alijs ſaniorem ſe facit? & in propria cauſa?

Pariſani Cons. 8.

Iudicium inter nos fuit Vir doctiſſime? Et quum tui libri in me, & ad me pertinentia cuncta attulerim ad verbum, & cribratis cribrandis reiecerim ablegauerimque ad vnum omnia, omniaque parum abs te probata, & parum benè te loquutum fuiſſe monſtrauerim, inſcriptionem quæ poſtremò & nouiſſimè euacuatis omnibus, libro additur, Par & ſanius iure ac meritò Iudicium appoſui. Quo circa ex actis & probatis, veſtris omnibus ventillatis & exploſis, Par & ſanius tui & tuorum reſpectu, non aliorum dixerim. Et ſi id mihi aſſumo id meo iure ac rectè quodammodo vendicare videor: quia id certum & rationi maximè cõſentaneum, vt nemo non coactus fatebitur, quia res nobiſcum ipſa loquitur.

Rectè Par & ſaniũ Iudicium.

Sed qua, quæſo, ò Iudices illius benigniores, & pace ſua quæſiuerim, ſeuerus Cenſor, qua, inquam, authoritate, conſilio, ſuaſione ſibi.

Diſticon in libri principio poſitum & fabricauit, (aiunt) & Mundo edidit, in quo Mundo ſe nihil debere ait, contra Mundum ſibi maximè? quod nec ſapientiſſimo fortaſſe Salomoni tribuẽdum crediderim: Crediderim profectò ſuas nugas abſque præceptoribus editas, non abſque Conſultoribus, at infuſas & abſque præceptorum auxilio credere abſit, quodque obiter dixerim vt Mundinius ſua craſſa viſus acie minimam alienis in oculis feſtucam nec cernens quidem, in ſuis trabem obſeruet.

Mūdinij tall. 9.

In epiſtola ad Principem Cromauu, tenebrulas, quas ſuis effuſi ſcriptis, ſe fugare ait. Vnde nouum Appolinem tenebras fugantem ſe conſtituit.

Pariſani cons. 9.

Tenebrulas diximus ſeu Veritatis minimam vmbrationem (vt ita loquar) vt ne vix quid poſitiui exiſtimauerimus, tua pace dixerim: propterea ſecus ac tu, tua maximi faciens, rati fuimus, nec Apollinis præſentia, nedum vi opus fuiſſe, ſed minimo vel cicendelæ lumine ſat fuiſſe. Videas num hiſce tuis in fugandis Apollinem me crediderim, tametſi in reliquis te plurimi faciam.

Mūdinij tall. 10.

In prima cribratione aſſeuerat, quando Deus iuſſit, vt animalia creſcerent & multiplicarentur voluiſſe, vt ſecundum ſingulas ſui partes ſemen producere valerent, & æterna fierent.

Vana Mūdinij.

Statuit à priori ſemen à toto decidere verum eſſe. Et tamen ipſe, ſicuti Moyſes, Deum non eſt alloquutus, nec ipſi arcana Dei inſpicere, ſicut Diuo Paulo datum fuit. Omnes homines à poſteriori ad penetranda arcana Dei procedunt, Pariſanus non humano modo?

Pariſani cons. 10.

Immo ex Moyſis verbis noſtrum ſumptum eſt principium & pulcherrimum ſuapte natura; quod Moſaycum miſterium etiam Plato in Timæo, & Phæd. cõfirmauit: in quo & Dei optimi Maximi ſapientię radij fulgent, & Mundi Pulchritudo refulget, quemadmodum in eo primo capite videre eſt, in quo generatim

multa

Digitized by Google

multa non vulgaria colliget lector, & ſapiens Chriſtianus litem dirimet. In qua vniuerſali cribratione (vt de Momo legitur, qui viſa Venere, interrogatus, quid ſibi de illius pulchritudine videretur, Reſpōdit ſibi non probari, quod Venere ambulante crepida crepitū ederet) Mundidus reprehendit, quòd à priori ſtatuerim, contra quàm omnes à poſteriori. Vide quò ventum eſt, quæ curæ Mundino ſint, quàm ſublimes ſpeculationes. Et tamen ſi bene oculos reſeraſſet, aut non oſcitanter legiſſet, manifeſtum contrarium colligiſſet. Quippe ab effectibus eo loci ſic argumentatus ſum.

Fraus referatur & tollitur.

Quum omne viuens nutriatur, augeatur, & ſibi ſimile procreet: & vnaquęque corporis pars nutriatur & augeatur; ergo ſingulaquæque ſibi ſimilem generabit, & ita perpetuitatem aſſequetur. Hoc ſenſato exemplo ſic demonſtrando confirmaui; Terra obruantur plantarum rami, mentæ e.g. graminis, & huiuſmodi, quæ ſemen non producunt; Horum ramulorum partes & particulæ terra obrutæ digitatim e.g. germina emittent, & ita quælubet particula ſibi ſimile & ſecundum partem & totum procreat abſque ſemine. Quod ſi infelix hæc planta ſemen non producens, inquam, perpetua ſic redditur, & ſecundum omnes ſui partes creſcit: ergo ſi partium hæc magna perfectio imperfectis ineſt, eo magis perfectioribus inerit: ergo ſemen à toto & à ſingula quaque parte proueniet in ſemen gignentibus, & vt à ſingulis dictis, & à quibuſcunque reliquarū plantarum & arborum ramis ramuli, & ſemen: In animalibus quum partes à partibus, nec à parte totius totū ſemen, vt à ramulo progigni queāt, & ea perfectione nihilominus deſtitui non debeant, vnaquæque modo dicto ſemen emittet. Ea propter non teſtes animatum ſemen pro toto & ſingula quaque eius parte progignent, ſed vt diximus ſeminea pars ſingula, vt felicium, infeliciumque plantarum omnium inductione patet. Et ſic ab effectibus ad cauſam progreſſus argumētatus ſum, & cum Moyſi dixi, tunc omnia viuentia talem perfectionem & æternitatem conſequuta fuiſſe, quando Creator Optimus Maximus vidit omnia eſſe valde bona, & dixit, creſcite & multiplicamini: quo præcepto ſi optimo ſubducto ratiocinio animantium plantarum omnium inductione infelicium partes omnes ac ſingulę creſcunt & alias progignunt: ſemen gerentium cunctæ ſemine procrescent & augentur: iure igitur optimo rationem ſubduximus ea perfectione perfectiora animalia prædita fore; vt clariùs ibidem. qua ſi conſpicillis Mundinius aut animo præſenti intuitus fuiſſet allucinatus non fuiſſet, nec ſuos benignos lectores & conſultores fefelliſſet, neque ſimul reprehenderentur, Quod doctiſſimi Viri hæc non viderint, immo contra probauerint, laudauerint, & ad ſcribendum Mundinium adhortati ſint, admiratione afficientur omnes hæc intelligentes. Ob hac meæ modo exiſtimationi conſulit.

Senſatū argumētum.

Ex Moyſi, & inductione.

Mūdini & cōſul. mira hallucinatio.

Ob hæc igitur cuncta, non vt aliquid de exiſtimatione, ſi quam apud Aulam Cęſaream, (vt Parilanus dicit) eſt conſequutus, detraham, præcipuè autem, vt veritas in quæſtionibus difficillimis & curioſiſſimis, quantum fieri poteſt, innoteſcat, cum tanto viro pugnam inibo, & intrepidè certabo.

Mūdini tact. 11.

Non eſt intrepide certator, quòd veſtris iſtis cunctis detrahentes, meæ apud Cæſaream Maieſtatem, & verum Parnaſum de exiſtimationis iactura cogitetis: quoniam huiuſmodi rugitus ad Apollinem non perueniunt, prætèrquam quod Parnaſi Iudicium non fallitur: Et iam ſacra Cæſarea Ferdinandi Maieſtas honeſtos noſtros labores honoribus, præmijs, atque ſplendore decorauit, (quæ Imperatoria ſua Benignitas fuit) Armorum inſignia, Aquilam Imperialem bicipitem; Scuto galeam apertam ſeu clatratam, &c. Corona aurea ſuperimpoſita decora, &c. Comitem Palatinū pluribus priuilegijs; Nobilem quæ Imperialem cum liberis & hæredibus cōſtituit: necnon mediocri aureo torque nos donauit: Ornauitque vlteriùs magno Cęſareo Numiſmate Grādibus, & optimè merentibus dicato: Cujus

Pariſan. Cont. 113

Rugitus vere.

Digitized by Google

lus alterâ ex parte Sacra ſua Effigies extat: ex altera verò Sol Imperiali Diademate coronatus tribus alijs cum Regijs coronis, cum [illegible] & hoc emblemate, LEGITIME CERTANTIBVS, &c. Propterea ſi de Proximi bonis lætamini, vobiſmet ipſis gaudete, mihi gratulamini: ſin minus, veſtram contra vicem doleatis, & vtroque modo veſtri ſpecimen præbebitis, & mihi ſatisfiet, & vobiſmetipſis condignum ſolatium erit.

Interim ne dubitetis, ſed certò ſciatis, quòd Auguſtæ Cæſareæ Maieſtatis & Parnaſi ſimul opinionem non fallemus Deo ſi placebit, à nobiſque ipſis ni deſciſcamus, vt experiemini aliquandiu ſi ſuſtinebitis, & omni modeſtia ac vrbanitate ſapientum & Imperatorum eximijs exemplis moti, & quieſcentes.

Si quis modeſtiæ neſcius & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſcenda, hac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit: cum pœnæ nolumus ſubiugari, neque durum aliquod, nec aſperum volumus ſuſtinere: Quoniam ſi id ex leuitate proceſſit, contemnendum eſt: ſi ex inſania, miseratione digniſſimum: ſi ab iniuria remittendum. Hæc Imperatores optimi & ſapientiſſimi Theodoſius, Arcadius, & Honorius. Pater, Filius Nepos. in lib. 9. Codicis tit. 7. Amplius, ex Diuino Platone, dialog. 11. de legibus.

Imperatorũ & legislat. imitãda ſapiẽtia.

Platonis præceptũ.

Maledicta nemo in aliquem dicat, qui verbis diſceptat, diſcat & doceat eum, cum quo diſceptat & præſentes, & à maledictis penitus abſtineat.

Non patiar florenti nunc Reipublicæ Ariſtotelicæ & Galenicæ tantum præiudicium ab hoc vltro fieri, ſed ambarum communia decreta, communiter etiam recepta, vt veriſimilia, hilari fronte defendam in hac Vrbe inclyta Venetiarum ingeniorum omnium lydio lapide à cunctis nationibus credita; cum plurimi Philoſophi, ac Medici Veneti, quæ Pariſanus mirabiliora & diuiniora, quæ hominum neminem attingere potuiſſe prædicat longiſſimè à mirabilibus & diuinis abeſſe iudicant, me illaqueatum eſſe non exiſtimant. Immo adhortati ſunt, & non ceſſant adhortari, vt non ſinam tî motem aliquem mihi à vaſtiſſimis ampullis, quas Pariſanus de ſe vt planum iam feci, iactat, incuti.

Mundini Tract. 12. Omiſſorũ & perditorum nimis pæ trocinũ.

Pariſani Cont. 12.

Quàm vrbanè Mundinus, experiris, audis legis candide lector ante, & è veſtigio poſt promiſſum, ſed ſcias, quod intelligit more ſuo, quo promiſſis infra etiam ſtabit. Hic fœdus initum audies, paulò poſt, ac iam iam irritum percipies. Quàm intrepide videbis. Quod Galenum ſe tueri velit & promittat, miror: quoniam in hiſce nihil cum Galeno mihi cõtrouerſum eſt, & ſi quid extet, quàm bellè obſeruabis, quemadmodum quàm intrepidè erga Ariſtotelem ſe gerat, eiuſque cauſam agat periculum facies.

Ceterùm ex præfationis belliſſimis hiſce collectis, an ſequentibus reſpondendum conſules lector candide? negabis certò ſcio, quoniam obtrectationibus reſponſum minimè dandum, & quia controuerſis ſatisfactum eſt. At Mundinij Conſultoribus Hortatoribus (dicet aliquis) vt ex ipſo colligitur, non item. quid quòd igitur?

Quid Protectoribus.

Diu hoc animo volutaui, Itineris namque porta (huiuſmodi potiſſimum) longiſſima eſt, Antiqui dixerunt, & mihi cum maximè multis nominibus: quoniam & alijs teneor ſtudijs & curis, domus œconomia, filiorum educatione, ac in medicina efficienda: quibus quum penè obruar, hæc leuiora miſſa facerem, eo quòd oleum & operam me perdere experiar ſurdis canendo. Non propterea quòd Mundinio ſatis ſuperque ſit, quia Antiquorum opinionem ab Ariſtotele reiectam & abiectam magnis eiuſdem ſibi inſolubilibus argumentis reprobatam inſequitur intrepidus communique omnium commitatus caterua incedat. Minimè quia maximos patronos necnõ ſatyros aſſequutus. Neque quod Hortatorũ, Conſiliariorũ Protectorũ Philoſo-

Cur Pariſanus ad reſpõdendum anceps.

Fumetorum ne acerorum turba nõ tanga.

phorum, Medicorum Venetorum ſuaſus in certamen intrepidè, vt gloriatur, deſcẽdar, vt propterea quis contra ipſum? minimè Hercle Hercules: ne dum ipſe omnibus deſtitutus. Sed quia Veritas odium parit. Quam ob rem quum ego ipſum nec tetigerim quidẽ, neſciens quin etiam illius de genitura enchiridiolum in rerum natura eſſe, Mundinus mea aduerſus ſcripta inurbanè inuectus eſt.

Reſpondi dictas ob cauſas, & vrbanè, ea tamen conditione, vt omnes eius in me ictus (vt pollicitus ſum) in illum retunderem, ſicuti iuxta promiſſa præſtiti, vtque ipſa Veritas expoſtulauit ad nihilum redegi, & proinde vlteriùs odium peperit, vt videlicet inurbanius mecum egerit, ſicuti vides lector: & hæc ratio eſt, propter quam ad reſpondendum dubius ſim.

Mundinij Tall. 13.

Agam rationibus ex rerum natura deſumptis, non contumelioſè, non intermixtis iocis, argutijs, ſcurrilitatibus, his relictis eius ſortis hominibus, qui hæc inueniunt, & in medium adducunt in ſcenis & circulis, vt auditoribus oblectamentum & riſum afferant.

Pariſani Cons. 23.

En ecce, ſi ſerijs iocis, ſalibus, (ſcurrilitatem in meis libris nuſquam, ex meo ore nunquam verè quis aſſeret) atque Terentij quandoque (infra lamentatur) verborum elegantia prout occaſio tulit vſus ſum, ira excandeſcens ipſum etiam aduerſum irruit, furenter eidem & eiuſmodi inuentis & inuentoribus maledicit. Quaſi Terentius magnus ille Vir, & immitandũ exemplar non extiterit, & ſui ordinis primum, omnibuſque doctis & elegantia ornatis viris præ manibus non ſit, & magnũ Philoſophum eloquentiæ patrem eo ſemper comitatum fuiſſe non legatur. quare non ſerio ioco, nec ſale vti in poſterùm dabitur.

Pariſani ſententia finit, præſtanda promiſſa.

Quum tamen ipſe Mundinius primus in ſcenam deſcenderit, & ſuũ procemium ac opus à principio in medium & ad finem vſque totum ſatyricomicum ſit: Ipſe tamen periculum præſtabit, tacitum impuneque non feret: baculum in veſprarum cellam iniecit, crabrones irritauit, oeſtrum ſtimulauit, quod priuſquam aculeum compingat non diſcedet vbi vbi & quandocunque la ferit, vt propterea ſuſtinuiſſe & abſtinuiſſe potius fortaſſe fuiſſet: quoniam non temere ſtylum ſumpſi, non meæ quidem ſententiæ gratia, ſed vt Veritatis depreſſiorem perſequar, quæ ſatis quidem diu & iam inde ab Ariſtotele iacet, nec deponam quin prius tenebræ & mendacium recedant atque euaneſcant. quia Veritatis defenſione nihil honeſtius dicebat Beſſario Cardinalis: quamque defendere & pro ipſa pugnare tantò magis debemus, quantò plures oppugnatores habere videtur, inquit, Io. Picus Mirand. Potiſſimum quòd, Ingenuis hominibus nihil infelicius accidere poteſt (Demoſtenes ait) quàm ſi dicendi libertatem amittant.

In Calumniat. Platonis lib. 4. c. 1.

In proœm. Aſtrolog. Ex Stobæo ſer. 2.

Vt mittam quòd etiam infra ſæpe ſæpius, quia Principum Philoſophorum placita ventilauerim, atque prout res & veritas expoſtulare viſum eſt, reprobauerim, permoleſtè ferat, & quod plurimi refert vrgetque, illud eſt, quòd hac inclyta in Vrbe quibuſdam medicis (ſi verum dicit) eius talia placeant & probentur.. Proh Dij Dij boni, quid porto?

Admirãda.

Hæc ratio eſt, inquam, Veritas odium parit. Veritatis ne igitur partes, quas hactenus & ſuſcepi, & egi, deſeram? Haſce plantulas, à toto deſcenſam alteram, alteram a ſuo toto eleuatam, vix partas, ac vix in lucem erumpentes, vixque ſub hominum obtutum peruentas, illicò ac è veſtigio ferè, vt praua nouerca peſſum dari permittam? eo potiſſimum, quòd

Reſpõdendi Neceſſitas.

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Benedicta ob maledicta relinquam? id culpæ committam? Vanitates obtrectationibus permixtæ & candido lectori fortaſſe ignotæ detegendæ in apertumque perducendæ, vt omnibus etiam philoſophaſtris innoteſcant, ne Veritati ſcilicet iniuria inferatur, ſilẽtio prætereuntur, cuius ſine moti cũctos labores ſuſcepimus?

pro-

propterea quum per ignem & hoſtes tranſeundum iubente Veritate,

Tunc cede malis, ſed contra audentior ito.

Antigenis conſilium recipitur. Antigenis ſanum ob oculos conſilium recipimus, Videlicet ad noſtram ſalutem (ad noſtrarum ſubtilium lucubtationum dicemus nos) aut ingenuis amicis, aut acribus inimicis opus eſſe. Marcet enim ſine aduerſario virtus, & vt ille ait,

Ars tua Tiphyj iacet, ſi non ſit in equore fluctus.

Et propterea gratias Mundinio maximas agerem, niſi nimis iniuſtè ſeuerum fallacem magiſtrum ſe egiſſet, & nimis infenſo noſtros in libros animo fuiſſet. Habeo tamen gratias pluribus nominibus; quòd illis ſuis nos iuuerit, & Veritati adiumento fuerit & ſi ex accidenti, & præter rationem ac intentionem; quoniam vt ſine flabris & ventorum impetu ignis extinguitur, quum ab illis excitetur augeatur & inualeſcat: ita abſque eius ſtrepitu Veritatis cauſa in puteo manſiſſet. Propterea quum omnes laudes ſtudio trahamur, & optimus quiſque gloria ducatur, quòd nonnulla in medium ſibi & alijs difficultatem facientia portauerit, optimè quidem; At in nos inurbanè agendo, & in hominis diuina fabrica demolienda ad Dei Opt. Max. ſapientiam, & Mundi perfectionem faciente, vt in Dianæ templi deſtructione prauam anſam quæritare, à ratione maximè alienum eſt: proinde de medio radicitùs tollenda: quando laus, honor, & gloria virtutis tantùm decora ſtipendia & præmia ſint. Ea propter in ſibi profundum difficultatum puteum ſecum, & ſecum facientibus deſcendemus, vt abſque conſpicillis lucis ſtellas, & Veritatis ſplendores iterum fugatis tenebris oſtendentes intueantur, & ſimul confiteantur, etiam inuiti. *Mūdinio et ſequacibus in puteū deſcendēdum.*

Veritas quęritur, Veritas præmium eſt humanæ mentis eſca. Veritas igitur vt luculentior fiat in Lydio Lapide, Venetijs inquam, ceu in Arena ex Mundini ſententia permanentes erimus, & Lapidi Lydio ſtabimus; vt quilibet vel inſcius, vel protervus ſingulatim omnia experiatur, & vel inuitus & cæcus mendacia videat; atque vna cum Mundinio ſciat, non dicam quòd in Melampigum inciderit, ſed omnia niſi etiam exiliter ad viuum me reſecaturum, ſaltem leuiter cicatrices refricaturum periclitetur, quæ & Conſultoribus, hortatoribus, doctiſſimiſque protectoribus dicta ſunto. *Intentio & ordo ſeruandus.*

Afferam Mundini rationes ad vnam omnes, eiuſdem ſeruato ordine, vt clariùs & faciliùs ſigillatim Heraclyo lapidi ſtemus, aperta & experta curabo omnia. Obiectis ſatisfiet cunctis, adiecta reijcientur, & ad vnum ablegabuntur, & alias reiecta & exploſa adhuc clariùs & enucleatiùs de medio, iure ablata, patefient. Et hæc omnia in Veritatis gratiam, noſtræ nequaquam opinionis amore: quando diſcendo ſuperari ſatius ducamus, quàm vincere, quòd Veritatis eſt. Quandoquidem perbellè Diuus Auguſtinus inquit, *Epiſ. 58. & 174.* Non bonum hominis eſt hominem vincere, ſed bonum eſt homini, vt eum Veritas vincat volentem: quia malum eſt homini, vt eum veritas vincat inuitum. Nam ipſa vincat neceſſe eſt ſiue negantem ſiue confitentem. Et belliſſimè D. Gregorius Nazianzenus in ſuis Tetraſtichis cecinit, *Tetraſt. 58.*

Non obtinere cuncta, nec ſemper, ſtude,
Bene vinci ames plus, improbè quam vincere
Athleta nā non vincitur, quiſquis iacet:
Humi, ſed hoſtem ſæpe qui ſtratū tenet.

Zoilum non agam, & ſi quamplures, & res ipſa ſuatim expoſtulent, & multa circa linguam calamumque ſalita volitent, & congruentia ſtimulent, quando iam inde à teneris contra verboſos verbis non contendendum didicerim, & quos profiteor, mores, nec ipſa veritas id patiantur. Et vt promiſſis ſtem, quoniam in ſuperiori meo Iudicio illi promiſerim ne conuicij peſtis ſua egrederetur confinia & meos libros ingrederetur immo neque verboſitate loquacitateue quidem ab Heſiodo admonitus,

Optimus eſt homini lingua teſaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis menſurat ſingula verbis.

Sat mihi, quod eius ictus in ipſum retũdam omnes,& omniã verram vna cum puluiſculo ſi ſanus ſum, & ſano modo; clypeo magis, quàm telo vtar.

Hoc quin etiam poſito Mundinio priuilegio, quòd hiſce inter nos in controuerſijs nec Auguſtum Cęſarem, nec Parnaſi Sapientes appellauerim, vt ſuos ſibi Protectores placuit; ſed hiſce in dirimendis omnibus (ne Pariſani vaſtiſſimis, vt inquit, ampullis timor eidem incutiatur) ſcmetipſum Mundinium, ſuos Protectores, Conſiliarios, Adhortatores, Suaſores Impulſoreſque viciſſim & ſigillatim Iudices appellabo: vt certò ſciat me nec ſubterfugiturũ nec tergiuerſaturum quidem.

Pariſanus quos Iudices appellaturus.

Vt ex ſubducta interim ratione, Tu candide Lector facto iamnunc dictorum ex contactibus periculo dijudices, num Iudicibus, Cõſiliarijs, Protectoribus, &c. quid minimi lucidi Veritatis ex Mundini hactenus ſcriptis lapis Lydius præſetuletit: An verò falſiſſima ad vnum omnia; maximè inurbana, in omnium cõſpectum ſe ſe prompſerint. Modeſtiam & moderationem promittit; an præſtaturus ſit; videris lector: etſi lupus fouea captus mediam inter prædam laniatu quidem abſtinet, ouem tamen fulminantibus oculis tuetur, & amicitia ſua paruam gratiam init; aduerſarius eſt ſua cum omni abſtinentia, videris inquam.

Mũdinij Tactus 14.

Hic Pariſani ſcribendi modus Medicos Venetos in maximam admirationem traxit, nam in conuerſando & medicando illis modeſtus re vera Vrbanus Pariſanus viſus eſt, attamen in ſcribendo modeſtiæ, & vrbanitatis terminos egreſſum eſſe vno ore fatentur. Et quis ex relatis non fatebitur? vt videatur pelle ouilla indutus, ſed intus?

Pariſani Contact. 14.

Vt tandem quum in medicina facienda & conſuetudine modeſtus & Vrbanus ſim, & foris ouilla indutus pelle ſiat in ſcribendo, (inquit) quid intus? quod foris, inquam, Mundini. Quid ſim intus nemo homo aliter, quàm quæ ab externis colligere poteſt, ex vita ſcilicet, & moribus: quid intrinſecùs & medullitùs Deus ſolus ſcit, & ego quoque fortaſſis, qui hoc vnũ ſcio, quòd probum virum profiteor in Naturæ via intelligẽ, non audeam in via Chriſti dicere, vtinam poſſem, quoniam in eius via ad probum cõſtituendum hominem plurima requiruntur, quæ in me non ſunt, ſed certò recta fides, & bona voluntas. De Mundini pelle interni ſue, ego negri quidem, quia nihil ad me; in reliquis, ſat mihi, quòd ex cantu dignoſcatur auis. Satque de præfatione collectum, & ſimul reiectum.

Pariſani quæ probitas.

Agè igitur, quũ tu iambis noſtra ventilaueris, nos tua ſemel cribrauerimus, modò omnem de medio ſcriptulũ ablatum ſit, tua reliqua omnia exiliter ad calculum reuocemus, ad Lydiumque lapidem producamus periculum facturi, num tuorum tactus tegant te, an potiùs detegant, vt datorum & acceptorum par ſit ratio, & proborum Sapientum iudicium eſto.

Peragenda.

Ceterùm priuſquam vlteriùs progrediamur, & Mundini ſubtilia aggrediamur, haud ſilentio prætereundum, quòd ſuis ad Patronos in epiſtolis habet & præcipit. Videlicet in prima epiſtola.

Mũdinij Tact. 15.

» Tales vos quatuor viros præclariſſimos
» eſſe noui, à quibus vera quę ſunt fore cer-
» to ſcio, vt & vera cognoſcantur, & prædi-
» cẽtur, & defendantur, neminemque adeò
» audacem futurum cenſeo, qui de tanto-
» rum virorũ iudicio quicquam temere de-
» rogare audeat.

Mundinio credituũ Aſyũ.

An hiſce verbis & conuicijs initiò Mũdini Sapientibus, & mihi buccam claudere & ſuere credis? Vt quid nimis audaces temerarioſque tuo tuorũque iudicio contra ſentientes profers? An propterea tua iſtæc vbique locorum & apud omnes ſarcta tecta arbitraris? An per vos cuique in philoſophiæ campis liberè ſpatiari, & philoſophari non dabitur liberè? An vos philoſophiæ Domini?

Pariſani Cõt. 15.

In altera ſuæ Apologiæ (mox cribrabimus) in nos ad eoſdem epiſtola ſcribit.

Aemylius Pariſanus Apologiam ſub titulo Par & Sanius Iudicium edidit. In hac à me diligentiſſ.me ſæpius lecta, & animaduerſa, vbique iocos, facetias, cõtumelias (*hoc falſiſſimum*) cõtra me reperi;

Mũdin. tact. 16. Mũdinus iniuſtiſſimè & ſerpera lamẽtatur.

at

Digitized by Google

at ſolida rationum momenta *(momenta forsaſſe*, non profundas, latas, *(vt ſic verem) longas demonſtrantes rationes)* deſideraui. Quare mea decreta nulla *(imme omni, res ipſa loquetur, & tu videris)* arguendi vi confutata, à iocoſo verò & contumelioſo illo ſcribendi genere, vobis aliquam, mihi non mediocrem illatam eſſe iniuriam perſpexi.

Pariſani Cõtactus 16. An tu lamẽtaris? an tuos in nos inflictos ictus tuorum ob patrocinium in te, & tuos in Protectores, & quoſcumque retundere non dabitur, id Natura potiſſimũ docente, & quin etiam cogente? An ſi quis atro dente me petijerit inultus flebo vt puer? Ignoras antiquiſſimam Talionis legem, Ab alio expectes alteri quòd feceris? Anne recordaris, quòd tu primus & immeritò inflixiſti? quando tuum de ſemine enchiridiolum nobis inuiſum & fortaſſe caſſum prorſuſque ignotum; & proinde nec per ſomniũ quidẽ vmquam nominauimus: tuã propterea audaciam, tuoſque mores admirati, tuos in nos inflictos ictus omnibus nominibus & iure ac meritò vt ſæpius diximus in te retudimus. At tu ad rem proximè quod attinet, qui primus ab re & immeritò contra necesſitudinis leges, ac aduerſus Principum ac Monarchæ Maieſtatem, vlla abſque obſeruantia & reuerentia illæſus nimis audax loquutus es? Quæ ad Doctiſſimos Sapientiſſimos præcipuos Academicos; grauiſſimos Scriptores, Archiatros, Principes, adde (inuitus & coactus profero) Sapientiſſimum Inuictiſſimum, Sanctiſſimum Imperatorem, tuorum comparatio, collatio, ſimilitudo? *Maxima Mũdini & Cõſultorum audacia.*

Heu tempora ò mores, ò Impulſores?

Sed quum neue nunc temporis, neue impoſterum, neque vllibi tuos Conſultores, Impulſores, Reuiſores tua laudantes probanteſque recipiam, imo iure omni, omnique merito damnem, & vbique admirabor iſta tua recipientes, laudantes, quid tum?

Verùm quem in profundum puteum Veritatem proieciſti, iam veni mecum, illinc per luculentum ceu oculare in hac tua & tuorum iam nunc caliginis nocte tibi erranti interdiu & ſubdiu camdem primam lucis filiam emergentem oſtenſuro, vt reſcipiſcas. Sequere.

PRimum Ariſtotelis argumentum à plantis deſumptum cum Mundinij obiectionibus, ad probandum ſemen in perfectis animalibus à toto non prolabi,

ET Pariſani ſolutiones & reſponſa contrarium oſtendentia ad Lydium Lapidem ducuntur.

COLLATIO SECVNDA.

OBſeruauit Ariſtoteles plantas eſſe quidem organica corpora, ſed longe minori organizatione donata quàm alia perfecta, vnde minorem organorum nutritioni & generationi inſeruientium apparatũ requirere. Conſtant ergo plantæ ex partibus ſimplicibus multis, necnon ex partibus ex his compoſitis. *Mundiny Tact. 17.*

In arboribus obſeruamus inter ſimplices partes corticem externum & internum non eiuſdem ſpeciei, vt in nuce, fraſcino, ſalice, &c. eſt caro lignea, eſt medulla. In herbis fructicibus eędem partes cernũtur. Iſtæ autem omnes proportione reſpõdent partibus ſimplicibus animaliũ membranis, venis, oſſibus, &c. quantum ad ſimplicitatem ſenſui manifeſtam patet.

Inter partes multarum arborum compoſitas, ſunt præcipuè caudices, ſiue trunci in arboribus, in herbis caules ex dictis ſimplicibus compoſiti, & inter ſe ſpecie diuerſi, rami verò ſunt & ipſi partes compoſitæ, ſed ſpecie à caudicibus arborum non differunt.

In multis ſtirpibus ſiue herbis partes compoſitæ ſimiliter cernuntur. In tritici e.g. planta ſunt radices, caules, in his genicula multa, in fine caulium cauliculi leues abſque geniculis, ſic in angelica, feniculo, & vmbeliferis.

Omnes autem partes compoſitæ recitatæ compoſitis animalium reſpondent, manibus brachijs, auribus, fœmoribus, &c. intellige ſano modo, quia organis

motus & ſenſuum in plantis minime opus erat. pag. 8.

Pariſani Cont. 17. Ingenuè fateor quidem Mundini doctiſſime hanc nouam, & ſubtilem tuam Cabalam me non capere: auribus verba audio, ſenſum minimè haurio, nequaquã intelligo, nec oculis, tactu, cõmuniue ſenſu hæc percipio, nec cruribus fœmoribuſue haſce per obliquas & tibi ſecretas ſemitas incedere valeo, nec ſano ſanè, nec niſi tuo modo intelligo nullo.ſ.; quocirca *Cabala à ſæculo in audita.* expoſitã expecto; potiſſimũ quum nobis omnes plantæ cõpoſitę arboris partes ſibi eſſentialiter ſimiles omnino ſpecie, & vbique ſint in omnibus & minimis, in cõpoſitis, dico, particulis: vbi vbi ſimul erunt manus, pedes, fœmora, brachia aures, & illud tuum cerebrum, &c. ; quod reliqua animalis inſtrumenta denotabit, & tuum inuentum omnium pulcherrimum auditu & viſu erit, omnia ſcilicet in omni & ſingulaquaque in parte ſimul & ſemel & totum organicum iure tuo, qui poteſt capere capiat; nihilominus tamen tuæ hę belle inuentiones, & ſubtilia excogitata ſuos *Pupar amaſij.* benignos Lectores, Protectores Conſiliarios, & ſuos inuenere amaſios, vt pupæ (Venetijs puaulæ) improuidæ ſ ætates.

Mundini Textus 18. Argumentum Ariſtotelis. Si per vos ô Antiqui neceſſarium eſt ſemen in animalibus ab omnibus partibus ipſorũ decidere, quia inter alias rationes, quas affertis ex ſemine diuerſas partes tum ſimplices, tum compoſitas inter ſe eſſentialiter & ſpecie differentes emergere videtis; Eodẽ modo dicendum eſt de ſemine plantarum, vt ſcilicet ab omnibus plantarum partibus proueniat, at conſequens eſt falſum, quòd à partibus cunctis plantarum ſemen decidat: ergo & antecedens, quod ab omnibus partibus animalium decidat. pag. 9.

Falſitatem conſequentiæ, quod ab omnibus partibus plantarum non decidat concedit Pariſanus. Reſtat igitur vt ad eius probationem deueniamus, & in hoc ſtat punctum difficultatis & controuerſiæ.

Illatio (Ariſt.) conſequentiæ ex veſtris ſuppoſitis patet, ſi enim vos (& vobiſcum Pariſanus dico ego) ideo ſtatuitis ſemen in animalibus à venis, à neruis &c. prodire, à manibus & pedibus, &c. quia portio ſeminis, quæ facit ad venarum, & neruorum, &c. conſtitutionem, nec portio ſeminis quæ facit ad manuum conſtitutionem non poteſt facere ad conſtitutionem pedum, &c. ea potiſſimum ratione, (vt dicit Pariſanus in exerc. pag. 116. & 121.) quoniam nominatæ partes ſimplices & compoſitæ eſſentia & ſpecie, vt dicit Pariſanus inter ſe differunt. pag. 10.

A pari ego dicam, quòd portio ſeminis, quæ facit ad corticis externi conſtitutionem non poteſt facere ad conſtitutionem interni, ligneæ, medullæ, neque portiones ex quibus hæ fiunt, ad conſtitutionem corticis, & ſic de ſingulis.

Pariſani Cont. 18. Diximus & dicimus Ariſtoteli, vel tibi potius, quòd ſemen in planta & ex planta decidit ab omni parte plantæ ſpecie, non numero, quid ſi numero etiam diceremus? *Semẽ ab omni plãtæ parte.* ſed non à tota excluſiue, ſeu totis partibus, quia opus non eſt. Vt à corticibus, lignea, & medulla: quia eſt vnum ſpecie & numero cortex externum; vnum ſpecie & numero cortex internũ: vna ſpecie & numero lignea caro, vna ſpecie, & numero medulla in tota planta: quia hæc omnia ſunt continua à plantæ verticibus ad extremas vſque radices, vnã excepta medulla ad radices non perueniente dictis & dicendis ex rationibus. Vnde rectè dicitur *Ariſt. explodi tur.* aduerſus Ariſtotelem, ſemen non decidere ab vnaquaque numero plantæ particula compoſita: quia omnes partes compoſitæ iiſdem numero ſimplicibus partibus & continuis compoſitæ ſunt, (nullis, alijs, diuerſiſque interpoſitis, vt in animalibus) corticibus, lignea & medullea parte, ſi de ſemen producentibus loquamur, quòd ſi aliqua pars dictarum aliqua deſtituta ſit, vt radix abſque medullari, nihil refert, quia ſemen producere non habet, quamob rem non officit. Ea propter ſemẽ à quolibet ramulo effundi *Declaratur.* poteſt, quia ibi ab omni parte, & à toto prouenit, quoniam in plantæ acello ſingulæ ſpecie partes ſimul & ſemel cortices, inquam, lignea & medullea partes ſemen effundunt: quocirca omnes dictæ

ramuli

ramuli partes ſimul & ſemel ſemen dictas partes obtinens, producunt, cortices corrices, lignea ligneam, medulla medulleam partem, quibus ſemen præditum eſt, vt pineo in nucleo apparere dixi, & tu in alijs ſeminibus vidiſti apud Excellentiſſimum Aromatarum vt faſſus es, quod Ariſtoteles ignorauit: propterea perperam in animæ definitione ſemen excluſit. Vt ſatis liquidò pateat corticis ſemen non facere ad conſtitutionem ligneæ partis, nec è conuerſo, &c. ſed ſingulæ ſui portionem, & omnes ſimul totum ſemen, & conſequenter vanum & caſſum eſt argumentum.

Ariſtoteles plantarũ ſemen eſſe organicũ ignorauit.

Mũdinij Test. 29.

Dicam ſimiliter, quòd portio ſeminis ex qua radices conſtituuntur, non poteſt facere ad ramorum in arboribus conſtitutionem.

Pariſani Cont. 18.

Et ego itidem tibi dico, quòd ſicuti vides ex plantato ramullo radices emergere continuatis corticibus & lignea parte: ita ex ſemine omnibus ſpecie partibus conſtante radices erumpere, & eaſdem à ſeminis partibus deorſum verſus radices ſua vaſa vmbilicalica deſcendere & aggeri ex alimentali ſibi primùm coniuncto ſemine, vt ſuperius rami ex quibus ramuli, ac inde ramululi, inde ſemen.

Ex ſemine quemodo radices.

Mũdinij Test. 30.

Dicam vlterius, in ſtirpibus & herbis, quod portio ſeminis, quæ eſt apta ad conſtituendos caules, non eſt apta ad cõſtituendas radices, non ad conſtitutionem geniculorum in caulibus exiſtẽtium cauliculorum, & ſic de ſingulis. Cur? in hoc ſtat punctum difficultatis. Quia cortices differunt ſpecie inter ſe, & à carnibus ligneis, medulliſque, & hæ inter ſe. Quia radices ſpecie differũt à ramis, cauliculis, caulibus, geniculis, & hæ partes inter ſe.

Pariſani Cont. 28.

Dico tibi quòd in ſemine, quòd eſt nobis planta, ſunt cortices, pars lignea, medullea, & ita cortices non fiunt emergunt vt ex parte lignea, medulleaue ipſius ſeminis, nec contra, vt perperam imaginaris: ſed quælubet, vt ab eadem ramuli parte ortum duxit cortex à cortice, medulla à medullea parte in ſemine & à ſemine in conſpectum ſe ſe dat. Et ita vlterius radices non differunt à truncis & ramis eſſentialiter, quia ex eiſdem numero partibus, numero intellige conſtant, ex eodem inquam cortice numero à ſupremo ramululo ad poſtremam & infimam radicem, ſic lignea caro. Quòd ſi dicas radices medulla carent, hoc nobis negotium non facit: bene trepidationem incuteret, ſi radix partem haberet, quæ non reperiretur in ramo, à quo ſemen prodit perfectum, omnibus partibus ſcilicet præditum, corticibus videlicet, lignea, & medullea parte, & ita tuum, ſeu Ariſtotelis argumentum nullum: quia ſemen à plantæ parte omnes totius plantæ partes ſpecie continente naſcens oritur à toto, quia omnium partium partes continet, cortices nimirum, ligneam & medulleam partem, quarum quælubet vna totius numero eſt, quia continua. Quòd ſi cortex e. g. vt dicebamus in ramulis viridior, in ramis minus, in trunco aſpera, in radice leuior, magis alba, &c. nihil refert, quia illi accidũt, nec eſſentiam variant, nec formam mutant. Radices autem medullam non habent, quia non egent, vt pote quæ purius trahit & defert alimentum à ſubiectis partibus, quod non continent radices rude à terra trahentes: non habent quia non decuit, qua fragilis & debilis pars eſt, proinde radici robuſtiſſimæ plãtam ſuſtinenti ne cadat & diuellatur minimè conueniens. Quare ad rem propiùs, quum totius plantæ partes omnes ſint vna ſpecie quia vna numero continua medulla, lignea, cortex, ſemen à qualubet compoſita particula dictas continente procedens totam plantam te continet & repræſentat, quia ramulus ille ratione contentarum in ſe partium poteſt dici totum, ramus, truncus, radix: quod in animali vt diximus, dici nequit: quippe homo nunquam fuit caput, oculi, brachium, crus, teſtis, mentula: neque teſtis, mentula homo eſt, fuitque p. x.

Ex mala aduerſariorũ intelligẽtia craſſæ vbique obiectiones.

Mũdinij Test. 31.

Diſputatio noſtra eo eſt redacta, vt & in arboribus & in herbis partes generantes ſemen diferre eſſentia, ſpecie, & compoſitione vt dicit Pariſanus à radicibus probare debeam; ſed quia hæc differen-

tia

Digitized by Google

tia multo magis in herbis conſpicua eſt & alijs plantis ab arboribus, has primum inducam, poſtea licebit arguere & tranſire ad radices & partes arborum, quamuis in arboribus ſit occultior. A notioribus ergo nobis incipiendum.

Pariſani cont. 21. Quo modo quæſo te à tibi notioribus initium ſumis, ſi tibi eadē omnino ignota ſunt? An ad confundendas res, & vt aiunt, ad intrigandum accedis? quid clarius quàm in arboribus cortices à lignea carne in tota arbore ſeparari, in ſalice, populo, ficu, ceraſo, vlmo, lauro ac in ſingulis omnibus: ſic de lignea parte, ac medullea in habentibus, quam maniſeſtè in ſambuco cernis: ſic rectè vides, vt hæc ignores & ſcribas? Vt quid omnibus ignotiora, tibi magis nota prædicas? cur potius non recentes quæ præ manibus, præ oculis, præ labris ſunt & ſæpius comedis ex aceto facilè & optimè excoriatas cicorij radicum cortices, quaſque apud aromatorios pentaphili, maluæ, althææ, petroſelini, fœniculi, carui, &c. quotidie vides? An iſtæc & ſimilia pharmacopolis, coquis, & mulierculis notiſſima, tuum aſpectum tactumque fugiunt? quid protectores acutiſſimi?

O duræ cervices hominis.

Mūdini Tact. 22. In medium adducamus polypodium, Filicem, ſcolopendrium, & in parte auerſa foliorum ſemina in iſtis conſpiciuntur. quis dicet folia eſſe eiuſdem ſpeciei & compoſitionis cum radicibus harum plātarum? An raphani nigri radix non eſt craſſior, durior, aſperior caule & cauliculis ſemina ferentibus? quis poteſt aſſerere raphani dicti radicem ſpecie à caule & cauliculis non differre? De caulibus & radicibus cyclaminis dicendum eſt, atque de radicibus Ariſtolochiæ, brioniæ, &c.

Pariſani Cont. 22. Praua intelle- & ūs operationes. Parum belle te geris Mundini in tui intellectus operationibus exercendis. Quòd non bene ſimplicia apprehendas, quòd malè deinde diuidas, atque poſtea minus ſcitè diſcurras. Tria illa ſimplicia non ſunt, vt apprehendis, quoniam polypodium & ſcolopendrium ſemen non producūt, & proinde nec in folijs id, ſed puncta in folijs gerunt, vt apud doctos viros Tragum lib. 1. c. 185. pag. 139. potiſſimum inuenies: Filicem ſemen producere Antiqui noluerunt, vt ex Dioſcoride, Teofraſto & Plinio colliges. Neque Andreas Mathiolus filicis ſemina vidit, ſaltem in planta. Hæc ſunt eius verba, Certò tamen compertum eſt a naturalium rerum indagatoribus, ſemen ferre filicem auerſis folijs inhærens, ſed adeò minutum, vt viſum ferè fallat. Legitur abſciſſis propè radicem folijs, & in domo ſuſpenſis ſubſtrato linteolo, aut papyro ad finem Iunij; nam circa hoc tempus mateſcit. Inuentor autem fuit Hieronymus Tragus Mathiolo (vt de ſtirpium hiſtoria doctiores tradunt) non ſecundus, qui eiuſdem temporibus floruit, & eiuſdem hæc verba extant lib. 1. de ſtirp. hiſtoria de Filice cap. 186., Tametſi namque omnes, qui de herbis ſcripſere, filicem neque florem neque ſemen proferre aſſerant, tamen remaliter ſe habere non ſemel ipſe comperi, quod hoc loco in gratiam ſtudioſorum herbariæ rei commemorandum duxi. Nam quum quaternis an... ordine in vigilia, vt vocant, feſti Ioannis Baptiſtæ noctu id ſemen indagare conſtituiſſem, inueni ſummo mane, antequam illuceſceret, nigrum, exiguum Papaueri que haud abſimile ſemen, quod vt colligi poſſet, expenderam prius ſub filicibus pannos & Verbaſci folia. multæ autem filices nullum ſemen reddebant, cum ſub alijs viciſſim ſingulis centena diceret ſemina legere. & abſque ſuperſtitione citraque Magicas vanitates ſemen hoc duobus aut tribus comitibus ſtipatus, igne per viciniam eam incenſo, tota que nocte flagrante quæſiui, quæſitumque nonnunquam inueni, aliquando non inueni, nunc multum, nunc parum colligens. Quare verò hæc diuerſitas contingat, aut quid ſibi in ea re natura velit, mihi ſanè non conſtat.

De filicis ſemine notanda ex Trago.

An tu Mundini haud acutioris viſus acie vales, vt talia hæcce ſemina videris, an interdiu an noctu, an verò à mulierculis accepiſti? Vlterius audias.

Ibid. c. 187. p. 545. Ceterùm inciſuræ horum foliorum parte auerſa Maio menſe quamplurimis exiguis,

„ exiguis, rotundis & excrementis brucho-
„ rum ſimilimis punctulis notantur, quæ
„ cum maturuerint, ac nigra euaſerint, id
„ quod circa feſtum Ioannis fieri ſolet
„ prorſus decidunt & à mulierculis quibuſ-
„ dam colliguntur, proque felicis ſemine.
„ deinceps venditantur.

Vide quàm ſciens & fidelis hiſtoricus. ſis Mundini, & quambellè ratiocineris, quemadmodum quando infers, quis dicet folia eſſe eiuſdem ſpeciei & compoſitionis cum radicibus harum plantarum? ego profectò non, numquam dicam folia, quæ ſunt partes ſimplices plantæ eſſe eiuſdem ſpeciei cum parte compoſita: ſed bene dicam plantam, hoc eſt caulem, & eius ramos, filicis eſſe partes eiuſdem ſpeciei cum ſuis radicibus, non autem folia, quæ ſunt filicis plumulæ. Semina autem non plumulis ineſſe credendum, ſed ramulis & eorum fibrulis.

Filicum aliæ ſunt arboreæ & producũt florum racemos, non autem ſemina, vt apud Tragum obſeruabis: Aliæ arboreæ ſine floribus, & aliæ abſque ſemine: aliæ non arboreæ: non tamen folia ſunt, quia canulatæ, quia ligneæ, quia plumulas folia vndique gerunt: quia radicibus ſunt continuæ prorſus ſecundum corticem & ligneam partem, vt nullo modo ab inuicem (quod folijs non contingit) ſeparari queant, quemadmodum nec truncus aliarum plantarum & arborum diuelli ab eiſdem proprijs radicibus poteſt.

Ceterùm eſto iure tuo, ne tuo intellectulo (quemadmodum nec meo mihi minori) videaris Naturæ omni potentiam coarctare, & Dei Magnalia eodem menſurare: quid tua intereſſet ſemen in folij fibras, quæ ſunt minimæ rami portiones eiaculari emitti? quid refert, impedit inquam? An Natura non poterit? exemplum eſto & inſtar omnium, Ceraſi ramulus ceraſum hoc eſt ſemen & fructum producturus in ſui medio acumine emittit & producit florem per eius medium tranſmittit pediculum petiolum longitudinis duorum triumue digitorum per eſſ... dum ab internis ſuis partibus ſemen, &

Exẽplo declaratur.

alimentum fructumque producit, ita „
nec ſecas per filicis rami fibras & ſur-
culos ſemina propè plumulas.

Quare non benè apprehendis iſtęc, nõ rectè componis & diuidis, componis ſemen ferentes cum ſterilibus plantis: atque deteriùs diſcurris, non ſolùm de filice; ſed etiam de polypodio, ſcolopendrio, cyclamine, quæ ſemen non producunt, quod quæritur. quorſum igitur attuliſti? Et quorſum reuiſores & conſultores protectores probauerunt?

De Rafano, Ariſtolochia, & Brionia dico, eorum caules & cauliculos idem ſpecie cum radicibus eſſe, vt ex eiſdem areſcentibus vel exſiccatis, atque alijs excoriatis arboribus & plantis colligere eſt, tum quoad cortices, tum quoad ligneam partem. Nec quicquam duritiles refert, vti nec color: quoniam exempli gratia & vitium palmites ſurculi initio alius cenſus videntur; vt poſt menſes omnino ſimiles, & eiuſdem vitis partes eſſe manifeſtè dignoſces: quare ex viridi & tenella parte & conſimilibus accidentibus eſſentiale diſcrimen non ſumitur, aliò igitur animo tibi vertendum eſt, & melius cum tuis ſapere.

Triticum (& idem dices de omnibus ſpicas ferentibus) habet ſupra terram caulem multis geniculis cinctum, ſupra caulem cauliculum læuem abſque geniculis, in quo adeſt ſpica, in hac ſemina. Videtur ne vobis benigni lectores cauliculum, vel ſpicas, quæ ſunt partes ſemina producentes eſſe eiuſdem eſſentiæ, ſpeciei & compoſitionis cum geniculis, radicibus? Nonne ſubſtantia, ſpecie, compoſitione, & vſu differunt cauliculus à geniculo & à radicibus? idem dicas de vmbeliferis. pag. 11.

Mudini Tact. 23

Quia neſcis Mundini quid ſit ſpica, propterea ſcribis ſpicas eſſe partes ſemina producẽtes: quare diſce hoc primum, ex quo poſtea nodus ſoluetur.

Pariſani Col. 23.

Ex Marcelli Vergilij comentarijs in Dioſcoridem, hæc habentur.

Spica quidam.

Græcis Pericarpia ſunt cuncta illa, „
quæ ſemen aliquod ambientia à cæli & „
animalium iniurijs id ſeruant & tuentur. „

In

" In leguminibus priuatim ſiliqua, in fru-
" gibus (nota) ſpica, in caſtaneis echinus,
" in alijs, alijs appellationibus indicentur
" communi tamen nomine pericarpia appellantur. At ſpica ad rem, nil aliud eſt (præter cauliculi cacumen grana & ſemina producens) quam ariſta & ſubtilis paleola membranulæ inſtar granum continens & conſeruans vna cum ariſta, vt (Marcellus dicebat) in frumenti & Hordei, &c. ſpica videre eſt. Quare tibi tuiſque Conſultoribus dico, ſpicas hoc eſt, ariſtas & paleolas dictas differre vtique ſpecie, &c. à cauliculis, geniculis, radicibus: quoniam partes hæ ſunt cōpoſitæ ex cortice & alijs componentibus internis partibus: membranulæ autem illæ (ſic appellentur) & ariſtæ ſunt ſimplices, & à corticæ tantummodò ortum ducentes, ac ad tutelam; quare difficultas & obiectio minime ad rem facit: quoniam nos dicimus & conſtanter aſſerimus ac ſuſtinemus, plantæ partem ſemen producentem compoſitam ſpecie non differre ab alijs plantæ compoſitis ſimiliter partibus, quia ſimplices earumdem partes eędem numero ſunt in omnibus, & proinde totam plantam repreſentare, & deinceps ſemen ab vna parte totum repreſentante tantùm ſecerni ſat eſſe. Ad genicula quod attinet, dico eadem eſſe & ex eiſdem ſubſtantijs compoſita cum caulibus & cauliculis, differreque duntaxat in dēſitate & duritie ad robur facientia, vt plāta ſpicæ ſeminum, aquæ pondus, atque ventorum impetus ſuſtinere valeret; & ita magis & minus, ſeu maior minorue partis denſitas ne minimam quidem difficultatem facit: quemadmodum nec diuerſæ plantarum radices negotium faciunt, vt tuorum teſticulorum quin etiam teſtes ſunt, qui eodem teguntur & induuntur cortice numero dico cortice cum planta (vt iu vna totus & eadem numero cute veſtiris) vna continua & numero ſimiliter carne cum tota planta præditi ſunt teſte ſenſu, qui nullibi dictas arboris, plantæue partes diuiſas videt, tangitque, quamuis diuerſitas aliqua appareat, vt diximus, in duritie, denſitate, lænitate, aſperitate colore, quæ non faciunt aliud, ſed alteratum, quemadmodum tua cutis (propriùs agentes) alibi craſſa, alibi tenuis, alibi lænis & leuis, alicubi aſpera, durior, mollior, denſior, rarior, depilis, capillata, alibi alio ac alio colore prædita: an ſimilitudo quatuor (vt aiūt) pedibus currit? an plures tibi cutis ſpecies? apagesis cum turba.

Terrarè ad rem. & cæcutit nunquā Mūdinus.

Deciditur declarantur genicula, etc.

Sic de partium vtilitatibus vſibus dicimus ſpeciem & rei eſſentiam non immutare. An tuarum venarum, quæ ſemen teſtibus procreant, quæ ſanguinem hepatis virtute (vt ſcribunt) gignunt, quæ chylum iecinori deferunt, &c. ab alijs ſanguinem continentibus & portātibus differunt? Scio me facile reprehenſum iri, quòd omnibus hiſce nugis reſpondeam; ſed ſi paucis vt poſſem abſoluam, tui benigni lectores me non ſatisfeciſſe dicent: propterea momis vt ſatisfaciam vanum ſuſcipio laborem, quod æqui bonique conſulet candidus lector, & tu ſententiam mutabis, ſi Deo placebit, & doctiſſimi Conſultores Protectores tibi permittent.

An in plantis ſpicas & vmbellas ferentibus pars ſemina producens componitur ex eiſdem numero partibus, ex eodem continuo cortice, ac lignea carne numero, vt pag. 645. Pariſanus affirmat, ex quibus genicula, & radices? Quis cæcus hæc affirmaret?

Mūdini text. 24.

Nullus certò cæcus Mundini, acutiſſime quia cæcus: ſed (quod tibi grauiſſimum) nullus profectò videns hoc inficiabitur, te vno excepto ſemicæco qui hęc videns, ſi modò vides, non videas, non experiariſque, vt diximus, continuos cortices, ligneamque partem à ſummo ramulo ad imam radicem eſſe, & vnamquamque dictarum componentium partium vnam in tota planta numero eſſe, replico: quo modo quæſo te igitur compoſitæ ſingulo numero partes non ſunt eædem ſpecie, vt ſanæ mentis nemo inficias ire poteſt?

Pariſani Cont. 24.

Aduerſ. magna cæcitas & incapacitas.

An aliqua accidentia & ea quidē communia rei eſſentiam variabunt? tuos iudices appello celeberrimos. Igitur ramulum

Protectores appellat.

mulum quemlibet omnes plantæ partes in ſe ſe continẽtem ſemen totam plantam continens, quia à tota planta ſpecie ortum duxerit, producere manifeſtum eſt. Nec trepidationem incutiat minimus vmbellæ ramulus e. g. petroſelini, fœniculi ſemen procreans, quoniam & minimus iſte totas pariter plantæ partes gerit, tametſi eaſdem nec videre quidem, nedum diuidere & ſeparare poſſis.

Acari exemplū ad rem penitus.

Etenim Acarus omnium fortaſſe animalium minimum vix cernitur, apparet tamen ex progreſſiuo motu moueri, & proinde pluribus cruribus, vt ſpecillo & oculari experimur & iiſdem pluribus partibus motis & mouentibus præditum eſſe, vt interim breuitatis gratia prætercam, habere caput, oculos, os, ventrem, cor, & cetera quamplurima alia membra, & eadem componentia & conſtituentia, non ſenſu, ſed mente percepta: vnde Dei Op. M. & Naturæ omnipotentia, ac noſtra imbecillitas ſe promunt, qua propterea Dei opera menſurari non debere conſtat, niſi inſaniamus, vt manifeſtiſſimè pateat, te cum Ariſtotele toto cælo aberrare, quòd vt ſemen à plantæ parte productum, ob animali quoque ſimili modo procreati ſit neceſſe: quum vt pluries diximus, in planta ſingulæ homogeneæ & ſimplices partes continuæ, & vnæ numero ſint, vt cortices à ſummo ad imum, lignea pars pariter, & medulla ſimiliter à ſui principio ad finem vſque. (radicem ne dubita, attingemus) Quare quum hęc omnia in ramulo, ſemen à ramulo à toto effundetur, ſcilicet à corticibus, lignea carne, & medulla: quod in animalibus non poteſt, quoniam in teſtibus non eſt cerebrum, non auditus organum, non oculi, non lingua, odoratus inſtrumentum, non pulmones, trachea gula, ventriculus, inteſtina, oſſa &c. & proinde vanum & caſſum prorſus veſtrum extat argumentum & nihil penitus concludens, niſi admirationem legentibus & intelligentibus pareant Ariſtotelis manes, & pace quoque tua & ſapiẽtum Protectorũ dixerim.

Mundini Tact. 25.

Venio ad Arbores. In his dicebat Pariſanus, radices, ſubſtantia, natura, ſpecie, compoſitione à truncis, ramis & ſurculis non differre, quia radices ex eadem lignea carne, & eodem cortice ac truncus & rami componuntur. Per hunc igitur arguendi modum, ſi truncus, rami, & ſurculi ſemina ferentes conſtabunt ex partibus numero, ſpecieque differentibus à partibus ex quibus radices componuntur, truncus, ramus & ſurculi à radicibus ſpecie diuerſi erunt. Addatis minorem. At truncus, rami, & ſurculi conſtituuntur ex partibus, quæ numero & ſpecie differunt à partibus conſtituentibus radices. Quia truncus, rami, ſurculi eſſentialiter & ſpecie differunt à radicibus.

Pariſani Cont. 25.

Multifariam hîc errat Mundinius. Hîc cauilli, & quòd rei caput eſt, nihil ad rem qua de agitur: quæ haud craſſa Minerua, breuiter tamen enodanda. Ad minorem (ſi omnia ponderare vellemus nimis excreſceret liber) deueniamus, quæ partes trunci, rami, ſurculi à radicis partibus ſpecie differunt? non cortices, quia iidem numero vt oſtẽdimus à ſummo ramulo ad radicum finem, non lignea caro, quia eadem numero ſimiliter. quæ nam igitur partes inter ſe differunt? quod te rogo reſponde. Tuam hic ſapientiam deſidero, & tuorum conſilium. Quo modo & à quo medulla trunci, rami, ſurculi differt à radice? omnes hic tui conatus reſident, vt pluries annuiſti, ſed ſemper fruſtra nihil concludentes ad rẽ nuſquam & nunquam facientes. Quod radix medulla careat (poſtea videbimus) quæ eſt in trunco, ramo, ramulo, eſto, ſed quid tua hoc, ſi rectè ratiocinaris, refert? noſtra pro veritate nihil intereſt. Noſtra eſt ſententia & concluſio aduerſus Ariſtotelem, & te acerrimum & doctiſſimum eius defenſorem, quòd in planta ſemen non prouenia, & naſcatur ab omnibus & ſingulis quibuſque numero plantæ, ai boriſue partibus, vt in animali; ſed à ſummis ſolummodò ramulis: quia hi ſcilicet ſunt iidem ſpecie cum reliquis omnibus partibus, quia eorumdem partes omnes cum ceteris continuæ & eędem ſpecie ac etiam numero dicto modo extãt. Hoc ſenſus certiſſimè ſentit, ratio proinde aſſenti-

Mũdini & ſequacium capacitas aſſideratur.

ſentitur, nec vllus inficiari poteſt, quin ſenſus pœnas det, Tu autem in Choream deſcenſus & duræ ceruicis, fortaſſe & nunc inuitus, reſpondere neſciens, & herbam ac haſtam præbere ægre ferens, mordicus radici hæres, quia medullam non habeat, vt nec tuus ſermo. Sed quorſum hæc inquam Mundini? an quia auius & deuius ſis? Semen naſcitur & producitur à ramulo medullam habente: non oritur in radice, nec à radice medulla deſtituta. Si à radice, vrgeret argumentum, quia nemo dat, quod non habet: at à ramulo omnes arboris partes ſpecie continente ac etiam numero dicto modo, optimè procedit, quia ſcilicet à tota planta, quia à cunctis ſpecie partibus ſimul oritur: vnde replico, nullum Ariſtotelis argumentum, caſſa tua reſponſa omnia. Hiſce meridiana luce clarioribus niſi tibi dieſcat & luceſcat, neſcio qua luculentiori videre poſſis tui cum Protectoribus doctiſſimis.

Mũdini Tactus 26.

Reſpondit Pariſanus, truncos, ramos magnos & minimos carere medulla, & addit quod eædem numero partes, quæ olim medullam gerebant, eadem nunc deſtituuntur. Hæ ſunt rami magni, trunci. Quid quod igitur, an hinc, dicit, eſſentiales differentiæ ſunt colligendæ? falſum eſt, vt ſenſu patet, truncos & ramos magnos, & minimos non habere medullam; quoniam & proceſſu temporis indureſcit & non ſit adeo perſpicua. pag. 12.

Pariſani Cont. 26.

Diximus Mũdini tuam intelligentiam deſiderantes, ex eo quòd aliquæ arboris partes medulla deſtituantur, non ſequi alias earumdem partium partes ſpecie differre, ſicuti iam iam de radicibus probauimus, & eo loci, quoniam ſequeretur eaſdem partes eadem ſub ratione ſpecie à ſe ipſis differre: e. g. truncos & craſſos ramos medulla deſtitutos à ſe ipſis paruis & iunioribus medullam gerentibus, quod eſt abſurdum: itidem de minimis ramulis initiò abſque medulla quo ad ſenſum, paulò poſt medullam præſeferentibus conſtat. Etenim re vera medullam ſub obtutum cadentem non habent, (melius ſpongioſam partem diceremus) ſed confuſam ſubſtantiam præſeferunt.

Perſpicuitas deſideratur.

Exẽplis docetur.

Ne autem altus iſte gurges nimis ſicco pede traxemus, nec adeò craſſa Minerua tranſeamus luculẽtis & adamuſſim exemplis oſtendamus; Vt in infantulis multos poſt ſui ortus dies & menſes, bregmatis oſſa, quæ ſubtiliſſimæ chartilagines (mẽbranas fort ſſe aliquis diceret) ſub ſenſum cadunt, vt propterea à ſubiectorum vaſorum motu attollantur, & deinceps nequaquam ſpongioſam partem habet, ſed diu alta & aucta ſe ſe oſſa & ſpõgioſa promunt: ita ramuli nimiam ob alimentalem humiditatem ſpongioſam ſui partem præſeferre nequeunt, quam aucti poſtea rarefactione & mediocri exſiccatione aſſequuntur. Contra vero, medulla in truncis & craſſis ramis à lignea parte non differt niſi ſecundum magis & minus, non ſecus (appoſito exemplo ſtemus, & oſtendamus) ac ſpongioſa oſſis cranij pars à duris ſuis parietibus: vnde vt hęc lignea temporis proceſſu euadit, ita illam ſpongioſam in ſenioribus & decrepitis oſſeam fieri & futuris quinetiam priuari intelligis peritos ſi antomicos conſulas: quocirca vt in illis nimio humido, ita in hiſce nimia exſiccatione. Secus non poſſet fieri lignea. Quum igitur fiat ac continua ſit, continua inquam, vt videre eſt, quia principium ligneæ partis eſt madullæ continuum & ſpongioſum, & in fieri, ac dein in facto eſſe, & deinceps eadem ſpecie & numero erit. Sed quum in trunco primùm, in craſſioribus ramis deinde lignea euaſerit, quid mirum ſit, quòd prius in radice, quia radix prior dureſcat, imo ſui initio durior ſit? Quærat aliquis, cur iſtæc? In promptu ratio erit, ſi è Naturæ viſceribus expiſcetur. Quia ſcilicet radix non ſolùm quia nec florem, nec fructum, nec ſemen producere habeat, medulla non eget, ad ea proximè conducens; ſed quia in terram figi eidemque inhærere debeat vt totam plantam firmam & ſtantẽ à ventis & fructuum ponderibus ſeruet & tueatur, propterea medulla ſeu ſpongioſa parte ad hæc vt fragili debili, inepta deſtituta eſt: ſed etiã quia eſt prima quæ ſibi & totæ plantæ ali-

Medulla cur ramos truncus & radices careant.

alimentum trahit, & conſequenter vt rude & ineptum, medulla opus non habuit. Etenim ſicuti Ventriculus in animali, vt aliàs dicebamus, venis deſtitutus eſt, (interna & propria, inquam, tunica) quia chylo & rudi alimento nutritur, ita pari paſſu radix, & propterea medulla priuata eſt, quæ vt vena ſanguinem, ita hæc elaboratius alimentum continens, (ad flores, fructus, ſemina) vt de ſpongioſa oſſium parte manifeſto colligitur, quæ radici ſic rara ſpongioſa non conducit, ſed contra denſa ac dura dictas ob cauſas: quæ tu diu in radicibus verſatus intuitus eſſes ſi radicitus & non ſuperficie tenus philoſophatus fuiſſes tuis cum aſſeclis.

Quod vt ſubtilius agamus & luculentius fiat pulcherrimo id Naturæ ſecreto ac exemplo referemus.

Exemplū pulcherrimum, & Naturæ admirandum, artificium.

Sapientiſſima Natura ab animali ad plantam ſeu ad partem plantæ vitam viuentem tranſitum factura triplici vtitur deferenti alimentum vaſe, ductu vena nimirum, ſemiuena, vel ſimauis ſemimedulla, & medulla. Vena eſt in carne, membrana, (ad rem noſtram) & cute, e.g. in aue, in pullo quolubet: ſemiuena à carnea pulli, auis ala ad pinnam, hoc eſt, per totum pinnæ calamum, quod clarè in iunioris, ac nondum volantis pulli columbini, gallinaceiue extracta euulſa pinna experieris, intueberis ſcilicet in pinnæ calamo ſemiuenam ſanguine plenam. Demum in plantali parte, ſeu plantæ vitam degente pinna plumulis ab vtraque parte deſinit, & lignea medullariſque euadit, vt corticis à quo plumulæ, ac per ipſum iiſdem alimentum ferat. quod diuinum admirandumque Naturæ artificium ſenſatè omnem de medio difficultatem tollit. Quòd nempe in aue è vena: extra auem & plantalem partem, ſeu pinnam, in pinnæ videlicet vacuo, in calamo eſt ſemiuena: in pinnæ corpore ſuperiori & exteriori eſt, & fit medullare corpus, ſeu ſpongioſa ſubſtantia. Hæc tuus à Naturæ ſecretis, Tuus dixi, quia abs te hac dignitate inſigniti ſumus. Ad rem, medulla eſt pars lignea in radice, vt in trunco & craſſis ramis. Cur in radice non ſpongioſa, cauſa eadem eſt ac in trunco: præter cauſas finales ſuperius dictas. Modò pergamus ad tuas ſubtilitates.

Medicinæ Tab. 37.

Sed inſtat Pariſanus, & Inquit,,, Ramus plantatus truncus euadit, radices producit: ergo eſt ramus, eſt truncus, eſt radix eſt arbor tota.

Ego verò dico nō valere, id quod producit aliquid eſſe illud, quod producit. Folium à cortice externo producitur: ergo cortex externum eſt folium? ſurculi producunt flores & fructus: ergo ſunt flores & fructus? non poteſt argui à partibus in potentia ad partes actu. committitur fallacia. pag. 13.

Pariſani Cont. 27.

Aliorſum accipis ac nos dicimus, & non æqua ſtatera noſtra hæc ponderas, nos loquimur de partibus compoſitis eaſdem ſimplices partes numero habentibus & continuis intellige Mundini: vt propterea rectè dictum ſit eaſdem ſpecie eſſe: quas enim habet truncus, ramus magnus, habet ramulus, propterea poteſt eſſe truncus, & ramus magnus, quum ij, ramulus fuerint, quo ad magnitudinem, & ſemper ſint iidem quo ad partes ſimplices ſpecie eaſdem, & quin etiam numero ſimplices in tota planta, quatenus continuæ ſunt, quia vnus cortex, vna lignea pars, vna medulla vt diximus. De radice idem affirmamus, quia ramus eaſdem ſpecie partes continet, quas radix, & continuas, vt de reliquis diximus, & quin etiam ligneam partem intimam duram ſpongioſæ rami parti reſpondentē, quemadmodum ſupra explicuimus. Vt mittam ramum radicis penſum & munus abſoluere, quatenus plantatus alimentum ſibi & toti trahit. Quinimo vlterius radices producit, quia rami partes, cortices, inquam, cortices, lignea pars ligneam ſibi coniunctas & continuas, & deinceps vnas, intelligis ne? Non vt tu dicis de ſimplicioribus, eorum reſpectu, folio & flore minimè eadem cum producentibus: quoniam tunc

Prauum acumen tollitur.

temporis non ſit nec totius procreatio, nec acretio, ſed ſimpliciorum partium productio ad pulchritudinem, vt flos, in quo dein ſemen & fructus, folium ad tutelam: quæ proinde pereunt & euaneſcunt abſque totius & conſtituentium partium imminutione. Vide Mundini an iſtæc bene conueniant, ac in vna & eadem ſede morentur; an verò tu malè conſultus inanibus in fallacijs verſeris, vt nos fallas? Folium, dico, & flos non ſunt partus à toto, id eſt, à tota parte compoſita, nimirum à corticibus, lignea & medullea partibus ſimul, quia flos ab intimiori tantummodò medullea parte, folium ab externo ſolummodò cortice primùm erumpunt, & ſeorſim producuntur: propterea vt cortices, internas tuentur partes, ita folia florem ambiunt & tuentur, vt videre eſt in roſa, cariophilo, ciano, & alijs nondum reſeratis floribus, & ſic reſpondent vltima primis: & proinde, quum ramus omnes partes quas radix obtineat, ſemen à radice non requiritur, quemadmodum etiamſi medulla careret (cui reſpondet lignea media eidem continua iam expoſita) adhuc vanum & irritum argumentum, quia ſemen à ramulo omnibus partibus prædito naſcitur, non à radice, vt ſupra narratum eſt, ſi iam vultis.

Mũdini Tall. 28. Equidem ſicuti mentula & teſtis, vt tu dicebas, numquam fuit homo, aut caput, neque homo aut caput mentula. Ita numquam radices fuere rami, neque erunt, neque rami fuere radices, neque erunt. Rami ergo ſpecie differunt à radicibus, & ideo & ſemen contra tuum aſſertum proueniet à radicibus. Inueniuntur arbores ita collocati poſt diſruptos à fluminibus aggeres, quatum rami & ramuli, qui ſupra terram ſunt, germinabunt, numquam radices euadent: radices quæ ſupra terram ſunt minime germinabunt, ita vt euadant rami, ramuli. ergo radices non ſunt ramuli, neque hi ramuli radices: quare differunt ſpecie & ab ipſis requiritur ſemen. pag. 13. f.

Pulchra hæc mea eſt cantilena, ſed ſurdis canitur: Ideo ab omnibus hominis partibus ſemen requiritur, quia omnes illius compoſitæ partes, & quin etiam ſimplices ab inuicem differant, vt teſtis omnino à mentula, hæc penitus à capite, hoc prorſus à pede, & ſic de ſingulis: vt vena à neruo, arteria, membrana, oſſe, &c. At radices à ramulo non itent Mundini, quia vt toties dixi, eaſdem ſpecie partes & eaſdem continuas cum ramulo habet. Propterea maximè miror quū ſemen ab omnibus arboris partibus, quæ ſunt cortices, lignea pars & medulla, non intelligatis, ſemine à radice haud opus eſſe, quod non ſic in animali contingit. Rami verò auulſæ plantæ aliquamdiu vireſcunt & germinant ex alimento prius attracto; radices verò quæ in planta (ſunt veluti ventriculus, ſeu ventriculi interna tunica, quæ niſi ab ore non habet, vnde alimentū ſibi trahat, niſi à proximis partibus excrementa venis deſtituta) extra terram non habent vnde ſibi alimentum trahant, etiamſi aliæ eiuſdem plantæ radices terræ infixæ plantæ alimentum parent, & ſubminiſtrent: quoniā radices trahūt ad ſe & ſurſum ac ad medium à quibus proximis partibus alimentum ſubripitur extorqueturque, à quibus quum effoſſæ aliæ radices trahere nequeant, neque à terra vtpote ab ipſa remotæ, eo deſtitutæ vita priuantur quoque & ſi germinatio & ſtolonum productio ex affluenti radicis alimento pronaſcitur, quo modo quæſo te neceſſario ad vitam deſtitutæ, vnde mors, exſiccatio, vt rami germinabunt?

Pariſani Contall. 28. Tua labra tales lactucas non ſapiunt.

Accipio modò ſpinas in arboribus ſpiniferis cedro exempli gratia, &c. Detur ſpinas ex eiſdem corticibus, & ex eadem carne lignea, ac ramos & truncos conſtare, ſunt ne partes eiuſdem ſpeciei cum ramis & truncis? *Mund. Tall. 29. Mũdini Spina.*

Item in plantis arboris ſcandentibus, viti e.g. adſunt capreoli, qui figura, magnitudine, ſitu, connexione, vſu, ſeu fine differunt à reliquis ſuarum plantarum partibus, & ſunt partes neceſſariæ, & ſpecie à reliquis differunt: ergo cum à parti- *Capreoli.*

partibus diuerſis ſpecie per Pariſanum ſemen producatur, ſequitur, quod à capreolis, vel ab aliquo capreolo, vel ſpinæ ſemineæ portiones, & parui capreoli in ſemina ſecedant. pag. 14.

Pariſan. Cent. 39. Ecce tandem poſtquam multis gyris per plantarum vmbellas, & ſuper arborũ cacumina nos duxeris, per intimas & maximè anguſtas earumdem partes ſub cortices, inter ligneas & ſecretiores medulleas partes deduxeris, atque ad ſubterraneas & maximè nobis obſcuras partes (tibi notiores) radices perduxeris, mox ab hiſce ad ardua nimis, ſupernè per ſpinas, per laqueos regyras, vt pungas, vt nos liges. Quid tandem? totus Patauinus hortus tibi obuius & occurrit, & illius ſtirpium & plãtarum flores, folia, ſpinas capreolos, cortices, ramos, truncos, ac radices iſtud in acetarium miſcuiſti, ſed ſine ſale. *Inſulũ Mundini acetarium.* Perperàm ratiocinaris Mundini, quia in eadem captiuncula verſaris, quia in tenebris ſis ſemper: propterea quod in obſcura nocte denſiſſimas ob tibi abs te ipſo partas & obiectas tenebras, rectam non videas ſemitam, tametſi ex aliorum fulgore & ſcriptorum lumine ceu ex nubibus emicãte aliquot veſtigia permutare poſſis: verùm quum in obſcuriſſima falſitatis nocte, ac tenebris inquam, *Conceditur.* verſetis, ad priſtinos errores reuerteris tuis cum impulſoribus.

Roſas ex ſpinis colige. Quas gerunt partes ramuli, eaſdem te iudice poſſident ſpinæ, eaſdem diximus obtinere ramos maiores, truncum, & radices: propterea eadem cogeris ratione: Quare quo longiùs abis, & abes, eo magis fruſtra laboras, atque oleum & operam perdis. Audi paucula, Vt in ſentientibus, animal coitum appetit, mares ſemper ob ſeminis copiam, itidem & fœminæ, ſed ſtatis temporibus (muliere excepta, ob redditam alibi cauſam) quoniam vulua tumeſcit & prurit: Ita planta certis temporibus, notis de cauſis, luxuriat tota, vt animal, potiſſimum verò, (vt in animali penis & vulua) ſuperiores extremæ partes eamdem ob cauſam propter perfectorum humorum copiam inibi in *Planta quam ob rem & quo modo luxuriens.* plantæ medullea parte ceu in vena reſidentium & ad eam hac dedita Naturæ opera cõcurrentium præcipuè in ramum, ac tandem in extremum, arboris plantæue ramuli ocellum, à quo ceu hiſcente ore totius perfectum ſemen, veluti ex pene & vulua in animali egreditur: quoniam eo loci in maximè anguſta parte & ſitu concurrunt & deſinunt coniunctim & ſimul omnes plantæ partes, & maximè vna omnes luxuriantes medulla, lignea, & cortices, ſub ſenſum tunc non cadentia, ſed bene paulò poſt, vt infra enucleatiùs reſerabimus. Ab iſtis primum folia, ab illis intimis mox flos, in quo ab ijſdem præparata matrice, capſulaue à cunctis vna ſimul poſtea iunctis ex anguſto communi foramine, & ductulo concorditer (vt ita loquar) animatum ſemen etrunditur vnà cum alimento, vt viuat, donec ſatum plantatumue extrinſecus appoſitum alimentum trahat & augeatur. Hæc ſic accipies à tuo à Naturæ ſecretis craſſa ſua Minerua exiſtimante. Sed vnde digreſſa eſt, noſtra reuertatur oratio.

A Capreolo (à capiendo, vt clauiculus, ſicuti helix à circumagendo & inuoluendo dicti) non eſt, quod ſemen expoſcas eamdem ob rationem, quemadmodum, addo, quòd nec à folijs, quoniam iſtæc à corticibus emanant, & eorum partes eædem ſunt ſpecie in ramulis: quocirca quum ab omnibus ſpecie partibus, vt compoſitæ ſunt: & ab omnibus numero coniunctim, vt à ſimplicibus ſemen prodeat, meritò & ſumma cum ratione à parte, & ſitu naſcitur vbi eædem ſpecie, vbi eædem numero ſunt, vt diximus: à ramulo ſcilicet. Nec vrget ſicuti ſupra de radicibus reſpondimus, quòd capreoli & folia, omnes, quas rami continent, partes, non obtineant: ſat eſt ramulos omnibus præditos eſſe: negotium tunc faceret, quando aliqua reperiretur pars quadam ſimplici parte prædita, qua ramus deſtitueretur, cuius ſemen à ramo præberi non poſſet. Et ita liquidò liquet iſtæc tua, ſpinas, inquam, nec nos pungere, nec capreolos ligare,

Mundinus ſpinis & capreolis ſuis.

Vincitur & pungitur.

ſed vos punctos & victos oſtendere.

Mundini Tact. 30.

Hactenus de Pariſani reſponſione, de plantarum partibus compoſitis. Ad reſponſionem de partibus ſimplicibus deueniamus, & videamus, an inter ſe natura & ſpecie differant, vt ſimplices animalium partes. Si enim inter ſe differrent, nonne iuxta principium Pariſani à me adductum, ſemineæ portiones ab ipſis prouenirent, vt etiam à partibus ſimplicibus animalium vena, oſſe &c. quia inter ſe ſpecie differunt? Clarum eſt corticem, carnem ligneam, medullam inter ſe differre ſpecie. Quid igitur reſpondet Pariſanus.

Ad medullam quod attinet, inquit, ſic ad corticem & mediam ligneam partem quòd ſpectat, quorum alia, inquis, alius vicem gerere nequit, & verum eſt, ſemen prodire non poteſt, ſed bene mediocriter elaboratum alimentum ab ipſis proximè ſubminiſtratur.

Bone Deus. Potiſſima formalis ratio, ob quam in animalibus à ſimplicibus eorum partibus ſemen decidat, eſt diuerſitas ſpecifica, quæ inter partes reperitur; hæc eadem diuerſitas reperitur tam in ſimplicibus, quàm in compoſitis partibus plantarum, vt pareſeci, & Pariſanus de ſimplicibus nunc mihi concedit, & ſemen & ſemineæ portiones, paruæ partes ab animalium partibus decident pro partibus illorum diuerſis cõſtituendis. in plantis verò pro procreandis diuerſis ſpecie earum partibus ſufficiet, quòd à partibus ſimplicibus plantarum non ſemen, non ſemineæ portiones, non parui cortices, carnes ligneæ, &c. proueniant, ſed mediocriter elaboratum alimentum? Ergo ego à pari in animali, à vena, ab oſſe, &c. dicam non eſſe opus ſemine, ſed elaborato alimento.

Pariſani Cont. 30 Aduerſa ror. argum.

Anceps adeò hic animi ſum, vt quid conſilij capiam ignorem, neſciens, num meam an tuam Mundini vicem doleam: quòd mea, luce clariora, dicta & rationi maximè conſentanea ſcripta non intelligatis, non intellecta proinde immeritò damnetis. An non intelligitis, intelligere ue conſultò non vultis noſtra diſſimulantes, immo amputantes abſcondenteſque, vt falſa ex lectione vos bene, nos verò malè ab omnibus audiamus? quàm bellè beneque hæc, aliorũ eſto iudicium. Nobis dimidium plus toto eſt. Mea eo loci verba declarãtia iuxta illa abs te relata, nulla interpoſita ſyllaba ſic ſequutur.

In Par. & San. Ind. pag. 647.

Quinimo à trunco & radicibus ad cacumina peruenire neceſſe eſt, quod perfectum demum alimentum à lignea parte, ab intimiori medulla (in habentibus) gerenti (medulla in gerentibus, in minoribus, non in minimis ramululis eſt) & cortice ſimul in rami cacuminis ocellum erũpit, & ramulum gignit, qui ex ſubſequente, & affluente eodem alimento folia, flores, fructus, ac ſemen gignit. Et ſemen in recenter genito ramulo, qui tunc medulla (nota) vera lignea parte, & germano quodammodo cortice caret, quibus, veris ſcilicet & perfectis aliæ eius proximæ partes præditæ ſunt. Seminis verò materia à radicibus, trunco, & intermedijs ramis prouenit. Vt in animalis corpore à radicibus venis, arterijs à corde hepate, &c.

Tolluntur.

Hæc à me eo loci dicta declarata ſunt, quemadmodum etiam in margine appoſitum eſt, Modus declaratur, vt videres & animaduerteres, quaſi haſce fallacias præuiderim.

Quòd flos, fructus, & ſemen à tenero ramulo emanent, nemo viſus ſenſu, & ſana mente præditus inficias ibit: & deinceps mentis compos quiſque fatebitur & profitebitur à vero cortice, lignea carne, & medulla ſub ſenſum cadentibus, quæ ſunt ramulo proximæ partes ocello immediatè fructum producenti: vicinæ, vel remotæ, a quibus proinde non ſemen, ſed alimentũ flori, fructui & ſemini prouenire. Quare ſi hæc ſuapte natura meridiana luce clariora, & à me luculenter expoſita non intelligitis, haud admirabor, quòd, tua in præfatione, dixeris, te & multos me non intelligere, quoniam ex tui & ſui ipſorum intellectus defectu prouenire manifeſtiſſimè vbique conſtat.

Intellectus obtuſitas.

Ete-

Etenim ſi ſemen à cortice, ligneæ carne, & medulla, tenerrimo ramulo & ocello proximè ſubminiſtraretur & oriretur, eadē ratione dici poſſet, ꝙ à vicinioribus & minus vicinis, an dein à remotis partibus pronaſceretur, vt tu argumentaris, quod falſum, ſed ab illis ſtatis, inquam, temporibus eo affluentibus, ceu à præparantibus vt à cirſoidibus teſtium & pro teſtibus, & ita à primo ad poſtremum omnia reſpondent.

In tenero ramulo & initiò quum flores & fructus edit promitque nullus Linceus ligneam, medulleamque partes, nec venas quin etiam cortices intuebitur, quamuis ineſſe, ſed ſenſum tûc latentes, vt paulò poſt ſenſui innoteſcit, liquidò conſtet.

Mudini Tact. 31. Sed quam vltimo loco fugam ſibi Pariſanus paret, Benigni lectores audite.

„ Replicabit (ſcribit) eumdem cum Ari-
„ ſtotele plantarum ac animalium ſeminis
„ rationem eſſe; ſed toto cum Ariſtotele cœ-
„ lo aberras, vt patet. Quo modo patet?
„ Quoniam ſecus ſapientiſſimæ Naturæ &
„ Mundi pulchritudo requirunt. Cur?
„ quia alia animalia coeuntia procreant,
„ alia minimè, vt piſces &c. Aliæ plantæ
„ ſementiferæ, aliæ non. Nonnullæ radici-
„ bus progignunt, quædam cępis, quam-
„ plurimæ ex ramis, nequaquam aliæ, &c.

Quis negat diuerſitatem reperiri inter modos generationis perfectorum animalium, auium, piſcium & plantarum & animalium, & horum diuerſarum ſpecierum. pag. 16.

Pariſani Cōt. 31. Non eſt, quòd nos fuga ſalutem nobis paremus; ſed vt Veritati collato pede præſto ſimus, vt vbique locorum hactenus periculum feciſti, & in poſterū nuſquam non experieris. Illa non fuit fuga ſi noſti, quia fugatis hoſtibus reiectis omnibus argumentis ad iuſtam Veritatis & Victoriæ cauſam oſtendendam pulcherrima & luculentiſſima addita eſt ratio ad Mundi pulchritudinem faciens Dei Opt. Max. & Naturæ ſapientiam oſtēdens: plantas ſcilicet (de his eſt nobis ſermo, reliquis de quibus inibi, miſſis) multiplicari (ſi noſti, inquam) per adnata, & adnaſcentia, ramulis, radices bulboſas bulbis (in ſtirpium hiſtoria periti vocant, quòd adnaſcantur & ſuperaccidant in caulibus, & ramis plantarum; & in bulboſis radicibus bulbi remittentibus (vt diximus) augeri & multiplicari non per partes prius exiſtentes ligneas, medulleas, perfectèque corticeas, ſed per molliuſculas (vt ita dicam) & tales nondum & iam tum perfectas exiſtentes ſenſibuſque apparentes, vt ſunt dictæ recentiſſimæ poſtremæ rami partes vna cum ocellis, à quibus flos, fructus & ſemen proximè promanāt, quæ opportunè noſtra ea firmant, hæcce confirmant: veſtra illa de radicibus, trunco, ramis, lignea, medullea, & cortice vlteriùs, & quin etiam tuam in ſuperiori tactu præpoſteram admirationem infirmant.

Donatus Marcellus in Cōment. in Dioſcorid.

Ex dictis vera conſequentia colliguntur. Addidimus cępis cępas adnaſcentia, in bulboſis radicibus, &c. Vt in lilio maximè vna radice (vt Plinius ait) quinquagenos ſæpe remittente bulbos, & propterea quum ſenſu manifeſtè ex à nobis dictis pateat, ſementiferas plantas animatum ſemen edere; Infelices plantas, bulboſaſque bulbis augeri & multiplicari, turpe dictu, turpius creditu, turpiſſimum aſſertu, perfectorum animalium ſemen anima deſtitutum, quia organicum non videant, & proinde homogeneum corpus dijudicent: & deinceps perfecta animalia dictis plantis imperfectiora & infeliciora eſſe, quia Ariſtoteles id voluerit, ſapientum pace dixerim.

Mūdini Tactus 32. Plantæ ſementiferæ innumeris in locis ſemina integra generant, & hæc loca non ſunt plantarum partes. in fructibus enim ſemina, in ſiliquis, corticibus, putaminibus, &c. generantur.

Pariſani Contact. 32. Mittimus hîc Mundini, quòd innumera ſeminum loca ponas, & quatuor ſolummodo dinumeres: præterea, quòd cortices non ſint ſeminum loca: quia ſub cortice ſeminis locus eſt corticula, ſubtile velamen, vt proximè ſuper pini nucleum, &c. Quòd innumera loca, (tua vt verba vſurpem) non ſint: quia à peritis in ſtirpium arte, ſemina à Cœli & animalium iniurijs ambientes ſeruantes tuenteſque matrices in legumini-

Mudini inertia vitiantur.

bus priuatim ſiliqua, in frugibus ſpica, in caſtaneis echinus, &c. communi tamen nomine Græce pericarpia appellantur. Mitto pariter hoc nomen, loca, parum ſubtilitatis, & minus proprij continens & ad potiora deſcendo.

Eiuſdem & ſequatiũ colligantur.

Pericarpia, matrices iſtæ, loca iſtęc tua, ſi non ſunt plantarum partes, quid ſunt? quæſo te doce nos craſſioris Mineruæ homunculos: ſecus iure tuo certò neſcimus: quoniam arbitratu noſtro cortices, putamina, ſiliquæ, ſpicæ, membranulæ corticulæ, pericarpia omnia ſemina continentia, ambientia, pediculi petioli flores & fructus iſtæc continentia, quia omnia ramo plantæ continua, quum ab intrinſeco augeantur à planta alimentum trahunt & non aliundè, retinent, cõcoquunt, nutriuntur, & ſecundum omnes ſui partes, & cunctas dimenſiones augentur, & deinceps viuent & eadem anima, & vita qua tota planta: & tu hæc inficiaris ſine rubore? ò protectores doctiſſimi vos appello? Nihil egentius quàm de Natura extra Naturam philoſophari. Miror quod Philoſophum tibi non aſciueris, dicentem ſemen & fructus animam non habere; ſed fortaſſe id auſus non es, quia ſemen (ab eodem diſcedens) anima præditum poſueris. Viden' quòd chimerica hęc tua malleo non ſtant, nec ſibi nec tibi conſentiunt, vt nec tuis peritiſſimis aſſeclis?

Mũdinus totus vt rubeus erubeſcere nequit.

Cõcedatur.

Innumeræ plantæ factæ ſunt ob florem tantùm: ergo flos eius finis, quia potior pars propter hominem; at flos propter fructus, & fructus ſeminis gratia ad ſpeciei conſeruationem, cuius cauſa reliquæ partes, eidem, inquam, inſeruientes, ſimul atque id perfectum eſt iam à planta à ramo non amplius pendens: omnia petiolus, cortices, &c. exſiccantur emoriunturque incolumi tantummodo ſeruato ſemine propria anima, & proprio ex ducto ſecum alimento vitam degit. Itaque oportuniori quin etiam exemplo, vt in gallinæ & in auium veteris oui cortex & membranæ omnes viuunt, augẽtur & vt tales proprijs gallinæ auium membranis vnitæ & continuæ ſunt, earumdem partes extant, perfecto & ſeiuncto ouo non amplius; ita ſemini vt flores, fructus, ſiliquæ, pediculi & plantæ partes famulantes donec id perficitur vireſcunt, & eiuſdem plantæ partes ſunt: quo perfecto eædem remouentur & emoriuntur. An igitur de tui & Ariſtotelis ſeminis ortu, procreationis modo, vita, conſeruatione, accretione, & perfectione iacta eſt alea? Si Pericarpia & fructus nõ ſunt arboris partes, ſed vita deſtituta: ergo ſemen in eiſdem exiſtens eſt extra arborem, extra viuens corpus: & cõſequenter, ſi eadem non viuunt, nec ſibi, nec ſemini ab arbore à planta alimentum trahent, per eadem mittetur ne. quis ſecus? At ſemini alimentum præſto eſt, vt pote quod vera accretione augetur, quemadmodum dicta omnia: Ergo ſubducite vos rationem veſtra de pulcherrima doctrina vel Conſultores Protectores Mundiniani.

Ariſtotelis Mũdinij, & Protectorum doctrina pulcherrima ſubductio.

At loca in quibus ſemen in animalibus perfectis per te non integrum, ſed portiones illius generantur, ſunt partes ſpermaticę, per nos teſtes. In ſemine perfectorum eiaculato adſunt per te paruæ partes animalium, ſed viſui nõ ſubijciuntur, & confuſæ in illo manent: Verum per tè pagina 77. in nucleo pineo folia manifeſtè inſpiciuntur, vnde colligis, ſi hæc & rami, & ſi hi & truncus, & radices. Ecce diuerſitatem. pag. 17.

Mũdini Tab. 36.

A ſacco (vt aiunt) ad coturnum procedis; ſed ad rem propiùs. Partes in ſemine animalis ſimulatque in matricem perueniunt ſunt confuſæ, ſed non manet ſic Mundini, quoniam primo quoque tempore quæque in ſuo loco & poſitu eſt, quemadmodum credendum in plãtarum ſeminum in matrices deſcenſu, in quo ſimul iunctæ etiam vna & eodem temporis puncto ſi emitterentur propter locorum anguſtiam & ſeminis partium diuerſitatem quo ad craſſitiem, tenuitatem, denſitatem, pondus, &c. non æque procedere, nec perinde miſceri maius cum minori reſpectu partis effundentis in ipſo prolapſu, vt quo excernũtur, eo modo progrediantur, & quæ illico partes à prolapſu nõ cernuntur, ſed paulò poſt, quemadmodũ nec animalium partes, ſed paruo & ſtato temporis ſpatio, vt in oui hiſtoria oſtẽdimus:

Pariſani Cont. 36.

Quòd

Non primò, ſed poſt, diuerſitas eſt ſi ſapis & capis.

Quòd autem ex oculata fide in nucleo pineo folia ineſſe oſtenderim, & inde ex ijs collegerim & ramos & trūcos, id ſumma cum ratione factū, quia poſterior & depēdens pars abſque priori exiſtere nequit. Quod dicas, eſſe diuerſitatem, vltro & cōſultò diuerſitatem ſtatuimus ſpecificam & eſſentialem ob multiplicem partium differentiam. An fortaſſe quòd radices etiam addiderim? quid inde? Non recordaris me pluries dixiſſe & probaſſe quemlubet ramulum habere omnes partes quas truncus, quaſque radices? & præterea ramum plantatum, in aquam immiſſum alimentum attrahere; atque amplius à lignea parte & corticibus creſcere & enaſci radices, vt à ramo ramulus? Nutritur ſemen quamprimum effunditur, ſicuti ramus plantatus, & primoquoque tempore augetur potiſſimum ſecundum radices: quare vt folia quæ primò non cernebantur, & priores ſub ſenſum (præter radices pericarpico iunctas) in ſemine cadūt à corticibus vt primùm erupturæ, ita reliquæ partes poſtea, & potiſſimum radices reliquarum dein fundamentum. Quare omnis ambigendi tibi ſcrupulus de medio ablatus eſt, vt dilucidiùs etiam infra tolletur, contact. 38. Sequitur.

Mundinij Tact. 37.

Pro confirmatione verò eius, quod pag. 77. (ſcilicet in nucleo pineo folia manifeſtè inſpici &c.) deduxiſti; tibi dico Ioſeph Aromatarium Philoſophum ac Medicum ſublimis ingenij variuſque noſtrum amicum, mihi oſtendiſſe in grano phaſeoli, in nucleo pineo, paruam phaſeoli plantam, paruam pinum adeſſe, ſcilicet radices, caudicem & folia.

Pariſani Cont. 37.

Benedictus Dominus Deus Noſter, qui abſcondit hæc ſapientibus & reuelauit nobis paruulis, quòd tu nobis de folijs exiſtentibus in nucleo pineo ex oculata, inquam, fide de reliquis etiam partibus aſſerentibus ramis proximè quibus folia, ijs truncus, huic radices pericarpio ne tectam abſque affixę parietibus & fundamentis conſtitueretur, non credebas, tibi Doctiſſimus Aromatarius oſtenderit, ac etiam in phaſeolo vt te vidiſſe fateris, tametſi fortaſſe inuitus mihi gaudeo, tibi gratulor, vt propterea hactenus te, aduerſus te, & Peripateticos nedum Conſultores omnes oculatum teſtem ducam, ſemen non ſolùm eſſe animatum, quod tu quoque fateris, ſed actu & præterea organis præditum eſſe delineatis tamen & nondum illico perfectis & ſimulatque ab animalibus eiaculatur, à plantis in matricem prolabitur, quod facillimè nulloque negotio probatur: Quia fructus & ſiliquæ in quibus prolapſum à ramulo ſemen reſidet per vos non ſunt plantæ, arboris partes, nec viuentes, & ita extra plantam egreſſum illico nutritur, augetur & omnes partes & inſtrumenta actu poſſidet vt ex oculata fide conſtat. Et conſequenter Peripateticorum argumenti falſitas patet, ſicuti etiam quum homogeneum corpus ſtatuitur: Bene verum dictu eſt, quælubet ſeminis pars eſt pars ſeminis (nō ſemen) vt quælubet pars plātæ eſt plantæ pars, non planta, quoniam plantæ cortex non eſt planta, vt nec lignea, neque medullea pars.

Communis Peripateticorum error quod ſemē homogeneum.

Verùm pedem ſiſte Mundini doctiſſime, tu qui aliàs folia plantæ partes eſſe inficiatus es, nunc in ſemine te vidiſſe faſſus es? quo modo hæc? At ſemen tuum ex planta, quum fructus, cortex, albumen, ſiliqua arboris partes non ſint, nedum teſtium locum & munus gerant, vbi animatur, à quibus ſpiritibus animatur? ergo in partibus plantæ, non extra. Non in medulla, quia non continet corticem, ligneam carnem, nec radices per te: ergo & ab vnaquaque parte ſpeciatim deſcendet Mundini. At ſi illa partes non ſunt: ergo extra arborem & foris: igitur in cortice, ſiliqua &c. naturales canaliculi non ſunt: quo modo igitur à partibus ſemen ad illa deſcendit? quomodo calor & ſpiritus tibi inibi agunt abſque contactu, comercio, extra corpus, locumque, perficiunt? quo modo deinde illud animatum viuit, alitur, augetur, vt etiā ſub obtutum cadat? quid quod perſpicaces ſubtiliſſimi viri? Sequitur

Iudices & Protectores ſubtiliſſimos appellas.

Mund. Tact. 34.

Au verò huius rei cauſa talis poſſit aſſignari, Lectores Iudicabunt. Aut plan-

tatæ

ratæ in ſeminibus generantur ſtatim, ac ſemina incipiunt indurari & perfici vel poſt quam perfecta ſunt, & etiam ab arboribus ſeparata. Si ſtatim ac incipiunt perfici. cum ſemina & nuclei in prima generatione ſint liquida vt lac, & albumen oui, dicerem reſpondere illa tunc miſcellæ ſeminis maris & ſeminæ animalium perfectorū, & ex illo lacte intra cortices & putamina &c, tamquam in paruis vteris delineationem primamque plantularum formationem fieri. Si plantulæ in ſeminibus iam perfectis formantur, dicerem hanc talem formationem eſſe primam germinationem ſeminum & nucleorum.

Pariſani Cont. 38.

Noſtras ne euadere ſ.... ſperaſti te poſſe manus? Virg. Æn. 9.

Mundinus hæret in ſalebra.

Ecce perpetuò hinc inde in orbem te voluiſti, vndique te torſiſti, vt laqueos euaderes, nullibi potuiſti, nunc & hîc tandem malè conſultus tot poſt vanos labores, vt pullulus in ſtuppa (vulgo à iuõc) inuolutus adeò es, vt quo te vergas, ac quo modo erigas, neſcias.

Craſſa Mundini erra ta.

Tuam hic ſubtilitatem deſidero, & tibi dico ſemen animatum exiſtimanti, quòd plantæ ſemen eſt planta: proinde perperàm dicis plantula in ſeminibus generantur: eo peius, quando addis (vel quando incipiunt indurari & perfici) quoniam quod perficitur iam genitum in viſceribus eſt, & quod genitum eſt non generatur. Etenim generatio induratione non eget: vnde in planta nutritio & accretio, ſic in animalis ſemine, in quo etiam vlterius progreſſo motus viſitur abſque partium induratione, vt in oui hiſtoria oſtendimus. Adde ſi lubet, quòd quando perficiuntur & indurantur maximè aucta ſunt: (ſemen namque in ſui principio minimum eſt.) & niſi totam & omnem magnitudinem minimum ferè omnem ſunt conſequuta, & conſequenter enutrita & maximè aucta ſecundum omnes ſui dimenſiones, vt probauimus. Eo non bene addis, vel poſtquam perfecta ſunt, ex dictis vt patet, quoniam quòd perfectum eſt, perfectum vtique eſt.

Eo deterius quãdo ab arboribus ſeparata ſunt, quo tempore, non ratione dumtaxat, ſed ſenſui quoque repugnat: quoniam tunc (vt in ſemine etiam viridi in ſiliqua plantæ iuncta obſeruabis) vt expertus es, folia, truncum, & radices habet. Quod ſi ramos non videris, non quia non habeat ſi ratiocineris, quoniam folia abſque ramis exiſtere nequeunt: & trunco non iunctæ: ergo ramis, vt ſimulatque erumpunt viſitur; ſed quia ob paruitatem ſub aſpectum non cadunt, & à folijs alia celentur.

Repugnantia ſenſui.

Senſui. Rationi. Authoritati.

Amplius quo ſenſu, ratione, authoritate profers intra cortices & putamina tamquam in paruis vteris delineationem primamque plantatarum formationem fieri, ſi cortices pericarpia tibi non ſunt plantæ partes, & deinceps nec viuentes & conſequenter tibi nec cõſeruantes, nec alimentum ferentes?

An Mūdino Conſultorib. Protectoribuſque] aqua hæreat?

Siſcitarer præterea, quum in planta non ſint teſtes, à quibus per ſe ſemen animatum, & proinde ab aliqua compoſita parte procreabitur, eo magis, quòd tua ſeminis loca non ſunt arboris partes, & deinceps nec animatæ, & conſequenter nec vllo illi adiumento eſſe poſſunt. Sed quatuor ramuli partes, cortex, ſubcortex, caro lignea, & medulla nō ab omnibus ſemen animatum dices (noſtramne in ſententiam labaris, non ab vna illarum, quia ſimplices, & alia aliarum vicem, parteſque, vires & ſubſtãtiam præſtare nequit. Vnde igitur, ex quo, & quando, ac quo modo, veſtrum eſt doctiſſimorum nos obtuſiores flagitantes potiſſimum docere.

Quod ſi cum Ceſalpino (vt videris pag. 13.) dicas, vt tua hæc ſequentia verba ſonant, Dum germina ex oculis ſurculorum exeunt, ex ipſis cortices, carnem ligneam, & medullam promanare, ex humidiore & puriore alimento medullæ exoriri ſeminum medullam, ex craſſiore putamina medullæ ſeminum circumpoſita, ex cortice externo folia, ex interno fibras, quæ in folijs viſuntur.

Quia Mundinus hæ-

Hic confundis, vel imprudens laberis, quoniam à ſurculi corticibus debent generari plantæ cortices (vt ex medulla, ex

lignea

ret confundis. lignealigneæ pars) ſecus planta eſſet ſine corticibus, & conſequenter abſque folijs à corticibus erumpentibus intelligitis ne? Non tuo arbitratu ſeminum folia generantur, quia hæc ſeminum folia ortum ducunt immediatè à proprio ſeminis corticee, vt videre eſt quum terram erumpũt, & ſurculus à proprio ſemine in ſiliqua longè diſtat, vt nihil præbere poſſit, niſi alimentum medio pediculo. Vel dicere voluiſti(loquens de ſeminis materia) à ſemine corticum cortices, ab externo folia, ex interno eorumdem fibras, & ſic inuitus nolens & neſciens noſtram in ſententiam, quòd ab omnibus ſpecie partibus ſemen prolabatur, pedibus venires.

Ampliùs Ceſalpinus te ibidem referente, dicit, ex medullæ alimento exoriri ſeminum medullam, & quæ ſequuntur: *Iuſta quærela.* At quo modo iſta multiplicia alimenta animentur & fiant plantæ partes, & vna planta alia numero, vt ſemen eſt, in longa hac diſputatione, nec audiui, nec propterea quicquam didici, & quam ob rem nos ſic ambigentes talem ſubtilitatem non docueris, neſcimus, vt tuã & tuorum Sapientum Protectorum doctrinam prorſus deſideremus.

Quæſiti propria ſententia & enucleatio. Nos enim credimus, quòd ſemen ſimulatque à ſimul coniunctis omnibus in ramuli ocello partibus in matricem deſcendit vt pote animatum, & ſi minimum, illico nutriatur, vt reliquæ eius inſeruientes partes ramulo continuæ corticula, cortex, putamina petiolus: ſed hæc, vita plantę & anima, viuentia, & vt coniuncta aluntur & augentur: ſemen medijs illis nutritur quidem & augetur, quatenus ab illis proximè al mentum ſugit mediate à proprio ramulo, a quo ortum duxit, ſed propria anima, vt patet: quia eo aucto & perfecto, ac ad ſtatam magnitudinem ſibi propriã peruentò, non ampliùs alimentum trahente, ſed conuenienti ſibi ex attracta portione ad vitam donec feratur planteturue, ramus non tranſmittit, & ita cetera ſemini prius inſeruientia & famulantia exſiccantur omnia ex quibus ſubtiliter colliges & *Commune errati.* diſces, plantarum dicta ſemina non verè ſemina eſſe, vt allucinatus credis, & vulgo fertur, ſed plantulas Embryoni in matrice reſpondentes, enutritas, ſcilicet & auctas in ſiliqua in pericarpio: quoniam ſemen quà ſemen, & quum effunditur, & paulò etiam poſt non habet partes ſub ſenſum cadentes: ſed enutritum & auctum, vt ſenſus & ratio docent. Si quidem radices matrici ſiliquæ pericarpio fixæ à quo vt à ſurculo & petiolo veluti ab vmbilicalibus ſibi alimentum trahunt, ſi tuo Hyperariſtoteli credendum. pergit.

Hactenus de probatione maioris propoſitionis Ariſtotelici argumenti, quæ erat ſi ſemen decidit ab omnibus partibus animalium ob illarum ſpecificam differentiam, neceſſe quoque eſt, vt hæ decidãt à ſingulis plantarum. Minor erat, At falſum, quod ab omnibus partibus plantarum hæ decidant. ergo. Minorem hoc pacto præſtiti. Quo modo poſſibile eſt, vt vno & eodem tempore à radicibus plantarum portiones ſemineæ in ſemina plantarum ſecernantur, quæ innumera ſunt? quibus ſpiritibus ductoribus, qua agitatione corporis, cum plantæ omnino locali motu ex ſe careant, ſemineæ portiones in illis ad ſummitates ſuas perueniente? Quænam eſt pars in plantis, quæ proportione reſpondeat teſtibus ſpiritus ductores ſeminearum portionum generantibus? Pariſanus me accuſat de hac minoris probatione, nam ipſe concedit & fatetur, ſemen plantarum non decidere. Idcirco me benigni Lectores patientia abuti vult. Impatiens eſt Pariſanus dum inconuenientia, quæ ad eius poſitionem ſequuntur, in apertum promuntur, & ideo etiam Lectores impatientes eſſe credit. *Mundini Tact 39.*

Quo vſque tandem Lectoris & noſtra patientia inquam abuteris Mundini? non ſolum quia vt aliàs diximus, Veritas moras odit, nedum nugas, in quibus tu verſaris, nedum vanitates, in quibus moraris ſuperflua & minimè ad rem facientia in medium afferas: Verũ etiam, quòd fruſtra eadem primò conceſſa, mox & ſecundò denuò in caſſum repetas nobis potiſſimum Veritatem, & ſubtilitatem rimantibus, & proinde nugacitatem abhorrentibus. *Pariſani Cont. 39.*

Bone

Bone Deus, ſi initio Ariſtotelis minorem plena manu conceſſimus, quid cauſæ fuit, vt aduerſus nos ab re & immeritò ſemel, iterumque eam probando oleum & operam perderes? Et ſi poſtea eandem conceſſerimus vltro admiſerimus, plura addiderimus, vti in tuorum cribratione 7. accepiſti, & accuſatus tu (vt dicis, & nos impatientes, ſicuti narras, audiuerimus, vt inutilem minimè ad rem facientem; Vt quid iterum auribus obſtrepis, nihil noui, culti, ſubtilitatis nobis doctoque lectori, ſed ſciolis tuis fortaſſe ſolummodò rixas optantibus? Sed miſſis interim noſtris opportunis reſponſis breuitatis gratia, Qua ratione à nobis immeritò ſciſcitaris, vnde in planta ductores ſpiritus vt in animalibus! Nonne aliàs intellexiſti ſemen ab extremis partibus, ramulis, inquam, prolabi, & proinde maximè ridiculum quæſitum? Ramuli dico partes in acuminata poſtrema anguſta media ſui parte ſemen effundunt, vbi (nec ductu, vaſe, nec ſpiritu opus eſt) à floris radice, fructus pediculo in ſiliquam in pericarpium peruenit. Nec minus irriſione ſubinde dignum, quum partem proportione in planta teſtibus reſpondere flagitas, quemadmodum & illud poſtremum perridiculum, quæ corporis agitatio in plantis?

Mundi pi maximè ridicula.

Proh Deus, nonne ſatiùs tibi fuiſſet ſilere, & quin etiam tacere, ne hæc vlteriùs miſcerentur tua, & inde peius olerent? Ego is non ſum, qui ſecundum antiquorum parietes, & authoritates me abſcondam; ſed liberè per Naturæ & Philoſophiæ campos ſpatior & pro meo captu rationes clarè ingenuèque in apertum profero. At vos aſtuti aucupes ponè ſpiritibus animatis vos ipſos cælatis. Ego teſtes totius ſemen animatum procreare non conſtituo, non ſtatuo totius animati ſeminis ſeruantia receptacula; nequaquam inſtituo ſpiritus animatos; ſed omnia rationi conſentanea affero, & abſona confuto pro mei inquam intellectuli captu, vt ſi fallar, docear. Meum igitur nunc abſte nec iniuria quærere erit,

Rationi conſona afferuntur.

Vbi & quæ pars eſt in arbore teſtium muneri dicata ab alijs alia & diuerſa ſemen animatum, inanimeue procreans? Vbi & quæ ſunt partes proſtatibus proportione reſpondentes genitum ſemen ſeruantes? Vbi deferens vas, eidemue reſpondens? Vbi in planta, & qui præſtantiſſimus tuus fictitius ſpiritus animatus à teſtibus ex tribus confectus ſpiritibus naturali, vitali, animalique ad proſtrata continuus & ſemini animam præbens, alijs cum tuis recitatis & confuratis à nobis dictis? Vbi in planta ſpuma in qua vobis ſpiritus, in quo, & à quo anima ò ſubtiles Peripatetici?

Et quæruntur.

Siccine viri ſubtiliſſimi ponè velaminibus, & in ſpirituum ac authoritatis aſylo quieſcentes ad hæcce & alia ne verbũ quidem etſi pertinaciter efflagitemus? Hoc perpetuum ſilentium malè olet, minimè ſapientiam, nequaquam ſubtilitatem ſapit, vt propterea facilè credi poſſit vos ſubtiliores ſpititales nulla de horum fabrica, (ſepoſita Antiquorum authoritate) fabricandi modo, & fabricatore animante, inquam, lumen habere, & deinceps hactenus tenebricoſos extare. quòd infra ſuo loco enucleatius. Ea propter tua hæc nunc falſa chimica mittamus, tuos Iudices, Conſultores, Protectores appellantes.

Silentium quid hic ſapiat.

Protectores appellat.

Tumidus Pariſanus, faſtoſus, triũfans incedit, victoriam de me canit. *Nequaquam Mundini*. Prædicat me oleum & operam perdere, dum exemplo plantarum cum Ariſtotele ſemen à toto non ſecedere contendo probare. *Hoc fateor & profiteor & dilucidè patere reor.* De hac ſua victoria, de hoc ſuo triumpho lectores benigni erunt iudices. *Iſto. Tui benigni lectores fautores protectores, iudices ſunto & tu ipſe quoque eſto, ſecretò tamen, ſic conſcientia mille teſtes.*

Mund. Tact. 40. Pariſani Cont. 40.

De adepra prius hiſce in diſputationibus, & more nunc confirmata victoria non geſtio, vt tu ægrè ferendo putas; immo initiò & modò gaudebam ſolidam me tuis ex libris & plurium doctiſſimorũ reuiſorum doctrinam & philoſopho dignam expectans & inhians, æquoque pa-

Potior ſententia.

tiebar

ſiabat animo meas nouas reprobari ſententias: quum non minus honeſta victoris in hoc paleſtræ genere, quam victi mihi conditio videretur; immo multo maior & fructuoſior fortaſſis victi, eo quod doctior euadat: contra ac mihi vincenti contingit, vt pote qui inanem hanc victoriæ gloriam nihili faciens, te inuitum vt video docuerim, & nihil didicerim, ac proinde fruſtra laborauerim.

Non leui nota ſignantur. Ceterùm pro huius Collationis coronide cur vos quæſumus ad mea aduerſus Ariſtotelem argumenta non reſpondetis *Appellat.* & ſicco omnino pede tranſitis? An quia neſcitis? ſi ſciretis certum habeo quòd ſilentio haud præteriretis, quando verba vobis non deſint: ſed verba dare ſeni haud facile. Valeant igitur veſtra figmenta, & vana deliria.

SEcundi Ariſtotelis Argumenti, quod ſemen à toto non prolabatur ab vnico (vt aiunt) animalium initu plura generantium deſumpti, cum Mundini confirmationibus.

ET Pariſani ſolutionum & reſponſorum.

COLLATIO TERTIA.

Mundini Tact. 41. SEcundum Ariſtotelis argumentum ab animalibus deſumptum eſt. Si animalia inueniuntur quæ vno initu plura generant, inconueniens & impoſſibile eſt ſemen à toto decidere: ſed reperiuntur talia; ergo &c. Pariſanus conceſſa maiori, minorem negauit: quam maiorem quia primo probaui, & non ſtatim minorem, quæ ab ipſo negabatur, me increpat. Logicum ſe Logicorum facit, pag. 19.

Pariſani Cont. 41. Inuitus haſce tuas nugas percurro; ſed vt omnia vna cum puluiſculo verrā, lubens raptim attingam cuncta.

Mundini vanitates. Si Ariſtoteli conceſſi, quid fuit, vt tu probaueris? ſi præterea ob id te, vt ais, increpaui, & meritò, quàm ob rem nunc tu denuò replicas & probas vt iterum reprehendaris? Neſcis tu, quòd apud Logicos & Philoſophos in more poſitum eſt, quum in ratiocinatione maior conceditur, nunquam probatur? quoniā conceſſa probata eſt. Cur igitur ſemel atque iterum id errati committis fruſtra tempus conterendo, in caſſum laborando? Cur abſurdis inde ex hypoteſi à me vltro conceſſis, à me tales nugas & abſurda quæris? quorſum, inquam, iſtæc? immeritò certò in me talia, quippe qui mea ſponte Ariſtoteli admitto, admiſſa propterea abs te probata damnaui, & nunc iterum eaſdem ob cauſas iure improbo: & præterea tuis cognitis arte & conſilio, vt lectori ſciolo, vel oſcitanti me aduerſum (quoniam à me talia, inquam, conceſſa, quæris) probes, & conſequenter prima fronte, & ſuperficie tenus attingentes perſuadeas tamquam mea errata in me minimè cadentia. Quocirca iure ac merito tuo, te omnino & omnibus nominibus erraſſe ſtatui, vt ſupra ſimiliter in 39. contactu te perperam à me conceſſa probaſſe damnaui: vt infra pluries tuis talibus ſolitis tuæ eiuſdem vanæ glorioſæ cauſa improbaberis. An hac de vanitate tuos Conſultores Protectores appellem? *Appellat.*

Senſatis, & rationibus hanc Ariſtotelis minorem ſtabiliamus. *Mund. Tact. 42.* Canes ſunt ex iis, quæ plura pariunt, & vno initu implentur, vt in furtitiis conſtat dicit Ariſtoteles. 6. de hiſt. animal. 20.

Furtitium coitum ita Sueſſanus interpretatur. Furtim ſemel coeat canis mas cum fœmina, impleatur. coeant poſtea alij canes, omnes canes ſimiles procreet: ex vnico initu, vt plures canes generet. ſequitur.

Sueſſanus ſupra locum citatum Ariſt. ita ſcribit. Canis nomen ſylua erat Federici Mafortij, impleta eſt a Leone cane, ſemel furtiuè coeunti & primo loco. nam filios quos peperit, ſimiles generauit Leoni, qui primo coiuit, non autem Boſco, qui ſecundo loco coiuit.

Quidam communis noſtrum amicus, fuit trium coitum mihi narrauit, ex quo canis quinque catellos peperit. Aliū coitū ſimilem narrauit mihi Petrus Lacchius.

Pro

Pro confirmatione affero experimentum omnium certiſſimum experimentatoris & venat. 60. annorum Horatij Amalthei, qui narrauit mihi ſe in ſpatio ſexaginta annorum canes ſuas ſemper poſt vnicum coitum admiſſum in loco clauſo conſeruaſſe & 4.5.8.& 12. catellos peperiſſe. Imo dixit ſe non expectaſſe vt canes fœminæ ſponte mares admitterent (ſolēt enim tardè illos admittere & mordere) ſed, poſtquam animaduertebat vuluam earum ſanguinem amplius non admittere (primis enim diebus quibus caniunt vulua intumeſcit & cruenta eſt) iubebat vt ſerui canes fœminas ſuper ſcalam portatilem collocarent tractis pedibus anterioribus inter vnum & alterum ſcalæ gradum, & ſic vi procurabat vt illæ marem admitterent & non morderent. poſt coitum vnicum illum quidem, cuſtoditas grauidas factas peperiſſe.

Hæc Ioanni Morana venatori maximo narrauit, qui etiam mihi ampliſſimam fecit multoties poſt vnicum coitum cuſtoditas canes ſuas plures catellos peperiſſe. Ex his credo nullum eſſe dubitaturum ex vnico initu plura animalia generari poſſe.

Debebat Pariſanus Ariſtoteli ſummo experimentatori credere, vel ſaltem venatores & alios interrogare, qui alunt canes. Sed vt Hyperariſtotelem & Philoſophorum ſe Philoſophum exiſtimās ſedem primam ſuper omnes ſcriptores ſibi arrogās, à ſecretis Naturæ ſe eſſe pro certo habēs, vt dixi in præfatione, audaciſſimè negauit authoritatem Ariſtotelis, & à chimera ſua contexenda, quòd ſemen à toto proueniat non abſtinuit. pag. 21.

Pariſani Cont. 42. Falſa ad verſar. ſenſata, verè ſenſatis, demonſtrātibus rationibus, & authoritatibus explodūtur.

Echino aſperiores, attamen Echinus Veritatis nauim non remoraberis. Ea propter quæſo Mundini aliquantiſper te collige & diligentiùs attentiuſque mea pellege. quoniam obtuſioris aſpectus quum ſis, nec longiùs, nec propiùs videas: & vt totus rufus & valde bilioſus proinde maximè impatiens, amara bile lingua affectus amara expuis & profers omnia, quæ doctum Philoſophum dedecent. Modò propterea bilem cohibe, ne in poſterum prudentiam & modeſtiam tuam deſiderem amplius, & quum aduerſus te verbis contēdere nolim, meis non permittentibus moribus, amabo te comiter agentes, ſinas me in Naturæ & Philoſophiæ campis liberè exerceri ſine clamoribus, abſque indignatione, tibi poſtea tuo pro captu ſumto omnia: dummodò mihi authoritati ſtandum non ſit, ſed rationi & ſenſui, quibus omnia tua aſſerta ad vnum ad nihilum redigere, vt (in ſuperiori meo Iudicio præſtitis) promiſi, promiſſis ſtabo.

Sueſſanus reijcitur.

Sueſſani argumentum neutiquam recipere poſſumus, quia ex falſis (quotidiana docente experientia) peripateticis & Medicis hypoteſibus argumentatur & concludit.

Prima falſa ſuppoſitio eſt, „ furtim ſemel coeat canis mas cum fœmina, impleatur: Hoc ſuppoſitum falſum, peripateticum quia pluribus canibus vnō initu impleri nequit. Secundum eius ſuppoſitum medicum vnico ex initu pariter falſum eſt, „ Coeant poſtea alij canes. omnes canes ſimiles erunt primò cocunti. Hoc ex Galeno infert, quia facto conceptu vterus (vnicus intellige) clauditur, vt ſpecilli acumen non admittat: Ideo addit Sueſſanus, impleta cane ex primo, alij coeuntes non generant: quod falſiſſimum eſt. Vt quid procreare poſt coeuntes & ſibi ſimiles non vultis? qua ratione, authoritate? ego planè ignoro, niſi; quia Ariſtoteles dixit, Sueſſanus ſubſcribit, & vos abſurdū probatis.

Quibus verè ſtādum.

Senſus & quotidiana experientia docent, quibus ſtandum, fabulis reiectis; Erraticæ canes pluribus ex initibus varijs & diuerſis cum canibus, plures vt generant, edunt canes diuerſarum ſpecierum, magnitudinum, colorum, &c. vt omnes norunt: habent enim plures matrices, vt omnibus notum eſt, quæ ſingulatim recepto ſemine & concepto clauduntur, cellulæ, inquam, ſuperiores, donec impleātur omnes, ſi toties ſtatis temporibus coeant. quibus ſenſus & ratio ſubſcribunt, propterea tuus Hyperariſtoteles ab Ariſtotele receſſit, & Venatores craſſæ Mineruæ homines non conſuluit,

Hyperariſtoteles.

non

non vt Hyperariſtoteles ſibi videretur, ſed quia ſenſus, ratio, experientia à ſciolis reuocauerint. Quare nec de Maſortij Sylua, nec tui Laecchij fabulas recipio: quemadmodum nec alijs tuis & communibus tibi & ſciolis hiſtorijs certiſſimis, nobis fabuliſſimis fidem vllam adhibemus, de caſtrato Ariſtotelis tauro vaccam implente de gallinæ Alberti Magni imaginatione; de conceptione in balneo Lauelli Auerrois; de piſcium, & gallorum coitu, quæ mordicus ſuſtinere conamini, huiuſmodi, & alijs, de quibus aliàs, & infra adhuc tuum Hyperariſtotelem fuſius audies, & ni fallor ſenſui, experientiæ & clariſſimis rationibus cogentibus ipſiſſimis inuitiſſimi aſſentiri cogemini, ſi Deo placebit.

Ex relatis & probatis.

Ceterùm ad rem, vt quid Mundini ſenex Venator, tui iſti Venatores per 60. annorum ſpatium canientes canes priuſquàm mares admittere poſſunt, inuitas & maxima violentia portatiles ſuper ſcalas perpetuò, perpetuò inquam admittere cogunt maximo cum id operis agentium labore, eo maioris canum tum ob dolorem, tum ob violentiam: Et quam ob rem poſt coitum clauſas dum caniunt infelices canes, ne amplius coeant, ſeruant, doce nos potiſſimum ſi à primo coitu impletæ non concipiunt, vt ſupra dicitis? Hæc de mendacio ſuſpectum maximopere iudicem reddunt, & ſunt indicium ad torturam. niſi maxima Venatoris hic ſit ſubtilitas & ſapientia, tibi vt pote ſeniori Venatori nota, quam ipſe attingere nunquam poſſem: quoniam non credo reperiri hominem multas alentem canes, tum leporarias, tum venaticas, & conſequenter ſæpiſſimè canientes, & per 60. annorum curriculum perpetuò id egerit: & cur? non alia, me iudice, ratione, niſi vt miſeros ſeruos, & canes ipſas vexaret exagitaretque. Vt quid dolorem ipſas canes in coitu voluptatis loco pati mauult venator iſte maximus. Et ſi primo initu implentur, vt quid poſtea clauduntur, & in carceres miſeræ impinguntur voluptatis tempore ne ampliùs coeant repugnante Natura? An latet anguis in herba? Ego certè Venatores non conſului, tum quia ferarum Venatores, Naturæ arcanorum indagatores non credam, tum alias aliàs te conſulente (etſi tibi fidem non adhibuerim repugnante ratione, certò tamen id te atteſtante inuitus periculum facere coactus fui) de Lucij & Tincæ ſexu, & teſtibus piſcatores conſului, qua de re, vt in Pari & San. Iudic. dixi, etiam num ipſi Piſcatores, & alij tunc præſentes, & ego ipſe ridemus. Nihilominus adhuc peruicax aduerſus Ariſtotelis rationem, vt de ſerpentibus, contra potiores rationes, ſenſum, & experientiam in ſententia manes, etiamſi tui doctiſſimi amici Patauini id experti ſecus ſentiant, vt noſti. Si igitur tibi Venatori Seniori & doctiſſimo primo aſſerenti, dein confirmanti, teſtibus (ſed falſis omnibus) demum ratum facienti, fidem & meritò non adhibeam, an craſſioribus iſtis credam? Vt mirum in modum miror Seniorem Medicum conſultorem iſtæc inania, leuia, & maxime fruila, immo ridicula ſcribere tibi permiſiſſe. hac te iniuria non afficiam abſit.

Aduerſar. maximè ridicula.

Bronterius.

Si periculum certò domi facere poſſum, apud conſanguineos, affines, & amicos alentes catellos, & canes cuiuſcunque ſpeciei abſque dolo fraude & errore, vt quid vis nugas & mendacia quæram. Si proprijs ſenſibus, inquam, experiri queo.

Tu verò noſter maximus Cenſor quia maximè Credulus, Venatoribus, Scriptoribus, Piſcatoribus, Mulierculis omni adhibita fide authoritatibus plenus contra nos vociferas, quia tuam credulitatem non recipimus, rationem tuarum certa laquea ſpernentes, vt in alio iudicio, vtque ſupra periculum feciſti, & infra vbique certior fies, ſi paulum ſuſtinere poſſis.

Ad manus, Quum ſemen animatum ſit, quia vna anima prædium, verum eſt. Enimuerò in omnibus & ex omnibus

Ratiocinium non fallax ex ſenſu.

F

bus plantarum ſeminibus ſemper vna planta. Itidem in omnibus pregnantibus ouis pullarum, auium cuiuſcunque ſpeciei perpetuò obſeruabis: igitur in quibuſcunque abſque errore id colligere licet, continuò & ſemper eſt, & verum extitit: nec vnquam viſum auditumue à ſæculo fuit, vnum plantæ ſemen duas pluresue produxiſſe plantas, quemadmodum nec vnum ouum duos pullos, duas aues continuiſſe, niſi forte fortuna duos vitellos obtinuiſſet, & tunc duo oua, atque proinde duo ſemina recepiſſe, vt quandoque viſitur, quemadmodum in vno perſici oſſe, in vna amygdalæ capſula, duo ſemina, duæ amygdalæ propria amplexante cuiuſque ſeorſim membranula, & ita duo ſemina, duæ plantæ. At qui Natura eadem in omnibus, ſemper vna, ſemper eodem modo, eodem inſtituto, ac fine idem agit, nec ſecus agere poteſt; vt inductione in omnibus dictis & alijs in quibus falli non poſſumus manifeſtiſſimè patet. Etiam in homine (controuerſa) in qua, & ex qua ſemper vnus fœtus, niſi ſuperfœtatio fiat, vt Doctiſſimi viri docent, & omnium præcipuè Hippocrates (cui magis & omnino crederes.) omnium magiſter, ita omnium primus docuit, de nat. pueri pag. 54. & 1. de dict. p. 131. 132. In muliere gemellos vno coitu, & ſeminis eiaculatione vnica fieri non poſſe. a quo Ariſtoteles (hic & infra) & rationi innixus ſcribit, Quam ob rem ex vno ſemine vnum gignitur corpus, v. g. ex vno tritici grano vnus fundus, vt ex vno ouo vnum animal: geminum enim ouum duo eſt oua. Dices illico Ariſt. contrarium ſtatuit; (At in quibus generibus mas & fœmina diſtinguuntur, in ijs plura animalia ex eodem ſemine gigni poſſunt, quaſi natura differat) Quid tibi ac illi faciam, ſi ſibi inconſtans, ab Hippocrate recendens Venatoribus, (vt tu, fidem adhibens, ſibi contradicat & orationem retexat? Sat mihi eius rationem in contrarium vanam eſſe, & nihil vrgere, quoniam gallinaceæ, aues omnes, ſtrutio camelus affricus ſunt ex ijs, quæ diſtinguuntur mas & fœmina, vt requirit: quod ſi ex illius mente a Elephantum & Camelum coeuntes b & vtero gerentes vnicum ſolummodò edere fœtum addidero lis dirimetur.

Ex Authoritate.

1. de an. gen. cap. vlt.

a de nat. anim. ſ. 14.

b 6. de hiſt. anim. c. 26.

Si igitur ex vno ſemine vnum animal, ſi plura generantur animalia, id in philoſophia & recta ratiocinatione ex pluribus ſeminibus fieri ſequitur, ſeu ex pluribus eiaculationibus, ex quibus ſuperfœtationes dicuntur, quemadmodum ex Hippocrate iam iam protulimus; quod & ex Ariſtotele confirmabimus, quibus in animantibus id certò aſſerere & experiri poſſiumus, quum ſcribit.

In muliere rarò quidem euenit, vt ſuperfœtet, ſed factum tamen aliquando eſt. Qui itaque longo poſt tempore ſint concepti, nihil perfici poſſunt: ſed prematurius dolorem, quo ipſi & primus fœtus intereat, mouent. Iam incidit, vt facta corruptione duodecim ſuperfœtata puerperia agererentur. At verò ſi proximè a primo conceptu ſecundus ſit factus, abſolui edique poteſt, quod ſuperfœtarit, vt quaſi gemini naſci videantur, quo modo Herculem, & Iphidem procreatos eſſe fabulantur. Nam id etiam conſtitit adultera quadam, quæ alterum ſuo marito, alterum adultero ſimilem peperit. Iam & cum geminos quædam ferret, tertium ſuperfœctauit, & cum tempus pariendi iuſtum iam eſſet, primos vitales peperit, tertium quinto menſe eliſit; qui ſtatim mortuus eſt. Altera quum primum ſeptimo peperiſſet, qui mortuus eſt, mox duos iuſto menſium numero edidit, qui vixerunt. Hæc ad verbum Ariſtoteles.

7. de hiſt. an. c. 4.

Vt perbellè hactenus ſuis pedibus incedant, ex Hippocrate, ex vno ſemine duo animalia fieri non poſſe, ſed ſuperfœtatione, quibus & Ariſtotelis ſubſcripſit. Ex vno ſemine vnum animans, vna planta, vnus pullus, vnus elephans tantummodo & perpetuò, & in quibus obſeruari ſenſu ſuperfœtatio poteſt, vt in muliere idem itidem ſenſu, & experientia in plura gignentibus manifeſtiſſimè colligitur: quoniam mulier præterquam

ſterquam quòd duos, tres, & plures ſimul & eodem diuerſoue tempore pariat, atque alterum marito, alterum adultero ſimilem parit, vt Ariſtoteles & Plinius docent, eoſdem etiam parit diuerſo tempore conceptos, perfectos ſcilicet alios, alios immaturos, ſex, quinque, quatuor, trium menſium, vt Ariſtoteles docet, nutrices affirmant, & nos ſæpius vidimus, vt propterea ambigere non ſit. Hoc idem in reliquis animalibus plura gignentibus aſſerere eſt. Cur ſolum in muliere? quia in brutis id obſeruare nequimus, hinc communis, & rem haud ſagaciùs ſubodorantium, error. Etenim in brutis hoc modò ſuperfetationem colligere nõ licet, etiam ſi diutius quædam vtero gerant: quoniam vt poteqùe breui tempore marem apperant, & paucis diebus admittant pro loci pruritu & turgentia admittant & abſoluant, & deinceps partus & fœtus omnes eiuſdem ferè magnitudinis, & æquè ellaborari & perfecti eduntur: ſecus in muliere potiſſimum prægnanti marem ſemper ob recordationem & fortem imaginationẽ appetẽte & diuerſis in temporibus ac perperuò admitrẽte vſu venit.

Lib. 7. nat. hiſt. cap. 11.

Superfœtatio in brutis cur ſcibilis haud ſit, nondum.

Nihilominus tamen, etſi hæc ratio & vera cauſa ſatisfacere poſſit, vlteriùs & intimiùs rimati ſenſata & notiſſima experientia ob oculos plures fœtus pluribus coitibus, & ſuperfœtationibus genitos ponemus.

Demonſtrãs argumentum.

Coeat canis pluribus cum canibus colore varijs albo, nigro, ruſo, &c. ſpecie diuerſis, leporario, venatico, villatico, breui longioriue pilo prædito, aut expili, indico: (ſi certior fieri vis, alternis diebus curato) generabit hæc pro coituum numero plures & pluribus coeuntibus ſimiles: niſi ipſa fœmina, plures (ſæpe viſitur) ſibi ſimiles progignat, quod in vagis & errantibus per plateas canibus quũ quotidie quiſque videat, nemo inficias ibit, quin ſenſum neget, & fuſte proinde ſe dignum fateatur. Quare non primus dumtaxat, ſed reliqui quoque procrearũt: quod tu vt aufugias non erubeſcis tales effectus canis imaginationi tribuere, qua de re paulò infra ſuo in contactu.

Ex ratione ſenſu.

Hæc certiſſima vt pote quæ ex Philoſophia, (non authoritate) ratione atteſtante, ſenſu excerpta, non chimericè prolata ſunt, vt effutiuiſti, non ex Ariſtotele, nedum ex Venatoribus, quibus nihil credendum, ſic Galeno ſapientius conſulente hiſce verbis. Hippocrates & Plato maximi fuere viri, quibus tamen ſine demonſtratione non eſt credendum. An igitur Venatoribus? An quatenus Venatoribus? O miſeri & nimis infelices Philoſophi, Chriſtiani potiſſimum niſi ſe ſe in quamplurimis & potioribus Hyperariſtoteles certò eſſe ſciant.

Non ſunt ampliùs Græcorum tempora, nec mendacium. Saracenorum, vt Auerrois dicentis; quod nullus error in Ariſtotele, &c. quod fuit regula, &c. de quibus infra. Ea propter, & alijs de cauſis meritò à Cardinali Toleto & alijs doctiſſimis & optimis viris impius & ſceleſtus dictus eſt. Illorum nunc vanitas vanitatum, non ſapientia.

Græcorũ ſapientũ ſententia.

Quid de eorumdem Anteſignanis Philoſophorum & Sapientum Sapientibus communi omnium voce ac iudicio obiter & raptim dicemus? Sacrates Demoniculã, ſciſſili, vt habet Apuleius, palliaſtro ſemiamictus; & ſuos Deos irriſit, & verum Deum ignorauit. multa dicit non modo laude indigna, ſed & reprehenſione digniſſima. Quale illud. Quod ſupra nos, nihil ad nos; Quale illud. Per canem & anſerem iuramẽtum; quale illud. votum; vt Gallus Aeſculapio ſacrificaretur. Rectè vt Zeno Epicurus vocauerit, ſcurram, ineptum, perditum, deſperatum: & ipſe Lactantius dementiſſimum & omnes eos inſanos, qui ſacratem putãt eſſe ſapientem.

Plato Lactãtio teſte, ſomniauit Deum non cognouit, ſimulauit ſe inueniſſe iuſtitiam, & eam prorſus euertit, quum illa ſua mirabili quadam æquitate, turpiſſimoque conſilio, iubet in Republica omnia in commune poſſidere, etiam vxores. Hac enim doctrina tulit frugalitatem, quæ vtique nulla eſt, vbi proprij nil habetur, tulit abſtinentiam, ſiquidem nil fuerit, à quo abſtineat alienum; tulit temperantiam, tulit caſtitatem, quæ vir-

tures in vtroque ſexu maximæ ſunt; tulit verecundiam, pudorem, modeſtiam; ſi honeſta & legitima eſſe incipiunt, quæ flagitioſa & turpia iudicari ſolent; ſic virtutem dum omnibus dare vult, omnibus ademit. D. Chriſoſtomus Plato (inquit, præter cetera) aduerſus cunctos mulia vbique nugari ſolitus; & quaſi ſtuderet in hoc, vt nec ex ſeſe, nec ab altero quidquam afferret vtile: ſic ab alio mutuatus eſt animarũ tranſmigrationem; ex ſe ſe vero Rempublicam commentus eſt, in qua leges prodidit multa refertas turpitudine. Vxores, inquit, communes ſunto: Nudæ Virgines ſub oculis amatorum luctantor. Tum genitores, tum filij, qui gignuntur communes ſunto. Quæ tam inſignis dementia eſt? quam iſta non ſuperent? Quod prætera mulieribus arma, galeas, & ocreas addit. nec quicquam dicit hominum genus differre à canibus: quin & animum Philoſophi, muſcam eſſe vult, & coruum & cornicem Prophetas fecit, quod ſcilicet futura prædicunt. ô conſpuendum Philoſophum (Stanislaus Reſcius inquit) ô deteſtandum ordinis ſocietatiſque humanæ perturbatorem. Quale eſt illud quoque, quòd animas hominum poſt mortem reuolui vſque ad beſtiarum corpora ſcripſit? Dicat Porphirius tanti magiſtri corrector.

In hiſce ſumus tẽporibus in quibus, vt dicitur, catuluti aperuere oculos: propterea noſtram ad rem quod attinet, Ariſtoteli dicenti ſerpẽtes teſtibus carere, nec habere poſſe & quã ob rem: nos fidem minimè adhibentes contrariũ experti oſtẽdimus. contra piſces teſtes habere & coire: nos contra meritò facto periculo ridemus. Fœminas ſemine & ad ſemen facientibus deſtitui aſſerenti, ingenij barditatẽ obijciũr. quum mulieres duobus quoque menſibus menſtrua emittere ait, mulieres cachinantur. quum caſtratum taurum generaſſe, affirmat, nos id non ſolùm falſum oſtendimus ſed implicare demõſtrauimus, etiam aduerſus Peripateticos, & re hactenus ſilentem, ſed non eſt horum hic locus, ſatis obiter, Vnde deflexit oratio reuertatur, & periculis conſultò factis, ſignemus.

Perilluſtris Domini Petri Manelli nobilis Florẽtini præcipui hic Venetijs Mercatoris parua canis caniens domus portam egreſſa erranti cum cane coniuncta inuenta eſt, & illico poſt coitum in cubiculo clauſa eſt. ſuo tempore vnicum canem peperit, quod mihi certum eſt. *Vera experimenta.*

Canis Domini Franciſci de Grandis Ciuis Veneti: Primùm bis (me conſultò procurante) coiuit, & vnum dumtaxat canem peperit. Aliàs bis coiuit (dixere) & peperit canes duos patri ſimilem, ſibi alterum. Alias ex vno initu vnum edidit. quarto bis coiuit & binos concepit, alterum peperit, alterum parere non valens mortua eſt. Alia breuitatis ſtudio miſſa facio.

Hoc idem ex Ariſtotele ſic ſubſcribente confirmo. Vnũ etiam (inquit) aliquam canem peperiſſe certum eſt. quod ibidem de ſua Peregrina affirmat Sueſſanus. à quo Mundinus. *A. de hiſt. anim. 6. 20.*

Quum itaque in omnibus, & omnium ſingulis, in quibus falli nõ poſſumus, plantarum ſeminibus, pullorum & auiũ ouis, elephantis, equis, bobus, aſinis, & muliere in qua ſuperfœtatio obſeruatur, necnon in multi paris cura & diligentia adhibitis, authoritate, ratione ac ſenſu ipſo reſtantibus ex vno ſemine vnum animans & animal perpetuò fieri certiſſimè conſtet; patiamini cum Plinio vobis dicamus, Miſerum eſt ſemper alienis veſtigijs inſiſtere, & alienis pedibus ambulare, ſemelque iuuat natare (vt dicitur) ſine cortice. Sinaris igitur nos in alia omnia noſtro arbitratu ire, & abſque cortice natare, & ſi placet etiam in altum ducere, Sapientiores Spectatores, ſunto, & nos periculum præſtabimus. *Rectè Plinius conſuluit.*

Credo aliquod tibi narratum tale experimentum fuiſſe, vnde in tuis exercit. pag. 121. fugam paraſti, dicens videlicet ſi quando vno coitu plura gigni apparet, illud videretur, ſed non eſſet, quoniam ſalaciora animalia vno congreſſu, & prinſquam deſcendant bis interdum ſemen effundunt, & vnus brutorum coitus creditur, quod de ſalacioribus etiam hominibus dicitur. *Mundini Tract. 48.*

Sed

Digitized by Google

Sed hæc tua ratio eſt deficiens, quia licet, quòd canis mas bis effundat in vno congreſſu, fœmina autem ſemel tantum, non poteſt duos fœtus cōſtituere. pag. 23.

Pariſani Contaſt. 43.

Plumula leuiora iſtæc tua. Vt tuas authoritates inficiatus ſum, omnino reprobaui ex vno ſemine plura gigni poſſe animalia: & ſi quando in canibus ex vno congreſſu bis effundentibus, vt fieri, & colligi poteſt ex ſalacioribus hominibus, plura gignerentur, id eſt duo, quia, inquam, ex vno ſemine vnum ſolummodò animal, ex duobus duo. Etenim ſi ſalaces homines bis coeunt priuſquàm deſcendant, vt dicitur, vt quidam gloriantur, & mulieres fateantur donec mas coit ſi ſerius abſoluat, ſe ſemel & bis effundere; non erit mirum quòd canes ſalaciſſimi pluties coeant, & ita vtrinque reſpondentibus ſeminibus plures generent ob matricum aptitudinem, ſeu pluralitatem, quod in homine, quia vna matrix fieri non poteſt. Primum ex hominibus certum eſt. Secundum igitur rationi magis conſentaneum, & proinde cuique diſcurrenti certò certius erit; vide modò tu quàm perperam ſubducendo, fugam voces. Vt quid inſufficiens tibi ratio ex hypoteſi? quid impedit quin canis caniens & per dies vexata marem maximè appetens, citiùs & pluries effundat nedum quàm mas, ſic non ita nec illicò promptus ad ſemen excernendum? an neſcis quaſdam mulieres adeò quandoque libidine ardentes, ſolo locurorum tactu, ſolo quin etiam oſculo effundere?

Aduerſariorum friuola tolluntur.

Mund. Tract. 44.

Inter vnam & aliam conceptionem (per Pariſanum) tempus vnius diei intercedit, quia in ouis à gallina per vnā diem cubatis, nil delineati apparet, & tamen pulli in tribus ſeptimanis ab ouis excluduntur, quod tempus eſt minus quàm dimidium, quo catelli ex ſemine perficiuntur & eduntur. Vt ergo ſecundæ in conceptu vno canum formentur, tempus ſaltem vnius diei requiri ſequitur. Quod ſi hoc eſt. Si quinque & ſex conceptus à cane fiant, vt ſæpius fit inter primos conceptus & vltimum, tempus ſaltem 5. & 6. dierum intercedet. Ergo hoc modo canis ſemper quando pariet 5. & 6. & plures, pariet illos, aut in diuerſis diebus, vt in diuerſis concepti fuere, aut ſi eadem die & hora non æque perfectos. At ferè ſemper æque perfecti, aut potius æque imperfecti, vt infra declarabo, & vna die & hora eduntur. Ergo conceptio illorum neceſſario nō fit eo modo, quo dicit Pariſanus. pag. 24.

Pariſani Cont. 44.

Iſtis nil egentius.

Friulum nimis exemplum canum ortus & pullorum; ſed in hoc tempus non conteramus, ne Enchiridion nimis excreſcat, & lectori ſimul tædio ſimus: propterea paucis dicamus vna oſtenſuri, nihil egentius eſſe, quàm de Natura extra naturam philoſophari. Quid impedit Mundini, quòd eadem canis vna & eadem die 5. 6. & plures concipiat, ſi toties coeat? Sæpius tibi dixi te allucinari, quia in authoritatibus quieſcis & dormis, atque ex libro proinde nauigas: propterea lamentaris, & immeritò, quòd velim meo ex libro te nauigare, quum potiùs ex Naturæ libro te nauigare & velim & petam, quemadmodū ego pro viribus profiteor.

Ignorata enucleantur.

Dicimus profectò in vna matrice præditis, vt in muliere e. g. tempus & dies requiri ad ſuperfætationem, ad duos pluresue fœtus ob ſecundarum procreationem, quo tempore dicta de cauſa matrix clauſa aliud ſemen non admittit; quia reſerata illud receptum excideret, vel cum alio miſceretur & monſtrum fieret; at ſecundina genita vtero alligata aliud ſemen recipitur, quia mulier ob coitus libidinem propter memoriam & delectationis recordationem marem ſemper appetit, & vt ipſæ fatentur mulieres audius vtero geſtationis tempore.

Docentur.

Tu hac mulierum lectione vſu parum peritus, & ad pauca reſpiciens ad canum procreationem incautus tranſis, non recordatus diuerſæ fabricæ, quia diuerſus Naturæ ſcopus, & ordo, nec non finis quia canis & alia animalia quamplura duplici matrice & pluribus cellulis prædita: quia non ſemper, ſed ſtatis temporibus marem appetunt pro excrementorum collectione, & ſubinde vuluæ turgentia: vnde per aliquot dies tantum,

modò appetunt & concipiunt, quibus expiratis clauduntur fores, nec amplius recipiunt, ſiue vnum, ſiue plura, ſiue nullū animal conceperint. Propterea quum plura gignere & alere poſſe natura dederit, vt plures ad alendum mammas ita duplicem matricem pluribus præditam cellulis ad concipiendum aggenerauit. Cuius duplicis matricis commune os recepto vnius intus ſemine non clauditur, quoniam ſemine in poſtrema alterius matricis parte attracto, eo loci matrix clauditur, ſicuti adamuſſim in fabæ ſiliqua inter grana videre eſt, vt nos in prægnantibus canibus non ſemel vidimus. Et ita attractis alijs viciſſim ſeminibus in ambabus matricibus vſu venit. Vel ſi vtrique matrici commune os clauditur, tandiu id fit, quamdiu ſemen ſurſum trahitur in ſuperiorem alterius matricis cellulam, in qua obſeratur, & ſic deinceps: quibus ſic incluſis ſeminibus ſecundinæ tunc progenerantur. Itaque vno die plures & omnes fœtus in canibus cōcipi poſſunt. Non ſic in muliere, quia vterus & rotundus, proinde tandiu conceptus initiò os clauditur, quamdiu ſecundinæ generātur, nec prius reſeratur quàm ipſæ amplecti, tueri, & continere queant, vt dies in hac requirantur, minimè in canibus dictis de cauſis. Vt liquido pateat etiam de diuerſo partus tempore te hallucinari, vt clarius infra etiam innoteſcet, vobis ſi placebit.

Mundini Taſſus 45. Interim pergamus aduerſus Pariſanum demonſtrare ex vno coitu plures catellos generari poſſe, dato quod canis (vt dicis) pariat plures canes colore diuerſos & pluribus parentibus ſimiles: tuum ſignum nec ſufficiens, neque neceſſario concludens, quia poteſt contingere vt canis fœmina eum multis cocat, & ab vnico impleatur, nihilominus prolem etiam alijs admiſsarijs ſimilem ex vi imaginationis ſuſcipiat.

Non eſt de nihilo ficta, vt putas hæc reſponſio, ſed vim me iudice cōtra te magnam habet, quæ ita declaratur. Clarum eſt canes fœminas per ſpatium vt plurimum 7. dierum & plurium marem admittere. Vnde ſi à diuerſis impleatur, vt tu dicis, ſemper fiet, vt inter vnam & alteram conceptionem ſpatium aliquorum dierum intercedat, vt tu, vt tu fateri cogeris. Iſtud autem in primam & vltimam conceptionem poteſt eſſe quinque vel ſex dierum vt de ſe patet. Pariant ergo fœtus ſimiles illis, quos admiſerunt vt tu dicis, non in vno die omnes illos ſæpè parient, ſed vnum hodie, alium poſt 2. vel 4. 5. vel 6. dies, aut ſi vno die omnes, illi ſæpe non æque perfecti erunt, ſed alij perfectiores, alij imperfectiores, quia in illo temporis ſpatio eamdem perfectionem non conſequuntur. At videmus ferè ſemper canes vna die & hora etiam, nedum in diuerſis diebus catellos varios vt tu dicis, ſimiles forſam admiſſatijs æque perfectos parere: ergo non eſt poſſibile ſimilitudinum horum catellorum cauſam tecum ſemper in diuerſos coitus à diuerſis factos, proinde in ſuperfœtationes, referre. p. 25.

Pariſani Contaſt. 45. Bone & Sancte Deus quum parum ab Angelis me & Mundinum & Protectores Conſiliarios diminueris, quid me etiam hanc canum imaginationis vim maximā capere poſſe (quod minimo conceptionis tempore vnius coitionis plures canes concipiant, eoſque diuerſæ naturæ, diuerſæ ſpeciei leporarios, venaticos, villicos, &c. magnos, paruos, albos, nigros, ruſos nudos pluribus canibus ſimiles ex vno ſemine ſola imaginationis vi) non conceſſeris, non impertitus es quærere & dicere ſi licet?

Admiranda ꝑ mitatis tellitur. Miſſum in primis facimus, quòd tuum iſtud reſponſum ex nihilo fictū non dicimus, ſi tibi videtur eſto) quippe ex literis, ſylabis, & verbis conſtans. ſed iam iam dicemus tuam imaginationem, ſeu ex tua, canum imaginationem in nihilo & ex nihilo realia, & pulcherrima procreare, Conſultoribus & Protectoribus ſi contradictoria ſimul probabuntur.

Mitto ſecundo, quòd quum canes duodecim vel quindeim dierum ſpatio, vt tradunt, caniāt, tibi ſeniori venatori ignotum, ceteris venatoribus manifeſtum, quod 4. dies vel 5. volunt (id eſt admittere marem, quia locus prurit) & non poſſunt, quia

quia locus tumens & inflammatus. quattuor, vel quinque volunt & poſſunt, & reapſe admittunt. 4. poſſunt & nolunt, quia matricis os clauſum non appetit. Quare à primo primi diei coitu ad vltimum, qui eſt 4. vel 5. erunt duo dies, nō ſex vel plures, vt perperàm ratiocinaris.

1 Sed dicamus, quòd ignoratis principijs & fabrica, effectus ignorâtur. Primò, quo ad impletionem, quia ſi canes ſint vagantes vnius alteriusue diei ſpatio implentur ſi marem admittant, quia ſemper appetunt, vt mares, ſiue vnus & idem pluries ac pluries in die coeat, ſiue plures admiſſarij ſint, & ita pluribus procreantibus ſimiles erunt, ſi eadem die à pluribus impleta ſit: & ſi impoſterum, hoc eſt alijs tribus, quatuorue ſequentibus diebus, marem admittat, quod haud facilè credo, quoniam matrix plena & clauſa, non appetit: eſto tamen appetere, & marem admittere, nō ampliùs ſemen recipit & concipit. Sin verò canis ſingulo quoque die marem admittat, non ad ſatietatem, ſed ſemel in die, aut bis e.g. in vno quoque dierum quatuor, ac ſingulis & binis vicibus concipit: quia primo concepti canes primas (ſi mauis matricis fundum) matrices occuparunt: ſecundi in ordine & tempore ſecundas cellulas, tertij tertias cauitates impleuerunt. Quare in partus tempore priores concepti fœtus fundum ſeu ſuperiores matricis cellulas occupantes perfecti & omnino abſoluti exitum quærentes, poſt & poſtremò geniti medias & infimas matrices occupantes locum cedere ſuperioribus egreſſum quærentibus & impulſum facientibus atque pede petentibus, coguntur, (In muliere ſuperfœtata ſi poſteriùs conceptus priùs genito impedimento ſit ex Ariſtotele loco citato, & experientia manifeſtò patet) & ita vna omnes eadem die ac etiam hora egredi coguntur. (De perfectione & imperfectione iam iam ſatis fiet.) Quòd ſi fortè fortuna canis duos aut tres canes conceperit, alterum prima die in altera matrice, alterum aut etiam duos in altera matrice, ſed tertia aut quarta die poſt: nil impedit quin iſti diuerſis in diebus edantur poſteriores, quia alteri egreſſus patet, alter retinetur, vt quandoque viſitur, & ſimiliter ex muliebri ſuperfœtationis partu ex Ariſtotele vbi ſupra, & experientia innoteſcit. quæ tu ſenex venator ignoras: nos à natura rei ſine errore ſagacius venati ſumus vaſtiſſimis abſque ampullis; ſed bene tuis euaneſcêtibus ampulleis laqueis, quod ex ſuperfœtatione orta eodem die ac tempore naſci nequeant, & à pluribus procreantibus gigni non poſſint, tametſi illis ſimiles edantur; vnde tuæ imaginationis neceſſarium opus ſuboritur, quod modò ad Lapidem ducatur Lydium.

Mundinij Test. 48. Nos propterea dicimus non ſemper ex pluribus coitibus à diuerſis factis plures catellos generari, non ſemper per ſuperfœtationes, vt tu dicis, ſed fere ſemper ex vno coitu plures catellos generari ſtatuimus, & tunc ſi catelli erunt ſimiles admiſſarijs, ad imaginationem confugimus. At tu omnem vim in danda ſimilitudine imaginationi auferre tentas. Videamus quam feliciter.

Coeant tres varij canes (inquis) albus, rufus, niger: naſcantur tres catelli, niger, „ rufus albus. Horum quemputas pro- „ creaſſe, cuia proles, cuium opus? „

Dico quod poteſt eſſe proles nigri ex vi imaginationis: „ Ergo (ſubiungis) in eadem coitione canis fœmina plures imaginatur canes: Concedo aliquando ita eſſe: Infers: Ergo cum varijs canibus coeuntis imaginatio varios & ſimiles pariet ſemper.

Ad hoc duo profero. Vnū eſt, quod non ſemper coeuntis canis fœminæ imaginatio eſt cauſa, quod fœtus diuerſis admiſarijs ſimiles ſint. quia per ſuperfœtationem aliquando ab illis impleri poteſt, & ſic varios & ſimiles admiſſarijs omnibus generare ex vi formatricis facultatis in ſeminibus admiſſariorum reſidentis.

Dico ſecundo, quòd quando fœmina canis diuerſos fortiter imaginabitur, pariet varios & ſimiles illis. At ſi non imaginatur non facit varios & illis ſimiles.

Mulieres adulteræ (ſerio reſpondeo) ſimiles amaſijs non generant, quia ſunt ſaga-

ſagaciſſimæ & optimè norunt in præbenda ſimilitudine imaginationem vim magnam habere, ideo quando cum marito coeunt amaſium imaginari timent, futurique mali & præſentis periculi exemplar imaginationi offertur: vnde filij ſimiles marito gignuntur; ſi verò adultera in coitu cum marito fortiter adulterum imaginaretur, credo ex illo coitu prolem ſimilem adultero procreari poſſe. p. 26.

Pariſani Cant. 46. Hactenus venatorem egiſti, tametſi æneum, nunc aſtutias induis: propterea licet annoſa vulpes non facilè capiatur laqueo, eo minus quum ſuos in cunicu*Annoſæ Vulpis illaqueationes.*los ſe ſe recipiat, vt nunc temporis te colligis; in poſtremas tamen tuas latebras te conijciemus, vt illinc pedem efferre nequeas.

Permaneamus itaque in allato à me, & abs te vltro recepto opportuniſſimo exēplo trium admiſſariorum canis nigri, rufi, albi, & eorumdem procreatione, nigri, inquam, albi & rufi fœtus.

Subtiliter. In primis, nō poſſum ipſe obtuſæ imaginationis imaginari, quòd canis illa dum coit, in actu illo, inquam, receptionis, receptionis dico, ſeminis duos, tres, quatuor ſimul & ſemel addamus fixè (vt dicis) imaginari canes rufum, album, nigrum. Etenim vix hominem tam breui illo temporis ſpatio in quo brutina illa voluptas à ſe ammotam ad ſe ſe allicit ac rapit conſultò & omni dedita opera duos viros fixè (vt tuo vtar verbo) imaginari poſſe credimus, nedum beſtias imminutæ imaginationis & brutino illo furori prorſus deditas. Sed vobis fantaſticis iſtæc vera ſunto. Quomodo implente primo coeunte cane, nigro videlicet, cui tres geniti, vel gignendi canes ſimiles eſſe debent, vt pote eius filij, ex imaginatione, alijs poſtea coeuntibus, ſed & fortaſſe tunc primo abſentibus non generantibus arbitratu tuo, ſimiles erunt? At dum alij coeunt facto ex nigri ſemine conceptu prius, ſi imaginatio verſatur circa canes poſterius coeuntes, quo modo tunc temporis brutino illo in furore illo de concepto nigri canis ſemine cogitat? & abſoluto cum iſtis poſterioribus coitu, quo modo & quam ob rem ad conceptum ſemen reuertitur, vt naturas, temperamenta veſtes, & colores, alia induat? Mitto quærere cur poſteriores non generantes cuius qualitati nulla alia eſſe, vel reddi ratio poteſt, niſi quia matrices plenæ ex primo ſemine ſint, quod quum in alijs non ſuccedat te concedente: quia etiam x. xij. ne contineant, ergo nec in iſta id fiet. Etenim canes tres abſque phantaſiæ ope nigro cani ſimiles eſſent: quia illius ſeminis anima, facultas, temperamentum præpollet iure etiam tuo. At Mundini mi doctiſſime quo modo ex vno & eodē ſemine vnus niger gignitur, alius rufus, alius albus ſtante patris nigri ſeminis anima & temperamentum? Ampliùs quo modo imaginatrix matris vim illius facultatis ſeminis duorum canum rufi & albi imminuit, immo prorſus tollit? Et cur duabus partibus ſeminis id contingit, nequaquam tertiæ ex qua canis niger fit? Atqui ſi tollit ſemini facultatē temperiem, auferet ſimul fortaſſe animam, reſtituet igitur ne poſtea nigro, aut denuò procreat? At quo modo temperamenta tollit. Etenim canis niger, vel ſaltem eius cutis nigra alius eſt temperationis à cute rufi, & albi: vnde pili nigri ex nigra cute, albi ex alba, rufi ex rufa, vt ex Ariſtotele didiciſti: quo modo, inquā, illam cutis ſeminis temperiem adimis? At ablato illo temperamento, non deſtructò ſemine, (ſi fieri poteſt) ſed incolumi quo ad animam permanenti, quo modo aliud temperamentum & colorem album, rufum addit? An pictrix iſta imaginatio iſtos colores in promptu illico in pera, in pixide habet? Aſt arbitratu tuo etiam iſtæc tuis chimericis ficta coloribus ſint. Quo modo magnitudinem dono dat. Etenim canis niger, e. g. generans erit magnus, rufus, albus contra: ergo ſi ex magno paruum, vel è conuerſo producit, quantitatem præbet, magnum ſanè imaginationis priuilegium; proprium auferre temperamentum, bella poteſtas: permutare ac variare colores perbella facultas: ex paruo magnum, aut contra reddere belliſſima ſanè authoritas, quam ho-

minem

minem non habere, nec Angelum poſſe reapſe quia etiam certo credo, nedum beſtias. Secus & ipſe laudarem in cubiculis iuuenum pulcherrimas, & gigantum imagines coeuntibus ob oculos obijci & ſeruari, vt Adones, Martes, & Gigantes procrearentur. ò bellum inuentum & ſecretum non manifeſtandum, niſi etiopica & Galeni &c. tibi hiſtoriæ manifeſtum reddidiſſent. Vide modo quæſo te quàm nos craſſioris Mineruæ, feliciter, Vel vt ais, aut ſicuti nos quàm infeliciter tua & tuorum conſultorum ex doctrina ſubratiocinati conſequamur: & quæ vaſtiſſimis ex noſtrum ampullis erumpant.

Subtilius. Melius adhuc etiam ſi exiliter at diligentius idem ad calculos reuocemus. Si canis niger generans ſine cauda ſit, rufus ca præditus, ex imaginatione caudatum rufum generabit: ergo fœminæ imaginatio addet caudã, belliſſimè. Sit albus (non generans intellige) auriculis præditas, niger generans abſque:: procreabit album auriculis ornatum, belliſſima pulchior imaginantis excogitatio. At ſit niger canis generans Barbonus, rufus, ex pilis, indicus, venaticus, vel leporarius: Ergo generabit canem alterius formæ, non accidentalis tãtumodo, ſed eſſentialis, & alterius ſpeciei, quia alterius naturæ: quia alius venaticus venatur lepores vulpes, &c. Alius perdices, coturnices: alius teſtudines, &c. alius nihil. Ergo canum imaginatio colores variabit, magnitudines permutabit: partes addet, & auferet: formas & ſpecies permutabit; vt nec meliora potiorau e dictu, faciliorau e factu in Circeis fabulis, audire, legereue ſit. Quid quod Viri doctiſſimi? ne dicam cum Tarentio amplius, ſatix ſalue? mutuone blandimini & inuicem adulamini?

At metamorphoſeas haſce fortaſſe admittet Mundinius vt pote ſuæ imaginationis fructus & opus.

Propterea adhuc ſubtilius agamus, vt neceſſitate ductus aliquid ſublimius noſtrum ſupra captum imaginetur & promat.

Subtiliſſimè. Si canis imaginatio iſtæc efficit, vtique præſtabit quum fixè (vt dicit) canes illos album rufumque imaginatur, in coitus videlicet actu, at tunc temporis ſemen vtriuſque effunditur, & nondum in matrice eſt, poſtea trahitur: euaneſcente coitus voluptate, quæ ante coitum & in ipſa ſeminis eiaculatione eſt, euaneſcit omnino canum imaginationis actus: ergo priuſquam maris ſemen matricem attingat poteſt canis fœmina illorum canum obliuiſci, ſeu non fixè amplius imaginari. Adde, quòd tunc ponè ipſa ſtãt, fortaſſe abſunt, quod poſt nigrum canem coeunt poſt horas, poſt dies, quoniam iſti non procreant. quare nihil in illud cõceptionis tempore agere poterit. Imaginetur itaque poſtea ſi lubet. Agat imaginatio dum ſemina effunduntur, ſimulatque effuſa eiaculataque ſunt & poſt horas & diutius, ſi vobis ſubtiliſſimis poteſt. Quippe quomodo imaginatrix ſuũ extra corpus matris videlicet egrediatur: quo modo, inquam, externum in corpus in matricem eiaculatum ſemen matrici initio (nota) haud continuum ingrediatur, & deinceps extra fœminæ corpus in vteri vacuo canis matrix facultas eius extra corpus egreditur, & in alienum agit fingit, & pingit, nos haud fantaſtici, nequaquam mente & imaginatione aſſequi poſſumus, vt liberè & ingenuè fateamur. Vos propterea ſubtiliores iſtinc egrediminor, nos modò docete, vt vos luculentos duces ſequi poſſimus: quoniam noſtro pro debili mentis captu, canis imaginatio nec tunc in ſemen quicquam operabitur: quoniam impreſſiones ſũt in partibus efformatis, bene diſpoſitis, atque actu talibus bene exiſtentibus, & quum talia ſunt & quamdiu ſunt, & noſtram ad rem quod attinet in cute, &c. At ſemen tuum quia eſt corpus homogeneum cute deſtitutum, quam, quemadmodum nec alias partes multos poſt dies aſſequitur, quo modo cutis, aliarum partium, & diuerſorum naturam, temperiem, & ſimilitudines colorum &c. aſſequetur? At canis poſt coitum, canum ſimilitudinem & ſpectra obliuiſcitur & eadem hora ne

dum

dum die: quo modo igitur illius imaginatio cælat (vobis poſt dies) ac ſimilitudines imprimit? An dabitur canum imaginationis Idea, quæ fixas particularium canum imaginatricum imaginationes recipiat, ſeruet, & opportuno tempore in poſterum diſponat & cælet? An vos Ariſtotelis mancipia Pythagoricas animarum, ſeu imaginationum tranſmigrationes, & Platonicas Ideas ab Ariſtotele perperam interpretatas aduerſus Ariſtotelem ſuſtinebitis, & poteſtis? viri inquam ſubtiliſſimi phantaſtici?

Ceterùm caue ne in pecudum Aſylum te cum tuis conijcias, ne confugias, inquã, ad authoritatem pecorum Ioſeph, quoniam illic eijcieris ex dictis, vt patet, & inibi à nobis factum eſt ſatis: ea etenim hiſtoria tuæ fabulæ, & imaginationi non quadrat, quemadmodum nec veſtræ tutelæ committi, commendariue debet, patiamini me ingenuè loqui viri doctiſſimi.

Ex hiſce etiam patet quam bella & firma tua veſtuorum de adulterorum imaginatione reſponſio ſit. Cui addere poſſumus ex Ariſtotele & Plinio locis ſupra citatis: mulieres quæ ſuperfœtarunt ex receptis mariti & adulteri ſeminibus alterum marito, adultero alterum ſimilem fœtum procreaſſe: Ergo quæ vnum pariunt imaginatione deſtituuntur: etenim proles altero parenti, vel vtrique, vel ſuperioribus mortuis & mulieri procreanti ignotis inuiſis quandoque ſimiles. Quibus Solinus [a], hiſce verbis ſubſcribit, Proconniſia è duplici adultero geminos edidiſſe fertur, vtrunque patri ſuo ſimilem. Et Gordonius ait, quædam mulier peperit vnum filium pulchrum ſuo viro ſimilem, poſt paucos dies peperit vnum turpem, qui aſſimilabatur amaſio ſuo turpi, quod non potuiſſet (ſunt Gordonij verba omnia) niſi matrix poſt coitum fuiſſet aperta & dilatata. Appetunt igitur auidè mulieres poſt. Audite ſapientes Poetas.

a Lib. Polyhiſt. cap 4.
b In lilio particula 7. c. 4.

Lapidè Martialis ſignificat quum canit.

Eſt tibi quæ patri ſignatur imagine vultus,

Teſtis maternæ natæ pudicitiæ.

Horat. in Odis ad Auguſtum

Culpari metuit fides.

Nullis polluitur caſta domus ſtupris.

Mos & lex maculoſum edomuit nefas.

Laudantur ſimili prole puerpera.

Et Phocylides poeta græcus

Non faciunt ſimiles ſtuprata cubilia natos.

Sic apud Verg. in 4. Æneidos ex loquentis Didonis quærela.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet

Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula

Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

Vt mittam maximè friuolum abſque erubeſcentia reſponſum, Adulteras talia ſcire ex imaginatione, & adhuc magis timere, quum in actu illo venereo & brutino amore ac furore tota imaginatione vbi amant ſint: ergo ſimul & ſemel amantis recordatione fruitione ac coitu delectantur, atque de impregnatione, de fœtus ſimilitudine eodem temporis puncto timent. magnus es venator ſi momento ferè temporis tot feras ſimul inuenis & capis, mulieres potiſſimum in coitu feris omnibus magis feras.

Verùm vlteriùs quæſumus vos ſubtiliores phantaſtici. Quum equa equum, aſina aſinum imaginari & appetere ſemper rationi maximè conſentaneum ſit: viſum auditum à ſæculo nunquam eſt, (aures arrigite) equam cum aſino, aſinam cum equo coëuntem generaſſe aſinum, illam equũ: An verò perpetuò geminum, & mulum? Soluite ſi poteſtis hæc veſtra omnipotenti imaginatione. Secus ex manifeſto allato & probato exemplo radicitus corruit argumentum ex vno ſemine ſeu initu plura, &c.

Radicitus Mundus & radices tolluntur.

Quod tentas oſtendere ſemper ex pluribus coitibus canes plures parere non eſſe rationabile oſtendo 4. ſupponendo. Primum ſuppoſitum ex doctrina Ariſtotelis & ex experientia Genus quoddam canum per 14. dies vno plus vel minus canire. Sed primis 7. vel 8. coitum non admittere. at 7. vel 8. ſequentibus. Vtero vero gerere 60. diebus plus minuſue. Secundum ſuppoſitum ex quarto de

Mund. Tal. 47

gen.

Digitized by Google

gen. animal. 6. & ex experientia animalia quædam viuipera ſuos fœtus non perfectos, ſed imperfectos parere, ſed diuerſimodè. Nam vulpes, Vrſa, leæna ſuos fœtus inarticulatos propemodum pariunt, & cæcos; canes verò, & lupa cæcos tantùm. Imperfectos autem parere rationi conſonum & veritati eſt, vt ex Ariſtotele ibi habetur, quia fœtus adhuc paruos alere poſſunt, adeptos autem magnitudinem, cum multi ſint non poſſunt. Eduntur autem animalium dictorum fœtus ab alimenti inopia antequam exactè perficiantur, & ſic generationem ſuam perfectam præueniunt.

Sit ergo tertium ſuppoſitum, cum leporarij catelli cæci & imperfecti naſcantur, quia vſque ad integram perfectionem in vtero ob alimenti inopiam à matribus contineri non poſſunt, quam breuiori tempore in vtero manebunt, eo minorem perfectionem conſequentur, & eo imperfectiores naſcentur.

Sit quartum ſuppoſitum, quod quanto catelli leporatij imperfectiores tanto longius tempus ad integram ſuam perfectionem extra vterum conſequendam expoſcere neceſſe eſt, & ratio eſt, quia cum in dies paulatim perfectionem acquirãt, qui illorum perfectiores ſunt minus diſtant à perfectione integra, & ideo breuius temporis ſpatium pauciores dies ad illum conſequendum expoſcunt, quàm qui magis ab illa diſtant, & in dies eamdem paulatim aſſequi debent.

Pariſani Cent. 47. Quòd Venatores crediderint vulpem, vrſam, leænam ſuos fœtus inarticulatos parere, perinde ac canes & lupas ſuos itidem cæcos edere, atque eadem Ariſtoteli retuliſſe, non me mouet. Quòd Ariſtoteles id crediderit & parum cautè vt verum memoriæ mandarit, tanti nominis durum profectò videtur. Quòd Peripateticis abſque inquiſitione ſubſcripſerint, durius eſt. Aſt quòd vos qui doctiſſimi Venatores, & quatenus ſubtiles Cenſores Philoſophi ac Medici talia antiquorum ignorantium venatorum ſomnia credatis, & veſtris argumentis fide & *Stupẽdũ auditu.* authoritate eadem nos (vt dicis Cribratores) credituros credatis maxima nos admiratione afficit.

An neſcitis ex ſemine procreata omnia communi (nõ noſtra tantum) ex ſententia ſimul & primis ortus diebus initiari & vna breui perfici ad fabricam quod attinet? quomodo inarticulata igitur? Continua ne ſunt oſcibus oſſa & abſque chartilaginibus, ſine ligamentis? & hęc poſt ortum procreantur? eadem denuò diuiduntur, perficiuntur, iiſdem alia adduntur? Quo modo cæcos pariunt? an ſine oculis? An ſine aliqua oculorum parte, præcipuane, an ſine qua non? Ego non ſolùm mente & ratione in eiſdem perfectum viſus inſtrumentum obſeruo, ſed ſenſu & experimento illico poſt ortum inuenio omnibus ſuis cum partibus, adeò vt penitus hiſce tuis de ſuppoſitis ſtupeſcam, & probantium conſilij & iudicij ſummoperè ita admirer, vt tandem concludam; haud mirum fore ſi hiſce inarticulatis, claudis & cæcis authoritatibus vobis Ariſtotelis mancipijs, & maximis Scipionibus dux cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. *Claudicans philoſophia recentiũ Scipionum.*

Mirarer ſanè Ariſtotelem hæc protuliſſe, & vix mihi perſuadere poſſem id eum credere, niſi alias adnotaſſem eumdem docuiſſe ibidem punctos & effoſſos hirundinibus, alibi, ſerpentibus (vt in Exercit. de Viſione meminimus & reiecimus) oculos renatos eſſe Ariſtoteli tamen addicti & creduli nimis, vt Sueſſanus & quidam medici dicunt oculos hirundinibus recuperari beneficio herbæ Chelidoniæ, quam oculis applicant hirundines parentes, muliercularum paſtus; nec ſimplicia ſpermaſtica regenerantur, tantum abeſt compoſita inſtrumenta, membra. à priuatione ad habitum non eſt regreſſurus propterea quæſo te frontem ne ferias, vt videamus, quid ex tuis exemplis & ſuppoſitis pulchri collexeris, vtque memoriæ mandemus. *Ariſtotelis & loquacium lamias.*

Si ab arbore hodie fructus adhuc acerbos excerpas, poſt quatuor vel quinque dies ab eadem alios. quos nam illorum prius matureſcere putas? exẽplum eſt valde accomodatum. Nam Ariſt. 4. *Mundinij Tract. 48.*

de

Digitized by Google

de gen. animal. capite citato perfectionẽ, quam humani fœtus in vtero acquirunt, per concoctionẽ acquirere decernit. p. 27.

Pariſani Contrad. 48. Tuum de excerpto intempeſtiuè ab arbore fructu exemplum nihil concludit parumque ad rem facit: quoniam acerbus *Mundini intempeſtiuum exemplũ* fructus non ſolùm eſt imperfectus, quia haud tempori, vt alius opportunè excerptus eſt, ſed quod plurimi intereſt, priuatur proprio arboris alimento, nec non influenti eiuſdem calore, nec ab animato ſemine iuuatur quicquam: & vtpote imperfectus & incompletè ſecundum quantitatem & qualitates auctus, nec vlteriùs augetur, nec perfectus, nec precox fieri poteſt. Fœtus autem quippe qui, ad partes quod attinet, omnino completus eſt, vtero egreſſus illico à proprio inſito calore (eadem quã prius regẽte & alente anima) etiam ſeminali, ac prætereà influenti gaudet, & vlteriùs alimento lacte inquã fruitur, quòd materno quin etiam calore non deſtituitur, non ita patitur, vt de ſeptimeſtri partu viſitur, qui nec inarticulatus (quemadmodum nec vnius menſis) nec cæcus naſcitur, tametſi omnem fortaſſe magnitudinem non conſequatur. Authoritate freti ex libro nauigatis, idcirco immatura vorantes non digeritis.

Amplius fructus primò excerptus & illico emoritur quo ad ſui partes omnes (ſeminibus exceptis anima propria & vita præditis) & vitæ operationes exercere nequit, quibus fungitur ille adhuc arbori coniunctus viuens noſtra ex ſententia, ſicuti ſuprà, te aduerſum probauimus, & proinde fructus de tuis iſtis æquiuocè dicitur: & deinceps colliges tuum exemplum, tibi (vt dicis) ſatis accommodatum, valde immaturum & intempeſtiuum eſſe, & claudicare ſi tuis cum doctiſſimis conſultoribus & protectoribus ſapis.

Mund. Tract. 49. His ſtantibus ſuppoſitis venio ad dictum tuum ponderandum, Vtrum ſcilicet quando canis fœmina in diuerſis diebus coit, ſemper concipiat. Coeat ergo illa 1. 2. 4. 6. 7. die implebitur per te, pariat ſexageſimo, Peto fœtus qui ex coitu ſexti & ſeptimi diei ſunt formati, erunt ne tantam perfectionem conſequuti; quantam fœtus, qui ex primi, vel ſecundi diei coitu plaſmati ſunt, acquiſiuerunt? Minimè per tertium ſuppoſitum. Nam qui ex primi diei coitu formatus eſt, per ſpatium ſex dierum in vtero permanſit plus, quàm, qui ex coitu ſeptem diei fuit formatus. Et quia rationabile eſt fœtum in vterò perfectionem cõſequi ad proportionem eius perfectionis, quam extra vterum acquirit. Imo debet maiorem perfectionem & celerius in vtero acquirere, quàm extra vterum, cum diuerſis iniurijs externis in vtero expoſitus non ſit. At extra vterum leporarij in duodecim diebus viſum conſequuntur. Ergo ſi in vtero ad proportionem perfectionem adipiſcuntur, ac extra vterum, cum ſex dierum tempus ſit dimidium illius, quo leporarij lucem acquirunt, fœtus, qui in vtero ſex diebus plus altero manſit, maiorem perfectionem acquiſiuiſſe rationabile eſt.

Si igitur per te Pariſane, canis fœmina ſemper quando coit, concipit, ſemper fœtum quos vno partu, vno die, hora vna, vt ferè ſemper contingit, edit, alij perfectiores, alij imperfectiores erunt, ſaltem vnus perfectior, alius imperfectior, primus ſcilicet, & vltimus plaſmatus; aut pariet ſemper in diuerſis partubus, diuerſis diebus, vt in diuerſis diebus concepti ſunt. At hoc vltimum eſt contra veritatem, nã rarò canes diuerſis partibus, & diebus pariunt.

Si ergo catelli ex vno partu, & die, & hora vna eduntur ſemper alij perfectiores, alij imperfectiores ſunt. Ergo ſemper per quartum ſuppoſitum alij citius, alij tardius viſum conſequuntur, & ita vnus ſemper ſuam perfectionem integrã, proinde lucem hodie aſſequitur, alius cras alius alio die, &c. quòd veritati aduerſatur. Nam ferè ſemper lucem vno die, vel altero, omnes catelli adipiſcuntur. Quæ cum ita ſint ſignum eſt, non ex quolibet coitu canem ſemper concipere, vt tu pag. 651. affirmare non es veritus, & oſtendere conatus. Signum eſt licet canis multos admiſerit, ex vnico cane plures vno coitu eam concipere poſſe. Cribra modo Pariſane, & recribra, poſtquam cribrator aliorum ſcriptorum euaſiſti.

Vt

Digitized by Google

Vt autem eo magis in his cribrandis labores, ſudes, & algeas, remoueas ſtatim obiectiones quæ mihi fieri ab aliquo poſſent.

At ſi per ſuperfœtationem ſemper fœtus plures eſſent concepti, ſequeretur ferè ſemper, quem admodum deduxi, aliquos multo ſerius, quam alios viſum aſſequi, quod rariſſimum eſt, aut ſequererur canes in diuerſis diebus ferè ſemper fœtus plures edere, quod eſt contra experientiam.

Pariſani Cont. 49. Plumis femora cribro nō innātur.

Ain tu Mundini? ergo vobis ipſis videmini veſtris hiſce ſubtilitatibus, argumentis, & authoritatibus me ad exrremos labores, ad diaphorecticos ſudores, ad mortis algorem ductum? ò me miſerum atque omnino perditum, vobis ſi ſiciactantibus, gloriantibuſque veſtra iſtæc nimis oſcitanter legendo fidem adhibeā. Verumenimucrò veſtram hîc veſtris in hiſce doctiſſimis, & conſultiſſimis ratiocinationibus nos perterefacientibus ſubtilitatem & prudenriam deſideramus, eaſque pluribus nominibus.

Aduerſariorū prudentia et ſubtilitas deſiderātur.

1. Primū, an hęc ſcribitis, eiſdē ſubſcribitis qua venatores, venatoribusue fidē adhibentes aut quatenus Philoſophi & Medici? Primum tranſeat. Secūdum eſto, ſed non ſine erubeſcentia. An ſecundo menſe fœtus in vtero non mouetur, nō ſaltat? (vt ita loquar) an aurium oſſicula in recenter natis eiuſdem nō ſunt magnitudinis cum eiſdem adultorum, vt aliàs diximus? An generationis initio procreatum caput toti ferè corpori non æquatur, oculi tunc itidē non magni extant? vt pateat Naturā præcipua præcipuè perficere, & conſequenter nequaquā in articulis, ac oculis deficere.

2. Secundo ex his colliges, quā perperā ſub ductas ſex dies ex coitionis tēpore dimidiū eſſe tēporis, quo leporarij lucē (vt loqueris) acquirūt, & proinde an ſemi cęci? quum longè prius per hebdomadas dico, & quin etiam menſes fabrè facti, & abſolutè perfecti anre ortū fuerint. Vide quam bene mihi tecum conueniat, & quàm deuius, & auius ſis, ac quàm craſſæ Minetuę tibi conſultum ſit.

3. Tertio ſi eadem die, & hora vna (tuis vt verbis vtar) omnes catelli naſcuntur: eodē die aſpectum conſequūtur: ergo ex ſuperfœtationibus abs te conceſſis genitis (ſi omnes inquam ſic oriuntur) talia non ſequuntur incommoda: Videm ne ſenex Venator, quàm tui canes futilitatem ceperint?

Quatto ſin verò ex ſuperfœtationibus 4.
inconuenientia & abſurda ſequuntur, nimirum inarticulationes & cęcitates: quū ex ſuperfętationibus plures canes gignantur ex eodem mari, alijsve & diuerſis pluries ſuperuenientibus, vobis (vt ſupra) concedentibus: vobis perinde ac nobis ardua iſtæc veſtra negotia obijciuntur: Veſtra igitur inteterat Gordia vobis viſa noda diſoluiſſe, & conſequenter nobis prius laboraſſe, ſudaſſe, alſiſſe, & ni ſoluere valuiſſetis potuiſſetisue tacendum ſatius fuiſſet Sapientiſſimi.

In omnibus male conſultis.

Quare dicerem; qui e nuce eſſe vult nucleum frangat nucem. Sed quia aliorū errata & inconuenientia afferre, argumenta non eſt ſoluere; Propterea poſtquam tuas haſce ſubtiles tui ingenij ſegetes mecribrare & recribrare mandas, paucis ex tuis falſis aſſumptis & ſuppoſitis, omnia verram vna cum puluiſculo.

Dico igitur, quòd canis vna & eadem die pluribus & ſufficientibus ſuperfœtationibus impletur, impleriue poteſt, ſi iſdem admiſarius pluries, admiſſarijve plures ſuperueniant: alijs poſtea diebus marem ſi admittat, quod non credo, quia matrices plenæ ſunt & clauſæ, non concipit. Poteſt & poſtridie concipere, & ſic conueniet mihi tecum dubio procul, quòd eadem die partus tempore catellos edet, vllo abſque diſcrimine ſaltem ſub ſenſum cadente, & quo ad magnitudinem, ac ad videndi tempus, reſerandi oculos inquam. At ſi quarta vel quinta die (vlterius ſi facta aliqua ſit conceptio, crediderim, quòd matricū os claudatur, nec amplius concipiat ob rationem, & Venatorū allatum experimentū) ac etiam ſexta & ſeptima arbitratu tuo, quid dicēdum? Reſpondeo ad pariendi tempus quod ſpectat vt ſupra, quòd primi concepti fœtus in ambarum matricum primis cellulis prius ſimulatque perfecti ſunt & maturi (vt ita

 loquar)

loquat) exitum quærunt partum accellerantes ſecundinas pede petentes, quos ob motus, & vim in feriores cellulas occupantes inuiti ac intempeſtiue cedere coguntur, & ſic eodem tempore & hora omnes ſimul eduntur, & ita partus modum & veras cauſas habes, quæ non capiebas. Sin verò duo, aut tres, alijs diebus concipiãtur, vt vnus altera in matrice, alter vero vel duo in altera matrice inquam, priores concepti egredientur, alio vel alijs in altera matrice poſterius conceptis non læſis, nec egredi coactis.

Ad rem ſi prima conceptus die ac etiam altera concipiantur omnes; omnes quoque eadem partus die eduntur nullo nulliuscum detrimento ſub ſenſum cadente, exiſtente. Si diuerſis in diebus, alij in prima, alij in quarta vel quinta die concipiantur, quia dictis de cauſis omnes eadem die & hora eduntur, aliquid detrimenti profectò adeſſe credendum, quo ad magnitudinem intellige, non quo ad fabricæ abſolutionem & completionem (vt ita dicam) attinet: quoniam longè prius, & ante partus tempora abſoluta fuit fabrica: vt propterea mirum in modum mirer vos dicentes, fœtus tres poſt dies aut quatuor genitos magis inarticulatos, magiſque ineptos ad videndum fore: quoniam, inquã, expergecti ſi ſeptimeſtres fœtus intueamini, ac animaduertatis, æque perfectos & completos eſſe experiemini, ac octimeſtres nouimeſtres, decimeſtres, vndecimeſtres, quo ad completam, inquam, & perfectam fabricam, non in magnitudine; vt hinc manifeſtè gratiſque veſtra ſuppoſita inania retia vobis ipſis non nobis tenſa colligere poſſitis, illaqueati. Potiſſimùm quum legeritis, quòd quinto menſe nati vitales ſunt fœtus vt Montuus, [a] Cardanus, [b] Ferdinandus Mena, [c] Valeſius de Philoſophia Sacra, [d] quòd ſexto item menſe nati vitales Cardanus loco citato. Quòd decimo menſe nati præter Hippocratem, Ariſtotelem, Plinium, Valeriola [e], Gellius [f], Conciliator de ſe ipſo affirmat, Cardanus loco citato. Amatus Luſitanus [g]. Quod decimo tertiò menſe nati, Cardanus ibidem de ſuo patre prædicat. Quòd decimo quarto & decimo quinto nati & vitales Ariſtoteles de hiſt. anim. 7. cap. 5. Plin. nat. hiſt. lib. 7. c. 5. Auic. lib. 9. de animal. Alex. Bened. cap. 23. lib. 25. curand. morb. Et potiſſimum tandem (ne lectori tędio ſimus) ſi animaduertatis & diſcatis figuras duas abſolutæ fabricæ duorum fœtuum, alterius 14. dierum, alterius 25. calatas & deſcriptas a Caſparo Bauhino in ſuo Theatro Anatomico. Tabula 31. figura prima & ſecunda pag. 255. Vt manifeſtiſſimè pateat ratione, ſenſu, authoritate, quod hiſce tuis captiunculis minimè irretiti, vllo abſque labore, ſudore, algoreue euaſi, tuas modò ad muſciculas, liberi nos cõferemus, quod Conſultorum Protectorum pace dictum.

Partus vitales diuerſorũ temporum.

a Anaſt. Morb. lib. 4. c. 4. b lib. 1. cõ tradict. 8. tract. 8. lib. 1. c comm. 4. ad capu' de ſeptim eſt. par. Hipp. d cap. 18.

e lib. 3. enarr. 7. f lib. 3. g curat. 27. Cent. 1.

Addo modò experimentum ab Ariſtotele 6. de hiſt. anim. c. vlt. adductum per quod clarè potuit ille affirmare ex vnico coitu plura concipi poſſe. Scribit ibi miram eſſe murium fœcunditatem. incluſum enim murem prægnantem in vaſe milliario, & paulo poſt reſerrato vaſe, muſculos numero 20. & 100. repertos eſſe. Quid ergo putas bone Pariſane ex 100. & 20. coitibus, ex 100. & 20. ſuperfœtationibus eos ortos eſſe? in quot diebus tot ſuperfœtationes factas fuiſſe arbitraris? Equidem in tot diebus, in quibus 120. ſuperfœtationes fieri poſſunt, mures concipere & parere probabile eſt. Sed quid? aut tu hanc hiſtoriam pro fabula habebis, quia tuis chimeris minimè quadrat, ſed eas de medio tollit, aut miraculum illud exiſtimabis, vt de centenis humanis fœtubus infra te affirmare videbimus. p. 29.

Mund. Tall. 10.

Ego ſanè niſi tecum doctiſſimo viro agerem, & tuis cum Sapientioribus Conſultoribus Protectoribuſque, dicerem ſimiles innumeras Ariſtotelis authoritates imbecilla ingenia delectare. Pari tu paſſu mecum Chriſtiano ac pio Philoſopho agens erubeſceres ſic miraculi (in muribus) nomine abuti: mihi profectò ita loqui religio eſſet. Vobis autem, quid? quid inquam? negri quidem, cum ijs valete Apolli.

Pariſani Conſ. 10.

Quis nõ miretur?

Re vera hanc tuam hiſtoriam ſcribit Ari-

6. de hiſt. anim. c. 37.

Ariſtoteles; ſed & inibi ſcribit „ Sunt „ qui vehementer confirment, mures, ſi ſa- „ lem lambant impleri ſine coitu. Qua propter cum Ariſtotile tibi ac ceteris eiuſdem vernis reſponderem, quod mus illa vigeſies & centies ſalem lamberit, & ſic tibi & fabulæ dubio procul ſatisfactum eſſet. At non committam, me celebres inter didimos recenſeri.

Quam vanitatem, quod maximũ mendacium colligiſſes tu hîc Venetijs in quãplurıbus cellis, & maximis ſalium promptuarijs in quibus nullus mus, quum tamen veſtra ex ſententia ingens eſſet copia & maius flagellũ quàm olim locuſtarum & ranarum. Habet ibidem Ariſtoteles 6. de hiſt. anim. c. vlt.

„ Terræ Perſicæ parte quadam mure fœ- „ mina reſciſſa, fœtus fœminini prægnan- „ tes comperiuntur. Egent ne hæc confutatione apud te & tuos doctiſſimos conſiliarios? An tanti nominis & acutioris ingenij iſtæc ſunt, an maximè obtuſi? frontem quantum lubet ferias. Ex celebrium Philoſophorum mente id infra tibi confirmabitur.

Miror tamen quod huiuſmodi nugis Auguſtinus Niphus Sueſſanus in expoſitione ibidem ſubſcribat: immo addat ſequentia verba „ Hoc idem Caleni compertum eſſe mihi narratum à quodam viro fide digno.

Admiratione adhuc magis me afficit, quòd hiſce etiam Iulius Cæſar Scaliger ibidem in comment. aſſentiatur, vnde ait, Vtinam apud nos tales vitulæ ſint.

Quid hæc inquies? quia Ariſtoteles dixit. O ſapientes ex libro. Quid mirum pıoinde ſi addicti, Mundi æternitatem, & alia impia recipiunt & infelices Athei fiant? propterea optimè Mirandulanus, Ariſtotelis philoſophia impios facit.

Subtili- tur verè. Pepo ſim ego Mundini ſi haſce veſtras aurhoritates hiſtoriæ nomine, vt tu doctis ſcribis, & tui doctiſſimi à conſilijs ſubſcribunt mulierculis abſque erubeſcẽtia narrare auderem. Sed quia mihi dimidium plus toto eſt, hiſce de nugis hactenus, vobis proſint celebrioribus.

Mund. Tall. 51. Hactenus minorem argumenti Ariſtotelici in canibus probaui, opere prætium tamen eſt eadem in humana ſpecie verificare. Quærit Pariſanus, quo modo plures fœtus ex vno initu fieri poſſint. Reſpondi ex ſeminis in plures partes diuiſione, quod pro ſingula diuiſione ſub certa quadam magnitudine eſt aptum fœtum generare. Semen virile per Ariſtotelem diuiditur vt menſtrum diuidat, per nos diuiditur tam ſemen maris, quam fœminæ, & vna pars diuiſa maris miſcetur cum alia diuiſa fœminæ, alia cum alia, &c. & ſic plures generantur. Diuiditur autem ſemen humanum, aut quia per plures eiaculationes effunditur, aut per plures attractiones attrahitur ab vtero, aut ratione diuerſarum cauitatum, quę proueniunt ob rugoſitates, quæ in vteris inſpiciuntur humanis, aut ob hæc tria ſimul.

At ſıc ſemen in vteri ſinum ſibi continuum attrahi, cum vterus humanus dextrum & ſiniſtrum proceſſum, & eminentiam habeat in quos ſemen muliebre eiaculatur, non ne proceſſus, qui eſt in dextra vteri parte ſemen iam in ſinum eiaculatum & attractum, ad ſe attrahere in ſeque recondere poteſt? Similiter ſiniſtræ partis proceſſus, & eminentia? Hoc poſſe fieri omnis Antiquitas, & omnes Neotericı crediderunt. Neque eſt aliquid à te notatum, quod hoc non poſſe fieri oſtendat. Pars itidem dextra vteri habet inferiorem partem quemadmodum ſuperiorem itidem ſiniſtra. in has ſemen attrahi & recondi, & ſic diuidi, & diuiſum permanere quid vetat?

Mitto in præſentia tui ſeminis diuiſiones, & attractionis modos, ex ſuperiori iudicio affluenter diſcuſſos & reiectos, & iam iam diſcutiendos. Additamenrum vt mandas cribremus. *Pariſani Cont. 31.*

Mitto vteri proceſſus & eminentias ſemen in ſeſe condere poſſe, vt impoſſibile, & repugnans, ſaltem foueas & cauitates imaginatas dixiſſes. *Mundini in va- cuo eſtis.*

Tota via aberras Mundini, quia perperàm philoſopharis vteri magnum vacuum imaginatus, proinde dexteram partem ſeminis portionem, ſiniſtram aliã ad

ſeſe trahere partē, ſimiliter ſuperiorē aliā eiuſdem portionē allicere, inferiorē aliam partem, ſimiliter ſuperiorem aliam eiuſdem portionem allicere, inferiorem aliam retinere, & ſic dictarum partium dextrarum, ſiniſtrarum, ſurſum, & deorſum alias proximas, vicinas, ac minus magis remotas & remotiſſimas ſuas portiunculas trahere retinere, condere: & ſic non quatuor tantummodò ex dextro, ſiniſtro, ſuperiori, inferiori ſitu, tuo ratiocinio dinumeratis, ſed quamplurimos etiam; etiam, inquam, fœtuum ſitos & fętus dinumerare conſtituereque poſſis, ac inter hæc totidem poſitis vacuis & interſtitijs ad Schenchij fętuum numerum peruenire; ſed vt auius & deuius ſic rationē ſubducis: quoniam vacui tantum in mulie bri vtero eſt, quantum vnius eiaculationis ſemen recipere & continere poteſt, quod illico vndique amplectitur nullo remanente vacuo, ita vt totum vna ex eiaculatione ſemen in vteri vacuo receptum continuum ſit & minimè diuiſum. Adnatis verò poſtea membranis & coriledonibus, quam ob rem fętus dextram magis vel ſiniſtram partem occupare videtur, prout ad illam partem mouetur vergitque in ſuis inuolucris membraneis aqua refertis, & non ſecus, quia totus fœtus à toto vtero æque in ſuis membranis amplexatur, arctius initio ante membranarum cōſtitutionem; ſed poſt alia, aliæue matricis partes à membranis aliquantulum diſtare poſſunt, & ita aliquod vacui inter hæc dari, fierique poteſt, & tunc admittente vteri orificio ſuperfœtationes fiunt, vt bene Hippocrates ſcripſit ſubſcribente Galeno, Mulieres in quibus poſt primum conceptum ſtomacus (id eſt os vteri, ceruicis internum orificium) non clauditur, ſuperfœtāt, quod quum aliquantiſper hiſcere poſſit, & quamdiu poſſit, etiam plures ſuperfœtationes fieri poterunt, vt experientia conſtat, & præter Hippocratem, & Galenum, Ariſtoteles etiam fatetur.

Viri vacui quantum.

5. Aphoriſ. 51.

Quòd autem res ſic ſeſe habeat anatomica ex fide manifeſtè patet: conſtat enim Virginum vterum paruum eſſe, vt vix vnius eiaculationis ſemen continere poſſit: mulierum verò à partu eſſe quidem craſſiorem, ſed ita contractum & læue, vt nulla admiſſa ruga prægnans contentum ſemen vndique proximè amplexetur & foueat. Nec difficultatem faciunt, vrgentque vtero gerentium & parientium mulierum vteri omnes ſecundum dimenſiones magni eoque maiores, plures ſi fœtus geſtauerint: quoniam prout in dies fętus augentur, matrix omnes ſecundum ſui dimenſiones creſcit, quod mirum ſanè eſt, vt in explodendis fœtibus vteri os ſuapte natura minimum, & quod prius clauſum, non ſpecilli aciem, apertum haud digitum ſcriptoriumue calamum admittebat; in partu poſtea non ſecus ac vterus totum referatur adeòque dilatatur, vt magni fętus capiti & humeris egreſſum paret, & demum ac iterum ad minimum reuertantur, quæ mirare poſſumus, intelligere neutiquam: quoniam Dei Sapientiæ proprij effectus. Ex quibus certus fieres, quòd vterus totus læuis, totum vndique ſemen, (initio) amplectitur abſque vacuo, & ſine ruga: nec poteſt dexter proceſſus eminentiaue feminis partē, quemadmodum nec ſiniſter ſeparatim trahere & cōdere. quod etiam ex Galeno clarè colligere potuiſſes de vteri diſſectione tertio, vbi habet, vteri

Vteri & oris magnitudo, & paruitas.

» proceſſus Diocli cornua, Eudemo cirri,
» Praxagoræ, & Philotimo ſinus appel-
» lantur; Suis quidam vulua, & ſi quod
» aliud animal eſt, quod multa ſimul con-
» cipit (nota Galeniſta in multa progignen-
» tibus n ultarum matricum neceſſitatem)
» multos ſinus habere verum eſt. Mulier
» autem & cętera animalia, quæ vuluam id
» eſt vterum, ſicuti mulier habent, vt ca-
» pra & vacca, non in cornibus (quippe quę
» multo minora ſint, quam vt fœtum con-
» tinere poſſint.) ſed in ipſa vteri cauitate
» fœtum habere conſpiciuntur. Vnde iſtos
» exiſtimarim (& tu de illis es, & Galecus
» tibi videris) in huius modi abſurda iccirco
» fuiſſe delapſos, quia neque vſum neque
» functionem horum cornuum ſciebant ex-
» plicare. Hæc perperàm Antiquitas, mo-
dernum Scriptorem nullum tecum facientem aſſignabis, vt miremur tuos a conſilijs tibi Recentiſſimo ſubſcripſiſſe.

Dicit

Mudinij Tall. 52.

Dicit Pariſanus pag.654. ſenſu & ratione manifeſtè patere ſemen maximè fluidum eſſe, & à teſtibus ad deferentia vaſa, ab his ad proſtata, &c. ab hiſce ad penem & fœminæ pudendum.

Reſpondeo ſenſum tuum Pariſane hallucinatum fuiſſe, quãdo ſemen fœcundum fluidum illi apparuit. Si fluidum oculi tui inſpexerunt, fœcundum illud nõ erat, neque verum ſemen. Aſſerit equidem Ariſt.7. de hiſt. anim.1. ſemen fœcundum grandinis ſpeciem referre & eſſe globulentum. tale quod eſt abſque dubio liquidum, maximè fluidum non eſſe quis dubitat? Alibi ſemen fœcundum Ariſt. appellauit ſpiſſum craſſum corpulentius, quæ cum maxima liquiditate ſtare minimè poſſunt.

Non mouetur etiam ſemen à teſtibus ad deferentia, proſtata, nimis per canale virgæ, niſi truſum à partibus, pulſum.

Si ſemen verum fœcundum maximè fluidum eſt, non grandinoſum, globulentum, cur, vt videbimus dicis contra Galenum ex Galeno maxima contentione & compreſſione vaſorum ad ſemen emittendum opus eſſe? ſufficeret mediocris nedum magna, aut maxima.

Facillimè ex vtero ſemen exite niſi infœcundum ſit, & vterus valde frigidus, qui ipſum frigidum reddiderit rationi conſentaneum non eſt.

Pariſani Cont.52.

Delicatiora nimis iſtæc tua, quippe ratiocinio non ſecus egent, quàm, num ſol luceat, aſpectum conſulere liceat. Tu dũmodò authoritate clareas & armatus ſis, de reliquis non eſt tibi curæ: propterea confusè omnia in manipulum (vt dicitur) miſces. Ego nunquam vidi ſemen grandinem emulans, nunquam globulos repreſentans: ſed ſemper in teſtibus, in vaſis deferentibus, in adenoſis proſtatis liquidum & fluidum: ſi modò tu (tres ſeminis differentias ſtatuens) e pene ceu ex arco perforato, (ſclopetam vocant) plumbeorum globulorum inſtar egredi & in matricem impetum facere videris, tuum ex Ariſtotele eſto inuentum. Semen animatum & fœcundum vobis & per vos à teſtibus eſt, & in teſtibus perpetuò maximè fluidum eſt, vti in vaſis deferentibus, quemadmodum ſemper obſeruabis in mulierum ſemine, nec non marium primam poſt ſeminis eiaculationem, cuius ſemen eſt craſſius, quia diu in proſtatis retentum, quo loci abſumpta illius tenuiori parte in continentium vaſorum alimentum inſtaurationem abeunti, craſſius redditur; & eſt cauſa craſſitici, minimè fœcunditatis, vt fabulamini: quæ ſi ſenſu docente experiemini & obſeruabitis, vt expedit, recantabitis ſapientiſſimi omnes, ſecus vos appellabo. à cirſordibus ad teſtes, ab hiſce ad deferentia, & ab his in adenoſa proſtata ceu in penu deſcendit ſemen abſque impetu, nullo impellente, quia ſuapte natura & fluiditate, celebrata à teſtibus coctione (vt à ventriculi chyli portio in inteſtina) in deferentia vaſa, vt ſuperfluum ab officiali membro deſcẽdit. Quum verò in vterum iacitur non quia minimè fluidum, nec quia corpulentius grandinoſumue fit maxima contentione, vt ex Galeno & reapte liquet, opus eſt: ſed quia longiùs tranſmittitur vi & conatu opus eſt. Fœcundos vteros fœcunda quotidie recipere ſemina, & eadem ſtatim à coitu & ab ingreſſu exire, mulierculæ ſciunt omnes, omnes homunculi norunt: quare conſultò tempus in hiſce fruſtra non conteramus; ratum faciente tamen Galeno hiſce verbis. „ Siquidem in ſemine plus eſt igneæ ſubſtantiæ atque aëre: in ſanguine aqueæ terreæque, quamquam præpolleat in hoc quoque calidum frigido, & humidum ſicco. At ſemen ſanguine ſiccius quidem eſt: cęterùm ipſum quoque humidum fluxileque eſt. & alibi ſæpe, quod tu Galeniſta ſciuiſſes. „ *Primo de ſanit. tuend. c.2.*

Repugnant (inquit) Pariſanus vterum muliebrem rotundum intus foriſque læuem eſſe, & extugoſitatibus cauitates conſtituere. „ *Mudinij Tall. 53.*

Si attentè mea conſideraſſes, hæc contra cauitates, quas dixi oriri ratione diuerſarum rugoſitatum, quæ in vteris inſpiciuntur, non effutiiſſes.

Hæc in tuo de Genitura libro opinio & verba ſunt, nec non in meo Par.&San. „ *Pariſ. Cont. 53.*

 Iudicio

Et ratione, & per viſa, & viſus, ea Ausque enſu mũdi.

Digitized by Google

Mundinus de mendacia notatur.

,, Iudicio ad verbum deſcripta pag. 640. ,,
,, Diuiditur autem ſemen per multas ciaculationes ſecundum quas emittitur, aut
,, per plures attractiones ſecundum quas
,, ab vtero attrahitur, aut mediantibus di-
,, uerſis cauitatibus à diuerſis rugoſitati-
,, bus, quæ in vteris inueniuntur factis;
,, vnde adeſt ſeparans.

Miſeri Scyllam non vitantes in Charybdim incidunt.

Ego quum pluribus inuolueris in vtero plures fętus obduci conſtituerim, nec ſecus fieri poſſe omni ratione & demonſtratione ſtatuerim, rationi maximè conſentaneum mihi fuit pro vteris, te, vteros propriè dictos, ſinus, inquam, intellexiſſe, & non impropriè & craſſa Minerua, vterorum vaginas & collum, præterquam quod tuum erat (impropriè loquutus) quid tibi volueris declaraſſe. Tum quia potiùs tibi fore exiſtimaui cum multis doctis philoſophis & medicis erraſſe; quia ſolatium eſt miſeris ſocios habere pęnarum quàm vnus & ſolus nullo ſolatio tota via aberraſſes. Et demum quia ſic nec loqueris nec ad rem reſpondes; propterea pluribus dictis nominibus, etiam tecum facientibus ſic mihi credendum duxi. Quandoquidem quum eo loci ſermo mihi fuerit, de ſemen diuidente, ac de intercipientibus membranis in vtero propriè dicto, in ſinu vbi diuidendum eſſet, vbi membranæ ſemen fętus inuoluunt, non autem in vteri vagina, quo loci nec diuiſione, nec membranis opus eſt; niſi in vteri ſinum cauitates & rugoſitates (tuis vt verbis vtar) poſueris, ad quæſtionem, ad difficultatem, ad rem non reſpondes, vel reſponſum à ſocco ad coturnum; Sed ſic eſt, quod ad quæſitum de diuidente, & diuiſum conſeruantibus reſpondere conaris; ergo in vteri ſinum, & in matricis fundum rugas & cauitates poſuiſti. Facto verò periculo noſtris ex demonſtrantibus fuga ſalutem tibi quæris; ſed ponderanda tibi prius tua verba fuere, quoniam quę ſemel emiſſa irreuocabilia ſunt. Quam ob rem liquidò colliges, nũ meum, an verò tuum effutire ſit, & tuos iudices appello, & protectores doctiſſimos.

Procellatores appellat.

Mund. Tall. 34.

Verum eſt in vteris, vt dixi, inſpici rugoſitates, non dixi in vterorum cauitatibus, ſinubus, nam eſt falſum, at in ſinubus ipſorum poſſe rugoſitates fieri declaro. Ceruix vteri dum conniuet rugoſa cernitur, vt bouum pallatum, dum verò diſtenditur, exquiſite leuis & lubrica apparet, vt in coitu virile membrum amplexaretur & exugeret, hæc ſenſus docet, collum vteri eſt pars vteri, quando dixi indifinitè rugoſitates in vteris inſpici bene dixi. At quando rugoſitates in ſinubus vterorum fiunt? Si, quando vteri collum conniuet rugoſum cernitur, credo, dum vteri corpus ſe circa ſemen cõſtringit rugoſitates conſtituere, vt omnes partes leues faciũt, quę, ſe dum conſtringunt, plicas conſtituunt. Ex his mihi perſuaſi cauitates in ſinubus vterorum oriri.

Pariſani Cont. 34.

Ex his tuis ſatis liquet te in primo tuo tractatu ad rem loquutum non eſſe, ſi ita placuit) quũ nos de vteri parte, ad quam ſemina perueniunt, in qua recipiuntur, & quo loci membranis induuntur, &c. tu verò de vteri vagina loquutus es, vide quàm opportunè. Sciendum deinde fuit ſemen certò ad internum vteri os ciaculari; immo ſecundum quorundam doctorum ſententiam in os ipſum primò & immediatè; quoniam os id vteri indice digito tangitur, nedum pene; vt maximè vanum aſſerere ſit à rugis plicis colli vteri trahi; Quare plicæ nec per ſe, nec primò, neue ſecundario, neue quin etiam ex accidenti ad ſeminis partitionem, adque attractionem facere; ſed tantummodo vt vagina rugoſa membrum, quod lubet & paruum & magnum admittere & amplexare valeat vtriuſque coeũtis delectationi arctatione conduceret; atque etiam tempori ad fętus exitum iiſdem medijs maximè & facilè dilatari poſſit.

Bella fuga.

Vteri hoc eſt vagina plica actio & vſus,

Ampliùs Mundini doctiſſimè, vt certus ſias tua iſtæc ad epheſios eſſe verba, non ad ſubtiles Doctores, eſto ſemen in vteri vaginam, foſſam (non ad matricis os ipſum vt doctiſſimi volunt) ac implicas rugas immitti effundique, quid inde quæſo te? Nonne tandem totum ſemen vaginæ rugas ingreſſum & egreſſum, in internum & germanum vteri os, ſcriptorij calami

craſſi-

tranſitum non excedens, nulla ruga nec interius nec exterius præditum, vaginæ rugis non continuum, ſed in medio à collo vndique æque diſtans, vt nec vlla eius ruga proximè eidem ſemen ſubminiſtrare queat, in bona philoſophia, quia vna veritas, ſi ſapis?

Enimuerò quemadmodum internum vteri os à partu tantum latum, quantum craſſum egreſſi pueri caput eſt, ad ſcriptorij calami anguſtiam ſe ſe recipit, (mirum ſanè, adamuſſim eiuſdem partis exemplum profectò) non vt conſtrictum marſupium rugas & plicas admittit; ſed in ſe ſe collectum vlla abſque ruga viſitur: difficillimum quidem captu, verum tamen docente ſenſu. Vt meridiana ſit luce clarius vteri colli plicas nihil penitus penitusque facere ad eiaculati ſeminis diuiſionem: Ita pariter ſe habet vteri ſinus, & eodem modo in ſe ſe collectus ſemen amplectitur & fouet, vt in eo nec eſſe, nec fieri poſſe cauitates rugaſue, vt non bene tibi perſuaſus & conſultus ſcripſiſti: propterea in arte peritos conſulere tibi fuit, & illos potiſſimum, qui prægnantium muliebres vteros diuerſis à conceptu temporibus mortuos, & viuos in canibus (in quorum duplicibus vteris cellulæ, ſed non rugæ ſunt) ſecuerint, atque hiſce de rebus pericula fecerunt: & eò maximè quod ſciueris non cum imperito negotium tibi fore, & cum homine non dico ſubtili, ſed cum ſubtilitatem profitenti, & conſequenter per tortuoſas anguſtas & fallaces tecum ſemitas tecum vltro veturo, & ſimul tuas captiunculas abſque ingenti labore, ſudore (vt ratus es) algore egreſſuro, & vaſtiſſimis abſque ampullis, intelligitis ne? milites glorioſi?

Perinde vteri os vterum. — *Aduerſ. partes.*

Sed vlterius amabò te & doctiſſimos hæcce tua probantes quæſumus, ſi hiſce omnibus falſis vos donemus, quid ſubducetis inde? Eſto igitur, quòd ſemen diuerſis interpolatis tractionibus attrahatur, quod falſum eſt, quia citius effunditur quam trahatur, quia nixu & impetu emittitur: Eſto tamen, colli vteri rugas in collo ſemen diuidere, quod pariter falſiſſimum, quia ſuperiùs iacitur ſemen: nihilominus (iure etiam tuo) plicis egreſſum ab vteri proprio ore leui & abſque rugis breui attrahitur, (niſi rectà iactum ingrediatur) vnde fruſtra & gratis; quoniam & in vteri fundum totū recipitur, vtque vnum & continuum retinetur. Eſto quin etiam, fiat vobis ſicuti vultis, vterum ſemen amplexum plicis refertum vobis vt perſuaſiſtis, ſenſu & ratione reclamantibus, adhuc veſtris irretimini, & laqueis illaqueamini: quippe ſemen & tunc vnum & ſibi continuum; quoniam illius portiones plicas ingredientes non ſeparantur à toto ſemine, ſed vnitæ permanent, non ſecus ac paſta inter manuum volas contenta volarum rugas & digitorum interſtitia ingreſſa, minimè tamen diuiſa. Vt meridiana luce clarius ſit ex vno ſemine vnum ſemper animans, nec plura vnquam eſſe, fierique poſſe, niſi pluribus coitibus pluribus exiſtentibus vteris per ſuperfœtationem, aut eadem prægnante matrice hiſcente, alio ex ſuperuenienti ſemine ſuperfœtatio fiat, quod per quam rariſſimè in brutis vna præditis matrice viſitur: quoniam paucis primis quibuſdam ſtatis tantummodo diebus marem appetunt, & non vlteriùs: quia initio concepto fœtu matrix illico clauditur: quare niſi congruo & breui à conceptu tempore hiſcente matrice marem appetant admittantque non concipitur: propterea rariſſimè in hiſce ſuperfœtatio fit. In homine ſæpius contingit dictis de cauſis: potiſſimum quia mulier ſemper marem appetit fixam ob imaginationem, & voluptatis recordationem, ob maximam in coitu delectationem & venereas illecebras vteri os reſeratur, vnde ſæpe ſuperfœtatio.

Subtile quæſitū. — *Vnu ſemen Subtilius Vnctis, nulla, &c.* — *Superfœtationes in quibus, & quando.*

Hæc tui Hyperariſtotelis non ficta à venatoribusue recepta, ſed ſenſui innixa, ratione educta & firmata certa ſunto. Vociſera modò tu, & ponè authoritatum clypeo te tueare. Ceteri ſi neſciūt, hinc certò ſciant, quod pluris eſt teſtis oculatus vnus, quam auriti decem, ac centum.

Hyperariſtotelica.

Cum illis, quos hactenus ſtabiliui, modis ſemen humanum diuiſibile ſit, rationem omnium obſeruationum de numeroſis partubus factarum facile reddere

Mundinus Teſt. 33.

Digitized by Google

dere poſſum, & omnes hiſtorias ſeruare. poſſibile eſt & 36. & 40. & 300. vt Schenchius ex diuerſis authoribus colligit æque perfectos fœtus editos fuiſſe. nam ſi per 8. x. vel ix. dies continuos vir aliquis coiuerit & ſemen vnius cuiuſque coitus diuiſum fuerit modis à me aſſignatis, fieri potuit, vt numeroſi illi fœtus vno partu editi fuerint æque perfecti; quia inter vnum coitum & alium paucum temporis ſpatium interpoſitum fuerit.

At Pariſanus ſtatuit in vtero conceptum ſecundum fieri non poſſe, niſi poſt primi ſecundas factas, nec tertium, niſi antea ſecundi ſecundæ genitæ ſint, & ſic deinceps, & hoc pacto per ſuperfœtationem ſemper, dixi in mea diſputatione cum nullam phyſicam cauſam reddere de numeroſis fœtubus æque perfectis vno partu editis poſſe, & nullo pacto hiſtorias ſeruare phyſice poſſe, ſed penitus deſtruere. Si enim 40. conceptus in vtero fiant modo à Pariſano aſſignato per ſuperfœtationem ſemper genitis & interpoſitis ſemper inter vnum & alterum ſecundinis, nonne inter primos conceptus & vltimos ſpatium menſium intercedet? quo modo ergo æque perfecti in vno partu omnes viui adentur, vt editos fuiſſe legitur? Quid dicendum eſt ſi 100. & 300. conceptus fiant, & æque perfecti in vno partu edantur, vt non ſemel editos eſſe legitur?

Quo modo reſpondet Pariſanus? confugiendo ad cauſas ſupernaturales & inter miracula ab eiſdem facta à Schenchio narrata reſpondendo. O per bellam ſatisfactionem. Nonne iſta eſt reſponſio in qua quilibet literatus poteſt plenè acquieſcere? quid vltra philoſophus aliquis requirere poteſt? Ergo vir omnium ſciẽtificus ad vulgarium refugium in difficili quæſito ſe confert, & ſic plenè illi ſatisfeciſſe credit? Vir cui mos innatus eſt, cauſas in difficillimis quæſitis ab alijs redditas deludere?

Pariſani Con. 55.

Nimis cæco impetu & ab re in nos iruis Mundini: in re abſque modo & ſine fine, ac conſequenter nec recto extorqueri quod non debet, quod nõ poteſt, quod non vales extorquere contendis: potiſſimum vbi & quando nos inermes tibi videmur, vt non comice, ſicuti de nobis dicis, & deinceps com ter; ſed tragicè te genris permittentibus immo adhortantibus tuis ſapientibus Protectoribus.

Nec reconditis, notis, probatis receptisque fugis Pariſani eſt vti.

Sciſcitatus à nobis es de Schenchij hiſtorijs de centenis fœtibus cauſas & rationes. Facile & promptum mihi reſponſum fuiſſet, ſi more tuo authoritati ſtetiſſem, Alberti Magni, Nicoli, Gentilis, Mundini, & aliorum in humana matrice ſeptem cellulas, ſinus ſcrobes ſeptuaginta rugas obtinentes, proinde ſeptuaginta fœtus concipere valentes, conſtituẽtium, & ita paucis ſuperfœtationibus ſatisfactum fuiſſet: ſed quia non ex aliorum fallaci libro, ſed ex Naturæ germano, nauigo, tibi tunc debitum quæſitum iure tuo non diſſolui; ſed bona fide pignori tibi reliqui ingenui candidique animi verbũ hoc, Neſcio, quia miraculo factos certò crediderim. Quod modò tu damnas de miraculo (300. factuum) ſignum quærens, & ſignum non dabitur vobis, niſi D. Aurelij Auguſtini reſponſum, cui protſus ſtandum eſt, quum inquit, Temerarium eſt de Dei miraculis cauſas & rationes quærere, & reddere velle: quo circa temeritatem à me fideli ne expecta, & ſcito, quando Cælum tonat ranas non coaxare, ſed tacere oportet. Intelligitis ne?

Candidi animi pignus.

Nobile reſponſũ.

Narro tibi iterum, quum mihi malè dicere inſuaue ſit, & malè audire inſuetũ, dimidium toto mihi maius eſſe: quoniam vt ille inquit, iſtuc eſt ſapere, qui vbicunque opus ſit, animum flectore poſſis. Certum ex dictis & dicendis eſt, ex Schenchio relata, à Natura fieri non poſſe: igitur vltra & ſupra Naturam.

Dignum alterum.

Aſt pulcherrima & ſubtiliſſima Ariſtotelis & ſimul tua pulchriora reſponſa Schenchij hiſtorias probantia & nos docentia, ſimul ambo inhiantes adeamus, dummodo paruulam morulam ſuſtinere velis tuis cum ſapientibus protectoribus & impulſoribus.

Sed quod plurimum refert, Pariſanus, ſuarum

Mund. Taſt.56. ſuarum nugarum ſocium ſibi Ariſtotelem aſſumit & authorem facit. „ Quis, inquit, Ariſtoteles, animal vniparum, „ mittit materiam, talis per naturam eſt, „ (nota bene ob dicenda à nobis) ex qua vnus tantum conceptus generetur, quod ſi „ aliquando plus acceſſerit, tunc gemini „ naſcentur. Ex quo fit, vt hæc teratodi „ potius iudicentur. Curè attendas cauſam, quam Ariſtoteles adducit „ quoniam præter ſolitum, & quod magna ex „ parte agatur, proueniant.

Ex his Patiſanus arguit vt in margine poſuit à minori ad maius rectè ſic ſcribens.

„ Si igitur quia ex materia vnius bini „ procreantur ad portentum confugit (Verbum Teratodi Gaza tradnxit portenta, „ Sueſſanus illum reprehēdit, & dixit debere verti monſtra) quid ſi eadem ex ſeminis pro vno eiaculatione, denos, vicenos, „ quadragenos, centenos, & ijs plures vlterius ex Schenchio acciperet? An putas „ ipſum ad ſupernaturales verè ſe ſe receptúrum, eas ſi agnoſceret?

Sed quia in 6. de hiſt anim. c.22. ſcribit pro oſtenro accipi quando gemelli ab equa & mula generantur, traducatur portenta. Conſidera primo modum dicendi Ariſt. in hiſtoria pro oſtento accipitur, non dicit oſtentum eſt, oſtentum iudico. Loco citato de gen. anim. portenta potius iudicantur, non dicit ſunt iudico. Oſtenta ergo, & portenta appellat ex vulgari dicto, non ex propria ſententia.

Pariſani Cont.56.

Conſideratis conſiderandis ex ſuperius à me dictis, factum eſt ſatis, quoniam

Nota.

re vera philoſophus, quòd portentum ſit in opinione eſt, eamdem confirmat & communi aſſentitur, non reijcit, nec reprobat, nec dicit communiter ſentiunt, nonnulli recipiunt: ſed pro oſtento accipitur, & clariùs, ex quo fit (inquit) vt hæc teratodi potius (nota, potius, quod eſt aſſentiri) iudicentur, non dicit iudicanr. Quare nihil hîc ſubtilitatis, nihil tecum faciens video, & proinde gratis hæc tua ingrata.

Attende modò tu ex Ariſtotele cauſam, & abs te allatam, nimirum „ quoniam præter ſolitum, & quod magna ex parte proueniunt: ergo ſi quia præter ſolitum eueniunt duo humani fœtus, duo equi, portenta ſunt, quid ſi 4. 5. 6. rariùs euenientes? quid ſi 8. x. rariſſimè? quid ſi quinquageni, centeni, & plures ex Schenchio fœtus in Ariſtotelis ſæculo, & iam tum fortaſſe inauditum? quia inter Chriſtianos hæc miraculo, quod conſultò & notandum propono. Quocirca ratione & opportunè Ariſtotelem nobiſcum facientem citauimus, & præterea communem opinionem, & conſequenter meritò, ad miracula confugimus, quoniam portentum barbarè ſonat miraculoſum latinè & purè loquentibus, vt videre eſt apud Marium Nizolium, & Henricum Farneſium romani ſermonis præceptores, intelligitis ne eruditiſſimi? heu Conſultores, ò Protectores.

Notanda propo nitur.

Portentū quid.

Perperàm Sueſſanus & qui ſecum ſentiunt, Gazam reprehendit, quod teratodi portenta traduxerit, quia monſtra vertiſſet, ſeu, (vt clarius dixerim) vertere debuerit: quoniam vt ex communi opinione, & Ariſtotele 2. phyſic. contex.82. moſtrum eſt Naturæ peccatum, eſt defectus, eſt præter eiuſdem intentum, & effectus coactus ex neceſſitate, nec nihil efficiat. At duo & plura ac plurima perfecta ſimul & ſemel propignere, peccatum, defectum, præter intentionem, ex vi, & ne nihil fiat, eſſe, inſipientis eſt dicere: & proinde tuus HyperAriſtoteles nūquam tibi, & tuis nec Sueſſano hic credet, veſtra omnium pace dixerim.

Sueſſani error & cur.

Hyperari ſtotelis inſipientibus non credit.

Argumentum tuum ſecundo non eſt, vt putas, ita à minori ad maius. Vult Ariſtoteles in loco à te adducto, quando plus à mari vniparo ſeminis accedit & plus menſtrui (aures arrigas) à fœmina vnipara quam ſatis ſit ad vnum conceptum efficiendum geminos fieri, & tunc potius iudicari monſtra. at non eſt vt putas adeo paruus à natura receſſus, ſi ab animali vniparo fiant duo, neque eſt adeo magnus vt putas, ſi ab animali, quod multiparum etiam ſit, vt homo, deceni, quadrageni, & centeni fiant. Curè quia

Mundiny Taſt. 57.

quia vniparum dat ſemen & menſtruum natura non diuidi aptum. homo, qui eſt partem vniparum, partim pauciferum, partim multiparum, vt tradit loco citato Ariſt, dat ſemen aptum natura diuidi.

Pariſani Cont. 52. O quàm vera axiomata, quòd paruus error in principio fit maximus in fine: quòd vno ex poſito Inconuenienti plura ſequantur, & abiſſus abiſſum inuocet, vt ex Ariſtotelis enunciatis & authoritatibus, nec nō & aliorum tuiſque dictis pluries, vt ſupra expertus es, ſic infra periculum facietis ſapientiſſimi & oculatiſſimi.

Si mediocris ex Ariſtotele ſeminis & menſtrui certa & ordinaria quantitas vnum tantummodo fœtum progignit, paulò maior portio duos: ergo maior adhuc tres: igitur maior prætcrea quatuor: itaque, & ſic deinceps decies, vicies, quadragies, ſexagies, centios maior, etiam minima inquam addita portiuncula Ariſtoteli, tuo iure & ratiocinio centum, ſiue centeni procreabuntur fœtus: quum tamen me Hercle in ambobus illis corporibus ſeminis tantum, tantumque menſtrui reperiri neutiquam poterit: vterus tantumdem capiet nunquam: tantus inter ſemen & menſtrua ordo: tanta acconomici in diuidendo vobis ſapientia: tanta inter marem & fœminam in mutua coitione, & materiæ contributione: & quanta iſtæc veſtræ phantaſiæ inuenta, & pleno medio nobis demenſa, noſtra imaginatione, noſtro etiam cum cribro capere nequimus.

Si ex parua ſeminis & menſtrui portione addita, duos fœtus in bruto vobis vniparo: duos 3. 4. 5. 6. (Ariſtoteli cognitos) in homine Ariſtoteli portentum eſt: nonne 20. 30. fœtus maximum portentum? nonne 40. maximo maius? at 80., centum longè maius: non ne igitur à minori ad maius hoc? Niſi fortaſſe melius concludere locum topicum eſſe, à minimo ad maximum. Et ita ò boni viri durum eſt contra Veritatis ſtimulum calcitrare. Videamus modò tua in planiori via, præter dicta, quam bellè & cautè incedas.

In ſtimulum calcitrare durum eſt.

Si ex vna maris ſeminis eiaculatione, & mediocris menſtrui vna ſimiliter purgatione per te deni, viceni, quadrageni, & centeni fœtus fiunt: quando vnquam ratione materiæ, quæ maior Ariſtoteli (plurium fœtuum in cauſa eſt) vnius vtriuſque materiæ coitu ratione quantitatis maris & fœminæ materierum vnus tantùm procreabitur fœtus, & nō quamplurimi, quod rarò & rariſſimè contingit, illud vnius ferè ſemper, dico ex partu, nō ex conceptione: quoniam ex vno ſemine, mihi perpetuò vnum. Et ſi per te (vt infra) quindecim initibus quindecim dierum ſpatio 300. Schenchij fœtus geniti ſunt: quo modo iſtæc? (aures arrigas tu) quo modo parui receſſus iſti quæſo te, vt non ſit, ita (vt loqueris) locus topicus à minori ad maius, quinimo, inquā à minimo ad maximum? ab vno ad 40. ad centum nonne perquam maximus receſſus, acceſſuſue ſi mauis, & conſequenter perquam maximum Ariſtoteli portentum, & Chriſtiano pio philoſopho (Latino vocabulo) magnum miraculum?

Homini, & Chriſtiano miraculū.

At videamus ſi te inuito tuis ex ſubtilibus ſequentibus pronunciatis hæc colligere poſſimus.

Mund. Tact. 58. Quomodo ex eo, quod Ariſtoteles dicit, iudicari potius monſtra quando ex ſemine & menſtruo vniparorum gemmini conſtituuntur infers, ſi ex ſemine humano centeni fient, hoc miraculum à ſuperis cauſis factum Ariſtotelem fuiſſe iudicaturum, ſi miracula eas efficere agnouiſſet? Ego certò nihil aliud ex ipſius dicto colligi poſſe exiſtimo, vt tibi concedam quantum concedi poteſt, quam maximum monſtrum illud communiter iudicatum iri. Ego certe non video quo modo à monſtro, ab eo, quod à vulgo portentum iudicatur, fieri poſſit ad miracula illatio. Lectores erunt iudices.

Si Pariſanus ita attentè dicta Ariſtotelis perpendiſſet, vt diligentes facetias, argutias, & ſcurilitates, quæ in Terentio leguntur, collegit & contra me adduxit, non ita facile ad ſuper naturales cauſas Ariſtotelem eſſe recurſurum credidiſſet, quinimo ipſe non tam facile ad eas confugiſſet.

Digitized by Google

fugiſſet. Quare ſemen ſecundum Ariſt. & noſtram ſententiam vt diuiſibile ſecundum naturam: ergo centenos in homine generari non eſt omnino præter naturam. p.34.

Pariſani Cont.38. Et tibi, & Sueſſano dixi, monſtrum eſſe maximum, plures fœtus ex vno mulieris conceptu non portentum, ſed monſtrum eſſe in Ariſtotele doctiſſimum aduerſus Gazam affirmare, vt ratio meridiana luce clarior ſuadet: quoniam ex eodem Ariſtotele, & communi omnium opinione, & proinde etiam tua, ni fallor, monſtrum eſt quid imperfectum à Natura quà tale non intentum, ſed ſemper ac perpetuò præter eius intentionem factũ: adeò vt Natura vt pote ſapientiſſima, proindeque ſemper perfectum, perpetuòque quod melius eſt efficiat, imperfectum vt monſtrum moliatur nunquam: quoniam è directo eidem ſapientiſſimæ vt tale opponitur & repugnans eſt; & cõſequenter nunquam monſtrum, inquam, vltro ſtruit, & quando efficit coacta facit ne nihil peragat, vt diximus, quoniam potius eſt imperfectũ progignere, quam nihil agere. At plures perfectos fœtus efficere, procreare, eſt quid perfectum, quinimo perfectius Naturæ opus, & intentum dum ex ſuperfœtatione poteſt, & nunquam præter intentionem: quare illa abſque ratione & perperam Sueſſanus, monſtrum vertit, & proinde non eſt, quòd ſub Sueſſani authoritatis clypeo te abſcondas, ſed fatearis oportet, portentum eſſe quid miraculoſum vt loquuntur, ſicuti Nizolius & Farneſius interpretantur: & propterea quum vltro ſubterfugiens mihi concedas teratodi portentum huiuſmodi eſſe maximam monſtrum, & tale portentum & maximum monſtrum ſit vltra, & præter naturam, & Naturæ repugnare vt probatum eſt, ſequitur à Natura id fieri non poſſe, & proinde à ſupernaturalibus cauſis fieri, & conſequenter miraculum eſſe.

Monſtrũ verò.

Inanis Mundi ni fuga.

Hyperariſtoteli audendum fuit. Quocirca Mundini erat attentè & diligẽter, quę ſubtiliter ſuus Hyperariſtoteles protulit, nõ iniqua, ſed æqua ſtatera ponderare, vt expercctus, expertus, & melius conſultus ſecundum illa ſententiã ferret, & non aliorum & proprijs nugijs ſtando, deſiderio talia ſua effutita tueri conaretur. Sed multiplicis prolis cauſas, & diuiſionis ſeminis modos pulcherrimos à doctiſſimis audiamus.

Quærit Pariſanus quo modo plures fœtus ex vno initu fieri poſſint? Ego reſpondi ex ſeminis in plures partes diuiſione. Cum enim animalium multiparorum ſemen à natura factum ſit aptum diuidi, vt iam in canibus & alijs animalibus neceſſarium eſſe oſtendi, & homo ſit animal partim vniparum, partim pauciparum, partim multiparum, vt docet Ariſt.2. de hiſt. anim.7. & 4. de gen. anim. 4. eius eſt aptum diuidi, & pro ſingula diuiſione ſub certa quadam à natura determinata magnitudine, eſt aptum fętum generare. Semen virile per Ariſt. diuiditur vt menſtruum diuidat, per nos diuiditur tam ſemen maris, quam fęminæ, & vna pars diuiſa maris miſcetur cum alia diuiſa fęminæ, alia cum alia &c. & ſic plura generantur. pag.30. *Mund. Tatt.39.*

Hinc corruunt illæ tuæ nugæ, quas abſque dubio pro bellis inuentis habes, cur ſcilicet tempore Adæ & Noe natura fęcunditate illa caruit, nam tunc fętus ſecundum naturam, quæ magna ex parte, generabantur, vt etiam nunc generantur. Illud vero eſt extra propoſitum quando quęris, Cur in bobus & equis iſtæc centena non naſcantur? Nam æqui ſolipedes à natura facti animalia vnipara ſunt, vt rariſſimum ſit & monſtruoſiſſimum ipſa duo generare, cum eorum ſemẽ aptum diuidi à natura factum non ſit. Boues, capras, oues animalia vnipara ſimiliter natura fecit, ita tamen, vt cum biſulca ab ipſa facta ſint gemina parere poſſit, & ſemen eorum diuidi in duas partes valeat, & ideo paucifera etiam ſint, at tariſſimè. Quo modo ergo vis in his naturaliter centenos generari? Cur, requiris vt in his quotidie monſtra generentur? p.35.

Pariſani Cont.39. Tandem ad difficultatis & quæſtionis punctum, concluſionem, & metam longa & diuturna patientia peruenimus, vnde dulces

dulces laborum fructus facilè colligere poſſumus, ex præmiſſis iudicium audiris (vt loquuntur) partibus, ferentes.

Illū fædus. Sed hîc, vt vbique, libentiſſimè ſi poſſem vobiſcum fœdus ferirem, vt per vos mihi liceret, eſſe quieto, vtque ſi ingenuè & liberè quid ſentiam dicam, vobis facer non ſim: quoniam Hyperariſtoteles, ſapientiſſimus, Apollo ve dicarà vobis inquam, non eſt mihi curæ, quod perperam facitis. tum quia reapſe poſſum & debeo; poſſum quia Deus Optimus Maximus fecit me nec ſui mancipium, quæ ſua fuit benignitas, ſed ſolutæ voluntatis, liberi arbitrij dicunt. Debeò quia Veritas fucum & moras odit. Tum quia docuit me, vt aliàs dixi Sacrates hiſce verbis, Nulli meorum credere poſſum, niſi rationi, quæ mihi cogitanti recta videatur. Docuit me præterea Ariſtoteles, amicus Plato, amicus Socrates (cuius præceptores maximi & ſibi optimi) magis tamen amica Veritas. Docuit me ſic tandem Galenus (alios vt ſapientes miſſos faciam) Hippocrates & Plato maximi fuere viri (quorum doctrinam mordicus ſuſtinuit) ijs tamen abſque demonſtratione credendum non eſſe ſtatuit. Propterea frontem quamdiu volunt feriant, quamdiu placuerit carpant Ariſtotelis vernæ: quando per doctos viros, ni per eius mancipia, per philoſophiæ campos nos libere exercere dabitur.

Certum à nobis iactum eſt fundamentum, ſi ex vno continuo homogeneo corpore plura fieri debent id dubio procul in plura diuidi debet, & proinde ab aliquo: Et vlterius ab inuicem diuiſa ſeparata manere oportere, ſecus denuò mixta, iterum vnum fient: quod nec ab Ariſtotele, nec à Mundino eius mente fieri iam num minimè doctus ſum. Hoc manifeſtiſſimo & proinde nulla indigente probatione certiſſimo ſtante fundamento noſtra firma & inconcuſſa fabrica ſtabit; & cõſequenter & neceſſario Ariſtotelis, Mundinique altera funditus corruet.

Quæſitū. Quæſtio hîc eſt, nũ paucifera & multipara animalia vno ex ſemine, ſeu vna ex ſeminis eiaculatione plura vno procreent, nec ne, & ſi ſic credatur, quam ob rem. Ariſtoteles & Peripatetici affirmant, & Mundinus potiſſimum. Ratio & cauſa pauciparitatis (vt ita loquar) & multiparitatis, ſeu vt multa vno ex ſemine procreentur animalia. Ex iſtis, & Mundinio præcipuè eſt, quia horum animaliũ ſemen eſt diuiſibile: Aliorum vniparitatis, quòd non ſit aptum diuidi. Quo reſponſo nihil me iudice imperfectius & ventoſius dici poteſt, vt germana ſit dignum admiratione, quorum pace dixerim: quoniam capere nequimus, quam ob cauſam animalium omnium ſemina ex ſe ſe apta diuidi, & diuiſilia non ſint: cum ex viſu & tactu, tum ex ipſa ratione contrarium omnino colligatur: quando in corpore ſeminis partes guttatim & ſeparatim progignantur, diuiſæ tranſmittantur, in coitus eiaculatione iterum diuidantur, in vteri ſuctione ſucceſſiuè pariter trahantur, Noſtra ingenij acies inquam, eo non pertingit, quemadmodum nec attingimus etiam, quòd ille homo ſit vniparum animal, quia eius ſemen non eſt aptum diuidi: alius pauciparus, quoniam illius ſemen eſt diuiſile, ſed parum: alius ſit multiparus, quia eius ſemen eſt multum diuiſile. Eò minus craſſæ nos Mineruæ mente aſſequimur, quòd is ipſe homo modò vniparus, quia eius ſemen non eſt aptum diuidi: modò pauciferus, quia nunc eius ſemen diuidi ſit aptum, ſed parum: modò multiparus, quoniam tunc multum diuiſile, prout ſcilicet vnũ, plures, plurimos parit. Sed cur illud indiuiſibile, aliud parum diuiſibile, aliud multum, modò ſic, modò magis, modò minus? Reſponſum dabitur, quia ſic, quia non, & e contrario. Quid plura? ſit pro ratione voluntas. Forſaſſe quia indiuiſibilitas & diuiſibilitas ſecundum magis & minus ſunt vltimæ ſeminum eſſentiales differentiæ haſce ſeminum ſpecies conſtituentes? quia reſponſum hoc & ratiocinium optimum conſtet ex manifeſtis, notis, primis, & immediatis cauſis? quòd eſſentiales hæ differentiæ, quòd iſdem homo modò vniparus, modò pauciſe- *Aduerſariorũ mira ſubtilitas.*

cife-

ciferus, modò multiparus, adſint & abſint præter ſubiecti interitum, & communia accidentia, minimi ſua refert, noſtra proinde nihil quoque intereſt: quoniam quum noſtro pro cribro craſſior quàm par ſit, farina extet, incribratilem ſic relinquemus, donec diligentiori mola teratur.

Aliam ex Ariſtotele 4. de generat. anim. 4. rationem deſumit ſemen aptum diuidi non eſſe in equis propterea rariſſimum & monſtruoſiſſimum eſt ipſos duo generare: quoniam iſti ſunt ſolipedes. Boues, capras, oues animalia vnipera ſimiliter, quia biſulca à natura facta ſunt, vt ſemen non ſit diuiſibile, niſi rariſſimè.

Hexum nec Hyperariſtoteles capax.

Pepo ſim ego inquam, ſi hæc vnquam me perſuaſum iri putem, quòd ſolipeditas, biſulciditas in cauſa ſint, quin eorum ſemina diuiſibilia ſint, & ipſa vnipara. Verùm an ſunt ſolipeda & biſulca, quia ſemen indiuiſibile, an verò contra: quia ſemen indiuiſibile, ſunt biſulca? Iſthæc columnæ vobis Herculeæ ſunto, ſed datur plus vltra. Sat nobis bellum re vera fuiſſe quæſitum. Cur ſi homo multiparus ex vno (intellige) ſemine. Prima & ſola tunc mater Eua, cuius multiplicari erat, tribus quatuorue partubus mille non peperit filios? An illius & priorum parentum ſemen imperfectum erat? ſecus, quam ob rem ſapienriores iſti doceant. Quum tamen in ſacra Scriptura nullam talem ſit mentionem reperire. Immo dum quæritur quomodo, Achab ſeptuaginta filios habuerit, & tottidem Gedeon concluditur, quòd ex pluribus & diuerſis vxoribus & concubinis ſuſceperint, vt apud Alphonſum Toſtatum 4. Regum quæſt. 2. pagina 91. viſitur. Similiter de quodam Rege barbaro, qui ſexcentos genuit filios referente Franciſco Petrarca de proſpera & aduerſa fortuna. Idem Toſtatus ſuper Geneſim cap. 30. quæſt. 3. pag. 589. & in quintam partem Matthæi quæſt. 37. pag. 152.

Dignum quæſitũ.

Ex ridiculis præmiſſis vana conſequentia

Similiter quum vitulina & bouina carne egeamus, cur mater Natura bouis ſemen diuiſile non fecit ad rem loquentes & quærentes, & ſuibus etiam biſulcis plura ſemper parientibus diuiſile fecit? An biſulcitas iniſtis in cauſa eſt, perſpicaciores?

colligentur.

Concludamus tandem ſemen nec per tuas imaginationes vanas & caſſas diuidi poſſe, & proinde ex vno ſemine plura animalia fieri impoſſibile eſſe: itidem de Ariſtotelis ſemine & menſtruo dictum velim, quod tu aſſeris, & Ariſtoteles 4. de generat. animal. c. 4. voluit, quod non abſque maxima admiratione ſæpe ſæpius legimus, quemadmodum de illius interprete & expoſitore Sueſſano, & alijs Peripateticis. vbi multa dicenda forent.

Hyperariſtotelica quæſita haud ſibi intellecta.

. Quomodo menſtruum in vteri ſinu, præterquam quòd non illico eiaculatum, vt ſemen, ſed ſenſim fluens: an ſimul cum ſemine, an coniunctim, ſeparatimue: quomodo, & à quo prius diuiduntur: quo modo vniantur, quo modo vnita fruſtratim portiones ab inuicem ſeparatæ quin miſceantur ſeruentur, vt fluidum ſemen, vt ſanguis menſtruus extra vaſa in vacuo, cauo rotundo ſeſe contineat quin in imam fundi partem deſcendat. Nos craſſæ Mineruæ magiſtro egemus. Tibi iterum quo modo fœmineum ſemen per cornua in vterum proiectum non diuiſo in collo vteri, quia eò non tranſit, non diuiſum pluribus attractionibus, quia ab vteri ore non ſugitur: non diuiſum ab vteri rugis minimè exiſtentibus. Quid quod Mundini? An chimeræ Hyperariſtotelis iſtæc? ò Iudices vos appello.

Hyperariſtoteles Iudices appellat. At æqua runtur.

Ampliùs ſunto ſeminis diuiſiones à vaginæ plicis iure tuo vel pluribus ex eiaculationibus, pluribuſue tractionibus, adhuc illico in vteri decliniori parte deſcenſu vnum fiet, ſed eſto arbitratu tuo: quomodo, à quo, quo loci menſtruum diuidetur, An guttarim fluens, an fluxum à ſe ſe, an à ſemine conſultò, an caſu? doce nos Cenſor maxime. An concedantur tibi falſiſſima hæc, à Scylla ad Charybdim tranſeamus.

Faciamus ſemen & menſtruum diuidi poſſe, quo vis tuæ imaginationis modo, vt tuæ opinionis tuo etiam arbitratu inuitus falſitatem agnoſcas, & ſaltem tacitus fatearis ad impoſſibile ductus.

Digitized by Google

Aduerſarijs præmiſſa admittuntur.

Diuidatur ſemen vel per plures vteri attractiones iuxta eiaculationes, quæ per te plures ſunt, vel ratione plurium colli vteri plicarum, aut per plures vteri, hoc eſt ſinus rugas à te dictis ex nonnullis nouiter excogitatas; ſemper & continuò in homine, equa, boue, aſina, & quocunque vniparo, hoc eſt vnam gerente matricem, plures & plurimi fœtus fient, quod rationi & ſenſui repugnat, quibus nec Mundinus, nec Műdini nati, nec nati natorű, nec qui naſcētur ab illis ſatisfacient vnquam.

Cōſequentias nec ij, nec nati natorű probabűt vnquam.

Quærat modo aliquis, niſi ex ſeminis diuiſione plures fœtus, vnde fit, quòd alia animalia vnipara, alia paucifera, multipara alia ſint? Reſponſio eſt in promptu, & meridiana luce clarior, quòd animantia omnia ſeminis ratione vnipara ſint, melius dicam; vnum concipientia perpetuò ſunt: quod liquidò conſtat non ſolùm ex communi omnium, omnium dico conſenſu, quod ex defficiente non tantùm ſemine, ſed ex affluenti & multiplici, quin etiam monſtra ſemper fiunt: verùm etiam ex ſenſu, & ratione, & ex perpetua eorundem obſeruatione, & cōfirmatione: quoniam non ex plantarum duntaxat ſemine vno, vnum animans, vnam ſemper ab orbe condito, duas plantas ortas viſum eſt nunquam; ſicuti ex auium ſemine numquam duo pulli, aues; (ex ſenſatis, certis, primis, & perpetuis quum poſſumus demonſtrationes conſtruuntur) ſed bene monſtrum ſæpius: quoniam duo in matricem eiaculata ſemina recepta & concepta ante prioris concepti membranarum completam ſabricam copulata ſunt. Argumentum demonſtrans eſt, quòd nunquam duo niſi in duobus vitellis duabus ſcilicet matricibus, cellulis ſi mauis. Mōſtrum, duos videlicet pullos aues coniunctos membranarum defectu ſæpius viſitur, & ipſe non ſemel vidi, pluries audiui, & legi potiſſimum apud Lycoſtenem de prodigijs & oſtentis.

Solutio quæſiti.

Quæſiti ſolutio, et difficiliű nodatio.

Quærat aliquis, Cur monſtrum duplici aue cōſtans, & nunquam duo aues perfecti ex vno ouo duplici non cōſtante vitello, quod duo ſunt oua, viſi? Ratio eſt quia matricis os clauditur, vt ſuperfętationem prohibeat, ne aliud gallo ſemen oui cellulam ingrediatur, niſi poſtea & paulò prius, quàm membranæ abſoluantur perficianturque, quo tempore dein albumen ſuperadditur: quare prius non poteſt, quia os clauſum nō recipit, paulò poſt poteſt, dű membranæ fiunt, ſed breuiſſimo tempore, & tunc ſemper monſtrum & per quam recenter temporis ob anguſtiam, poſtea ampliùs non recipit illa cellula additum ob albumen.

In multiparis plures, plures propter matrices & matricum cellulas, quarű tamen numerű fętus exceſſerűt nunquam, niſi ex ſuperfętationes in vnam habentibus, vt proprijs oculis perpetuò viderűt plurimi, audierunt omnes. Bruta duplicem matricem pluribus cellulis pręditam canes, ſues, &c. plures fętus concipiunt ſemper plures ſi coeant, paucos ſi paucies: plures ſi pluries certa experientia conſtat, vt vnum ſi ſemel.

Vna prædita matrice animalia vnum procreant ſemper, rariſſimè duo ex ſuperfętatione. Ratio manifeſtiſſima; quoniā quum breui temporis interuallo marem appetāt, & admiſſo ſemel mare matricis os claudatur, adeò vt etiāſi & paulò poſt iterű admittűt, matrix clauſo ore ſemē nō recipit, & ita concipere nequit; at mēbranis adnatis fabricatis, ſi illico marem admittat, ſi appetat & mas præſto ſit concipere poteſt: Sed quia hęc paruo temporis ſpatio cōtingűt difficilia factu ſunt, membranarű, inquam ex fabrica ſeminis maris appetentia, & maris pręſentia; hinc fit, quod rariſſimè in hiſce ſuperfętatio fiat.

In homine verò quia coitus appetentia in promptu ſemper eſt, & prægnationis tempore potiſſimum, (vt aiunt) maxima vrgente delectationis memoria, impellente imaginatione, vt facilè cōtinget vteri os hiare, vnde ſuperfętatio, & pares, & quoquo tempore ſi maximè ſalax vterus, benę valens maximè appetens, ſeminum conuenientia, opportunus coitus, retentio, & cetera ſi requiſita adſint.

Conſtat itaque ex vno ſemine vnum animans ſemper & perpetuo, plura pariter ex pluribus & totidem ſeminibus

con-

continuò & ſemper ſuperfœtatione, ſiue ex matricum & earumdem cellularum multiplicitate, quarum ratione ſemper plures fœtus, pluries ſi coeant: ſiue vnius matricis ratione: vnde bruta vnicam matricem gerentia per quam rariſſimè duos pariunt fœtus: Mulier verò dictas ob cauſas quandoque duos. 3.4. rariſſimè 5.6. vt ex hiſtorijs colligitur, per quàm rariſſimè 10. 12. 15. circiter ſuperfœtationibus fieri poſſe credimus ſi ferax vterus ſæpius aperiatur & dehiſcat, vel congeſtæ materiæ explodendæ gratia, vel quia ſeminis & veneris ſuapte natura auidior ſit, vel quia ex iocunda à viro facta titillatione & venereis illecebris præ feruida libidine efferatus & incitatus denuo ad virilis ſeminis exceptionem alliciatur; vt in pueris & edacioribus vètriculis orificium à paſtu ablatis ex delicatioribus nouis cibis & veluti cupedijs fit. Hoc, hiſtoria multis miſſis confirmare lubet.

Hiſtoria fecũditatis mulieris. Pamica Agrigentina mulier ætate mea Bernardo Belardo Agrigentino nupta tantæ fuit fœcunditatis, vt tricies circiter enixa, tres ſupra ſeptuaginta ediderit liberos. Thomas Fazelius de rebus Siculis lib. 6. prioris decadis.

Mundinus quoque quindecim ſuperfœtationes admittit, tametſi tali ratiocinationi iure ſuo inde 300. ex Schenchio fœtus ſubducit, ſed perperàm, de quibus iam iam.

Quia vterus ſemen adeo arctè amplectitur, vt loco dimoueri, nedum in alias aliaſque partes ſe recipere, diffluere ac deerrare poſſit, quum omnes eius partes ipſum veluti manus vndique comprehendant: ita pariter de duobus ſeminibus forte fortuna illico ferè eiaculatis receptiſque dicendum, quorum niſi ſuis ſingulum membranis diſtinguatur, vt Realdus Columbus etiam inquit, ſimul cohærent, monſtraque hominum ſe ſe attingentium fiunt. *Lib. 12. de re anat.* Vtque ex Naturæ viſceribus etiam colliges in arborum, plantarum ſeminibus, in amygdalæ, & perſici eſſe duo ſemina, duos nucleos non vna, ſed duplici membrana ſeparatim indutos [illegible] partibus amplexata ſemina, quomodo eorum vnicuique ſeparatim ſingulatim, & diuerſo tempore membranæ aggenerentur, factis prius ſeminum diuiſionibus & diuiſis ſeorſim contentis, & è veſtigio ijſdem membranis circumſcriptis, ne quamprimum miſceantur: quomodo inquam, à quibus, & quando fieri præſtarique in vtero abſque cellulis hæc poſſint, craſſa noſtra imaginatio non percipit attingetque nunquam: quia iſtæc Naturæ impoſſibilia factu ſunt abſque ſuperfœtatione, quæ quum in muliere etiam plurium fœtuum vno partu, diuerſis ex conceptibus fieri maniſeſtiſſimum ex ſcriptoribus ſit. Ariſtoteles locis citatis, Quædam iuſto partu fœtum, decimum poſt diem, alterum enixa eſt. Patcus [a] quædam vno partu maſculo hinc ad tres menſes alium peperit. Nicolaus [b] ſuperfœtationem in primo 2.3.4. & 5. menſe fieri cõſtat: vnde N. poſt quintum à partu menſem alterum peperit. Petrus Paulus Pereda [c] idem. Vt Laurentius [d], & alij quamplurimi, vt certa etiam ratione conſtat, tum (alia multa præter dicta) quia proprijs membranis ſinguli inuoluti, tum quia diuerſis temporibus oriuntur: tum etiam quia alij alijs maiores naſcuntur.

a Lib. 24. c. 5.
b ſer. 6. c. 22.
c Lib. 1. c. 55.
d Lib. 4. nat. q. 32.

Hactenus cum Philoſophis oſtendi nulla à Pariſano cauſam de trecentis fœtibus æquè perfectis vno partu editis reddi poſſe, cũ Theologis modò idẽ præſtemus. *Medini Tact. 60.*

Dum miracula Deus facit, aut potẽtia ſua abſoluta & extraordinaria, vt in creãdo ex nihilo mundo, in reuocando illico ad vitam mortuos. & tũc non vtitur cauſis naturalibus.

Aut Deus in miraculis faciẽdis potentia ordinaria vtitur, & tunc cauſis naturalibus à ſe creatis vtitur, & tũc etiam non efficit, vt ipſe contra naturam, vimque illis ab ipſo inditam agant, verum ex communi Theologorum opinione ipſas extollit, vt ſupra naturam & vim ab ipſo receptam operentur.

Quando ergo trecenti, & plures humani fœtus vno partu æquè perfecti editi ſunt, aut hoc factum eſt à potenti abſoluta Dei, aut ordinaria. Non ab

abſoluta, quia tunc immediatè miracula ſuccedunt: & trecenti fœtus non momentaneo tempore, & formati & editi ſunt, ſed tempore humanę ſpeciei à Deo aſſignato: Ergo miraculum illud à potentia Dei ordinaria factũ fuit. Inueſtigemus modum miraculi, oſtenſum in multiparorum ſpeciebus plures vno partu ortos naturaliter non per ſuperfętationem, ſed quia ſemen vno coitu eiaculatum multipliciter in vtero diuiſum ſit. quãdo ergo trecenti in homine, qui eſt animal multiparum, geniti ſunt, & nati vno partu æquè perfecti, ſeruatus fuit abſque dubio modus naturalis, iuxta quem quamplures æque perfecti vno partu edendi formantur. Sed iſte modus ſupra Naturam à Deo fuit eleuatus. Ergo non quia mares in vno coitu multo plures coitus abſoluerint, quàm naturaliter abſoluant, non quia ſuperfœtationes breuiori tempore factę ſint, quàm naturaliter fiant, miraculosè trecenti geniti ſunt, & æque perfectẽ vno partu orti; ſed quia ſemẽ in multo plures partes diuiſum fuit, quàm iuxta naturã, & vim ipſi à Deo inditam diuidi poterat, & in hoc miraculum trecentorum conſiſtet. Et ſic Pariſane in vulgatiſſimo diuerticulo in quod fugiſti, & in quo innumeri defenſores inueniuntur, tutus non es. Porrò non ſatis eſt dicere, aliquid miraculosè factum eſſe, ſed aſſignare oppottet Pariſane modum, in quo conſiſtit miraculum, & in hoc aſſignando in caſu propoſito tui dicti detecta eſt falſitas.

In mente iam diu fixiſſimè concepiſti illam tuam de feminis à toto prouẽtu chimericã poſitionem veriſſimam eſſe, adeò quòd, & mirabilem & diuinam eam eſſe prædicaſti. quid igitur mirum eſt, quum per ipſam de centenis non ſemel genitis humanis fętubus cauſam reddere nõ poſſis te veluti è vulgo quemuis ad ſupernaturales cauſas, nulla alia facta conſideratione, confugere ad miracula? pag. 36.

Pariſani Cont. 60.

Qui tuorum garrituum ſenſum non intelligit, vel oſcitãter & dormitans legit, te optimè cecíniſſe facilè crediderit, & quin etiam laudabit, vt tuus quiſque fortaſſe benignus Lector & Protectores. Aſt intelligentes omnia diſſona, & nihil conſoni colligent, patiamini ingenuè & liberè me loqui, quia res ipſa loquitur opus magiſtrum laudat, & veritas nihil magis odit quã ſilentium & fucum, ſi Fuci intelligitis.

Mittuntur aduerſariorum vanitates.

Mitto quòd ſupra in fine tactus 58. cõ- 1
cluſeris centenos ſimul in homine genitos fœtus omnino præter naturam non fuiſſe: & proinde inferre ſit, quòd partim præter naturam & nõ ſecundum naturam: nec ſecundum Deum, ſecundasue cauſas extitiſſe: quum tamen perfecti fuerint, & ad perfectionem naturalem, & ſupra naturalem: quia minimè monſtra, & deinceps haud quaquam præter naturæ intentionem: nequaquam præter Dei volũtatem, nec præter ſecundarum cauſarum intentionem.

Mitto ſecundò quod in hoc 60 tactu mi- 2
racula, ex abſoluta Dei potẽtia immediatè ſuccedant, quòd in trecentis Schenehij fœtubus formatione & partu non contingit: quaſi Soter ex abſoluta Dei poteſtate ex B. Virgine eodem temporis momento, & genitus & partus ac ortus ſit: ſic ex ſteribus & ſenioribus D. Ioannes Baptiſta, & alij, fide vt certò credimus illico geniti & editi fuerint.

Mitto ibidem te dicere, quod Deus in 3
miraculis faciendis ordinaria potentia vtatur medijs naturalibus à ſe creatis cauſis: ſed quando addis, & tunc etiam non efficit, vt ipſe contra naturam, vimque illis ab ipſo inditam agant. Vt quid iſtæc, inquam, & quorſum?

Miſſum prærerea facio, quòd ortus tre- 4
centorum fœtuum tibi naturalis fuit. ſed ſi naturalis, quomodo, addis, à Deo ſupra Naturam fuit eleuatus? naturalis effectus non eſt miraculum: eleuatio ſupra naturam à Deo mihi eſt miraculum.

Mitto inſuper, quòd inibi, illud ſemen 5
in plures partes pro 300. fętubus diuiſum fuerit, quod iuxta naturam & vim ipſi (tua vt verba vſurpem) à Deo inditã diuidi poterat, & in hoc miraculum 300. dictorum conſiſtet. Igitur erit miraculum, & non erit. At quum tu ſupra tactu 55. firmiter ſtatuas naturaliter id factum fuiſſe, & per quindecim dierũ coitũ ſuperfętationibus

Schen-

Schenchij naturalem hiſtoriã tueris, quo modo quæſo te? hui Protectores. Claudite iam riuos Pueri ſat prata biberunt.

6. Mitto præterea te nos reprehendere, quòd non aſſignauerimus modum, quo à Deo illud Schẽchi nobis miraculum factum fuerit, quoniam tametſi Deus miracula fecerit, quandoque quætere licet: vt quum Apoſtoli ſciſcitati ſunt poſt miraculum, An iſte an ſui patentes peccauerunt? &c. At quo modo Deus ſuis in abſolutis miraculis operetur, quærere, neue capit, neue audet meus intellectus, ſi tuus, proſit. Vos Sapientiores, Conſultores, Protectores, iudices appello.

Protectores appellat.

7. Mitto ſimiliter quòd nec in miraculi refugio per te tutus ſim, vt nullibi ſit tuta fides, nec in miraculo quidem, quod Dei manus eſt. ò maxima noſtri æui Sapientum authoritas & poteſtas. Iam, claudite riuos Pueri, ſat prata biberunt.

8. Quin ſupra, quòd contra nos ſcribendo primùm Schẽchij ſupernaturalem hiſtoriam attuleris, eſto, quod fortaſſe imprudens feceris: excuſſione enim id quandoque dignum, quia nemo omnibus horis ſapit. Sed quod à tot, tantiſque celebetimis Viris Conſultoribus ſubſcribantur, non capio.

Non capitur.

9. Amplius quòd mox iterum de miraculo poſt reſponſionem, referas, ſcienter & acriter quod ad miraculum confugerimus nos reprobas: quod ſimul & ſemel reus tu, non accuſes, falſa falſis tueri coneris? nos perperàm & falsò iudices: vociferando, exclamandoque nos vulgares, fugientes in ignorantium aſylum confugientes, hoſtiliter agens, voces. Quum tamen tecum (& quum tecum dico, cum tuis intelligendum ſemper) perpetuò collato pede ad manus veniam, & tu continuò terga vertas licet caterua comitatus ſis magna.

Maximè erroneum.

10. Sed quòd (deglutire, nedum digerere queo) viſum miraculum abſque rubore occultes, vt tecum facientes, Dei Opt. Max. Sapientiam & Bonitatem tibi apertam abſcondas, hoc nequiter eſt agere, & maxima reprehenſione dignum. Proh Sancte Deus, vt tuis ſequacibus, benignis tuis Lectoribus moremgereres, gratumque faceres, in muſtaceum laureolam quæreres, veritatem velaſti, in puteum proiiciſti, & multorum id etiam factum eſt conſilio? Capiti veſtro hæc ſunto. Ego manus lauo. Bene ægrè fero, quòd me bene loquutum certò ſcientes cederitis; Sed grauiſſimè patior, quod Dei miraculum hoc ſuæ omnipotentiæ & bonitatis ſignum in hominum gratiam & ſalutem (quæ eius eſt benignitas) præſtitum in lædentis correctionem & pęnam, lęſi innocentis leuamen, veritatis teſtimonium vt bonorum audientium ſolamen, vos dolis malis, naturatæ (vt aiunt) impotenti Naturæ tribuatis, quod mihi capitale peccatum in Deum, ac hominum fidem, magnum eſſet.

Proh Deus Optimè.

Manus lauat.

Ego alio in meo Iudicio reſpondi miraculo id factum fuiſſe certò credens, natura id fieri nõ potuiſſe, quemadmodum (non ſubterfugiendo tergiuerſandoue) doctis demonſtrauimus. Sed viſa hominum pertinacia, admiratuſque, quí id fieri poſſet, vt talia crederent, ac alijs aſſererent, Schenchium adiui, vidi, legi, & ſicuti reſpondi factum reperi ex animi ſententia Schenchium nobiſcum facere ac dicere, vt magno Veritatis ergo gauiſus ſum gaudio: & candidè lectoris gratia, eiuſdem hiſtorias ad verbum deſcribere ſtatui, & ſunt.

Miraculoſa Hiſtoria ex Schenchio.

Margarita Florentij Comitis Hollandiæ filia, mulierculam ſtipem petentem, gemellos in vlnis geſtantem, acerbè increpauit, neque eam vno partu duos producere potuiſſe, niſi duorum quoque virorum vſa eſſet commercio affirmauit. Mendica precibus à Deo contendit, vti in ſignum pudicitiæ ſuæ Comitiſſa grauida tot pareret infantes, quot eſſent in anno dies. Preces fuere exauditæ, exacto geſtationis tempore anno 1276. ætatis ſuæ 42. ipſo die Paraſceues peperit Margarita 364. infantes, partim mares, partim fœmellas. Eos ſimul in pelui baptizatos, maribus Ioannis, fœmellis Elizabethæ nomine impoſito, & cum matre paulò poſt morte Epitaphio hiſtorico, Cuius Ludouicus Viues, Eraſmus

Roterodamus, & Ludouicus Guiciardinus in Topographia Flandriæ meminere.

Anno 1322. (vt Maſſeus meminit) quo leproſi per Italiam fontes infecerunt Margarita Comes Hollendiæ eas pro adulteris fœminas arbitrata, quæ gemellos parerent imprecatione cuiuſdam pauperculæ, quam fortè eamdem ob cauſam acerbius increpaſſet, vno peperit partu 365. omnes vitales pollicis magnitudine, quos ſacro fonte cādidatus cōtinuo mors excepit. Gemma lib. 1. c. 6. Coſmocrit.

Oſtenti loco haberi poteſt, quod accidit ab anno à Virginis partu 1310. cum Henricus Luxemburgenſis in Germania imperaret. Quo tempore Margarera Olandæ Comes 360. viuos vno partu edidit: qui omnes baptiſmi charactere illuſtrati fuerunt Author Baptiſta Fulgoſus. Mizaldus centur. 8. memorabil.

Hæc ex Schenchio ad verbum omnia libro 4. de partu numeroſo, nec non ſequens.

Audi aliud miraculum ex eodē Schenchio pariter, quod te etiam mouere debuerat, ſed quia non è re tua fuit, è calamo excidit. Pariat vobis Deus.

Alia ſimilis. Iſembertus Comes de Altorf vxorem Irmentrudē. Hæc cum pauperculam fęminam eodem partu tres liberos mares enixam vidiſſet, & tamquam impudicam reprehendiſſet, quod ex eodem viro tres ſimul filios ſuſcipere impoſſibile videretur: ipſa poſt annum (Deo ſic eius ſuperbum iudicium cōfutante) abſente viro 12. mares enixa eſt. Perterrita eo caſu, quod iam de ſua quoque pudicitia dubitari poſſe arbitraretur, obſtetrici xi. in proximo torrente Schercio mergendos committit, vnicum illa ſeruat. Paret obſtetrix. Obuius fit illi Comes, impedit &c. ſcribit Baruſch.

Siccine igitur Mundini quæ ex oculata fide ex tot Hiſtoricis habes falsò nos aduerſus affers, & miſſo miraculo tuo falſo ratiocinio, in quindecim ſuper fœtationes quindecim diebus factas diuidis & partiris, atque naturatæ Naturæ tribuis? *Protectores Appellat.* Et vos boni Iudices, Protectores, quid? Vos appello.

Hiſce ſtandum, non Ariſtotelis de muribus authoritati: quibus de nugis (niſi religio mihi eſſet) Mundinio Apollinis reſponſis quærerem, num 120. murium ortus à Deo modus eleuatus fuerit. Sed quid?

Si certiſſima, quia Naturæ impoſſibilia, & quia miracula eſſe maniſeſtiſſimè conſtat, nobis aſſerentibus Mundinius cum Protectoribus non admittit, an probabilibus noſtris aſſenrietur? ab hoc vno diſce reliqua, mirare, & ſimul obſtupiſce candide Lector.

Tentaui ſupra à coitu papilionum ſericorum exemplo declarare diuiſionem in partes paruas ſeminis humani, membranas poſtea ſibi aſciſcētes, adeò quòd viginti 100.300. fœtus vt narrat Schenchius conſtitui & edi poſſint. Vnde meo iudicio horum diuinis illis mentibus negotium faceſcere non debemus. *Mund. Taſt. 61.*

Contra hæc Pariſanus indignarus putans ſe demonſtrare indecenter perit, vt Mundinus ſibi hoc mundet „ Papilionis ſericei ſemen, eſt ne animatum? Maximè dico ego. „ At quum papilionis ſit ſemen, animam papilionis habebit. Affirmo „ Ergo auiculam progignet. Cōcedo, ſed non immediate, ſed mediante verme ſericeo, qui iuxta meam ſententiam eſt idem cum aurelia Ariſtotelis & eſt imperfectus papilio. Papiliones illi, quemadmodum & muſcæ oriuntur per binam generationem, & ſequendo Ariſtotelem pertrinam. Nam ex ouo, primò vermis, ſecundo ex hoc aurelia, ex hac papilio: ſemen ergo papilionis auiculam mediante verme generat. Dicis „ generat vermen, at vermis differt ſpecie ab aue, & hinc infers contra me mille abſurda. *Confeſſio Mundini.*

Reſpondeo vermis inquantum vermis differt ſpecie ab aue in quantum auis, & aliquando etiam genere: ſed talis vermis non differt ſpecie à tali aue, & habet eandem ſpecie animam & numero ſicuti eſt de verme ſericeo, nam habet formam vermis, ſed eſt imperfectus papilio. habet enim in ſe omnia initia membrorum papilionis, licet non conſpiciantur, quæ

ſuo

ſuo tempore expullulant, vt cornua; nam & vitulus & ceruulus abſque cornibus naſcuntur, & nos abſque dentibus, & tamen illi latentia initia cornuum in cranio, nos in mandibulis latentia initia dentium habemus.

Nota eſt ranarum generatio ex exiguis animalculis nigris, qui vulgo ranabotoli vocantur, quorum non eſt conſpicere niſi caput & caudam. i. caput & ſpinam, quibus tamen in ſe contractis & craſſiotibus factis colore nigro recedente brachia & crura primò exigua & imperfecta ſubinde perfecta expullulant. Ranabotolus eſt rana imperfecta, neque ſpecie differt à rana, & tamen formam ranæ primo tempore nullam repreſentat.

Ecce Pariſ. quod mundaui nō ſolùm, ſed enucleaui, emedullaui, quod indecenti illo modo à me petijſti. Affero exemplum in plantis. Prima germinatio in ſeminibus plantarum non diſcernitur cuius plantæ ſit, ſub forma herbæ per annum integrū manebit, vt de apio contingit, ſpatio temporis perficitur, herba euadit frutex arboreſcit quodammodo, an anima numero eadem quæ erat in herba, non remanet in frutice? pag. 38.

Pariſani Cont. 61.

Ecce adhuc pretermiſſo miraculo, Naturæ impoſſibile vermium exemplo abſurda perſudere conaris miſerrimis additis fugis; ob quas quid vis nos indignari, ſi de minimis non curat prætor? Vtinam potiora attuliſſes, nos docuiſſes, ac tuam in ſententiam, poſita veritate, nos duxiſſes, quam ob rem petij vt ea nobis mundares tuam in ſententiam nos venire ſi voluiſſes; ſed nequaquam mundaſti vt gloriatis, bene ab hiſce mundus & innocens nobis videris, & extas tuis cum ſapientibus conſultoribus.

Admiratione.

Potius ammiratione digna.

Teſtes.

Ceterùm quo modo primùm ratiocinaris tu nos indecenter tecum loquutos fuiſſe, quia illos te nodos mundare petierimus? Teſtor Deum maximè me tūc admiratione affectum fuiſſe, quum primùm tuam quærelam legi: tum quia te lædere nunquam in animo fuit, tum quia ſic conſcius ipſe mihi admiratus etiam fuerim, quòd illius verbi; Mundare, indecentiam ignotaſſem, & ita imprudenter lapſus eſſem.

Propterea illico Nizolium, & Calepinum adiui, ſed nihil indecentis, indecori nihil inueni: quare quem noſtri admirer, appello te: quoniam hoc tandem vnum ſcio me cum Regio Profeta erga Deum ſæpius dicere, (in tui gratiam repetam.)

Regius Profeta.

Amplius laua me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me. Amplius mundabis me, &c.

Pſal. 50. Miſerere.

An Regio me Vate ſapientiorem deſideras? An maiora in expertis? Dij igitur tibi meliora.

Tua exempla adeò vndique omnibus pedibus claudicant, vt neutiquam ſtare poſſint. Nulla ratio, nedum par eſt inter ſericeorum papilionum & humanorum fœtuum procreationem, non ſolùm plures dictas ob cauſas: verùm etiam quia materia ouorum vermium iam diuiſa, quia matrices innumeræ actu ante congreſſum, & ab inuicem ſeparatæ, vt ſeparantibus membranis initio non egeant.

Mūdini claudicātia exempla.

Præterea hic non intelligimus quo modo papilionis ſemen auiculā mediante verme progignat non ſolùm, quia genito & præſente verme ſemen non ampliùs exiſtit, & quod non eſt non generat: verùm etiam quia medians ſubſtantificum quatenus medians re diſtinctum eſt ab ijs quibus eſt medians.

Non intellectile.

Vlteriùs ſi ex ouo primùm vermis, ex verme Aurelia, ex hac papilio ex trina tibi generatione, vt narras, quæſo doce nos, quo modo iſtæc tua ſubſiſtunt, ſi generatio eſt tranſitus a non eſſe, ad eſſe: à non eſſe talis formæ ad talem formam: & vnius ortus alterius eſt interitus?

Indigeſta omnia.

Tua, inquam, exempla ad rem nullatenus faciunt: neue cerui: neue hominis, quoniam homo & ceruus ſemper eadem animalia ſiue dentata & cornuta: ſiue illis deſtituta ſint, nulla in eſſentiali accidentaliue forma mutatio, nulla partium deperditio & iactura, ſed earumdem incrementum, nulla eſſentialis præexiſtentium partium mutatio ſequitur.

Inania & ad mi nimè ad rem.

Rauabotolus eſt rana in fieri ad perfectam

Rana maxatio. ctam fabricam, vt omnia animalia in ſui ortus initio ad ſenſum quod attinet; ſed ſemper ſunt eadem & ſpecie & numero perfectione & operis in abſolutione tantùm differentia: vnde ſtantibus primis ſemper reliqua ad illius formam & perfectionem ſpectantia ſubſequuntur. Vnde Ranabotolus habet ranæ caput, & ſpinam, quibus accedunt, hoc eſt inuiſa & ob paruitatem non apparentia ſubcreſcunt crura. Itidem & Apij planta proprias radices ſemper retinet, & fruticis principium, quibus auctis reliqua ab eiſdem generantur & ſubcreſcunt nullis eſſentialiter mutatis.

Falſa & ridicula oſtenduntur omnia. Contra ſericei vermis mutantur viſcera, ſicuti & caput, & os, pereunt omnes 14. pedes vna cum cauda: & hæc per te ſunt ex ſemine. Tollitur figura & partium & totius magnitudo, mollicies euaneſcit penitus, temperamentum & operationes aliæ protſus ſunt, vt ſi Aureliam Criſalidem ſpectes frangaſque experieris: nullum ſiquidem vermis inſtrumentum videbis, nec motum, nec excrementum; ſed ſolùm materiam homogeneam lacteam: Quare manifeſto eſſentialis mutatio ab hoc eſſe ad illud. Quo modo igitur Papilionis initiata? Apparet poſt Aurelia, nullis vermis exiſtentibus: quo igitur modo poſthac mediante verme, ſemen tibi conceſſum (quod iam diu abijt, & poſt ipſum vermis quin etiam) papilionis auiculam procreat? Poſt hæc papilio ſecundum ſubſtãtiam, iuxta partes omnes, omnia penes accidentia, nec non actiones, diuerſus & alius ſe ſe offert; vt manifeſtò pateat auiculæ ortus à non eſſe vermis ad eſſe. Vide tu modò quam benè & bellè bellis tuis exemplis noſtra quæſita, mundaueris (vt gloriaris) enucleaueris, atque (tuis vt verbis vtar) emedullaueris: quum horum & tibi corporum penetratio non detur.

Aduerſariis diſcẽda. Mitto hîc quædam nobiſcum facientia ex tuo magiſtro Aquapendente de oui & pulli formatione. pag. 20. 45. 46. 47. didiciſſes tu, & tui Protectores.

Mund. Tact. 52. Venio igitur ad minorem argumenti Ariſtotelis in pennatis verificandam. Contendit Pariſanus contra Ariſtotelem oſtendere plura vno coitu animalia non generari, nam plures pullos ex vno ouo generari non eſt viſum, niſi ouum geminum ſit: ergo &c.

Reſpondi in mea diſputatione, quòd hoc argumentum non concludit contra Ariſt., quia licet ex vnico ouo plures pulli non generentur, ſtat tamen adhuc à mare ouiparo plura in vno initu generari. nam ſi vnico initu galli plura oua fœcunda reddantur, ex illis plures pulli naſcentur, & ſic plura ex vno coitu fient: niſi ergo probetur ex vnico initu galli cum gallina plura oua fœcunda reddi non poſſe. argumentum contra Ariſt. nullam vim habet. Denuo ergo contra Ariſt. inſurgit ſic.

» Si plures vno initu pulli progignerentur, mutatis admiſſarijs, proles non eſſet varia, alia inquam primo, alia ſecundo procreanti gallo ſimilis, vt ratio dictat, & experientia docet. At Mundinus, inquit, cum ſua imaginatione aufugiet.

At ego reſpondeo, & dico neque hoc primum aliud tuum medium concludere. Dicet Ariſtot. ſi vera ſunt ſemper quæ tu narras, prolẽ ſimilem poſtremo gallo naſci, quia recenter ſemen emiſſum cũ ſui in agendo roboris nil euanuerit, maiorem vim effingendi, & ſibi ſimilem prolem gignendi habet, quàm anterius emiſſum; & ſic ſucceſſiuè, non tamen ob id ſequitur dicet Ariſtot. anterius emiſſum plura oua fœcunda non reddere. p. 39.

Pariſani Cont. 62. Nimis craſſa Minerua omnia. Vanum & parum ſubtile reſponſum. Etenim ſi primi recepto galli ſemine, ſecundi oui matrix clauditur (loquimur de ſecundo in ordine ouo, in primo enim & per Ariſtotelem & per nos primi galli conceptio eſt) in quod primi coeuntis galli ſemen peruenit, in ipſo conceptio facta eſt, fit, ſietue per Ariſtotelem, aliud non concipitur, nullaque mutatio fit, & conſequenter non varia proles: Sin verò aperta matrix eſt, & ſecundi etiam galli ſemen recipitur, vel ſemper monſtrum, duorum vnitorum pullorum: vel duo pulli ex duobus ſeminibus perpetuò. Immo quum ex Ariſtotele non in primum & ſecun-

ſecundum dumtaxat ouum ſemen perueniat, ſed in quamplura, in pluribus ſimul & ſemel ſingulis ouis totidem ex duobus ſeminibus, monſtra, vel bini ex ſingulis pulli continuò procreabuntur, quæ falſiſſima oſtendimus, & docente ſenſu, experimur.

Mund. Tact. 63. Arguit ſecundo Pariſanus, „ Tunc oua ſeu lutea fœcunda fiunt, quando craſſa ſunt, & albumine tegi debent, nōdum tamen id aggeneratum eſt. At quandocunque ouis refertam gallinam euiſceres, ſemper vnum tantummodo luteum craſſum reperies, alia à duobus tribuſue ad ſummum multò minoribus, minima intueberis, ita ſenſus docet.

Per Ariſt. non luteum, ſed albumen fęcundatur, non luteum ſed albumen eſt, materia fœtus. Per me grandinoſa ſubſtantia fœcundatur, & eſt materia, luteūque non fœcundari in fine huius pennatorum ſpeculationis monſtrabo. Quando luteo iam appoſitum eſt album non poteſt per Ariſt. fœcundari, ſed reliqua albuminoſa ſubſtanria apponenda vitellis poſt coitum perfectis, per me autem reliqua grandinoſa vitellis perfectis poſt coitum apponenda non iam appoſita. Per Ariſt. ratio eſt tibi ignota, quia ſemē nō poteſt album iam circa vitellum appoſitum peruadere & fœcundare; minus per me grandinoſam ſubſtantiam fœcundare ob impedimentum albi circundantis luteum, & grandinoſam ſubſtanriam. Quocirca hoc tuum contra Ariſt. ſupponens luteum fœcundari, nullum eſt. p. 39.

Pariſan. 63. Nec caput nec pedes habet. Sermo hic tuus nec caput, nec pedes habet ſi ſanus ſum: præterquam quòd, ad rem, non facit. Dicis „ Quando luteo iam appoſitum eſt album, non poteſt per Ariſt. fœcundari. Eſto, vobiſcum mihi conuenit. „ Sed reliqua albuminoſa ſubſtantia apponenda vitellis poſt coitum perfectis. Hoc eſt quod & dico & aſſero verum eſſe, conceptum, inquam, eſſe ante albuminis ortum. „ Per me (addes) reliqua grandinoſa vitellis perfectis poſt coitum apponenda, non iam appoſita: Ergo Mundini vitellus, vel vitelli tunica ſemen recipit, quod nos dicimus, & non tuæ calazæ grandinoſa ſcilicet ſubſtantia, quia nondum appoſita, nec exiſtens. Sic tibi conſtas? Sequamur,

Per Ariſtotelem ratio eſt tibi ignota, „ quia ſemen non poteſt album iam circa „ vitellum appoſitum peruadere & fœcundare. „ Hoc mecum facit & certò ſcio, quod omnes vel bardi optimè nouerint, proinde ſcienter aſſero ante albuminis procreationem in vitellum prolabi. „ Quocirca hoc tuum argumentum ſupponens luteum fœcundari nullum eſt. Vt mittam te certò ſomniaſſe, quòd luteum fœcundari dixerim, quando ridiculum illud credam, Innocens ego ſum ab hac tua concluſione. Ad rem propiùs.

Si albumina fœcundantur, & euiſcerata gallina docente ſenſu vix vnus aliuſue maiores, reliqui minimi, & abſque albuminibus, quo modo quæſo vos doctiſſimos albumina fœcundantur, & ſi ſingula oua vno quoque die eduntur peraro bina, quia rariſſimè gallinæ ſinguloquoque die bis fœtant, quoniam vitelli parui fiunt, & albumen non ſuppetit vitellis ſaltem in vitellario à matrice (Ariſtoteli ignota) diſtantibus dum primum ouum fœcundatur: ideo noſtræ tantummodò certæ & oculatæ experientiæ, ex Ariſtotele & communi doctrina ſubſcribēdum tibi fuit: quippe, quod non eſt, donec non adſit, (tua vt verba vſurpem) fœcūdari nequit, vt manifeſtò pateat, quam bella Ariſtotelis doctrina ſit, & conſequēter tua ex eo diſciplina, quam vt tuis, nobis quoque doctrinam fore voluiſti. Hęc ad Ariſtotelem quod attinet. Modò ad tua & præceptoris tui Aquapendentis pulchra commenta, diueniamus. *Vlterius reijcitur.* *Bella { Ariſtotelis doctrina. Mundini a ſcipling.*

Mund. Tact. 64. Tertiò arguit Pariſanus „ Et ſi gallinam præterea à gallo poſt coitum ſeiungas, & abſcondas, primo excepto animato ouo, alia ſubuentanea experieris; non „ ergo vno ex coitu animata fuere. „

Pace hyperariſtotelis dictum ſit, an hæc experientia ſit vera dubito, quia cōtrarium Ariſtoteles & Aquapendens pręceptor eſſe fatentur contrarium quoque mihi ruſticæ mulieres præcipuè de galli-
nis

nis indicis narrauerunt. Credo autem magis Ariſtoteli & Aquapendenti, quam Hyperariſtoteli. Ego periculum huius rei non feci, faciam interim, & rogo lectores vt faciant.

Dato autem, ſed non concesſo experientiam eſſe veram nihil contra Ariſt. concludit, quia niſi gallus, alia dantur animalia quæ vno coitu plura generant, vt canes. p.40.

Pariſani Cont.64.

Aſtutum ſerpentem imitatus mihi videris, poſtquam hinc inde ſerpendo, tergiuerſando, ſubterfugiēdo altera ceu aure terræ affixa rationibus ne vincaris, alteram demum obſtinationis cauda claudis experimento & oculatæ fidei nũtium remittis mihi demonſtranti, & nunc præterea cum maximè gallinacci ex vteri fabrica, ſemen ad vitellarium neutiquam peruenire poſſe, cum magnam propter vitellarij primi vteri diſtantiam, tum ſecũdi ob vteri ſpirarum impedimentum; ſed in ſecundum tantummodò vterum, vbi vnus ſemper ordine & tempore ſolummodò ſemel vitellus deſcendit, vt perpetuò viſitur: & conſequenter vnum dumtaxat ouum fœcundatur, & deinceps Hyperariſtoteli tuo magis, quàm mulierculis, tibi, Aquapendenti, & Ariſtoteli credendũ fuit, vt ex veſtris, tuis inquam, & tui præceptoris Aquapēdentis & ſapientum Protectorum pro Ariſtotele ad fugam excogitatis nugis exploſis videre eſt ſicuti iam iam clariùs & vlteriùs eluceſcet.

Hyperariſtoteli magis credendũ fuit.

Verum alterum argumentum contra me adducit & eſſe demonſtratiuum arbitratur.

Mund. Taſt.65.

Per me galli & gallinæ ſemen in duabus illis grandinibus, quæ in ſingulo ouo reperiuntur, chalazis ab Ariſtotele vocatis exiſtit. Cum igitur hæ duæ ſint longæ, & per latum vitellum ab inuicem diſtantes duo ſemina in vno quoque ouo aderunt, & ſic ex quolibet ouo duo ſemper pulli emergent.

Vt reſpondeam & demonſtrem benigni lectores pullum ex chalazis, non ambabus, ſed ex vnica corporari, & nõ duos, & non ex alia parte plaſmari poſſe (& hoc erit contra Pariſanum) de partibus ouum conſtituentibus dicere neceſſum eſt. Conabo verò totam hanc hiſtoriam clare narrare inhærendo ijs, quæ tum ab ore celeberrimi præceptoris Aquapendentis audiui, tum oculis inſpexi, tum à ſuo doctiſſimo libro, de ouo & pulli ex ouo formatione dein edito, didici.

Breui vteri gallinæ hiſtoria ex Aquapēdente.

Vterus gallinæ duplex ſuperior & inferior, ſuperior prope thoracem, in quo viſitur racemus vitellorum, quem Aquapendens vitellarium appellat, cui adhærent medio pediculo minimi vitelli, vt millij grana & paruus & magnus, qui ex amplificata membrana, & abrupta ſeparantur à pediculo, ſeparatus vnica propria & tenuiſſima tunica obductus in mēbranoſam ac latiorem cauitatem in infundibuli formam emulantem diuoluitur, & in ſecundum vterum deſcendit, qui eſt membranoſus oblongus, amplus anfractuoſus ſpiris refertus tribus. Intus in huius vteri cauitate plicæ permultæ tranſuerſæ & inſignes adnotantur, & in ſingulis albuminis exigua portio contineri cernitur.

Quemadmodum ergo in ſuperiori vtero vitellus ex ſanguine attracto à vitellario generatur, ita in ſecundo vtero reliquæ partes ouum componentes ab ipſius ſubſtantiæ vteri proprietate & ſanguine ex meſenterio attracto generantur chalazæ, albumen, membranæ, & cortex, quæ vt ex vario ſanguine, ita ex varijs partibus vteri procreari. In prima igitur parte infundibulo continua in prima ſpira chalazæ, quæ vitello magis, quàm albumini adhærent, quia primo vitello. Sed obtuſa vitelli pars prima peruenit ad hanc ſpiram, ideo magnam aſſumit chalazam ex pluribus chalazis conflatam; pars vitelli acuta minorem aſſumit chalazam, quæ ligamenti potius ſolius naturam habere videtur.

E prima ſpira ſenſim deſcendens vitellus per ſpiras duas alias in media parte ſecundi vteri exiſtentes voluitur, vndique albumen, quod in plicis adeſt, & reſeruatur, illi apponitur. Vbi igitur iam albuminis iuſtam quantitatē ouum

ade-

adeptum eſt, quod in vltima ſpira contingit tunc membranæ humores obuoluentes ereantur, primoque interior mollior tenuiorque, mox illi proxima craſſior firmiorque deſuper imponitur, vltimò cortice obducitur.

Omnibus his ita declaratis & ſtantibus ad Pariſani contra me allatã reſponſionem reſpondeo. Partem vitelli, quæ primò occurrit primæ ſecundi vteri ſpiræ, maximam, puram, ſpiſſam, calidiorem ſeminis galli & gallinæ portionem ſibi aſſumere, ex quo ſemine, & ex ſubſtantia ligamentoſa & filamentoſa chalaza reſultat, quæ in obtuſa vitelli parte adhæret. At acuta pars vitelli paruam, impuram, liquidiorem frigidiorem portionem galli & gallinæ ſeminis aſſumit ſimilem portioni ſeminis aquoſæ, quæ poſt venerem à perfectis abſolutam à pudendo collacrimat. vnde ſeminalis pars contenta in chalaza, quæ in obtuſa parte vitelli eſt, pulli formationẽ inſtituit. alia vero chalaza. ſeu potius pars ſeminalis in illa exiſtens, minimè inſtituere poteſt, & ſic licet in vno quoque ouo adſint duæ chalazæ, ex vnico ouo non duo pulli generantur, ſed vnus. Quod ſi pars acutà vitelli primò ſpiræ primæ occurreret, ipſa, non alia formandi pulli facultatem obtineret.

Quo modo verò per me, qui à ſemine galli vnico coitu emiſſo plura oua fœcundari, ſemenque galli in ouo contineri ſtatuo, vitellus oui non totum ſemen à gallo emiſſum, quando ad primam ſpiram deuenit ſibi cum chalazis aſſumat. Sed ſeminis galli portiones pro alijs vitellis reſeruẽtur, & illi illas ſigillatim cum chalazis aſſumant. Scitu difficillimum eſt, natura verò factu non difficile. Aquapendens præceptor aſſeruit ſemen galli vterum chalazaſque fœcundare neque in ouo contineri. at vt ibi concluſi, ſequetur hoc modo viuiparorum ſemen materiam à fœmina præſtitam fœcundare, non partem inſtituti fœtus remanere, & ſic tantum efficiens erit, quemadmodum Ariſt. ſtatuit. Magnum re vera pro ipſo argumentum.

Quare cum dico Pariſano chalazas ex ſemine vtroque conſtitui, intelligo etiam ex ligamentoſa chalazæ ſubſtantia, vt pateat quo modo ſemina miſceantur cum chalaza, & quæ miſtio ſit iſta.

Quum itaque pullus non poſſit inſtitui ex cortice, neque ex membranis albumen & vitellum inuoluentibus, neque ex corpuſculo albo magnitudinis lentis, cicatricula ſcilicet pedunculi à quo pendebat vitellus ſeparationis veſtigium, neque ex albumine & vitello, tum quia conſumata generatione pulli adhuc vitellus & albumen ſuperſunt vſque ad pulli excluſionem, tum quia ex eo non poteſt totus fœtus inſtitui, quod pro illius nutritione in ouo inſeruit, vt vitellus & albumen, quæ ſunt pro nutritione & generãdis partibus carnoſis, non ſpermaticis & albis: ergo ſunt chalazæ à ſufficienti partium enumeratione ouum componentiũ.

Confirmatur primò, chalazæ nullæ apparent genio fœtu & perfectè formato, & dum reliquiæ remanent efformandarum partium, alarum, & crurium, quę vltimo loco emergunt, ſimiliter chalazarum reliquiæ ſuperſunt ex obſeruatione per plures & plures annos Aquapendentis, ſignum certiſſimum ex illis corporari.

Confirmatur ſecundo, quia ex exigua materia pullus inſtitui debet, ergo chalazæ erunt materia corporationis pulli.

Magnũ tibi cerbellottico iure Chaos, indigeſtam confuſamque molem non amicitia, ſed litibus & diſſidijs plenã Mundini conſtituiſti, informia inde pepeciſti, duce non ratione, comite non ſenſu: neue Ariſtotele: neue Galeno, Aquapendentcue præceptore alioue aliquo celebri, quod ſciam, tibi conſulenti: niſi fortaſſe Conſiliariorum Protectorum motu impulſus fœtus impulſus coactuſue feciſti, quia nec tecum ſemen in teſtibus animatum ponente ſis. *Pariſani Cont. 65. Aduerſariorũ indigeſta moles. Chaos.*

Tria in pulli generatione, ſicuti in viuiparorum procreatione requirũtur: matrix, ſemen, & alimentum. De Ariſtotelis ſeminibus opinionem aliàs improbauimus. Similiter, quòd ex albumine pullum *Tria neceſſaria in generatione requiſita.*

Ariſtot. Demius.

pullum conſtituerit. Nunc obiter dumtaxat dixerim, eum matricem præterijſſe, matricem dico, quæ ſemina recipit conteruat & eidem alimentum parat, quã in vitellario ſtatuit 6. de hiſt. an. c. 2. quo loci nec ſemen peruenit, nec albumen, nec eius externæ membranę, quemadmodum nec cortex progignũtur. At tranſeat hoc quoniã à nullo, nec à ſenſu ipſo edoctus, Id maxima admiratione nos afficit, quòd, doceat ouũ (non dico in ouo pullum) augeri per vmbelicaris membranulæ particulam veluti fiſtulam ab vtero per acuminatam oui partem ad vitellum, vt patet, inquit, in eiectitijs inchoatis ouis. Vt ſi madefacta auis, aut ſi alia cauſa inalgeſcens eiecit, cruentus adhuc cernitur conceptus habens ſibi annexam apendiculam vmbelicalem. Et hęc eſt vbi rumpitur vitelli petiolus. Vide quantum Ariſtoteli fidendum ſit in maximè etiam ſenſatis. quaſi in membranulis, in cortice ab vtero ad internas oui partes membrana ſeu ductus extet, & quin etiam ad vitelli rupti veſtigium perueniat: quum nec in cortice, membranis, atque albumine huiuſmodi quicquam appareat, nec eſſe poſſit, vt cuique fabricam, & oui generationis modum calenti liquidiùs conſtat.

3. de gen. anim. c. 2.

Aquapẽdentis ſẽtentia tollitur.

Aquapẽdens nec in germana oui matrice in qua vitello reliquæ partes aggenerantur, nec in ipſo ouo, ſemen, nec ſeminis receptaculum matricem, inquam, intuitus galli ſemen nec ouum, nec pullum ingredi vult Ariſtotelis iuxta ſententiam, nec germanam quin etiam matricem, ſed receptum & contentum in veſicula primum eiaculatum permanere vnũ ſemen, plura, & pluriũ gallorũ ſemina (ſi mutatur gallus, ſecundo gallo, &c. 6. de hiſt. anim. c. 2. proles ſimilis) ſtatuit. Et talis eo loci ſeminis gutta, vel ſemina per annũ (Aquapendenti) matrices, chalazas, & vitellos, vt ſol, vt cor, vt cerebrũ irradiant fœcundant, & æque primos & vltimos centũ, & ducẽtas chalazas. Quo modo à ſemine irradiatio vt à cerebro & corde ſpiritibus affluentibus medijs proprijs vaſis, non intelligimus: à materia non viuente non animata, ſemine, inquã, paucisſimis ſpiritibus referto abſque inſtrumentis à veſica in vteros ad vitellos, ad diſtinctas ſeparatas ab inuicem remotas chalazas irradiatio continua per annum, virtus, vita, anima impartiatur, intellectus meus non aſſequitur.

Ex tribus hiſce fœcundis pullum ex chalazis corporari ſtatuit. Primùm quia pullus ex vitello & albumine nutritur: ergo ex chalazis corporatur. Secundo quia ab vtroque dictorum diuerſę ſunt. Tertio quia locum in ouo continent in quo pullus generatur. Quarto quia in pulli procreationis principio obſeruabis, inquit, caput album & ferè diaphanum, oculi pupillam albam: capitis ſpinam, alba viſcera, & diaphragma exactè chalazæ ſubſtantiam emulantem, ſicuti & longitudinem. Inſuper chalazę nullæ apparẽt genito, ſeu efformato iam perfectè pullo: cum autem reliquiæ ſuperſunt efformandarum partium, videlicet alarũ, crurum, quæ vltimo loco fiunt, ſimiliter etiam reliquit, chalazarum ſuperſunt: ergo à chalazis fiunt pulli. Amplius (nota & ſtupeas lector ingenij acumen) ſi in chalazis tres tantùm nodi ſunt, videntur iure hi nodi reſpondere tribus ventribus, capiti, thoraci, & abdomini, ſeu tribus partibus præcipuus, cerebro, cordi & iecori. Quod ſi quinque enumerentur, reſpondebunt præter illas, alis etiam, & cruribus. Quòd ſi numquam quatuor nodi in chalazis viſuntur, erit & hoc ſignum manifeſtum liquidò commonſtrãs, chalazarum nodos numero partibus pulli præcipuis reſpõdere. Accedit ratio à ſimilitudine, quod ſicuti viuiparum animal ex pauca ſeminali materia corporatur, & eius alimẽtum plurimum eſt, ſic pro pullo exigua chalaza ſufficiet, cetera pro alimento erunt.

De formatione oui et pulli p. 34. 35.

Ridicula Aquapẽdentis.

Quibus & alijs inde colligendis abſurdis, noſtra nihil nunc referentibus, miſſis ad diſcipulum fœcundus à præceptore tantummodo ſumentem chalazas redeamus,

Mũdini innumera abſurda.

Innumera autem hic, nedum multa ventillanda: ſed quia longum nimis, & lectori

ctori tædioſum valde eſſet raptim,& quàm ocyſſimè quædam tangamus. Quod igitur te rogo, reſponde Mundini tuorum etiam Sapientum conſilio.

Quæſo te Hyperariſtotelis magiſter doctiſſime & ſenex venator expertiſſime, quis te docuit vnquam, vndeue venatus es, quòd vtraque oui chalaza ſemen attrahat? Et quo modo,quibus inſtrumentis, ore ne, an fibris? an in ſeſe, in ſui ſubſtantiam, an in ſui vacuum, ſeu cauitatem? & quam ob rem in ſui ſubſtantiam poroſue non viuens & proinde non in ſui nutritionem,quod nec tunc ad rem: nec igitur alio modo, niſi tibi corporum penetratio: ergo extra trahitur (ſi traheretur, quod falſum) & ponitur. Si in vacuum trahitur aſſignanda cauitas, hactenus viſa neutiquam. Si non in vacuum nec in ſui ſubſtantiam, impropriè attrahitur (quod non poteſt) vt extrinſecus adhæreat, quæ miſtio iſta ſit,quis miſtionis modus extet tibi manifeſtus, nobis omnino ac prorſus ignotus eſt,ea propter eũ nos docete nouatores Sapientiſſimi.

Præterea cur altera chalaza maximam (ſic loqueris) puram, ſpiſſam calidiorem ſeminis galli & gallinæ portionem ſibi aſſumit: altera chalaza minus, impuri, &c.? & cur hæc attrahit ſi fruſtra? Et cur prima purum ſeligit? quis legere docuit? Cur alia ad ſeligendum ignara potiſſimum eiuſdem quum ſit rationis & naturæ? Non dices quia prima melius ſibi ſumpſit, propterea altera quod poteſt, accipit: quoniam per te auis galli ſemen vnius eiaculationis ſufficit ad centena fęcundanda oua, & proinde pro altera etiam affluet. Præterea altera parua chalaza ſi prior deſcendat ſeminis tantumdem (te iudice) arripit, magna verò poſterior deſcendens & ipſa impurum, & minus capit, an conſultò, caſune iſtæc? An lege cautum eſt, vt prior tibi natu & primò genita deſcendens ſeminis plurimum, & præſtantiotis, poſterior autem minus & impuri ſuſcipiat? bellus in natura ordo. At ſi prima prioris deſcendentis vitelli chalaza maximam purioris ſeminis portionem aſſumit, vt venatus es: ergo non perinde omnia ex centum oua æquam ſeminis portionem participant & aſſequuntur,nec ad pondus,neue ad menſuram, neue ad virtutem,quid quod igitur? Sed cur poſterior ad menſam impurum & minimè ad pulli generationem aſſumit? minimè ad ſui nutritionem inſtaurationem,quia vitæ expers: quam ob rem igitur talis ſolertia? potiſſimum quia fruſtra & ad rem nihil. An impurum hæc ſemen,vt à fęcunda illud,ceu impedimentum amoueat? magna tibi in chalazis oeconomia. Ceterùm ſi poſterior deſcendens in ſpiram,quia poſterior,& qua poſterior (tibi) fęcundari nequit, eo minus ſubſequentium in eamdem ſpiram ouorum chalazæ; quoniam & quia poſteriores, & qua poſteriores non fęcundabuntur: & ita manifeſtiſsimè conſtat, vnius galli initu vnũ tantùm ouum,immo vnam ſolummodò chalazam fęcundari poſſe, & conſequenter à mulierculis ab Ariſtotele, ab Aquapendente falſus talia effutiuiſti. Quod inde præterea collegiſſes,cũ Protectoribus,quòd ouorũ ſingula, hodie vnũ, cras,aut perendie alterũ eamdem in ſpirã ad recipiendũ albumen dimittatur & deſcendat, ſi prioris altera dumtaxat chalaza ſemen fęcundum conſequuta eſt, minimè altera,minimè omnium ſequẽtia oua, ſequentes chalazæ conſequentur. ô perſpicaces doctiſsimi vos appello.

Aſt quum vitelli omnes & ſemper in vitellario in ſecunda matrice,in ouo, & extra rotundi ſint,non obtuſa vitelli pars primò fecundam in matricem deſcendet, ſed æquè ſecũdum ambas partes dextram & ſiniſtrã ſemper,quia ſphęrica,quoniam tunc nec acuta nec obtuſa oui pars adeſt. Cur itaque obtuſę vitelli parti maior chalaza aggeneratur,nectiturue? Et an dum generantur chalazæ, & an maior, an minor prius, an poſtquam genitæ, & vitello nondum annexæ, an poſt, ſemen trahunt,& ſemine miſcentur,& quã ob rem? Aedepol dices te quicquam neſcire (ante non, dum fiunt quo modo, iam factis quo nam pacto?) & ipſe me Herclefatebor: Quid Conſultores Protectores, Iudices? vos, vos appello. *Cõſultores Appellat.* *Compellatio.*

Verùm enimverò ſi chalazarum fabricam ſemen præſtolatur, altera ſimplex & parua ex altera vitelli parte prior fiet, & prius abſoluetur: ergo prior ſemen trahet arbitratu tuo, quoniam iſtæ chalazæ mihi vera ligamenta, vel te aſſerente ex albumine, ſeu pituitoſo ſanguine conflatæ ſemen trahent nunquam.

Ampliùs ſi ſic, quo nam pacto acuta vitelli pars ſi primæ primò ſpiræ occurrat, vt ais, ipſa non alia chalaza formãdi pulli facultatem obtinebit? Vlteriùs quo modo vitellus galli ſemen (etſi non totũ cum chalazis, vt dicis) attrahit? Sic vitellus attrahit, ſicque tibi facultatem procreandi pullum poſſidet.

Ceterùm dic ſodes, vitellus ſic dictus, quòd eo viuat pullus, eſt purus ſanguis non perfectè coctus, ſemen tibi trahit? nouiſſimum mihi hoc. à Galeno accepi quidem, ſemen ſanguinem trahere, non contra, niſi abs te vno (Cõſultorum ſaluo iure) nouiter id docente. quo iure audirem lubentiſsimè. Verùm in membrana incluſus, qui, quibus inſtrumentis, & extra ſe, quo contactu ſemen trahit, quibus organis tractum vehat impellatue, & quam ob rem in chalazas, noſtra debili imaginatione, non aſſequimur, eapropter, vos quæſumus nos ignorantes docete Sapientes, vos appello.

Appellat.

His accedit, ꝙ aliàs dixeris, vel minorẽ chalazã animati ſeminis portionem trahere: vnde ratione deduxi, ex vno ouo duo ſemper pulli: modò orationem retexẽs dicis, ſi ſecundò deſcendat, impurũ, &c. trahere, ſi prior purum, ſicque viciſsim maior chalaza. An ex percuſſo fœdere? dicite Sapientiores, docete Protectores, appello.

Appellat.

Adhæc ſi chalazæ corporantur, & plaſmantur (tuis vt verbis vtar) quid à ſimili viuiparis in vteris corporabitur? in illis nil præter ſemen & menſtruum, quæ tibi ab omnibus Sapientibus diſceſſendi neceſsitas: quinimmo ab ipſa in omnibus eadem matre Natura fuit? An bellum Magiſtri Aquapendentis de chalazis inuentum ſequutus? ſequutus es quidem magiſtrum præceptorem doctum & probũ, ſed eò peius dicet aliquis, quia Aquapendentes Ariſtotelem ſequutus non ex ſemine pullum; ſed tu cum Galeno quid? nec cũ Ariſtotele, nec cũ Galeno & communi, nec cum Magiſtro: ſed ſolus Perregrinus deuijs cũ ducibus in Vrbe, & ſenex venator extra. nec ſubtilia, nec vulgaria, nec craſſa ob oculos obiecta & verſantia?

Mundi nus ſolus perregrinus.

Inſuper iſta corporatio ex chalazarum trãſitu fiet in ſemẽ, in ſeminis corpus fiet, quod tibi, non Aquapendenti, animatum eſt. Ceterùm quo modo monſtrũ hoc maximum? Quo modo tenellum ſemen, frigidum durũ ligamenteũ corpus aſſumet, ac in ſe ſe tranſmutabit? Quonam pacto ipſis chalazis, vt cum Aquapendente dicis, pullus nutrietur ad fabricæ abſolutionem vſque? Galenus docet quidẽ & ſumma cũ ratione, ſemen primùm ſemine ſibi ſimillimo, mox ſanguine in ſe ſe attracto, concocto ac in ſemen conuerſo nutriri; tu verò, qui Galeniſta tibi videris, omnino cõtrariũ, & proinde præter rõnem vis, durũ, frigidũ corpus, & vitello lõgè frigidius à ſemine cõcoqui primo, &c. Præterquàm ꝙ doces chalazas, ſemen trahere & corporari, quod viuentiũ eſt. An tibi fortaſſe ſemine tuo animato nutrientur? quod & tuo de vitello eamdem ob cauſã dixerim.

O quam bella.

Quinſupra quę miſtio iſta ſit ex ſemine & chalazis, quã profiteris, & ſanctã tectã ſtatuis, vt nullo fundamẽto, vlla abſque declaratione, ſicuti vlla abſque cõueniẽtia affinitate animato, tibi, cũ inanimi, calido cũ frigido, ſemine cũ pituitoſo duro & dẽſo ligamẽteo corpore: quo modo inquam fiat certò mihi, &, ni fallor, omnibus ignotiſsima: an eo magis tibi? Similiter quĩ tale corpus ſpermaticũ diciq; queat, quo modo partes ex chalazis genitæ & deperditæ nõ regenerentur, quatenus ex chalazis nõ ſemineis, vt ſcitè communis fert ſententia, planè ignoto; eapropter tuos Conſultores & Protectores conſulo, vt tu illis.

Protectores conſulit.

Præterea ſi animalis corpus quo ad ſpermatica ex ſemine fit, & ex parentum ſemine initiò, ex ſemine poſtmodũ acretio ab ipſo corpore ab ipſis ſpermaticis partibus ſibi genito fiat; quo modo ex chalazis ineptiſsimo & remotiſsimo ſuapte natura corpore?

Pri-

Primum (abſque controuerſia) ex parentibus ſemen non eſt chalaza, neque ſecundum: quid dein illas in ſemen trãſmutat? Quas propterea perperàm hãc ad rẽ diu, & ad perfectam vſque pulli abſolutionem perdurare tu & Aquapendens aſſeritis, quum tamen primis diebus ſemen alimentum abſumatur. Meritò verò diu perdurant, tum quia ſuo ligamenti munere albumini & vitello funguntur: tum quia pennarum ſunt alimentum, ſecus expone tu tuis cum ſapientibus Conſultoribus & Protectoribus.

Conſultores conſulis.

Nos (quod ſæpius aſſerere viſus es) vitellum animari, corporari, plaſmari, vt loqueris & de chalazis dicis aſſeruimus nũquam, & dicere erubeſceremus in philoſophia id erroneum exiſtimantes: quia ſemen animatum cõſtituentes, nihil ſibi aſſumere rationabiliter ſtatuimus niſi alimentum, quod principio ſemen alimentoſum eſt, vt diximus, mox ſanguis, poſtea lac in viuiparis: in pullis auibus primo ſemen alimentorum dico, poſtea vitellus, qui ſanguis eſt, vt facilis in ſemen tranſitus ſit, tandem albumen & chalazæ apta ad conſtitutionem, incrementum, & alimentum pennarũ, demum propria cuiuſque eſca. Quocirca vt pote aliena, & commentia conſultò à nobis reiecta, noſtra ne dicas, ſed tui & tuorum vani partus.

Mundinorũ vani partus.

Verumenimuerò Mundini doctiſſimè doce nos amabo te, quum ſemen tibi animatum corpus ſit, & animati perfecti corporis ſpermaticæ partes omnes ex ſemine ſint, cetera parenchimata affuſiones carneæ partes, cor, hepar, muſculus, &c. ex perfectiori ſanguine fiant, vt Galenus & omnes primæ notæ Medici ſtatuunt, ratio dictat ac cogit: quo modo quæſo te, inquam, vt nos doceas, pulli corpus ſui ortus initio corporatur ex chalazarum ligamenteo corpore, quod non eſt ſemen, immo à ſemine quam longiſſimè diſtans, nec propterea ſanguis, niſi maximè imperfectus, maximè pituitoſa videlicet materia? Vt ex ea impura, imperfecta, inconcocta materia carnoſum genus minimè conſtitui poſſit, nedum perfectius & initiò ſemineum corpus. Quo modo præterea ex duobus hiſce corporibus, chalazis ab inuicem diſtantibus appoſitis oui partibus alligatis, nec vniri valentibus vnquam obligandi perpetuum munus, vnum duobus in locis corpus fieri poſſit, nos non capimus. Ex quibus certò & verè ex duobus alterum ſubducere poſſumus, aut nos nimis craſſæ Mineruæ, vel vos hiſce mundos eſſe: hac nihilominus conditione cautiores proferimus, ne hiſce veſtris de arcanis nos participes & certiores faciatis, proindeque tuos Protectores iudices appello.

Protectores appellas.

Age iam de loco & poſitione verbum. Si ſemen in ſecunda matrice eſt pro centum fœcundandis ouis, vt ais, eſt ſuper in albumine: ergo quum primus vitellus obuoluitur & ſuper ſtratum albumen rotatur, totum in loco in matrice contentum ſemen in primo ouo inter vitellum & albumen continetur & claudirur. Præterquàm quòd ſemen inibi in magno vacuo ouum continente, diuulſum, ab vtero non amplexatam nec fotam ſuper frigido albumine iactum, illico cum ſecundum ſpirituoſam ſui partem, tum etiam craſſiorem euaneſcet, tantum abeſt, vt diu ac per menſes conſeruari poſſit, vt tu cum magiſtro Aquapendente aſſeris. Vt mittam, quod aliàs ſcripſimus, id Herophilo, Ariſtoteli, Galeno, & rationi repugnare. Vtque præterea miſſum faciam, ſi quid ſeminis eo loci remaneret ab ipſo deſcendente ouo ad anum traheretur, veheretur ue, quod & Aquapendens præceptor tuus in veſiculam, illud reponẽs docuit. Vt à ſenſu, à ratione, à præceptore amotus vnà cum Conſiliarijs poſitus in medio quo te vertas neſcias: vtque propterea melius conſultus in tua præfatione (quæ vltimò additur) dixeris, re obiectis & obijciendis non reſponſurum, ſed ſerò ſapiunt Phryges.

Lib. ſ nobil. exercit. 8. c. 2 p. 32. De format. oui & pulli p. 38.

Serò ſapiunt Phryges. Cõ und. Tactus 66.

Confirmatur tertio ſic. pag. 120. exercit. Pariſanus dicit ouum habens duos vitellos eſſe duo oua, & reddit rationem „ habet enim duos vitellos, & vterque genituram pagina 123. ſcribit; quocirca

ſi ſemen fecundi coeuntis galli attrahitur & concipiatur, conceptio in alio proximo luteo fiet. Iterum pag. 299. hæc leguntur „ quando vt diximus, nec ſemen emineat, nec à vitello ſeiunctum, nec firmiter & tenaciter rubri tunicæ adhæreat, ſed intra illam contineatur. Pag. item 306. & 308. dicit ſemen intra vitelli tunicam recipi, & fœtum intra illam reperiri. Ex his locis apparet Pariſanum velle ſemen intra membranam lutei contineri. Eadem pag. 299. vult in obtuſa parte oui ſub membranis communibus toti ouo, quarum vna cortici certè adhæret, altera albumini, adeſſe ſemen incluſum quadam tunica, quæ propriæ vitelli tunicæ ſuperſtat, ſuper iacet. Hic videtur ipſum velle ſemen extra membranam vitelli reſidere. fateor me ipſum non intelligere.

Si vult ſemen intra vitellarij membranam reſidere, hoc vteri gallinæ hiſtoria reprobatur, quia non poteſt per tres ſpiras ſecundi vteri peruenire. Adde quod ibi ſemen matis debet contineri, vbi adeſt ſeminalis materia fœminæ, & hæc non vitellario, ſed in ſpiris ſecundi vteri reponitur & viſitur. Adde quod ſemen galli tunicam vitelli non poſſet penetrare, quia craſſam & ſpiſſam. Si vult extra propriam vitelli membranam in parte obtuſa contineri, cum in parte hac arctè chalaza vitello ſit coniuncta, ſemen in chalaza reſidebat, & ita in ſententiam noſtram Pariſanus proficiſcetur.

Pariſani Cont. 66. Naturæ labyrinthos ingreſſus niſi à rei natura eius ſecreta rimetur, rationis vna & ſenſus filo ducatur, auius & deuius errabit ſemper. Tria in ouo requiruntur, *Tria in ouo.* ſemen, propria eius matrix, & alimentum. Hoc initiò ſemen eſt alimentoſum, vt aliàs cum Galeno rationabiliter decreuimus, poſt purus ſanguis non tamen perfectè concoctus, vitellus à vita dictus, quod eo pullus viuat, qui vt Auicenna voluit tantum nutrit, quantum ponderat, in ſemen tamen verſus: necnon albumen frigidarum partium & pennarum.

Semen ſanguine calidius. Semen (noſtram iuxta ſententiam pullus, communiter ex quo pullus) ſanguine calidius eſt, (quicquid, quia album & proinde frigidum, dicant Aquapendens & Mundinus) quod Galenus pluribus in locis ſtatuerit, potiſſimum quando ait „ *1. de ſemine cap. 8* Siquidem in ſemine plus eſt igneæ ſubſtantiæ, atque aëreæ: in ſanguine aqueæ, terreæque, quamquam præpolleat in hoc quoque calidum frigido & humidum ſicco. „ „ „ „ „

Et quia ſpiritibus refertum ſit: & quia ex purioribus ſanguinibus Cauę & Aortę fiat, & diuturna coctione in proprijs ſpermaticis partibus, quemadmodum & alimentoſum ſimul in peraſtatibus, teſtibus & proſtatis elaboratur, quę partes, vt galli penis, & gallinæ etiam & recipiens vas ſub obtutum cadant.

Aquapendentis repugnantia. Repugnat tantum id in auis, gallinæ veſica per diem, nedum per menſem, per annum contineri ad vterum, chalazas, & oua fœcundandum, vt Aquapendens ait: non quia de modo ad finem dumtaxat falſus ſit: verùm etiam quia inibi ſeruati non poſſet vnum ſemen: tantum abeſt plura, & plurium ſeminum gallorum miſcella; verùm etiam, quia dum inferius vteri gallinæ os appetit ac ad recipiendum vnius & plurium gallorum ſemen refeatur, prius inibi receptum ad fores proximum ab aëre corrumperetur, & deſcenſum appetens, vt graue, aggrederetur. Neque debet eiaculatum & in matricem receptum ſemen toto ſub vitello, nec totum ſuper albumen extendi fruſtratimue diuidi dum vitellus rotatur & albumine obducitur, ſed collectum & vnitum in paruo & proprio loco à matrice amplecti & foueri, atque elaborato ſibi alimento proximè locari.

Qui locus nequaquam chalaza, quæ nec alimentum, quod, vt diximus, proximè alimentoſum ſemen eſt: mediatè poſt vitellus, demum albumen, & conſequenter in foramine, & dicēda nunc matrice dicta inter alimenta.

Oui vitellus per additionem auctus. Oui vitellus (nō germana nutritione & acretione, quia à venis ſanguinē aſſequutus ſit, quicquid Ariſtoteles (ſupra patet) & Aquapendēs deformat. oui & pulli p. 13. dixerint, ſed per additionē vt albumē, & ſi

& ſi non eodem modo, vt albumen & huiuſmodi humores, & vita deſtituta, (auctus eſt.) in primo vtero auctus & perfectus, vbi ab eiuſdem, vitellarij, inquam, pediculo petiolo ſeiunctus eſt, & medio infundibulo in ſecundi vteri primam ſpiram deſcenſus, aperta ſui poſtica parte à pediculo ſeparata, & conſequenter inibi ſemimembrana deſtitutus ſemen in ſe ſe recipit.

Diximus aliàs authoritate non ſolùm moti, ſed ratione, & ſenſu ducti membranas omnes duplices eſſe, proinde vitellus à vitellarij pediculo (cuius membrana circumdatur & continetur) diſruptus & ſeparatus (proinde quandoque intempeſtiuè id ſi contingat ſanguine tinctus viſitur) integra membrana indutus in pediculo coniuncta parte duplici, ſeu duplicis altera priuatus & deſtitutus, Naturæ ſapientia conſulto omnia, & caſu nihil facientis, hac caua & ſemi aperta ſemen excipit, cui dein rotatione & inuolutione vitello albumen apponitur, & ſemen ne loco dimoueri queat, continetur & ſeruatur.

Subtiliter.

Seminis in ouo matrix & locus: gallinæ ſeu auis pars fœminea.

Hæc noſtro arbitratu vera eſt pulli matrix vteri gallinæ pars fœminea viuens: reliquæ oui membranæ nequaquam, ſed ex albumine fabricatæ ſunt, vt cortex oſtendit. Semen autem vtpote animatum à matrice & initiò potiſſimum foueri debet & viuenti parte, quæ proprio temperato calore illi & præſens & præſto ſit: quod nec chalaza, nec albumen poſſunt: tum quia vita deſtituta: tum quia frigida, & proinde potius corrumpentia: & conſequenter ſemen ſeruare non poterunt in ſecundi vteri ſpinis albumine refertis, vt dicis, in quibus reperiri & cerni contra Aquapendentem præceptorem, rationem, & ſenſum aſſeris.

Vt manifeſtò pateat dedita opera & ſapientet Naturam vitelli pediculum petiolum diſrumpendo, foramen & matricem peropportunam in ouo ad conſeruandam ſemini vitam & perfectionem, totiusque elaborationem conſequendam, paraſſe. Et ita ſemen (aperta & ſubtilia nunc intelliges) eſt extra vitellum in certa & propria ſede, in propria cauitate, intus & extra; quia relicta vitello ſemimembrana vtpote tenuiſſima araneæ telæ inſtar cedit & admittit abſque diuiſione: & fœminea ſubſtantia voti compos (vt ſic dicam) in propria gallinæ fœminea matrice ſeruatur foueturque, & conſumpto ſemineo alimento proximum ſanguinem, vitellum ſcilicet trahit. Ita tuus Hyperariſtoteles ratiocinatur.

Subtile Naturæ arcanũ. Iam nũc ignotum.

Clara & ſubtilia.

Ex quibus omnibus Pariſanus poteſt inſpicere me rationabiliter chalazas principium ortus pulli, & in ipſis fœcundis vtrumque ſemen contineri poſuiſſe.

Mund. Tact. 67.

Geſticuletur modo arbitratu ſuo, prædicet, vociferetur me in ſupra allata animalium venatione turdi inſtar illaqueatum iacere; mihi venanti, captantique ſubtilitatem, canes meos futilitatem cępiſſe, quam rationabiles ſint ſuæ geſticulationes, benigni Lectores erunt iudices.

Immo totum oppoſitum & conſpicillis, & ſine, optimè vidit & collegit Pariſanus? (tu crede mihi) Non propterea geſticulatur, ſed bene Veritatis gratia prægeſtit, quod bene dixerit ſcripſeritque, atque eptomiſſis ſtetetit, & dictis ratum fecerit: Ea propter lubens concluſioni ſubſcribit, & tuos quin etiam iſtis de bellis iudices, & Protectores appellat, non vltetiùs de his prædicans, tum quia ſatis ſuperque, tum quia ſurdis ſe canere nouit.

Pariſan. Cont. 67.

Iudices & Protectores appellat.

Tertium Ariſtotelis Argumentum. *Reprobatio eorum quæ contra ipſum Pariſanus adduxit.*

Eorundem Pariſani Confirmatio & Comprobatio.

COLLATIO QVARTA.

SI à capite caput inquit Ariſt., manus à manu in ſemen tam à mare, quam à fœmina decidit, & ſic ſe habet de alijs maris & fœminæ partibus. ergo à pene penis, à vulua vulua in ſemen decidit, &c. Quo nam pacto ergo partes genitales in fętu conſiſtent? Penis & vulua, &c. in ipſo adetunt,

Mund. Tact. 68.

runt,& ſic ſemper hermafroditi, aut gemelli generabuntur.

Reſpōdet Pariſanus id non ſequi,quia quando ſemen penis ſuperat ſemen deciſum ab vulua (& ſic de ſingulis) generat mas,& è contra fœmina ſi ſemen ab vulua deciſum,ſuperat illud penis. Natura enim per Pariſanũ diſtribuit & apponit in vtero portiones ſeminis in generatione maris e.g. nimpharum ſemen ſemini præputij, ſemen tentiginis, ſemini mentulæ, ſemen teſtium ſemini teſtium,ſemen matricis ſemini ſcroti. vnde ait, Natura,quæ de nouo ex putri gignit ac adamuſſim collocat omnia, genita iam diſponere & vnire neſciet,oblitaue erit?

Hęc dixi eſſe chimeras,&c.& ipſe mea. Sic ceteræ partes ſeminum naſi naſo, auris auri,&c. apponi inter ſe non agere & reagere,non ſe tranſmutare,ſed vniri,&c. clara ſunt hæc omnia in Pariſ. pag.81. 140.184.

Sed vt partes ſimiles maris & fęminæ eiuſdem ſpeciei,vt naſus naſo, auris auri, & os oſſi venæ, arteria arteriæ, &c. ſic ſemina iſtarum partium in temperie,figura, modo ſubſtantiæ, &c. Sed vt naſus auri non conuenit nec in temperie, ſubſtantiæ modo,figura,nec auris naſo,quemadmodum nec ſemina: Quo modo partium genitalium inter ſe differentium in ſubſtantiæ modo,temperie, figura ſemina per appoſitionem conuenient in conſtitutione partium genitalium adeò inter ſe differentium? Circa harum generationem tota difficultas verſatur,& ideò Ariſt.ab his ſuum argumentum deduxit.

His præmiſſis ad examinandas Pariſani reſponſiones deueniamus. Reſpondit primo in generali ſic.

Bellæ igitur iſtæ tuæ ſunto chimeræ, quas ſi quæ à nobis de muliebribus pudendis noſtris in exercitationibus ſcripſimus perpendiſſes,aut ſaltem à Galeno ſimilitudinem inter maris & fœminæ pudenda allatam animaduertiſſes, quando concludit, quæ foris mas habet, fœmina intus gerit,haſce inquam chimeras in medium non attuliſſes.

Ex ijs,quę poſthac afferam iudicabunt benigni Lectores an Pariſanus illis bonis mulierculis iure comparari poſſit, quæ alijs vitio vertunt, quod illarum eſt proprium. Conferamus primo ea, quæ hic ſcribit cum ijs,quæ p.135.ſuarum exercitat. ſcripſit. Damnat ibi Ariſt. quod ſemen non in fœmina, ſed in ſolo mare poſuerit,quia ſemen maris non poteſt fabricare fœminæ membra genitalia diuerſa à maris membris genitalibus. ,, Quonam modo fieri poterit quod maris ſemen diſſimilia ac diuerſa membra fabricet, fingat, pingat? Quis virtutem illam in maris ſemine exiſtentem adhuc nomine carērem docuit diuerſa à mare fœminam habere genitalia? Sed hoc nihil eſt,pag.146.vocat elegantem & bellam Pariſanus ſimilitudinem, quam Galenus inter genitalia maris & fœminæ adducit, eamque ſic ſcribens damnat. ,, Galeni ſimilitudo non currit quatuor pedibus: & licet inuerſa cum collo matrix quādam, ſed craſſam cum pene, & ſcroto ſimilitudinem ſortiri videatur, nihil veri tamen habet: nihil nimphæ ad glandem. At fac vaginam & vteri collum peni aſſimilari, cuti videlicet & figuræ. Vbi in fœmina penis corpus? vagina namque vacua eſt. Vbi in viro Græcorum clitoris, Arabum Albathara,& Latinorum tentigo, ſeu amoris dulcedo? Vbi matricis cornua, vbi vteri ligamenta in viro? Vbi in fœmina glandoſa proſtata, vbi varici formium longitudo? &c.

Iterum pag.195.ſic ſcribit. ,, Vnde matricem intus pluribus vinculis ligauit, ne deſcendere bene valens poſſet: ingenti venarum & arteriarum numero donauit, & fœminea inſtrumenta diuerſa (notate quæſo Lectores) & diſſimilia à maſculeis (quicquid iſdem Galenus dicat) omnia fabricauit.

Heus bone vir, videtur ne tibi, quod quæ de pudendis muliebribus ſcripſiſti perpenderim? Quo modo nunc tanta cum audacia Galeni ſimilitudinem inter genitalia maris & fœminæ recipis, & quæ ego aduerſus tua attuli bellas chimeras vocas?

Priuſquam ad tuas conſultas næmias in

in hoc tertio argumento deſcendamus certa declarante in hac materia digreſſiuncula opus eſt. Vt ſcilicet quemadmodum ſupra conſtituimus, plantarum ſemen à toto pronaſci, animari ac prolabi. Ita animalis ſemen à ſingulis totius partibus animam conſequi ſtatuamus, Non vegetalem vti à planta ſuum ſemẽ, quod à corticibus à lignea, & à medullea parte; ſed vt pote animal, & quod à ſentientibus ſimplicibus partibus, neruo, membrana, arteria, vena, &c. deciditur, eadem animetur, ſentientem actu inibi apiſcatur: ſicuti ex illarum proprietatibus, attributiſque omnibus ſingulatim ac adamuſſim conſequutis (aliàs diximus) colligere eſt: Quoniam dans eſſe dat omnia neceſſaria ad eſſe & operari, quod eſt Natura, forma, anima, quæ ſibi fabricam conſtituit, & domicilium parat; Vt (fuſius in prima parte monſtrauimus) Hippocrati ſemen idea omnia continens aſſerenti non ſit adhærendum, ne luculenta obſcurentur. Quoniam Hippocrati, Ariſtoteli & Cõmuni opinioni ſemen inanime quum ſit & homogeneum, & proinde ſic corruptibile, ſi ex eo heterogeneũ & animal fieri oporteat quando ex non hoc, fit hoc, & vnius ortus alterius eſt interitus, omnia ruunt. Propterea quòd ſi ſemen corrumpitur, & illius forma, tẽperies, ac attributa omnia, & conſequenter Idea, atque idea geſta, ideata interibunt, vt ſæpius tibi diximus: & ſic nec genitum, nec generans remanet. quid tum? quid poſtea? aliàs diximus in prima parte lib. 2. cap. 3.

Adde quòd in ex cœnoſa materia ortis, locuſta, rana, mure, &c. non eſt ſeminis idea, & tamen à proprijs formis propria domicilia fabricantur, atque germana attributa præſtantur, ſicuti alias oſtẽdimus vbi ſupra. & infra Caimo plura.

Nec quis dicat ab Vtero ſemen animari, & attributa communicari, Cuius dumtaxat eſt continere, tueri, ſeruare, fouere, & alere, non animam, proprietates, patris attributa præſtare: quando nec tangat quidem in ſui vacuo membranis obuolutũ; Vt nec Aues ſuo in ouis ſemini; nec Terra plantarum ſeminibus, ex putriue oriundis; vt nec aqua piſcium ouis talia tribuere queant, nec alijs modis, vt infra Caimo & Sanctorio tactu vigeſimo ſecundo.

Nec quis obijciat Ariſtotelis Animæ definitionem, quia nihil officit: quã propterea in prima parte reprobauimus, & infra ad Cremoninum alia adduntur.

Si quis adderet Ariſtotelis animalis definitionem vrgere, facile foret reſponſum, quòd animal perfectum definit, non ſemen, cuius ineptè tunc quæreretur perfecti animalis actio, ſenſus & motus, vt Geometræ dormientis, & otiantis cõtemplantis actionem ſi quis requirat. Vt ſi quatenus quis dormit non mouetur nec ſentit dices animal non eſt? apageſis.

Similiter Embrio principio non mouetur; paulò etiam poſt nec ſentit; ergo non eſt animal, ſed vegetans, planta? Humanus fœtus dũ fit & creſcit, & auctus, & quin etiam perfectus in vtero, ac vlteriùs egreſſus per dies, & etiam menſes non ratiocinatur: Igitur non eſt rationale animal? abſit dicere.

Modo ad rem tuam hîc prudentiam, intelligentiam, capacitatem, ingenuitatem deſidero, neſciens, nunquid ex incuria, inſcitia, an malignitate iſtæc fiant. Vnum ſcio & certò affirmo, quod (ſæpius dixi) tu à ſocco ad cothurnum, omnia miſces, cuncta confundis non mũdans, haud mandens, minimè ruminans, propterea cacaſtomachos nihil digerens ſtomacharis, indigeſtaſque moles euomis. Vtinam dico noſtra perpendiſſes non dormitans, oſcitanterue legiſſes, aut lippienti, vaſſanoue oculo (inquit præclariſſimus Moreau) inſpexiſſes: quoniam nec tu chimeræ parens, nec ego chimæricida eſſemus: non mea ex audacia, ſed (niſi ob dicta) tua ex pinguiori Minerua hæc prouenirent Ex alibi à nobis dictis ſolutiones luculenter habes & in locis abs te citatis: quibus niſi contentus fueris Galeno credidiſſes, cuius ſententiæ ſtas, à cuiuſque authoritate per latum quidem digitũ recedere & nefas & execratio tibi eſt; propterea in nos & perperàm quandoque inueheris:

Pariſan. Conie&.

Pariſani deſiceriũ, & Dubitatio.

Mũdini pinguis Minerua.

ea

Digitized by Google

ea propter tibi eidem maximè addicto in os talem offam obtulimus, vt acquieſceres & taceres: quod ex illis à nobis tibi cōſultò dictis abs te recenſitis verbis, colliges, *Aut ſaltem Galeno, &c.* vt non poſſis inde in contradictionem nos ducere: quia vt abs te noſtra deſcribitur ſentētia, Galeni fabricā inibi funditus euerti: quo modo eo loci Ariſtotelem meritò reieci, quod voluerit fęminam à Natura caſu factam, & Galenum ſimiliter ex accidenti caloris ob imbecillitatem fęminæ pudenda foras & extra abdomen protrudere nō valentem, quam fabellam inibi oſtendimus nobis minimè contradicentes, vt ſi temporis paululum ſuſtinebis intelliges: nos ſcilicet vtriuſque ſexus partium generationi famulantium ſimilitudinem in facto eſſe (Nota hoc) inficiantes, in fieri, (vt audies) prorſus probantes & confirmantes. Quocirca non bene inquam perpendiſti, rectè ſi diſtinguiſſes tempora ſcripturas cōcordaſſes, & tuum illud muliercularum exemplum tibi bellum nō attuliſſes: quare quod tuum proprium eſt tolle & ambula, nolique ſic amplius effutire cum Tuis impulſoribus.

Mund. Tall. 69. Sed ad particulares reſponſiones veniamus. pag. 50.

Dicit ergo Pariſanus in generatione maris naturam ſemen nimpharum ſemini præputij apponere.

De præputio & nimphis. Hæc eſt apud me pura chimera. Subſtantia nimpharum partim membranoſa, mollis & fungoſa, partim carnoſa eſt, & propria figura donata. Præputium conſtituitur ex cuticula, cute, mēbrana carnoſa, vt iure cutis rugoſa ſit, cumque ex cuticula, cute, membra carnoſa & alia tenui & molli membrana glandi contigua conſtituatur, ex nulla alia ſubſtantia, vt ob id nihil fungoſi, in ipſo reperiatur: in nimphis cutis membrana carnoſa nō adſint, non modo figura ſed temperie, & modo ſubſtantiæ à nimphis differt. Si iſtis modis hæ duæ partes inter ſe differunt, eiſdem & ſemineæ portiones ab illis deciſę inter ſe differentes erunt. Sicut ergo ex ſemineis à naſo maris deciſis, & ex ſemineis ab auribus fœminæ eiuſdem ſpeciei cum mare deciſis non poteſt naſus conſtitui, quia hæ ſemineæ temperie, modo ſubſtantiæ & figura inter ſe differunt. à pari, neque ex illis. Conuenit quidem figura naſi aquilini cum figura ſimi inquantum eſt naſus humanus; ſed ſemineæ portiones nimpharum & præputij non cōueniunt in figura ſpecifica ab indiuiduali ſuppoſita vt notū eſt: ergo ab illis non vnicum membrum, ſed duo, figuris, quas inſculptas in ſe gerunt, prædita conſtituentur.

Nodus ſoluēdus. Sed antequam vlteriùs progrediar in recenſendis tuis chimeris, hunc nodum ſoluas.

Natura per te in conſtituendo præputio integro vnit cunctas ſemineas portiones à nimphis deciſas cum omnibus ſemineis à præputio deciſis. Si dimidium ſeminearum à præputio diuiſarum deeſſet, præputium emergeret ne ita integrum, ac ſi nil ſeminearum ad pręputij conſtitutionem deeſſet? certè deficeret. At in generantibus Hæbreis adeſt dimidium tantum præputium: ergo aliquid in præputio filiorum illorum deficiet. Aut ergo ſecundum illud erunt manci, aut ſaltem præputium magis tenue, quā Chriſtiani habebunt.

Sic ex patre altero brachio carente nūquam filius ſecundum illud idem brachium integer omnino naſcetur. Nam ſemineæ portiones à fœmina deciſæ non poterunt ſolæ brachium in primo ſui rudimento eius magnitudinis conſtituere, cuius conſtituunt ſemineæ portiones à fœmina & à mare integro deciſæ ſimul vnitæ. Quod ſi diceres, ſemineas portiones e.g. à brachio dextro fœminæ deciſas corriggere defectum ſeminearum patris ſecundum brachium dextrum manci, atque eſſe ita validius, vt inter ſe nutriendum poſſint euadere magnitudinis alterius brachij ſiniſtri fœtus. Lectores ad vos me conuerto, & quæro an pura chimera ſit dum mater gaudeat optima vtriuſque brachij valetudine, ponere ſemineas deciſas à brachio illius dextro corrigentes defectum ſeminearum patris deficientium, eſſe maioris roboris, quam

ſemi-

Digitized by Google

ſemineas à brachio ſiniſtro eiuſdem matris deciſas? Si igitur ſemineæ portiones à brachijs à cruribus vtriſque matris oprimè ſecundum illa valentis deciſæ æqualis roboris ſunt: Ergo membrum fętus correſpondens membro deficiente in patre erit ſemper, licet mater optima ſecundum omnia membra valetudine fruatur, minoris magnitudinis, quàm membrum correſpondens altero membro pari non defficienti in patre. quod experientia non conſtat. Nam à mutilis patribus, & à matris optima corporis totius conſtitutione gaudentibus oriuntur filij, qui nullam diuerſitatem magnitudinis ſuorum membrorum duplicium habent.

Sequeretur etiam ſi Hæbrei oriuntur cum præputijs ſimilibus Chriſtianorum præputijs, vt mihi relatum eſt oriri, Hæbreas mulieres omnes nimphas ſecũdum Pariſanum validiores habere cunctis mulieribus chriſtianis. Vt ita mihi Deus propitius ſit, ignorem, an maiores his chimeræ excogitari ab vllo poſſint: Adeò quòd cum omni debita reuerentia dictum ſit, ſi rem cum viro minimè pertinaci haberem, ſolo cacchinno, omiſſa omni confutatione, talia exploderem.

Pariſani Cent. 69. Vtinam (turſus inquam) noſtra perpendiſſes animaduertiſſeſque Mundini, ne ita audax pertinax chimerizando cacchinnareris, quod ſapientis non eſt ait Seneca.

Aduerſariorum Lapſuũ cauſa. Lapſus totius in cauſa eſt, quòd cum Ariſtotele putatis, quòd à capite caput, à pede pes, à pene penis, ab vulua vulua, & ita ſimul penis & vulua, & conſequenter ſemper hermafraditi; quum cõtra res ſe ſe habeat: videlicet à ſingula quaque ſimplici ſpermatica parte eiuſdem animatum ſemen effundi, & deinceps non à pręputio, vt non bene credidiſti, & ſcripſiſti: Non à cuticula, vt ais, quæ non eſt feminea pars. Non acute, quæ nequaquam & ipſam ſemineam partem ſui ſecundum totum eſſe ex à nobis ſcriptis percipiſſes attente ſi voluiſſes, non litigandi ergò, ſed veri inquirendi gratia in tractatu de Cute, ſpeculatione ſanè digno: Vnde intelligetis haſce noſtras nunc temporis non eſſe fugas, tergiuerſationeſue, ſed ſubtilitates aliàs in apertum & album editas, quæ triuialium ingeniorum non ſunt epulæ, quin etiam haud vulgaria iudicia excedunt multa: frontem modò quãrum lubet ferias, quia res ipſa loquitur, non vaſtiſſimæ ampullæ fundunt Cenſores doctiſſimi. *Subtilitates triuialium ingeniorũ haud epulæ.*

Modus ortus, & aſſimilationis partium genitalium. Quocirca ad rem tuam à præputio nõ præputium, à nimpha non nimpha; ſed talis (ſignata logicis dicitur) membrana, quæ vt à præputio, præputij carne miſcetur, veſtitur & fit talis cutis: vt à nimpha ortum ducit, nimphæ carne induitur, & pro vt harum altera ab altera ſuperatur (membrana nimirum) eo, quo diximus modo, alterius carnis natura, temperie, figura, &c. donatur & ornatur, vel præputij ſcilicet, vel nimphæ, vt rationi maximè conſentaneum eſt. Hæc talpis tenebricoſa, Lincibus verò perſpicua & luculenta: & proinde ſi hæc percipis, intelliges etiam te ab re cuticulam in nimphis, fruſtraque cutim inibi quęrere: quemadmodum & in caſſum fungoſitatem & carnis mollitiem in pręputio ſciſcitari. Sunt etenim ſimiles ſpermaticę partes genitalium eoſdem vſus pręſtantes ad libidinem, ad tegendum; præputium glandi balano· nimphæ vuluæ tentigini, & pro vt vniuntur, & alterum agunt, alterique inſeruiunt, illius apta induuntur veſte, præputij, nimphæue indumento, cum ſubſtantiæ modo, temperationi, figura, magnitudine, ac etiam colore. *Lincibus non Talpis obiectum.*

Nequaquam fuga. Nec figuræ obiectione nobis terrorem incuteretibi credas, vt pueris Verolæ nomine, & Babau: quoniam qu m ſubdiu hæc, tum vſuperitis tecum potiſſimum cõtingit: quoniam ſi ex naſo, vt in exemplo permaneamus, magno & aquilino ſuperante altero, paruus & ſimus fit; quid ni ex ſimilibus in ſpermatica ſubſtantia eodem ſtante fine, & alterius vtilitate non ſubſequetur figura? An quæſo te quas homunciones topiariam facientes in naturalibus ſimilitudines præſtant, ſapientiſſima Natura ignorabit & pręſtare non poterit? Nonne vides illos ferrea, ænea ſuper ſtamina, aues, naues animaliaque

liaque

liſque laurea, buxea, myrtheaue fabricaſte? An igitur, inquam, rotundum ſuper præputium glandis ſuper ſtamen non ducet & tendet nimphæ ſubtegmen, & ſię verſa vice? Apageſis tuo cum exemplo: quia naſi ad aures nihil ad rem, minimè ad Perſium, Apago tuis cum ſapientibus Conſultoribus.

Nodus ſoluitur. Sed iam araneum ad nodum recutitorum. An neſcis, quòd & in domo furnaria (dicebat bonus ille) reſidet Deus, Natura ſapientiſſima dicemus nos? An nūc totus hiſce mundus es Mundini, quum aliàs refertiſſimus nugis & falſis poſitionibus fueris? Si vna ex ſeminis gutta per vos perinde idem animal fit, ac ex quinquaginta, cur ex minima minimæ deficientis partis portiuncula idem non fiet? Si Galeno (& Galeneis) ex affluente parentum ſemine pueris venæ regenerantur (nos tunc non admittimus dictas alibi ob cauſas) quanto faciliùs prōptiùs veriùſque initio in vtero ex ſemine (nobis) alimentali ſimilaris & membranea præputij particula? quid ad Hyper galenum tuum? & te & ipſum ſi potes ſalua. At cur non vis nimphas (ad ſpermaticas partes quod attinet) ſimiles etiam ſubminiſtrare? Et cur non idem in brachio alterius ſolius parentes vſu veniet etiam quo ad robur ſubminiſtrato affluenti alimento, & vegeto innato vigente calore?

At tu Mundini (recordare amabo te memorabilis tui inuenti) qui ex ſpirituū copia à capite ducta, tria, quatuorue brachia in monſtris (monſtrum fateor) generas, cur hîc dextro manci maris à dextri mulieris ſemine formato (iure inquam tuo, noſtro minime arbitratu) ſpirituum ſcrupulum non affers? Dico tibi, quod formatum membrum, & à ſolo alterius procreantis membro optimè vigente innato calore affluenteque optimo alimento membrum illud æque magnum & robuſtum euadere poteſt, quia Natura ex fuſo (vt dicitur) lanceam facere poteſt, & è cōtra. Vnde ſępenumero ex paruo homine & magna muliere mas matre longè maior oritur, & cōtra vt quotidię viſitur.

Sed vnde & quo modo doce nos illam bellam ſequelam deducis, Hæbreas mulieres omnes, nimphas ſecundam nos validiores habere cūctis mulieribus Chriſtianis, quorſum hęc bone Vir? Quid vis Chriſtianarum mulierum nimphas Chriſtianorum præputijs præſtare, præſtoue eſſe, ſi non ſint appellæ, recutiti? Si Deus etiam mihi propitius ſit, tua hęcce recondita vel ipſe non aſſequor: aut quid tu velis & credas neſcis, qua de re tuos benignos lectores appello: tui ſapientiſſimi Conſultores & Protectores. *Compellatio.*

Non minor meo iudicio relatis chimera eſt, dicere materiam in generando mare ſemen tentiginis apponere mentulę ſemini, vt Pariſanus ſtatuit. *Mūdini Tall. 70.* Tentigo (dicebā ego in mea diſputatione pag. 312.) eſt paruus, penis ergo ſemen ipſius paucum penis ſemini appoſitum parum penem augebit, & ideo facile eſt hoc modo marem generari. At in generatione fæminæ, cū ſemen à mentula deciſum multo plus ſit appoſitum tentiginis ſemini valde ipſum augebit, vnde fœmina non poteſt oriri, niſi cum tentigine, qui ſit magnitudinis, qua penis oritur, & ita fęminæ omnes erunt hermafraditi.

Scitis quid promptiſſimè reſpondeat bonus Pariſanus? „ Neſcis in muliere præter tentiginem vteri vaginam virili membro partim reſpōdenti ineſſe vt Galenus docet.

Conſiderate lectores fugam Pariſani. non amplius ſolum tentiginem peni, ſed etiam vaginam vteri reſpondere vult. Sed bone vir credis ne ob id tutam tibi paraſſe fugam? Eſto in homine vagina vteri ſimilis ſit peni, quid tibi erit in generatione fœminæ de ſemine ab operimento penis deciſo, quod ex cuticula, cute, membrana carnoſa componitur? apponetur ne ſemini vaginæ vteri? vbi in vagina vteri, cutis, membrana carnoſa? Tu ſupradixiſti, Naturam ſemē præputij, apponere ſemini nimpharum in procreanda fœmina, quid eueniet de ſemine à reliqua portione partis penem tegentis deciſo? Neque poteſt dicere naturam ſemen ab hac parte deciſum cutis

ſęmi næ

ſeminæ ſemini apponere, qnia vbi eſt fæminæ pudendum, ibi cutis & membrana carnoſa deeſt.

Pariſan. Cont. 70.

Cicada ſibi canit. Vides Mundini doctiſſime me penis ſemen ex naturæ cõſilio muliebri tentigini, nimphis, & vteri vaginæ diſtriburũ pro eiuſdem partium diſtributione, &]poſtea totum penis ſemen ſoli tentigini tribuis, vt omnes mulieres hermafroditas conſtituas? & ſic craſſæ Mineruæ tuo cum Hyperariſtoteli agis? ò hermaphrodytus ſermo, ò maxima androgyna chimera tui intellectus partus, & tuorum Conſultorum, Prorectorumue ſi mauis.

Androgina chimera.

O bellum iudiciũ.

Audiuiſtis, percepiſtis, animaduertiſti Iudices præclariſſimi læſæ Maieſtatis maxima crimina, noſtras in Naturam execrationes, & laudaſtis? ò bellè.

Cuticula non ex ſemine quo modo, lege.

Iterum narro tibi Mundini quòd à cuticula nec cuticula nec ſemen, nec ipſa ex ſemine, ſed apud Anatomicos omnes ex ſanguinis & cutis recrementis. Ex alia materia seminea apud nos in tractatu proprio, quo loci vel ortus modum, non craſſa Minerua traditum explicatum videbis.

A cute nõ cutis, quo modo diſce.

Vlteriùs tibi dico, quòd à cute non cutis, nec cutis ſemen à carnea parte, ſed cutaneæ membranæ ſemen, ex qua dein & ſanguine fit cutis, quo modo arbitratu noſtro, nec craſſa inquam, Minerua in proprio capite intelliges, & conſequenter ſcies, te irrationabiliter quærere, vt in nimphis, tentigine, & vteri vagina, cuticulam & cutim videas.

Subtiliter nota. Diſtingue tempora & ſcripturas cõcordabis.

Ceterum vt hæc, & quæ ſupra de Galeni ſententia diximus & reiecimus, intelligas, ſcias velim. Partes viriles procreationi inſeruiẽtes muliebribus aliquo modo ſimiles eſſe, non omnino, vt nec eædem ſint (vt Galeni fuit opinio & relatio, quam fabellam diximus, vna cum eius cauſa reddita) in facto eſſe, vt loquuntur, quando inquam, in corpore fæmineo muliebri genita ſunt, ſi calor (cuius defectu, defectus Galenus inquit, ſequitur) augeretur, vt eędem partes foras erumperent, non eſſet priapus cum proprio corpore, glande, præputio, cute, nec ſerotũ; ſed talia & diuerſa iam genita, & proinde non niſi talia emergere qualia sũt, videlicet vterus & vagina inuerſa, &c.

Pudẽdorũ ſimilitudo.

At in fieri, hoc eſt in ſemine, & dum partes ſemineæ conſtituuntur, antequam carnibus induantur, & poſitione conſtituantur eſſe omnino ſimilia, & ex vtriuſque ſexus ſimilibus alterutrius pudenda & partes procreationi inſeruientes ſimilia fieri, vt hiſtoriam & dictarum partium naturam calentes haud inficias ibunt.

Mitto hîc, quòd recentiores quidam & doctiſſimi dicant partes genitales fœmineas omnino ſimiles cum marium genitalibus: quoniam re vera & docente ſenſu in facto eſſe res ſecus ſe ſe haber, in fieri autem ſimilia eſſe arbitratu noſtro non inficiamur modo dicendo.

Fœmina conſultò facta.

Etenim quum Natura nihil fruſtra, ſed & ſemper quod melius faciat, & eodem modo perpetuò, quia perfectiſſimè agat, perfecta animalia in ſua ſpecie efficit; vt ita perfecta ſit fœmina, mulier e. g. qnatenus mulier, ac mas & homo Ver qua homo & vir eſt, & proinde falſiſſimum & erroneum ſit (vt diximus) fęminam eſſe monſtrum, ſeu caſu factam & ex accidenti; ſed ſic conſultò ob ſpeciei & Mundi conſeruationem & pulchritudinem: proinde perpetuitati conſulens, quum ſuum opificium animans, inquã, immortale voluerit ſecundum ſpeciem vt communis fert opinio: nec non ſecundum idem indiuiduum etiam, vt nos credimus, & ex animato ſemine oſtẽdimus, perfectioribus progignendi & concipiẽdi inſtrumenta conſtruxit, ipſiſque eximiam voluptatem, vt animalibus ardens coeundi deſiderium indidit, & eſt Naturæ, & homini ratione participi cognitus finis, vt ſpecies & indiuiduum Naturæ immortales (eo quo diximus modo) & ſuperſtites ſint. Propterea eamdem vtrique indiuiduo mari, inquam, & fœminæ genitales partes prouidit, præſtitit, vt quemadmodum imperfecta animantia plantæ ſementiferæ, necnon infelices dictæ & earumdem ſingula compoſita & ſimplices partes ſui conſeruandi & augendi

gendi

gendi ſecundum ſpeciem & indiuiduum ignota propenſione occultò (nobis) deſiderio (vt ita loquar) tenentur, ita & comagis (credendum) perfectorum partes. Et quemadmodum à perfectarum plantarum compoſitis partibus omnibus ſimul ſemen, ita ab omnibus ſimul perfecti animalis partibus ſemen, vt etiam ramus, à ſingula quaque ramuli compoſita parte ramulus, qui à tota planta diuiſus planta eſt. Et ſicuti ab infelicis pariter plantæ ſemen non ferentis compoſita parte ramulus & planta gignitur, vnde perfectio, quia ſic creſcit & multiplicatur Dei opus, (non ex cœnoſa materia, vt aliàs diximus, & eſt vrgens magnum argumentum) ita ſic à toto perfecti animalis, ab omnibus, inquam, ſpermaticis partibus ſemen, quod animal eſt prolabitur: hoc nobis argumento eſt maximo, & cuique intelligenti potiſſima erit demonſtratio, quam qui negat non ſolùm eleboro, ſed ſimul ſenſus pœna dignus eſto. Etenim ſi ſingulæ compoſitæ infelicis plantæ partes ſemen haud ferentes multiplicantur & generant, vt aliæ ex ſemine plantæ, cur non aliæ & omnes ſpermaticæ animalis partes progignent? Potiſſimum, quòd Deus Optimus Maximus, ſic omnibus creatis iuſſit: ſcilicet, creſcite & multiplicamini, & illæ omnes & ſemine & abſque, ſic obediunt docente ſenſu: cur de perfectioribus nobis fidelibus hæc verè obſeruantibus affirmare nō licebit? illas certum eſt ſic creſcere, & inficiari cœcitas, & execratio eſt quid quod tibi igitur è Hiſce certis credere mihi fas, contra nefas eſt. Sed vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio.

Spermaticas partes oēs nō procreare caci eſt aſſerere.

Quum itaque Natura alijs clarius, alijs obſcurius eſſe dederit, vt hiſce noſtram ad rem quòd attinet (vel infelicibus plantis) occultam gignendi appetentiam brutis clatam coeundi appetitum: clarius hominibus ſibi ſimile procreandi, & ſui perpetuò conſeruandi deſiderium conceſſerit, & vt toti clarum appetitum, ſic totius ſingulis eſſentialibus, & ſemen gignentibus particulis obſcurum præſtitit, ceu plantis conſuluit. Propterea quemadmodum in harum ſeminis capſulam à ramulo corticum, ligneæ carnis, & medulleæ partes in habentibus ſimiles ſemineę partes deſcendunt, ſegregantur, & vniuntur occulta ſympathia & conuenientia, ita perinde nec ſecus diuerſarum animalis partium ſemineæ portiones in propria matrice. Etenim vt ſimile ſibi ſimile appetit, ita fœmina marem, (non ob imperfectionem, vt Ariſtoteli placuit) & mas fœminam deſiderat: nec iſtos ſe ſe dumtaxat (clarius in eſſe habentibus) appetere eſt, ſed earundem ſimiles partes: vt oculos oculorū viſione delectari, quinimo amore flagrare: faciem faciei ſimiliter contactu oblectari, linguam liguæ eadem delectatione teneri: labra laborum contactu, oſculo, ſuctione maximè gaudere conſtat. Quid de pudendorum mutuo appetitu, contactu, delectatione? vt priapus & vulua æſtuent, vterus deſcendat aſcendente & appropinquante ſibi pene, Vuluæ caruneulæ, vagina priapum arctè amplexentur nec deſerant priuſquàm illum emungant, & ipſæ effundant: totum ſimiliter & partes omnes, (vno vt verbo dicam) adeo toto, & partibus delectentur, vt corporis & partium penetrationem appetere & vnionem deſiderare videantur. Quas ob actiones delectationeſque, quemue ob æſtum, vel ſapientes quandoque homines vt bruta furere videas. Quæ ſi ideo credimus & fatemur, quia videmus & experimur, & niſi periculum feciſſemus fortaſſe non crederemus: quid ni igitur ſemineis pudendarum partium (vt aliarum) particulis conuenientiam & ſympathiam concedemus, & partium ob ſimilitudinem, (quam tu cum tuis nunc ignorans quæris) admittemus?

Mutuus partium amor & deſiderium.

Enim vero quum Naturam perfectum animal (vt diximus) fecerit, non tribus, quatuorue partibus, vt plantæ conſtant, ſed pluribus conſtruxerit, quia eidē clarius perfectiuſque eſſe dederit, & deinceps appoſita inſtrumenta, & conſequenter non occultum, rudem tantummodo ſui conſeruationis inſtinctum; ſed ſimul cognitionem (homini inquam) appetentiam,

tiam,& ſui conſeruandi procreationis deſiderium vlteriùs indidit, vt ſexu,& coitione opus fuerit, & deinceps partium ſimul (Nota) diuerſitate & identitate & ſimilium communem omnibus animantibus appetitū ſuam iuxta ſapientiam addidit, quam non toti dumtaxat, inquam, tribuit communicauitque, ſed totius partibus & partiū particulis cunctis vt oportuit, præſtitit: Proinde & genitalium & inſeruientium particulis tunc cum maximè partium ob ſimilitudinem decreuit. Vt quum maris & fœminæ actiones, vtilitates, muneraque varia & diuerſa requirerentur, hiſce in arduis Naturæ partium neceſſitati ſapientiæ ſupplere potiſſimum fuit; vt eaſdem partes, requiſita, & inſtrumenta ſimilia & diſſimilia ſimul & ſemel procreare, diuerſa & contraria munia ſimul præſtantia & exercentia patrare; (quemadmodum de admiranda fabrica cordis vaporū ad pulmones patet, vt infra Haruejo) vt intus & foris, recipere & recipi, agere & pati, fricare & fricari, emūgere & emungi, aſcendere & deſcendere, &c. contingeret operæquepretium eſſet: Et deinceps maris & fœminæ diſcrepantes viſū partes conuenirent, mutuoque ſe ſe expeterent & inuicem tranſmutarentur non ſecundum ſubſtantiam, ſed indumentum, poſitionem, temperiem plus minus, colore, mollitie, &c. atque vndique prout victoria ſequeretur maris, fœminæue formas ſeu figuras exciperent.

Natura mirabilis.

Poſita igitur genitalium diuerſitate in facto eſſe ita neceſſitate requirente, quòd vterus procreationis campus intus in abdomine (vna cum teſtibus) ſemen recipiens cōſeruans, alens, & augens collocaretur, atque ad hunc aperta via & ductus vagina, collum, os ad fœtus ingreſſum & egreſſum, reliquæ annexæ inſeruientes & iuuantes foris appoſitè ponerentur: in mare foris ſeminans, & in campum ſemen deferens inſtrumentum oblongum penis vna pariter cum requiſitis (vt ſatis conſtat) mutata plus minus (non variata ſpecie) paulùlum ſeminis & ſubſtantiæ ratione, ſicuti temperies aliquatenus immutatur pro munere, officio & neceſſitate, ſitus, actio, & vſus varientur, vt ſcroti cuius teſtis extra abdomen tegere fouerique, vt abdominis membranarum, in mare erat, in fœminæ abdomine vterum agens fœtum continere, fouete, alere ſit. Cuius agere ſemen deferre penis in mare referebat, in fœmina vaginæ pati & recipere intereſt, & ſic & verſa vice alterutrius partium agentium & iuuantium. Sic cuius erat cutis carneæ parti vniti, eadem indui & cutem agere affuſo ex ſanguine cutim fieri manere, vt penis præputij. Cuius & eiuſdem (altero ſuperante ſexu) aliæ carni, alioque fungi ſimili munere, alia veſte veſtiri nymphæ, tentiginis, proprio tamē ſeruato munere: vt e.g. in hiſce tegere, tueri, ad libidinem facere & ſtimulare.

Genitalium poſitio, actio, vſus, munera.

Certum enimuerò eſt, ſemen fieri à partibus ſemineis, & ab ipſis effundi, non autem à carnibus propriè dictis & ex ſanguine proximè factis, ſiue affuſiones, ſiue alio nomine accipiantur, vtpote quæ ex ſanguine procreentur, & eodem nutriantur, vt nemo det quod non habet, quod tamquam certiſſimum ex vera germana literaria (vt ſic dicam) ſchola, non eſt quòd probetur. Quocirca quum à præputio e.g. & nymphis ſimilibus membraneis ſemineis partibus ſemen effunditur, idque purū abſque ſanguinis carniſue cutaneæ, nymphea ue partis, quæ alterius pars ſuperior & valentior eſt, ex affuſo & attracto ſanguine ſe ſe induit, vt ſi præputij, cutiſue membrana cutaneam carneā ſanguinem induit: ſi nymphæ membrana ſuperat nympheo carneo indumento ſibi proprio ex ſanguine propria carne veſtitur.

Sic ex inuerſæ penis cutis ſcroto continuæ & fœmineæ vaginæ ſemine ſuperante ceruix emergit, quæ vt in pene ex ſanguine & carne alio & diuerſo modo receptis, & in ſe ſe conuerſis illa cutis membrana ad tactum potiſſimum dein ad robur: Ita in vteri collo alijs villis ad tactum (non exquiſitum, vt in pene

Vagina ...

K per;

perfecta ex temperatione à carnis ſimetria, proinde cutis proprius) mediocrem venereum,& robur confricationis cauſa: proinde membranea rugoſaque procreata eſt; vt ſcilicet in coitu prout penis augetur & minuitur, & hæc ad illum recipiendum rugoſa & ſpōgioſa ſui ſubſtantia dilatari,contrahi, arctarique,vt ipſum admittere, ſuis quin etiam arteriolis ſpiritu repletis comprehendere & turgens amplexari poſſet: aliàs flaceſcens vt penis, concidendo coarctaretur.

Quocirca quum aduerſus Galenū dico, ſi fęminea vegeto calore extruderentur non eſſet vaſorum cirſoidum longitudo,non teſtes maris,non balanus,non cutis internumque totum ac adamuſim penis corpus, præputium, &c. Contra quæ foris extant nullo modo mutarētur,nymphæ, tentigo, & inſeruientia, de quibus mox; Et ita vteri vagina deſcendens nec eſſet priapus,nec illum vllo modo repræſentaret, quoniam freno, præputio careret, muſculis tendinibus,& vaſis, quibus clytoris componitur deſtitueretur. Ita aduerſus Galenum & te acerrimum eius defenſorem tuus Hypergalenus philoſophatur. Quare fateor vt ex tuis video,noſtra legiſti,ſed quia,vt videre eſt,cum tuis excellentiſſimis non intellexiſti, negligiſti: eapropter te ipſum collige,vt Naturæ mirabilia colligas, & (vel ex tuo à Naturæ ſecretis) nūquam eiuſdem ſapientiam admirari ceſſes,atque deſinas: Ceterum ad rem.

Comprobationis exemplum.

Argumento id tibi ſit manifeſto de ſimilitudine (procreationis modum in proprio cutis tractatu explicuimus) à notis ſi procedere velis. Si alterius e.g. canis cutis ſemen ſuperat,cutis aliùs temperici & coloris fit à ſuperātis calore, & conſequenter pilum alterius coloris album, nigrum progignet. Contra, ſi alterius coeuntis cutis ſemen vincat,vſu veniet, quemadmodum quotidiana experientia docet: ſic ſi canis inda nuda & expilis, contra ſi, &c.

Sed iam quod quæris & ignoras,accipe, Tentiginis & Nympharum cum penis portionibus germanam ſimilitudinem. Vt ſapiens Natura homini eſſe dedit, ſic neceſſaria ad eſſe & perpetuò ſeruare: vnde vt ſuæ conſeruationis deſiderium, ita & libidinem,& proinde libidinis ex attritione inſtrumentum, Mari penem, itidem & mulieri tribuit, quicquid Ariſtoteles dicat quod Veneris œſtrum dicitur, Columbo amoris dulcedo: femineus. penis Laurentio: Albucaſi tentigo, Auicennæ Albtara, id eſt virga, Græcis Clitoris ab obſcęno verbo laſciuius contrecto: & quas virilis penis partes haber, omnes (excepta dicta vteri vagina) muliebris penis obtinuit, etiam carneas neceſſarias, ad erectionem, inquam,muſculos non ſecus ac penis virilis, ſicuti ex Platero, Laurentiu & allis recentioribus colliges, & vti ſitu in pudendi apice cum virili mentula conuenit,ita ſubſtantia(feminea dico) propriū eius corpus, quemadmodum & compoſitione ex duplici à pubis oſſe nerueo Arcangelo, ſeu ligamenteo corpore conſtat: vnde etiam durities & ſoliditas Laurentio: ſed ſpongioſo, vt copioſi ex influentis ſpiritus acceſſu extendi, & eiuſdem receſſu flaceſcere poſſit; atque pariter vt penis atro craſſoque ſpirituoſo ſanguine refertus perinde ac maſculeus penis: qui prætterea vt à præputio tegitur,ita huius caput, Clitoris inquam à tenuiſſima nympharū inibi coniunctarum parte veluti præputio etiam tegitur, & vaſis quin etiam pro vt virilis penis dorſum tranſeūtibus itidem donatur. Ac demum vt penis virilis caput perforatum, ita Clitoris caput glandi ſimile,& quod mirabile etiam viſu eſt, foramine præditum,non tamen peruium: vt certò experiaris ſolertiſſimam Naturam nec in ſimilitudinis veſtigio quidem defeciſſe,& conſequenter angaris & condoleas Mundini tuis cum Conſultoribus germana hæc noſtra rationi maximè conſentanea, & Naturæ ſapientiæ reſpondentia abs te, tuiſque non, vel perperàm intellecta, chimæras appellare.

Similitudo muliebris penis cum maſculea mentula.

Et quū iam nūc haſce partes & particulas ita diuiſas,& in fęmina ſapiēter diſtributas

butas

Digitized by Google

butas ignota ueris, ita firmiter & cōſtāter credas eandem in maris ortu eaſdem facillimè collectum iri: quippe melior œconoma Natura dormiens & ſomnians, vt ſic dicam, quàm maximè cum tuis tu vigilans ſis, & quàm tu ſcias in diuidendis diſtribuendis, colligendiſque genitalium partium fruſtulis. Quare eius vices & ſecreta ita admirare, vt philoſopheris, non autem vt tuo intellectu illa menſures.

Mund. Tall. 71. Lupo, vulpi penis offeus eſt, non nerueus cartileginoſus vt habetur 2. de hiſt. anim. 1. At vagina vteri in ijs non poteſt eſſe offea, quandoquidem debet facilè dilatari, vt exitum fœtubus edendis præbeat. Si in his animalibus tanta eſt inter penem & vaginam vteri diuerſitas, eamdem ſemineæ portiones ab his deciſæ inter ſe differentiā ſortiuntur, quo modo ergo ſemineæ à pene deciſæ conuenient in conſtituenda vteri vagina cum ſemineis à vagina vteri deciſis, aut e contra?

Pariſani Cont. 71. Hic tecum acutiori viro dicerem, vt de chalazæ acuminatæ oui partis ſemine, foras à Natura emitti, & ita ſatis feciſſe: ſed hæc tuo exemplo ridicula non committā.

Amplius quid vteri vagina ad penis internum offeum corpus? Diximus tibi vteri vaginam ex cutanea ſeu, melius, mēbranea exteriori priapi parte conſtitui, &c. non ex alijs internis in priapo contentis, ex quibus alia fœminea. Sed tranſeant hæc minimè opportuna.

Opportuna ratiocinatio. Animaduertas Mundini quòd noſtros ſenſus minimè aſſequutus, & tua te peramans (vt Comicus ait) ſomnia tibi fingis, vel chimeras ſomniaſti. Semineæ pudendorum eiaculatæ partes (vt aliorum ceteræ) non ſunt perfectè & completè pudenda, ſeu propiùs ad rem præſentem, non ſunt os priapi canis, vulpis, lupi, membrana vaginæ canis: ſed tunc ſunt alimentum & proximè optimè elaboratum, quod proximè in os & membranam inſtaurando conuerti debuerat, niſi prolis gratia exploſum fuiſſet: Quare partes vtræque ſemen & alimentum, optimè tamen alteratum & à partibus diſpoſitum dictis à nobis de cauſis & conditionibus: ſed quæ aliquatenus immutari & ſuperari à vincente alterius eiuſdem membri partibus poſſint. Vt e.g. ſemen nigræ cutis canis ſuperatur à ſemine albæ cutis alterius canis, & fit alius coloris & temperationis cutis, & deinceps albos non nigros pilos producit, & ſic de reliquis? Quare vide, ne priuſquam Lynceum te præbeas & prædices, obtuſionis aſpectus ſis. Caue, inquam, ne ſemen illud os tibi fingas, & inde labaris: quoniam eſt ſemen diuerſæ quidem temperiei, vt diuerſæ cutis ſemina, & diuerſarum in facto eſſe ſupradictarum membranarum & partium, vt diximus; ſed niſi eiaculetur excernatur, nutrit & inſtaurat victum: non remanet os illud, quod tibi fingis; ſed inſtaurando in os tranſit. ita eiaculatum cum fœminei pudendi reſpondente ſemine, illa euadit ſeu in illa tranſit & conuertitur ſi ſuperetur vt oſſis ſemen, non vt os: Quocirca vt in facto eſſe os priapi lupi, & reſpondentia lupæ maximè differunt: eorum tamen ſemina parum, & qua ſemen, & qua alimentum, & quoad temperies, ceteras qualitates & figuras leuiter impreſſas, vt de præputio, clytori, & nymphis, de cutis temperatione; de naſi ſimi, aquilini figuris patet, inque eorundem & ſimilium tranſmutatione videre eſt. Quæ doctis & vſuperitis dura non erunt: nec alijs videbuntur, ſi quod luce clarius experiētia ob oculos verſatur perpendatur, in muli, inquam, procreatione ex equa & aſino, in gimni generatione ex aſina & equo, ex cane & vulpe, & contra, ſicuti ex cane & lupo ſpecie diuerſis animalibus, & alijs diuerſiſque partibus, ſi ſapitis. *Experimēto cōprobatur.*

Ampliùs quum Natura ex putri murem generat, etherogeneas materias illas & partes, putas ne ex ſe ſe, vel caſu diſpoſitas adamuſſim eſſe, an verò à natura diſponi, vt alia materia frigidior, & ſiccior pro oſſe, minus ſicca & frigida pro ligamento, membrana, arteria, vena, &c. ſic pro neruo, cerebro, &c. ſicque vertebrarum oſſa æque diſtantia, medijs appoſitè ligamentis membraniſque, &c. forte fortuna fiant, & hæc tibi trepidationem incutiunt? Et ſi aliam

Digitized by Google

pro oſſe, &c. cur non alibi aliam diſponet diſtribuetque quęſumus vos doctiſsimos?

Mund. Tact. 72.

Vagina vteri habet magnam cauitatem penis capacem. In pene adeſt cauitas vrinarij meatus, qui reſpondet vrinario meatui fęminæ. Conueniet & quidem ſemen horum duorum meatuum; ſed quid erit de ſemine, quod ab interna membrana vaginæ ſecedit? quomodo figuram cauitatis vaginæ amittet?

Pariſani Cont. 72.

Friula nimis.

Si te, & tuos à conſilijs admirabor, æqui boni (quæſumus vos) conſuletis, quia nobis friula nimis iſtæc. Dico tibi, quòd internæ membranæ vaginæ ſemen tranſit in penis ſibi reſpondentem dictam membranam ſuperantem; quid obſtat amabo te doctiſsime? Figuram eo modo amittit, quo aliæ partes ſuperatæ naſi, auris, oculi, òris, menti, &c. quia pars seminea ſuperans choream ducit ſuam ſeruans figuram, alia victa ſequitur & cedit, quia eiuſdem eſt rationis. Cauitas Mundini non eſt quid partis, nec quicquam cum ſemine habet: idcirco nihil amittit: ſed bene ſi dominaretur ſuam retineret figuram & vacuum illud ſubſequeretur.

Mund. Tact. 72.

Vt aliam chimèram probabilem Pariſanus reddat ad Galenum confugit, & matricem ſimilem eſſe ſcroto aſſerit. vnde ſemen matricis poteſt facere ad conſtitutionem ſcroti, & ſemen huius ad conſtitutionem matricis. Ex quibus nam partibus Lectores benigni ſcrotum conflatur? ex cuticula, cute. ſcrotum eſt cutis rugoſa dicunt anatomici. Ex quibus nam partibus conſtat vterus? Ex membrana communi à peritonæo ex propria & ex carne propria ex multis villorum generibus. Vbi in matrice cutis? Quid de erit ſemineis à cute ſcroti deciſis? quibus nam ſemineis portionibus iſtas natura in generanda matrice apponet?

Pariſani Cont. 73.

Ad ſubtilia non aptinati.

Mira volubilitas quum nec cum Galeno hac in eadem materia, nec aduerſus ipſum ſis: imo nunc cum Galeno nos facere (quod nec eidem eſſe, nec dici volumus) omnino affirmas, modò quia luculẽter reiecimus, Hypergaleonũ vocas, ex tua cõſtantia hæc, & tuorũ ſubtilium.

Iterum tibi dico, quòd à cuticula non ſemen, patet ex dictis: à cute non cutis, vt iam iam tibi ſupradixi, & aliàs in proprio tractatu docui: Quare non eſt, quòd in vtero cutim requiras, ſed duplicis mẽbranæ cutaneæ (vt inibi docui) ſemen. Non enim ex ſcroto vterus fit, nec ex vtero ſcrotum: quoniam Deus & marem & fęminam creauit; ſed quia in omnibus per quam ſimilimos, ideo vincente ſcroto, fit, ſeu magis propriè loquendo, remanet ſcrotum accedente victo vteri ſemine eiuſdem rationis, dominatũ etenim, non carneas fibras, ſed membrana cutanea ſcroti duplex ſibi ſanguinem, & ſuam naturam formamque retinens conſeruatur cutis, ſeu ſcrotum. Ita pari paſſu vincente vteri duplici propria membrana remanet vterus admixto ſcroti ſemine, & ſanguinem ſibi proportionatum attrahens carneas ſibi fibras conſtruit, quæ ex ſanguine fiunt tempore poſteriores. (nota ob ſequenti in collatione tangenda) Et ita membranarum ſcroti ſemen membranis vteri proprijs ſimilibus apponitur, & ſic verſa vice.

Scrotum cur rugoſum.

Scrotum ideo rugoſum ſcias, quia quũ teſtes & anexa contineat: quum partim quandoque penis ob erectionem cõtrahi, eodem flaceſcente deſcendere ſit deſcendẽtibus & grauãtibus teſtibus, neceſſario proinde rugoſum fieri ex munere oportuit, ſicque maximè dilatari & contrahi: ideo extra longa ſpermatica vaſa, necnon deferentia, atque ſuſpenſorij muſculi, vt mittam, quòd relaxato peritonæo omentum & prolapſa inteſtina contineat. De cõmuni & non propria vteri tunica à peritonęo infra, quæ & ſuo loco locabitur.

Mund. Tact. 74.

Mundini de vteri errata.

Propria caro vteri licet ſit alba ex ſanguine tamen à fibris villis (quæ partes ſpermaticæ ſunt) ipſius vteri generatur, & inter ſe ipſas intertexitur. Ergo fibræ illæ, ſtamina illa ſpermatica differunt eſſẽtialiter, & formaliter à ſtaminibus ſpermaticis, ex quibus ſcrotũ formatur. iſta. n. carnẽ nõ generant, quam matricis ſtamina. quo modo ergo ſemineæ portiones ab harum duarũ partium ſtaminibus formaliter inter ſe differẽtibus deciſæ, formales

in

Digitized by Google

in ſe differentias ſtaminum illorum generantes, poſſunt per ſimplicem illarum inter ſe iuxta poſitionem cõuenire in generando aut ſcroto, aut vtero?

Pariſani Cont. 74. Oſtenditur.

Ego vereor Mundini quòd parũ cum tuis vſuperitus ſis hiſce in mercibus, non ſolũ quia vnicam dumtaxat propriã vteri tunicam ponas, verùm etiam quòd propriam vteri carnem ex ſanguineã villis & fibris ſpermaticis conſtituas, ac præterea albam dicas: quæ ſenſui & doctis ac vſuperitis anatomicis repugnant: quum inter proprias membranas carnoſæ fibriæ ſint, & proprium ad plures vſus parenchyma conſtituant, potiſſimum fortaſſe vt ſpontaneo motu ad ſemen recipiẽdum & continendum vtatur: deinde alias præter vtilitates, vt per hance venis & arterijs excurrentibus prægnationis tempore affluente ſanguine, vterus magnam ad molem excreſcat, non ſecundum longitudinem ſolummodò, ſed ſecundum craſſitiem etiam duorum digitorum vbique iuxta partus tempus (de muliebri vtero loquimur) quod admirationi eſt. At vnde inferas primò ſtamina vteri ſpermatica eſſentialiter, & formaliter à ſpermaticis ſcroti ſtaminibus differre non video. Denique quòd in ſcroti membranis caro nõ generetur, vt in reliqua cute minimè intueor, ſed bene contrarium cerno, & id falſiſſimum experior, vt proprio noſtro in cutis tractatu manifeſtè patet.

Parẽchyma ad plures vſus.

Sed eſto carnis ex ſanguine diuerſitas, hoc non officit dummodo ſemineæ partes ſimiles ſint, quia dominans iure ſuo carne induitur ſuo pro munere & officio, vt ſupra diximus intelligis?

Mũdini Tall. 75.

Quid dicam de figura in homine vteri & ſcroti? Differunt ne inter ſe, vt naſus ab auribus, quomodo ſemineæ portiones à cornubus vteri bipartiti ſuis & canis deciſæ in ſe cælatam figuram cornuum generentes per ſimplicem ad ſemineas à ſcroto deciſas appoſitionem in generando ſcroto figuram cornuum amittent? 54.

Pariſani Cont. 75.

Eo modo quo naſus aquilinus à ſimo, adunco &c. altero ſuperante: partes eſſentialiter ſimiles ſunt in fieri, vt diximus eædem, factæ aliquatenus differũt, quandoque in poſitione, interdum & aliquantulum in temperie, aliquando ſecundum formam, hoc eſt figuram, prout partis vſus fert, & præſtandum munus requirit. Sat quòd vtrinque binæ & ad inuicem ſimiles & reſpondentes ſemineæ partes & membranæ ſint, atque vlteriùs ambæ ex ſanguine ſibi carnem progignant, vt quamdam in figura ſimilitudinem mittam inter virile potiſſimum ſcrotum, & muliebrem vterum, quæ etiam in ſimilima linea medium vtriuſque membri adamuſſim diuidente conueniunt; vt pateat quam conſultò natura agat, & dedita opera etiam minima quoad fieri poteſt ſeruet: quæ quoniam non nouiſti propterea allucinatus perperam naſi cum auribus ſimilitudinem replicaſti & tui parum naſuti haud ſubodorati admiſerunt.

Natura nec in linea quidem deſicit.

Mund. Tall. 75.

Sed quod hanc chimeram penitus deſtruit eſt, quod fœmina elephantus magnam habet matricem, vt in ipſa fœtus vituli magnitudine geſtetur, ſicut habet Ariſt. attamen mas ſcroto caret, & teſtes intus circa renes habet, quemadmodum erinaceus & inter viuipera aquatilia delphinus. Quid ergo ò Pariſane in generando mare elephanto eueniet de ſemineis portionibus à matrice fœminæ deciſis. quibus nam partibus maris apponentur? Ecce clariſſimè, quod matrix ſcroto nullo pacto reſpondet. Inducite etiam Delphinum Lectores, &c.

Pariſani Cont. 75. Mundino monitum.

Admirare quæſo Mundini vt Philoſopheris, philoſophare vt ſtupere & alios ſtupidos reddere deſinas. Nõ elephantis dumtaxat matrix prægnans magna eſt, ſed pro magnitudine omnium, vt mulieris e. g., cuius vterus maiuſculi pyri inſtar, vtero ſi gerat, adeò omnes ſecundum ſui dimenſiones membranearum, carnearum, & ceterarum partium excreſcit, vt fœtum vnius brachij magnitudine contineat: eius os ante conceptum, digitum, facto conceptu, nec ſpecilli acumen (dicebat Galenus) admittit: In partu adeò reſeratur, vt non amplius vteri, ſed ſacci os ſit; vt capiti & infantis humeris exitum præbeat: poſtea minimum euadit, vt minimus ſit vterus, vt Natura ex fuſo, vt dici-

tur, lanceam, ex lancea fuſum nullo negotio faciat: quæ admirari poſſumus, inquam, intelligere neutiquam. Proinde dico, caue ne tui intellectus captu (vt ita loquar) Naturæ ſecreta & poteſtates dimetiri te credas.

Elephāti oē quæſitum ſoluuntur.

Scroti pars dum penis erigitur (vt interim cōmunem vteri ex peritonæo membranam ſibi reſpondenti maris teſtibus apponi ſcias) penis partem induit, vt (ni fallor) noſti flaceſcēte pene deſcēdit: hoc rationi maximè conſentaneum eſſe doctus & peritus quilibet fatebitur, quod ne in arduis & peregrinis nos terga dare aſſeras & chimerizzes, dixerim.. Proinde & ſi elephans ſcroto deſtituatur, eo non egens, quia teſtes intus gerit, ſuperflua nihilominus in penis radicis cute præditus eſt, quæ ſcrotum fieret ſi pondere grauaretur, & ceteras membranas vaſa ad teſtes ſpermatica comitantes & teſtes induentes contineret, teſtes ſi deſcenderent: quia vt diximus ſuperflua eſt flaceſcenti membro (vt etiam erecto ſi pondere extenderetur, vt maximè, ex omenti & inteſtinorum deſcenſu viſitur nō ſecus ac reſpondens prægnans vterus) ac etiam vaginæ quoad vſum, ad coitum inquam: quippe nec matricis collum, nec pudoris ſinum ingreditur: Quocirca vt matricis ceruix ex eiuſdem ſemine emergit, ſeu conſtat accedentibus penis membranarum ſemine, ita elephanti matrix accidente cutis, ſeu radicis membri membranæ nimirum ſemine quæ loco ſcroti eſt, & eadem cum reliqua penis cute, quod ſenſu patet, cum ſi excories, tum ſi flaceſcente pene præputium ſurſum trahas, certò videas & tangas ſcrotum ſubſequi, & ferè ad glandem vſque peruenire experieris: & ſimul periculum facies inquā, quòd Indus Elephantus culicem haud curat.

Mund. Tract. 76.

Non ne eſt etiam chimera, docere naturam in homine ſemen teſtium marium in generanda fœmina ſemini teſtium fœminæ apponere? Nam teſtes marium ſunt multo maiores teſtibus fœminarum, ſi ergo natura in generandis, ſemen à teſtibus marium deciſum ſemini à teſtibus fœminarum deciſo apponeret, teſtes grandes in fœminis, vt in maribus eſſent.

Pariſani Cont. 76.

Falſi tuæ imaginationis teſtes de teſtibus te chimerizzare cogunt Mundini, quod non contigiſſet ſi tui iuris animaduertiſſes Dei Prouidentiam, & Sapientiam perfecta animalia marem, & fœminam creaſſe, eaque pluribus præcipuis membris, & quampluribus partibus fine, ſpecie, actione, ac vſu in ſe ſe vnumquoque præditum, & proinde non aptum ſingulum quodque, in vna ſui parte, nec in ſe ſe vno ſe in plura augere, & ſibi ſimilia ſemine procreare, vt plantę dictis de cauſis: proinde ijs perfectis, & conſequenter omnino ſimilibus mutuò ſubinde ſe ſe appetentibus coire neceſſe fuit totius & partium conuenientia & amore, naturali inſtinctu & congruentia ſimiliter in brutis vrgentibus ſimilibus vtriuſque membris procreationi & perpetuitati facientibus. Quæ ad æſtum venereum & libidinem bene quidem ſunt vtrique teſtes præcipuè: quando ſi lubet verò maris penis ad voluptatem fœminæ reſpondens clytoridi, ad deferendum ſemen penis, & eiuſdem vaginæ ad idem cōtinendum, alendum &c. matrix. Sed hæc non ſatis: Aliud eſt ſecretum maximam Naturæ ſapientiam oſtendens, & eſt, quòd neceſſe fuit alterum coeuntium, fęminam videlicet altero mari nimirū debiliorem, minus calidam & humidiorem extitiſſe, (quæ non ex vtero, ceruice, clytoride, pudoris ſinu, & nymphis contingere) ad hoc vt res bene haberet, ex cuius remiſſo temperamento excrementoſi ſanguinis menſtrui copia coaceruaretur: brutis ſtatis tēporibus, vt patet, mulieri ſingulo quoque menſe: (quicquid Ariſtoteles dicat) quo ſanguine prægnationis tempore, vterus omnes ſecundum dimenſiones augeretur: ſemen & fœtus inibi aleretur, augereturque; atque mammæ puellis & virginibus creſcerent extollerenturque, eo magis vtero dum gererent, & poſt partum fœtus lacte aleretur, & hæc eſt cauſa ſine qua non: vnde poſt modum cauſa ex qua, inquam, ſanguis & lac. Sed vnde hoc Mundini?

Natura admiranda.

Ex teſtium ſtructura vſu venit, propte-

rea

Ex teſtiũ ſtructura.

rea rectè, ni fallimur, aliàs docuimus, mares fœminis calidiores & robuſtiores, vegetiores, & omnia ad opera promptiores eſſe caloris & naturalium ſpirituum inde ortũ ducẽtium ex officialibus hiſce membris ob copiam indiuiduo maximè conducente, quemadmodum calido innato & ſpeciei, vt inibi aſſeruimus enucleauimuſque ex eorumdem ſubſtantia ſemen vaſorum præparantium longitudine, atque membranarum continentium calorem fouentium, concoctionem iuuãtium numero: quæ ſi fœminarum teſtes aſſequerentur, æque calidiores ac mares eſſent, & omnia ad munia perinde ac mares aptæ idoneæque extarent, & conſequenter menſtruis deſtituerentur, & procreationi, ſpeciei, & perpetuitati minimè conſultum eſſet. Contra verò fœminæ teſtes non ſolùm ſubſtantia, verùm etiam figura, vt non ita craſſi & rotundi, ſed lati & depreſſi, inęquales, veluti glandulæ oblongi & caui, vt ſemen parum coctum, tenue, & ceu lactis ſerum gignant, differũt, vt (Nota) maris teſtes fętui magis ſpiritu & ſemine calido innato, atque primo alimento, ſemine videlicet (vt fęminæ ex Galeno) conferant, quàm fęminæ teſtes, quorũ poſtea tenuiori ſemine animatum ſemen robuſtius euaſum alitur, ac demũ inconcoctioni ſanguine nutritur. Hæc luce clariora ſicuti etiam in grandioribus natu viſitur; vt in capone, boue, nec non in ſpadonibus liquet, in quibus ex teſtiũ exectione corporis habitus refrigeſcit, & hominum in muliebrem ſeu frigidiorem naturam tranſmutatur. Et deinceps non caſu, non ex accidenti fęmina facta eſt, vt Ariſt. & Gal. voluere, ſed conſultò vt nos probauimus. Ceterum ad rem propiùs.

14. de V. p. 11.

Non propterea hæ differentiæ tales ſunt, vt aliud, ſed bene ſecundum magis & minus differre, faciant.

Seminis quantitas, bone vir, membra vltra ſuos limites maiora non efficit, vt tu chimerizzando aſſeris, ſic enim aquilini, magni naſi ex ſemine, & paruiſſimi aquilinus fieret ſemper, quod repugnans & falſum eſt. ſed ſeminis alterius pars vincens ſuos non egreditur limites.

Clarius ad rem noſtram, ac etiam veſtra ex opinione (ex ſolo teſtium ſemine) ex mulieris teſtium pauco & ſeroſo ſemine, & ex maris copioſiori, craſſiori concoctiori non ſemper mas, nec procreatur mulier viro maior, nec æqualis magnitudinis, nedum teſtes; ſed vt hi, ita & illa generanti parua & matri ſimilis in omnibus. Non quia teſtium ſemen maius, concoctiuſque (veſtra in quam ex ſententia) ſed ſeminis partium caracteres, proprietates, vires (nobis occultæ) & ſimilitudines ſemini aliquatenus & ſecundum magis & minus impreſſæ dominantur, licet procreationis initiò aliud ſemen dominatum mole maius ſit: quia dominans ſuapte virtute ſuam ſubſtantiæ rationẽ, temperiem, figuram, ſimilitudinem, magnitudinem, ſitum & cetera proſequitur & ſeruat, alio affini & ſimili non repugnante, ſed ſubſequenti. quę in ſequenti contactu (mirum) fateberis, inuitus crediderim, quia præſens abfueris.

Amplius viri doctiſſimi: cur canis vnius eiaculationis ſemen per vos aptum, idoneum & ſufficiens, 10. 15. 20. & plures canes progignere, vnum quandoque Ariſtoteli (nobis ſemper) vt fieri viſitur, ſi fiat matri ſimilis & paruus, cur non maximus & patri magno longè maior? an noſtram in ſententiam pedibus venietis? quod vos rogo reſpondite ſi placet, ſique poteſtis, Idẽ namque pluries quæſiuimus, reſponſum habuimus nũquam; vos ne canes in præſepi? Sicuti hîc obiter, ſi veſtrum illud tale teſtium ſemen homogeneum magnum, concoctius, in ſumma, dominans ſemini fœminę, cur partim patri, matri partim filij ſimiles? vincere dominari, & vinci & ſuperari ab eodem tali & ſemper tali tunc ſimul & ſemel non bene conueniunt nec in vna ſede morantur viri doctiſſimi.

Reſpondet Pariſanus „ Neſcis quòd, dum fœminæ teſtium, quemadmodum *Mund 7 act. 77*
totius corporis ſemen dominatur, quia ſi- „
bi ſimile generat, partis & totius fęminæ „
magnitudinem figurã & qualitates mo- „
litur & aſſequitur ſenſu quotidie teſtãte? „

Au-

Digitized by Google

Audio te hæc dicere, & vera eſſe cognoſco, ſed quo modo ſemen tuum dominetur, modum ſecundum quem hæc præſtare, quæ tu dicis, poſsit, ignoto vt iam pateſeci, neque tu declaraſti, neque declarare potes. Non enim ſemineæ portiones per te ſe inuicem tranſmutant, agunt & patiuntur ad inuicem, ſed tantum iuxta ponuntur. In ea ergo quantitate decidunt à teſtibus maris, & à teſtibus fœminæ in generanda fœmina, in qua decidunt in generando mare: ergo appoſitæ ſimul teſtes adeò magnos in fęmina ac in mare generabunt.

Pariſan. Cont. 77. An quia ſupra dormiens chimeras ſōniaſti, hîc vigilans tibi conſcius palinodiam canis? ſat tibi, ſat tuis à Conſilijs ratum facientibus, quòd verum dicam, & vera mea eſſe cognoſcatis vt fatemini, & ſi modum non declarauerim declarare ue neſciuerim, tametſi digito adeò rectà indicaſſe videar, vt percipere poſſis, eo tamen modo, quo Naturæ ſecretiſſima penetrare poſſumus, in quibus vt (Aeſopica docet fabella) Vulpes à Ciconia eluſa vitreum vas lambimus, pultem autē haud attingimus.

Non dicimus nos quod (præpoſtere aſſeris) ſemina iuxta poni, ſed miſceri vt (vos quoque dicitis) maris & fœminæ, quod maximè patet in muli & gimni procreatione, nec non in homine: propterea in oculis patri e.g. in naſo matri in ore patri, matri in mento &c. ſimilitudines obſeruabis: in illis (mulo, gimno) nec totum nec membrum vllum aliquo alterius parenti ſimile videris: in hiſce (in homine) ſæpius totum alteri, ſæpiſſime vtrique parenti ſimilia plurima, vt quod diximus certum colligere ſit.

Non ſolùm tibi concedo Mundini, quòd eadem in quantitate ab vtriſque maris & fœminæ teſtibus ſemen decidat, (loquor de ſemine animato, quod proximè & immediatè teſtium ſubſtantiam inſtauraturum eſt, vt de reliquarum ſpermaticarum partium (rectè ſubodorare ne cancrum capias) ſemine diximus noſtram (non veſtram) iuxta ſententiam, ſed in maiori etiam quantitate pro maris teſtium magnitudine. Sequelam, quā inde deducis, nego. ratio & modus ex dictis liquidò patet, ſi vos modo capitis.

Mund. Tract. 78. Idem de mammis dicendum, nam æque grandes in maribus & fœminis euenirent.

Sed ſubiungis Pariſane „ Non vides Mundini, quod etiam mulieres, puellæ inquam, ante menſtruorum fluxum mammis deſtitutæ, ac viri ſunt, & quod materiæ abundantia augentur poſtquam Naturæ inſtitutum & finem recordari nō vis? Non animaduertis, quòd viragines dictæ, mammis deſtituuntur? vt quid igitur hæc miraris?

Mirarer equidem te hæc extra propoſitum efferre niſi iam dudum exploratum mihi eſſet mecum viro ſuis inuentis addictiſſimo agere.

Ergo mammarum fœminarum ſubſtantia non differt à mammarum ſubſtātia marium, ſed ſola materiæ menſtrualis copia magnæ fœminarum mammæ euadunt? ergo initia & rudimenta glandoſæ ſubſtantiæ in fœminis, nedum quando ſunt puellæ, verùm quando etiam in vtero geſtantur à natura procreata non ſunt, quorum initiorum vi ætatis progreſſu mammæ in fęminis magnæ fiunt, non in maribus, cum eorum mammæ ſubſtantia glandoſa, ſpongioſa, fungoſa, foraminulenta dicebat Ariſt. 1. de hiſt. 12. careant? Mammæ ergo in maribus ab initio formationis ſunt factæ in ea paruitate, temperie ea, & paruitate ſubſtantiæ donatæ, vt ad magnitudinem ſolum maribus aduenientem cōcreſcerent. contra in fœminis. Ecce Pariſane, quod naturæ inſtituti & finis non obliuiſcor.

Pariſani Cont. 78. Addictus quidem meis fateor, quia ſubtilia, rationi conſentanea, & doctis Viris probantur quibus tu repugnans, quia fabricæ hiſtoriam non intelligis proinde, Naturæ non ſequeris veſtigia nec finem; ſed in alia vadis omnia: vnde ventoſis conſilijs prægnans hiſce crepitibus erumpis, iiſdemque delectamini naſuti. *Surdis canitur.*

Non vides, inquam, Mundini (quod te rogo reſponde) puellas ante menſtruorum

rum

rum tempus mammis deſtitui, vt pueri? Non animaduertis quod accedentibus menſtruis mammæ augentur? Nondum ſenior obſeruaſti vtero gerẽtibus eaſdem (ſicuti multis non prægnantibus ex retentis menſtruis ijſdem de cauſis) magis magiſque creſcere & lac gignere? An ne poſt partum fieri maximas & maximè duras, vnde dolores & febres ignoraſti? Non notaſti Viraginibus dictis mammas minimè augeri, quia mẽſtruis carent? Nondum tibi ſeniori Medico innotuit mulieribus poſt debitum ſtatumque menſtruorum tempus mammas euaneſcere, & cadentem & laxam tantum cutim retinere? Et ita augere & minui, & duritiẽ & mollitiem, & foramina apiſci, & eiſdem eaſdem deſtitui?

Mãmæ cur mulieribus augẽtur.

Queres propterea ſi ea eſt cauſa quam ob rem maribus non augentur, quomodo in fœminis mammarum ſpermaticarum vna cum carneis affluentibus menſtruis augentur.

Quæſiti ſolutio.

Reſponſio eſt in prõptu: quia vt pręgnationis tẽpore matrices ſecundum omnes dimenſiones auctione ſeminearum & carnearum partium elongantur, & latiores craſſioreſque fiunt, poſt partum deficienti ibi menſtrua materia, ſeu aliò vertente, fibræ omnis generis contrahuntur, & ita membraneæ partes. Sic in mammis vſu venit.

Quod maribus ita natura factæ ſint vt non augeantur inquis, ſic facillimè omne dubium ſolues. Attamen Ariſt. in lib. de hiſt. anim. in maribus lac fieri poſſe ait. Ex hiſtorijs (vt nos etiam recenſuimus) viros plurimos proprio ſuarum mammarum lacte filios nutriuiſſe accipias, vt in nouo Orbe viros ferè omnes lacte affluere, quamplurimi ſcribunt & teſtimonium dicunt. An tu ſenior inſcius de ſeniori orbe te loqui dices?

Viros lac gignẽtes.

Sic de muliebribus mammis, quia ſic (ais) opportuit, ſubtile (dico) & acutum reſponſum, at in fœminis omnino falſum dictis experientijs cęcis innoteſcit, vt germana ſimilitudo. Sicuti perbellè in vteri exemplo manifeſtiſſima eſt, quia idem ſemper vterus à ſe ipſo an accidenti tantummodò differens, dictas alijs in temporibus ob cauſas.

De Adenibus vide Mundini quid nos doceas, dedoceaſue Conſultores animaduertant, quia adenes & glandulæ nobis non ſunt ex ſemine, (de quo ſermo eſt) nec ab illis ſemen: proprerea lac, non ſemen progignunt: nec conceptus initiò ſunt ſiuntue, quia ſpermatica tunc dumtaxat; poſtea ex ſanguine carnium varia & diuerſa genera ſunt etiam in marium mammis minimæ quemadmodũ in puellis, ſicuti & in collo, tametſi niſi in capitis fluxiore tentatis appareant vt noſti, vtque cęci norunt & effectum & ſimul cauſam, fluxionem. Quocirca ne mireris me conſtãter aſſerere te à ſocco ad coturnum per tranſire, & labi, ac falli, & deinceps haud me admiratione affici, quòd ſemper chimerizzes. Et conſequenter innoteſcit quàm felicis ſit tua de Natura memoria, ſi memor, & memores eſtis.

Aduerſariorũ errata.

Mulieres carent membrana darto appellata teſtes maris velante; paraſtatis quoque cirſoidibus, & adenoſis proſtatis.

Mund. Tall. 79.

Quid erit de ſemine ab his partibus deciſo in generatione mulierum? quibus partibus muliebribus ſemen ab his deciſum in generatione mulierum apponet?

Quod tuis à conſilijs, Protectoribus & reuiſoribus probata iſtæc ſint, quòd permiſerint, admiſerint, atque laudauerint maxima me admiratione affecit. Quam ab rem quæſumus vos, qua celebri in Academia iſtæc pulcherrima & noua docentur? à quo percelebri magiſtro, quo ſenſu, viſu, auditu, tactuue hæc aſſequuti eſtis? Siquidem cæci in mulieribus paraſtatas varicoſos intuentur. Surdi à Galeno dartum audiunt, ſaltem ſcriptum legunt. Mortui, Archangeli, Bauhini &c. & muti libri in muliebribus corporibus adenoides proſtatas ineſſe proferunt. Et tu oculos habes & non vides, aures habes & non audis, Galenicum profiteris, & hæc non ſubodoraris? quid mirum ſi in chimeris naſutis tuis cũ conſultoribus verſaris ſemper?

Pariſan. Cont. 79.

Maximè admiranda.

Ad inuolucra quod attinet, narro tibi

Mun-

Mundini, & verum, quòd muliebres teſtes propria & proxima tunica veſtiũtur, quæ Galeno, 14. de Vſurpart. & de vteri de ſect. 9. & antiquis Daitos, alijs epididymis, alijs innominata, alijs albuginea dicta eſt, eadem ac ſpermaticorũ vaſorum nec non alia ex peritonæo (aiũt) mediam eorum dumtaxat vbi ſpermatica vaſa teſtes ſuſcipiũt partem induente, quæ erytroidis, clytroidis, & capreolaris dicitur. Vt colligere ſcias ſeminearum partium tranſitum, ſapieotiſſimè à Natura etiam homini cognitum iri. Quæ oon ex libro nauigantes, quemadmodum nec ſequentia, ſed oculata ex fide tibi teferimus, vt aliàs priuatim & publicè oſtendimus. Nihilominus tamen viuẽs teſtimonium (alia quin etiam ſi volueris inuenies plurima) afferemus, quando pluris ſit teſtis oculatus vnus, quàm auriti decem. Nota modò hæc ſequentia ex Gaſparo Bauhino anatomico celebri & cum tuis diſce.

Lib. 1. cap. 36.

Dictorũ teſtimonia.

„ Vas deferens ſemen vtrinque vnum
„ eſt, quod per ligamentum vteri tãquam
„ fulcro ſuſtẽtatum fertur nerueum & can-
„ didum: circa teſtes latum & amplum mẽ-
„ branoſum & nonnihil complicatum, ve-
„ ſiculam ſeminariam rugoſam, qualis in
„ viris ad proſtatas (Nota) reperitur, refe-
„ rens in medio ioſigne foramen habens
„ tubæ extremo orificio ſimile (hinc vteri
„ tubam Fallopius nominauit) quod vaſa *Audi.*
„ ſpermatica ambiunt & capreolorum mo-
„ do in ſe criſpatur, cum magis rugoſum
„ & flexuoſum ſit, (nota Natutæ ſapien-
„ tiam ad rem ooſtram) quàm in viris pro-
„ pter viæ breuitatem, & viæ breuitas fle-
„ xuum multitudine compenſetur, cũ non
„ vti in viris, per peritonæi efferatur, quia
„ teſtes non propendent. Vaſa hæc defe-
„ rentia vbi à teſtibus paululum receſſere,
„ ſenſim anguſtiora fiunt, & non ad veſicæ
„ collum, vt in maribus feruntur, ſed ad
„ vterum, ad cuius latera, quæ cornua di-
„ cuntur vbi peruenere, vtrinque diuidun-
„ tur, & harum pats altera breuior, &c.
„ Pars verò altera, quæ anguſtior eſt, ſed *Nota.*
„ longior ſecundum vteri latera ad eius
„ ceruicem vtrinque fertur, & infra os in-
„ terius ſub ceruice in proſtatas ioſeritur,
„ quæ non ita vt in viris (nota quia vera
„ ſcribit) ſuot conſpicuæ, cum fœminarum
„ ſemen non ſit corpulentum: quæ ſemen
„ ad tempus coitus conſeruant, perque hãc
„ viam grauidæ in coitu, non vero orificio
„ vteri interiore reſerato ſemen effundunt.
„ Quare hic meatus, vt rectè Varolus mo-
„ net ceruici implantari debuit: qui in ijs,
„ quæ non conceperunt, ita exiguus eſt, vt
„ non niſi à diligenti Anatonico obſerue-
„ tur: at in grauidis ampliſſimus eſt: hinc
„ fortè cum logiore ductu ſemen feratur,
„ nonnullæ grauidę magis quàm ceteræ in
coitu delectantur. Hæc ille ad verbum, quaſi tibi, & tuis à conſilijs ac protectoribus conſultò ſcripſerit, intelligitis ne boni viri?

Maioris in coitu delectationis cauſa.

Si totius corporis glandulas adenes cerebri, pectoris, abdominis, emunctoriorum, mammarum, &c. ex ſanguine fieri ſciuiſſes, crediderim profectò te adenoſorum proſtatum ſemeo ex muliere haud ſciſcitatum fuiſſe; & proinde hiſce reſipiſces. Hac potiſſima præcipua ratione quòd vt genitis & poſitis viuentibus ſpermaticis partibus ſanguis affunditur, & primùm prima parenchimata, ex bona ſchola, hepar ex Galeno, cor ex Ariſtotele, ſplen renes ac aliæ carnes ventriculi, vteri, muſculorum, gingiuarum, &c. dein adenes: illa varias ad præſtandas actiones, hæ varios ad vſus & abuſus, ſecundarios vſus vocant, à quorum nullo ſemen: certò non ab illis; eo igitur mious ab hiſce. Quòd ſi in maribus adenoſi proſtatæ ſemen continent & ſeruãt, non propterea procreaot, & conſequenter nec verè ab illis, ſi intellexiſtis ſapieotiores, vos ſemper fideles compello.

Diſce.

Appellatio.

Ariſtotelis argumentum exemplo deſumpto à partibus genitalibus galli & gallinæ munio, & tuam chimeram deſtruo, vt puto. Quæ nam eſt ſimilitudo inter gallioæ vterũ inferiorem ex tribus ſpiris conſtantem, infundibulum, vitellarium & inter ſeminales meatus galli. non enim gallus per peoem ſemen emittit, vt tu etiam concedis, ſed per meatum quemdam exiſtentem prope vropigium,

Mund. Tact. 80.

qui

Digitized by Google

qui ex duobus meatibus à teſtibus prouenientibus ortum ducit.

Quo modo, quæſo, portiones ſemineæ tuæ à vitellario, infundibulo, à ſpiris tribus ſecundi vteri deciſæ, figuram in ſe gerentes vitellarij, infundibuli, ſpirarum trium illarum in generando gallo appoſitæ ſemineis à galli partibus genitalibus deciſis, figuras quas in ſe gerunt per ſimplicem hanc appoſitionem amittere vt galli partes genitales conſtituere valent?

Pariſani Cont. 80. Erratũ & erratorũ cauſa.

Totus punctus hic eſt Mundini, quòd maximus tibi ratiocinator videris, & tui te magiſtrum ſequuntur, quum tamen ſuperficies tantùm & figuras metiaris, atque inde non bene de eſſentialibus rationem ſubducis. Differunt figura & magnitudine naſus ſimus & paruus, & aquilinus magnus: nihilominus tamen ſi ſimus ſuperar, fit ſimus paruus, &c. Differunt pudendorum partes figura, actione, vel vſu: Attamen quæ eiuſdem rationis ſunt conueniunt, & altera alterius fabricæ ſuperantis fabricam ingreditur, nec mutuò ſibi negotium faceſſunt. Licet autem actio & vſus aliquam temperiei, magnitudinis, & figuræ diuerſitatem requirant dicto modo, ſubſtantiæ verò ratio, quia eadem earumdem partium ſemina belliſſimè conueniunt, & innito cõgreſſu, quia eiuſdem inquam rationis & homogeneæ ſunt, ſimplices dico partes miſcentur, & prout altera, ſeu alterius ſemen choream ducit, alterum ſubſequitur, ſiue illa in girum, ſiue in longum, ſiue aliter ducat, vt topiariæ artis exemplo adamuſſim ſupra tibi oſtendi.

Notãda fuere.

Hiſce fœmineis vteri partibus, in mare ſemineum membraneum cauum corpus reſpondet, à teſte deorſum rectà ad Vropygium vſque perueniens in fine bipartitum ad dexteram partem, partem ad ſiniſtram vergens, & tendens ſpermatico vaſe decuplo maius, quod & tuo ex magiſtro Aquapendente collegiſſes, ſi alicubi tibi machera, & nobis domi vrbina eſt ſemper.

Mund. Tab. 81.

Sed cum per Pariſanum pars trahat ſibi partem ſimilem: & in his tribus dictis, elephanto ſcilicet, erinaceo, & gallina partes non ſint ſimiles, vteri ſemineæ non trahentur à ſimilibus, ſed manebunt abſque ordine, abſque repoſitione in debito loco, & ſequetur ſæpe in dictis tribus ſpeciebus animalium, vterum modo in naſo, modo in fronte, modo in auribus & pedibus cerni. ita in hominibus, canibus, ſuibus, &c. ob diſſimilitudinẽ partiũ, frequenter ſequentur aliquem hominem, &c. vterum vuluamque in naſo, frõte, &c. geſtare. Sunt ne hæc quæ ex tua poſitione deducuntur pulcherrimis pulchriora?

Pariſani Cont. 81. Aduerſ. inepiia.

O quàm mirum, quod ſapientiæ tantum tibi ſumas, contraque Naturæ minimum tribuas? tu quòd certò cum tuis conſultoribus ſapias, illa penitus hæc ignoret? quum tamen contra quod tibi impoſſibile (vt experior) Naturæ factu facillimum ipſe rear, vt tu videris ſi rectè mecum rationem ſubducas. Putas ne Naturam ex putri progignentem ſapientem, ex ſemine verò procreantem ſtultam eſſe? An vtramque, ſeu eamdem vtrobique æque ſapientem? At ex cœnoſa materia eiuſdem rationis, & ſimiles & diſſimiles partes colligit, diſponit, & vnit, ni fallor, quoniam in rana in mure materiã membranarum e. g. ſimillimam loco & ordine diſpoſitam cerno, ſic de capitis oſſibus, oris, maxillis, dentibus, &c. obſeruo: cur non ex ſemine ſimilibus iure noſtro, ac faciliùs meliùſque ſi fas eſſet, operaretur, quod te rogo reſponde vir doctiſſime Conſulentium maximo iudicio.

Facetè meritò quæritur.

Vidiſti ne vnquam tu ſenior Naturalium venator, & ſublimis ingenij in mure, in rana, &c. ex præparata appoſitaque materia, caput in cauda, caudamue in capite, oculos in pedibus, naſum in ano, progenita, ex putri & caſu ortis? Vt quid igitur in ex ſapientiſſimæ Naturæ ex conſilio & conſultò Dei, ad exemplar procreatis & factis iſtæc abſurda requiris?

Si quidem ſi natura muris ex putri orti vertebrarum materiam ſparſim à ſolis calore diſpoſitam colligit, & conuenienti loco ac poſitione adamuſſim abſ-

que

que errore collocat: vt quid in perfectis allucinari inepririque mordicus eontendis? & eo maximè, quòd inibi omnis diſpoſitio & partium ſimilitudo apprimè vigent. Quocirca noli ampliùs eſſe incredulus, ſed Naturæ fidelis tuis ſi Conſultoribus & protectoribus placet.

Mund. Tall. 80. Addo hic vnum aliud & mox ad quartum argumentum tranſeo. Intelligi meo iudicio illud non poteſt, quod loco citato ſcribis „ Quum ſemen in vtero ſcilicet ſub parua quantitate contineatur, facilè eſſe, animam cuique portioni, ſemineæ ſcilicet poſitionem & locum tribuere. Cum enim dicas dein, vt attulimus, ſemineas appetere, & trahere ſimiles, per animam illis inſidentem hæc peragent. Ergo huic animæ facultas attractrix non modo alimenti inerit, ſed partium ſimilium. Dari autem hanc attractricem in anima eſt inauditum, inexcogitatum, & ideo à te eum. inumeris alijs in hac poſitione chimeris fictum.

Pariſani Cons. 82. Ex proximè dictis, & oppoſitis iuxta ſe poſitis maximum & ſubtiliſſimum hoc tuum quæſitum expoſitum iri crediderim, vt reliquum tantummodò ſit tibi exponam, me ſummopere pro huius capitis & Collationis coronide admirari, quòd Tui à Conſilijs doctiſſimi, ad hæc tibi conſuluerint. *Merito admiratur.* Reuiſores & celeberrimi Protectores laudauerint, vt vix, ne vix quidem hæc credere queam, & proinde valde dubius ſim, num ſic credant, an verò tibi blandiri & adulati ſint, vt in ceteris: quoniam elephantica hæc tua ſunt mera monſtra, & eo præterea maiora, quòd elephantiaſis iſta in tuos multos (ſi vt narras) graſſata ſit. Ergo vobis inauditum, vobis ſubtilioribus in excogitatum partes fabricæ ſemineas ab anima trahi non poſſe, & nobis craſſioris Mineruæ per vos non dabitur ſpeculari & liberè per Philoſophiæ campos ſpatiari, atque prohibebitur, & portæ claudētur? apagere, quia noſtra imaginatio vel clauſis à vobis intrabit ianuis, noſtro arbitratu hæc ſubodorari rimarique & nunc cum maximè, maximè reſeratis. Vos nō philoſophiæ domini, vt quod lubet iure veſtro ſanciori poſſit, abſit.

Aduerſ. erratum max. detegitur. Quo modo Deus optime animalis fabrica conſtrueretur & ſumma cum naturæ ſapientia abſque motu, vectione, atractione, expulſioneue? Etenim ſiue ſemen animatum & heterogeneum ſit ſuis ſemineis adumbratis (vt ita loquar) & ſemifactis partibus, vt nos voluimus; ſiue animatum & homogeneum, vt tu arbitraris, ſiue inanime & homogeneum, vt cōmunis fert opinio, quia eiuſdem quomodocunque excipiatur, partes diuerſæ ſūt, & ex diuerſis omnino partibus totū conſtituatur formeturque neceſſe eſt, ſummoque naturæ ordine, pondere, menſura, necnon debita partium omnium poſitione, & deinceps aliquo ſimpliciter neceſſario ordinante, ponderante, atque loco & ſitu diſponente, quum iſtæc nec caſu, nec à ſole, à Cholcode a, neque ab aliquaue intelligentia fiant: à propria animalis *Anima œconomia.* natura & anima fient: atque confuſæ quum in ſemine partes ſint, ſi alia pro capitis oſſis parte, aliæ pro vertebris, aliæ pro humeris & brachijs, aliæ pro cruribus ſunt, eaſdem &c. ſeiungi, diſponi à ſapienti Architecto oportet; quippè vt Galenus etiam docet & ratio ſuadet ex craſſa ſeminis parte os, dein ex minus craſſa ligamentum, poſt membrana, arteria, vena, neruus, &c. Et hæc vbique, inquam, maximo ordine, pondere, menſura, & ſitu peraguntur, vt in vertebris e.g. videre eſt: vnde non vnicum & continuum totius os ſequitur, vt hæc aliquo dictarum ſpecierum motu fiant ſi ſanus ſum: quippe materias & ſeminis homogeneas partes à ſe ſe loco & poſitione mouere, & ſumma ſapientia diſponi abſque animæ imperio tā fatuum eſt, quam quod ſtultiſſimum: niſi ridiculè caſu ſic fieri dicas, quod certiſſimæ perpetuæ experientiæ repugnat; præterquam quòd ſic ex diſpoſita confusè materia, atque omnis Naturæ ſapientia peſſum daretur, *Errona dictu.* quod in dubium vertere, nedum credere & affirmare erroneum, ne impiū dicam, eſt. Quæ ſi non capitis nec intelligere poteſtis, Dij meliora.

Interim nobis ad ſequens caput porro

ro

ro porgentibus, ſat huçuſque erit, corniculis oculos confixiſſe.

Mundini argumentum & confutatio omnium quæ contra ipſum à Pariſano allata ſunt Caput 6.

Pariſani omnium confirmatio, & Mundinum partim non intelligere, partim dolis malis agere, luculenter oſtenditur.

COLLATIO SEPTIMA.

Mund. Coll. 13. VENIO tandem ad argumentum à me contra Pariſanum ex ſuis pronunciatis conſtructum. Ille in ſuæ poſitionis principio cap. 6. ſtatuit ſemen in teſtibus genitum pro alimento ſeminis veri à toto deciſi, quando ambo in vterum eiaculata ſunt, inſeruire, atque ex ipſo membranas fętum inuoluentis fieri.

Ego in mea diſputatione de genitura dixi, quòd hoc ſtatuens Pariſanus clarè non opus eſſe ſemen à toto decidere demonſtrauit. Huius conſequentiæ probationem ſic attuli. Membranæ fœtum inuoluentes miro artificio ſunt fabricatæ, mirabili ordine venas & arterias in ſe diſperſas habent, quæ non minus mirabiliter ſuis appenduntur orificijs venarum & arteriarum vteri matris, & tandem fętus abdomẽ in regione media ingreſſæ vniũtur cõtinuantur (nota Pariſane) cum venis & arterijs ipſius fętus. Nam vena vmbelicalis continua eſt venæ portæ. arteria vmbelicalis continua eſt ramis iliacis arteriæ fętus, & ſunt eiuſdem naturæ & eſſentiæ cum venis & arteris fętus. Membrana alantoides in vas vracum deſinit, hoc in fętus & ſic eſt continua veſicæ & eiuſdem ſubſtantiæ cum illa. His præmiſſis ſic argumentatus ſum.

Semen quod eſt aptum ad generationem portionis venarum & arteriarum fętus, eſt aptum ad generationem aliarum portionum ipſarum & totarum ipſarum. Patet hæc cum enim omnes portiones venarum & arteriarum ſint eiuſdem rationis, eſſentiæ deffinitionis, quod eſt aptum ad generatiouem vnius portionis, eſt aptum ad alterius generationem, & ſic ſucceſſiue de cunctis portionibus. eadem enim eſt illarum omnium ratio, & nulla eſt inter illas diuerſitas.

At ſemen per Pariſanum in teſtibus genitum eſt aptum ad generationem venarum & arteriarum vmbelicalium, quæ ſunt portiones venarum & arteriarum fętus, continuæ ſunt cum illis: Ergo eſt aptum ad generandas reliquas omnes venarum & arteriarum fętus portiones.

Si ſic, ergo non eſt opus, vt à venis & arterijs parentum ſemineæ portiones in coitu in vterum deſcendant pro generatione venarum & arteriarum fętus.

Si partes hæ quę ſunt ſpermaticæ, poſſunt abſque ſeminis à partibus deſcenſu, ex ſemine à teſtibus genito conſtitui, quid vetat ab hoc, & ex hoc cunctas fętus partes ſpermaticas efformare?

Bonus Pariſanus neſciens huic argumento reſpondere, aut fingens illius vim non intelligere audacter pronunciat me à parte ad totum arguere, & ideo argumentum nullum eſſe. argumentum à me deductum dicit tale eſſe, ac ſi quis ita arguat.

„ Ramus plantatus è terra radices ſibi
„ conſtruit abſque ſemine: cur igitur non
„ ex terra omnes plantæ & arboris par-
„ tes? cur non omnis arbor ex terra abſ-
„ que ſemine, non à ſemine, neque ex ſe-
„ mine?

Nõ arguo ingenuè vir à parte alicuius ſpeciei plãtæ ad partes omniũ ſpecierum plantarum, neque ad omnes plantarum ſpecies. Sed ſit, Ramus plantatus è terra ſibi radices conſtruit. ſi vnam portionem illarum radicum, dico ego, ſibi conſtruxit, ergo & alias portiones illarum.

Pariſani Cont. 13. Vt tibi feris, tibi occas, & tibi metes Mundini. Omnes tuos garritus apponimus, ne ſi ſummatim, lamenteris, neue fugæ locus detur, ne dubita tamen quin priuſquam ad huius Collationis finem perueniamus, omnia cum puluiſculo verramus, tua paſſim, vbique oſtenſuri, par-

tim vos non bene intelligere,partim conſultò præpoſtere agere.

Noſtrum dictum primi argumenti exemplum ad rem maximè facit ac adamuſſim,& eo maximè, quòd vt ſupra deducis, alimentali ex ſemine, à teſtibus ſcilicet omnes fœtus partes progignūtur, & perperam affers omnia: quoniam vt ex terra terreo alimento non ramus, qui ex ſemine,ſed radices partim fiunt tanquam ex alimento acretione ſcilicet ſtante radicis radice(quod tu ignoras infra adiſces) ex ſemineo principio: ſic primæ fœtus radices, vnde ſecundinæ aliæ ſcilicet cū vaſis alimentali ex ſemine: non è conuerſo radices acretione partim fiunt ex terra: ergo & ramus: Secundinæ & vaſa vmbelicalia primæ radici coniuncta fiunt ex teſtium præparato ſemine dicendo modo: ergo & ceteræ fętus partes manifeſtè falſum eſt. Sic ſupra perbellè diſcurris,ex teſtium ſemine vmbelicalia vaſa fiunt:ergo ex ſemine animato,ſæpius infra replicas: ergo cunctæ fœtus partes. Sic nos opportuno ex tuo exēplo, plantę radices poſtremæ animatę auctę ex terra:ergo,dicemus ex terra animata:ergo & tota plāta ò maximè inde natus ridiculus mus? Sed tua fata,vlteriùs occes,vt pulchriora metas.

Ridiculus ex Mūdino mus.

Mund. Tall. 14. Secundò dicit Pariſanus meum argumentum hoc modo eſſe constructum.

Mus ex putri ortus eſt, & muri ex traduce nato ſimilimus: ergo omnis mus ex putri. Non arguo vt tu à toto aliquo animali vnius ſpeciei, vt eſt mus ex putri,&c. Vaſa vmbelicalia ſunt eiuſdem ſpeciei cum venis & arterijs fœtus. vnum totum venoſum corpus, vnum totum arterioſum conſtituunt: ſunt ſimiles conformationis. Cur ergo meum argumentum extorques.

Amplius me ita arguentem Pariſanus introducit. „ Piſces ex ouis abſque ſemine naſcuntur, cur nō cetera ex ouis ortum ducentia, auium ſpecies abſque ſemine?

Repeto meus arguēdi modus nō eſt ab animali vnius ſpeciei ad animal alterius ſpeciei, arguo benigni Lectores à portione vnius partis animalis ad portionem alteram eiuſdem numero partis.

Pariſani Cont. 14. Mūdini errantis fallacia. Tu non ſolùm ſomnias,ſed etiam ſomniando & errando falsò ſcribens, quòd ita te arguentem dicam,vt me falſitatis & mendacij crimine notes à tuis,vt bene audias quum luculenter ad rem, & opportunè arguam & probem non licere, vt ſupradixi arguere à partis ex alimento, ex alimento, inquam, (nota & ſi nunc non capias,paulò poſt intelliges) genitæ(vt ex terra rami radicis reſpectu) ad partem ex ſemine animato prona tam ob ſimilitudinem. Erenim animatum ſemen ab inanimato non ſpecie tantùm, ſed pluſquam genere differt, intelliges ne ſpecioſe?

Addidi propterea,neque itidem à murium ex traduce ac ex cœnoſa materia ortorum ſimilitudine: ſiue eiuſdem, ſiue alterius,vt putant,ſpeciei ſint; quemadmodum nec ab alia oui ſcilicet in ſpecie ſimilitudine ad alias ex ouis ſpecies. Vnde in noſtra prima tuorum cribratione, hæc mea verba extant. „ Verumtamen in tui gratiam(tecum loquens) ſic quiſpiam arguat.e.g.& à fortiori. Ramus plantatus, &c. vt pateat te falsò lamentari, & ſic in nos immeritò & perperam loqui.

Mund. Tall. 15. Meo argumento reſpondere pergis ſcribens. „ Quid ſi vlterius dicemus te à non parte ad omnes partes, & ad totum arguere. Secundinæ inquit, non ſunt partes.

Poſſem contrarium oſtendere. nam alantoides conſtituit vas vrachon,quod etiā in fętu edito remanet, quod veſicę fœtus continuum eſt,& eſt eiuſdem cum ipſa ſubſtantię,& vſum etiam cum edito fętu habet. Sed hoc tranſeat. Ego à ſecundinis non argumentatus ſum, ſed à venis & arterijs, quæ à ſecundinis ad regionem vmbelicalem fœtus,& ab hac ad venas & arterias illius tendunt,continuę ſunt cum illis,ſunt eiuſdem ſpeciei,ſubſtantiæ,non ſolùm eiuſdem conformationis cum illis, eadem definitio omnibus illis competit, conſimilem mirabilem omnes diſtributionem, prout oportet habent. Intelligis ne hunc ſermonem.

Pariſani Cont. 15. Optimè intelligo malè poſitum; ſed tu meum oppoſitum valdè appoſitum,& germanum ſermonem ſurdo peius capis,vet ſi

verum

verum iam iã inuitus intelliges;quia inde tua vana deteges & ſcies. Sed quęſo te ſincere Mũdini, tua pace dixerim, cur meam rationem, quam ob rem ſecũdinas & illis coniuncta vaſa animalis partes non eſſe dixerim, non appoſuiſti & lectori cęlaſti? inconſultò ne, an præpoſterè commiſiſti? noſtram opinionem refers, & rationem abſcondis? hoc tuæ ſinceritatis ſignum eſto. Hæc mea inibi proximè ſequuntur verba & ratio „ Secundinæ enim non ſunt fętus partes, quippe (nota) nec ipſum ingrediuntur, nec vt partes conſtituunt, integrantue, & remotæ ac ablatæ nec imperfectum, nec mutilum reddunt, quod de partis ratione eſt, quid quod?

Ex conſultò fallacia & dolo mali deteguntur.

Siccine Mundini te agis? Sed cur ſecundinæ omnes ſecundum ſui partes, non perinde ac vaſa partes ſunt? nonne æquè viuunt eademque vita, eademque animantur anima, ac vaſa & totum? nonne perinde continuæ coniunctæque ſunt ac illa, &c.? Nos quoad totius perfectionem abſolutionem partes non recipimus, vt rationabiliter expoſuimus: quo ad neceſſitatem & ad tempus, ac prout in vtero, admittimus: non propterea nobis contrarij. Quomodo fiant noſtra ex animi ſententia audies, nec calcitrabis, niſi in ſtimulum volueris.

Secũdinæ quando et quomodo fœtus partes.

Mund. Tact. 86.

Sed has partes fętus non eſſe probas ſic „ licet autem fętui ſimpliciter neceſſariæ ſint arteriæ & venæ vmbelicales vaſis ex ſui proprio ſemine ortis coniunctæ inſtar ciuitatis verſatilis pontis extra portæ muros coniuncti per quem vectigalia ingrediuntur, non tamen partes ſunt, & eſt proprius vſus, & germanus ad tempus finis. Hæc manifeſta ſunt.

Ego venas & arterias vmbelicales partes fętus in vtero geſti eſſe probo, quia ſanguis & ſpiritus à matre per venas & arterias vmbelicales fętui ſubminiſtrantur, & ideo tam hæc duorum vaſorum genera, quæ à cotyledonibus ad regionem vmbelicalem fętus ſunt, & ab hac ad venam portæ, & ad ramos arteriæ iliacos pro deferendo ſanguine & ſpiritu inſeruiant, quàm vena portæ & caua, quàm reliquæ à ramis iliacis arteriæ. Cum igitur venæ & arteriæ vmbelicales ſint continuæ venis & arterijs fętus in vtero geſti, & conſtituant vnum totum continuum venoſum corpus, & vnum totum continuum arterioſum, ſint eiuſdem ſpeciei, ſubſtantiæ, conformationis inter ſe eiuſdem omnibus vnica definitio conueniat, habent etiam (dico etiam attendas bene) eumdem in fętu, in vtero geſto, vſum, vt hactenus declaraui, cur eiuſdem fętus partes non ſunt? Cur quod eſt aptum ad vnam illorum partem generandam, non eſt aptum ad reliquas omnes portiones illarum procreandas? Hæc eſt vis mei argumenti. Quia vſus, quem in fętu habent per Pariſanum ad tempus. ergo non ſunt partes, differunt ſpecie, eſſentia conformatione definitione ab alijs venis & arterijs, & quod ad generationem illarum facit, non poteſt ad generationem aliarum facere?

Sed quæ ſimilitudo eſt inter pontem ciuitatis portæ coniunctum & vaſa vmbelicalia? Pons eſt ne eiuſdem ſubſtantiæ, figuræ definitionis cum porta ciuitatis, aut cum ipſa ciuitate? vt venæ & arteriæ vmbelicales ſunt continuæ eiuſdem eſſentiæ, conformationis, denique eiuſdem definitionis cum venis & arterijs fœtus? An vectigalia per flumen in ciuitatem ferri non poſſunt, & per foueas ſubterraneas? At in fętum nulla alia via eſt, quàm per vaſa vmbelicalia. Eſt illa ſimilitudo Poetis & Oratoribus relinquenda, non Philoſophis digna.

Pariſani Cont. 86.

Rectè tibi & tuis ratiocinari videris; ſed quia abſque hoſpite (vt dicitur) rationem ſubducis, haud rectè te egiſſe animaduertes quum nobiſcum ſubducas, vt in ſequenti tibi enucleabitur, quam ob rem ſcilicet ſemen ex teſtibus alimentum ad ſecundinarum procreationem aptum extet, ineptum ſit ad aliarum ſpermaticarum generationem, nec eo opus ſit eis niſi ad alendum. Interim dixerim te nimis, non delicati exquiſitiue, ſed deprauati guſtus, qui opportunum pontis exemplum reprobas: quando ad vſum quod attinet, quo de agitur oppor-

Aduerſ. deprauatus guſtus.

Digitized by Google

tunius atque ad rem magis afferri nequeat, quippe qui (vaſa ſcilicet) à matrice ad fœtus corpus alimentũ introducat, & ad tempus, vt pons verſatilis, quo poſito, quoue ablato nihil de Ciuitate aufertur, quemadmodum nec de fœtu, quippe dem pto vſu nihil confert: quocirca non eſt pars, quia ex ſeſe à partu cadit, vtpote qui pons, ſeu vaſa cum membranis nec totum conſtituunt, perficiuntue, nec mutilãt, vt diximus, quam iuxta rationẽ, partem non admittimus: quippe animalia omnia in lucem edita vmbelicalibus abſque vaſis perfecta ſunt, quemadmodum eadem cũ membranis ſi retinerẽt, imperfecta eſſent: ſed in vtero & ad tempus partes extant duce ſenſu.

Iudices appellat.

Quare quòd addas poſtea, „ Vectigalia in Ciuitatem per flumina & ſubterraneas foueas ferri poſſe, nõ ſic in fętum, quàm ad rem tuos iudices appello, quemadmodum quum dicis ſimilitudinẽ hanc Poetis & Oratoribus relinquendam fuiſſe, & Philoſophis non dignam: Philoſopho ſanè non dignum reſponſum. Exempla Mundini in omnibus ſimilia nõ ſunt: ſat quo ad aliqua & ad rem, ſecus eadem eſſent. Quid de vena Portæ ex vſu Galeni decreto omnium Anatomicorum, Philoſophorumque conſenſu? Quid de oſſe (in naſo) cribroſo, ex vſu, dicto, pariter de colatorio ſupra? Quid de tunica (in oculo) ex vſu cornea, de retina pariter Galeno & ceteris anatomicis ſubſcribẽtibus? Quid de penis, & linguæ (quo vtinam tua, tuuſque calamus pręditi fuiſſent) freni vſu, ſeu actione? Quid de auris tympani exemplo cum bellico tympano ex vſu modernis Anatomicis (etſi perperàm, vt ſuo loco oſtendimus) ſicuti de corda pone ipſo (in aure) ex vſu, pariter, pariterque de malleo inibi & incude, vt breuiraris ſtudio multa mittam? quæ partes ſunt & non coniunctæ, niſi per quid tertium, vt pons. Hæc vobis doctiſſimis Oratorum & Poetarum eſſe videntur? Parcat vobis Sapientioribus Deus.

Probantia exẽpla.

Mund. Tall. 87.

Sequitur Pariſanus & ſcribit. „ Sed eſto arbitratu tuo ſecundinas fętus partes eſſe: Hoc ego non dixi, quãuis alantoides pars, vt declaraui eſſe poſſit. „ Sit tibi integrum quomodo lubet argumẽtari. eſto iure tuo ex teſtium alimẽtali ſemine à natura non ſolùm ſecundinas progigni, ſed etiã animal procreari, liberaliter tibi dentur. Quid inde, nondum viciſti, adhuc nihil probaſti. Quandoquidem conceſſimus nos, prout oportuit Naturam animalia procreare perfectis quodammodo ſimilia ex cœnoſa materia, vt mus eſt, &c. ex non putri abſque coitu piſcium. Vt quid igitur non vltro tibi dabimus eandem, vt ex optimo concocto ſemine venas, arterias ac membranas, ita animal progignere poſſe?

Dixi dum ex ſemine teſtium ſecundinas à Natura progigni aſſeris tuam poſitionem de ſeminis à toto prouentu te penitus deſtruere. rationem ſub intuli à me nunc declaratam, quam per irriſionẽ Achillem meum nuncupaſti. Cur ergo inſidias, quas hactenus cõtra ipſam terendiſti, detexerim & longè ab ipſa repulerim, me verum hucuſque dixiſſe conſtat clarè. Si autem hunc tuum extremum contra ipſam conatum ſuperabo, non ne iure Achilles cenſenda erit, non ne me viciſſe dicendum erit?

Primum ex tua reſponſione meo argumẽto multum tribuo. Qui ſtatuiſti, quòd vena non generat ſemen, quod euadere poſſit arteria, neque hęc ſemen quòd euadere neruus poſſit, &c. nunc concedis à meo argumento coactus Naturam ex ſemine à teſtibus hominis genito venas, arterias, membranas, & tandem animal ipſum ex multis per conſequens alijs ſpermaticis partibus conſtans, oſſibus, tendonibus, &c. ſpecie inter ſe abſque dubio omnibus diuerſis procreare?

Pariſani Cont. 87. Mũdini vanitas.

Quo quæſo te Mundini doctiſſimè ioco iocamur, ſiliquis ne, & craſſis nucibus ceu puerul: an ſerijs ratiocinijs vt Philoſophi & ſeniores agimus? Tu coegiſti nos? tu ad talia nos cogere præſumis? ſomnias ne? Teſtor Deum me mirum in modum tuos aſſiſtentes, & Protectores admirari, ac eo maximè, quod eos enunctarum narium (quiqui ſint & fuerint) teſtificeris; vtque naſuti hæc tua

proximè

Admiranda. proxime olentia tamquam prætioſa aromata admiſeritis laudaueritisque: hæc tua in nos talia probauerint, neſcientes, quòd malum conſilium conſultori peſſimum? Quod conſilium, quod iudicium vnde prouenerit, & quam ob rem, tuum eſt inquirere & iudicare, potiſſimũ quòd cum bardis & ſtupidis lectoribus vobis negotium non fuerit, nec inter vos ſolos.

Ego dixi & tibi dico (aures arrige) ſecundinas & vmbelicalia vaſa ex ſemine alimento fieri: tu verò præpoſterè dormitanterue æquiuocans (tua pace dixerim) eadem ex ſemine animato noſtra ex mente aſſeris & conſtituis, ſicque tua magia nos perperàm loquentes paſſim ſtatuis.

Verùm nota Mundini vt intelligas & te corrigas. Ex teſtium ſemine in proſtatis adenoſis corporibus aſſeruato, eiaculato, & demum in vtero exiſtente, ſemen animatum à toto prolapſum nutritur, vel Galeno docente (vt alibi oſtendimus) & augetur, & ſecundinæ fiunt eodem ex ali-
Ignotum nota. mentali, inquam, ſemine: nota, dico, Mundini, quia opinionis ſubtilitatem ex Naturæ mirabili artificio forſan nondũ capis. Non emergunt dicta ſecundum ſe tota, vt ceteræ fœtus ſpermaticæ partes, ſed partim, & ex dicto poſtea alimentali ſe-
Natura recondita declaratur. mine nutriuntur & augentur. Declaro, ne vlteriùs chimærizzes. Semineæ animatæ à toto & ſingulis partibus decisæ partes, vt viuentes alimentum ſibi præparatum aſciſcunt vt nutriantur, perficiantur, augeantur. Ex horum nume-
Enucleatur. Vrachi ortus. ro ſunt (nota inquam) vmbelicalia vaſa, necnon ſecundinæ, vrachus ſeu vas vrinarium in brutis Mundini, quod à veſicæ fundo oritur (non ex ſemine alimẽto) vt ceteræ à toto partes ex ſemine illo enutritum & auctum in duo ceu inteſtina veſicarum inſtar expanditur & Alantoidem tunicam brutorum propriam conſtituit, in quam brutinus fœtus vrinam effundit. In homine à veſicæ fundo vrachi ligamentum vt exortum remanet, vt pateat vracum principium eſſe & radicem Alantoidem membranam conſtituens: non è contra Alantois vracum, vt perperam ſupra dixiſti: quoniam principia, vt *Mundini erratum.* vaſa magna vmbelicalia, minores & capillares (non contra minimæ, maiores, & maximas, vt ex corde, iecinore videre eſt, ſicuti contrarium rationi etiam repugnat) ſecundinæ venas & arterias conſtituunt, ita & ceteræ radices à ſemine à fœtus (dico) ventre emanantes. Reliqua quæ sũt Venæ portæ, & Arteriarum iliacum radices doctis Anatomicis, & quæ partes vt animalis radices illico (quemadmodum ceteræ ſemineæ partes) ex fœmineo ſemine (Galenus aſſerit) nec non maſculeo præparato dicto alimentali ſemine nutriuntur, augentur, perficiuntur: non ex animato ſemine vt perpetuo garritu ante & ſupra, vt poſt ac infra aſſeris & gloriaris abſque erubeſcentia, ſæpius idem replicans, nos tuis ex argumentis coactè concedere, quod inconſulto & vanè effutiuiſti. Hæc ad placentam ſeu v- *Aliud maius absque erubeſcentia.*
terinum hepar & cotyledones perueniũt illiſque figuntur & teticularem plexum efformantes donec in tenuiſſima capilamenta abeant & ceu ex terra radices maternum alimentarium ſanguinem aliciãt. Ad ſecundinam ſibi anexam & iunctam tranſeunt, inſignes ramos per eã diſpergunt, minores ad exteriorem partem: Quibus, inquam, & vaſa & ſecundinæ ex ſemine alimentali aucta à placenta ſanguinem (ſeminali conſumpto) pro alimento ſugunt & trahunt pro ſe ſe, ac dein ad portam venam, & iliacas arterias toti conſulentia tranſuehunt. Et ita ſecundinæ, vmbelicalia vaſa & vrachus ex- *Ex Hyperariſtotele luculenta.*
tra fœtus corpus fiunt ex alimentali teſtium ſemine non ſeparatim ſeiunctimue à fœtus corpore ex animato à toto ſemine pronato, ſed ex augeſcentibus iiſdem radicibus vaſorum vmbelicalium, ambientium membranarum & vrachi ex alimentali ſemine conſtituuntur & à dictis radicibus animantur Naturæ ſummè admirabili prouidentia, vt tuus illius à ſecretis & ob oculos tibi obijcit. Quibus re- *Hyperariſtoteles Mund.*
cta pergentibus luculentiſſimis radijs ni illumineris cæcus omnino es, aut incapax es.

Idem de plantarum ſeminibus tibi dictum puta, quæ radicibus à ſiliqua à pericarpio obtruncatis & exſiccatis deſtituta videntur, vti re vera ſunt parte ſubtiliori ſiliquæ fabæ, piſi, &c. prius vnita, non autem craſſiore in ſemine exiſtente parte, ſed veluti fœtus ſecundinis non vmbelicalibus intrinſecis craſſis radicibus: à quibus ſatis ſeminibus præparatum alimentum obtruncatæque parti appoſitum animatur radices inſtaurantur, creſcunt & multiplicantur, vt ex Naturæ libro ſic, non craſſa Minerua, ſed ad viuum nec exiliter reſecata viſuntur. & oculata fide ac exemplo patet.

Ain tu, meam hęc opinionem deſtruſti vir doctiſſimè? Si tuam rationem Achillem ridendo falsò dixerim, (quod ais, & ego neſcio) nunc verius & ſanius Acheloum nominabo, altero hîc & nũc abſque cornu, infra in vanitatis & obliuionis flumen prorſus proiectum & coniectum experieris.

Noſtra, inſidias dicis? lubens tibi parco, quia omni ſubtilitate mundus es.

Mund. Tract. 11. Non poſſum non mirari, quod tu, qui vanum dictu eſſe pag. 117. credidiſti, & audacter affirmaſti à calore ſeminis teſtiũ diuerſa partium temperamenta, & diuerſos innatos calores ex eadem ſimilari & homogenea materia, qualis ſeminis teſtium corpus per te eſt produci, nunc ob meum argumentum afferas à natura ex ſemine teſtium hominis venas & arterias, quarum temperamenta & innati calores inter ſe differunt, procreari, & quod magis eſt, animal.

Pariſani Cont. 18. Tu miraris quia non intelligis. Ego miror, quòd non intellexeris vaſa vmbilicalia fieri ex teſtium alimentali ſemine, nõ eſſe, nec dici progigni ex ſemine animato, ſi ſanus ſum, quòd non literati, ſed literatores caperent. *Aduerſariorũ piſcatus.* Ea propter ex proximè dictis vos ſomniaſſe collegiſſetis, & ſomniantes vos rete proieciſſe falſi animaduerteretis, atque in riuulis inſuper, & deinceps non profundè vos piſcatum ire, proinde à ſomno & ſomnio experrecti à riuulis & ſuperficiequum rete contrahetis veſtram mentem cancrorum plenam ſemper & vbique adinuenietis. Perge & videbimus, ſuſtinere paululum ſi poteſtis.

Mund. Tract. 19. Si natura in ouo piſcis contenta à calore in eodem ouo contẽto, in quo tamen ouo non adeſt per te ſemen à toto, & venæ, & arteriæ, & oſſa, & cutis, & pinnæ, & oculi, & os, &c. quæ ſunt partes ſimplices & compoſitæ ſpecie inter ſe diuerſæ, quarum innati calores diuerſi ſpecie inter ſe ſunt producuntur, cur vanum eſt dictu à natura calore in ſemine teſtium contento vtente & reſidente in eodem ſemine, vt reſidere, ſtatim infra oſtendam, diuerſas ſpecie partes, diuerſa temperamenta, diuerſos innatos calores fieri? Miraris poſſe aliquid effici, quod experientia ipſa, quòd à te allatum in tua reſponſione exemplum demonſtrat? Quæ ſubtilitas nobilis eſt iſta tua?

Scio te (vt videbimus in altera tuæ reſponſionis parte) fugam tibi paraſſe, & ob vim mei argumenti ſtatuiſſe, in perfectis neceſſarium eſſe ſemen à toto decidere, non amplius vt diuerſæ inter ſe ſpecie partes emergant, ſicuti iam in tuis exercit. Statuiſti. Si enim à natura ex ſemine teſtium animal generatur, vt nũc fateris, iſtud neceſſario ex diuerſis ſpecie partibus conſtar, quare pro his conſtituendis ſemen à toto (non eſt, quod neceſſario requiratur) ſed vt emergant partes animalis perfecti ſimilis omnino his partibus huius animalis, vt ad harum huius animalis exemplar. At præter incõſtantiam, quæ clara in his duobus tuis dictis eſt, hoc ſecundum dictum inſõnium eſſe infra Deo dante oſtendimus.

Pariſani Cont. 19. Quia nobilem ſubtilitatem non aſſequutus es, vt liquidò conſtat: ea propter ex capto cancro allucinatus, vt vbique & ſemper, inconſtantia nos notaſti gloriatus: quando nec inuitus, nec vltro faſſus ſum: ſed gratis (proinde liberaliter dixi) tibi dono dedi, animal ex teſtium alimentali ſemine fieri poſſe, (pluribus ſupra à te loco citato pag. 117. inficiatus) infra & poſthac viſuri, quid inde celebris, Deo dante ex tui ingenij acumine emergeret, Elephanticum ne monſtrum, an ridiculus

mus,

Digitized by Google

mus,ſuſtine in poſterumque abſtine, atque æquo animo patiare, vt tibi cicatrices refricentur, vanitates exprobrentur, memoria recolens, Heu patior telis vulnera facta meis.

Perge & in hiſce capiendis caneris tui ac tuorum ſpecimen præbe,& alios participes facias.

Mund. Tall. 90. Verum cominus agamus. Illud igitur primum noto, quod coactè conceſſiſti ex ſemine teſtium animal generari. Quia ſi ex ipſo venæ & arteriæ vmbelicales generantur, vt cõcedis, reliquas portiones venarum & arteriatum fœtus ex eodem generari ſequitur, quum eadem ſit ratio, vt dictum eſt, omnium illarum. Et ſi hæ partes ſpermaticæ ex ipſo de nouo generantur, cur non & aliæ ſpermaticæ? & ſic ſequitur ex ſemine teſtium animal generari; quare nil de tua liberalitate debeo.

Pariſan. Cont. 90. Innotescit. Nota primum quam futilis ſis, quando iſtæc nec coactè, nec mea ſponte admiſi, & quo modo alimentali ex ſemine vaſa vmbelicalia procreati dixerim accepiſti,& deinceps ex falſis præmiſſis falſiſſimam ſequelam deduxiſti. Ideo hiſce, inquam, clamoribus experectus ex iam iam dictis vide, num hoc tuum ſomnium, an ſi mauis ex ſomnio deducta chimera ſit, quemadmodum inde ſequentes genitas abs te ac tui partus ſuſcipies. De animali igitur ſequere.

Mund. Tall. 91. Naturam ex ſemine teſtium animal generare concedis, ſicuti naturam ex putri murem, ex non putri piſcem. Ad particularia deſcendendum eſt. De hac ergo tua natura, de hoc tuo animali quærendum eſt. Quæ nam eſt natura, quæ ex putri murem procreat? & antequam murem effingat, vbi exiſtit? vbi reſidet? Quæ nam ſimiliter eſt natura, quæ piſcem ex non putri generat? vbi reſidet? Conſulamus tua ſcripta, vt videamus quas reprehenſiones huiuſmodi interrogationes afferant.

Natura quæ ex putri animal generat per te pag. 79. & 182. eſt anima, quæ ex putri materiæ diſpoſitæ accedit. Similiter natura quæ piſces procreat quæ nam per te eſt? pag. 70. 76. 124. ſtatuis oua, ex quibus piſces oriuntur eſſe animata. Ergo natura illa per te eſt anima, & in quolubet ouulo piſcis reſidet. quid plura? tu pag. 77. recepiſti, quod nil vltra ſuæ perfectionis gradum operatur, & ideo quæ fabricat animal natura debet eſſe anima. & animam ſibi domicilium & inſtrumenta fabricare pag. 79. ſtatuiſti. Ego autem parte 3. cap. 2. à pag. 233. demonſtraſſe puto præter alibi dicta, potentiam quæ ex ſemine plantam & animal generat, eſſe animam, & in ſemine reſidere. Ergo natura, quàm ex ſemine teſtium animal procreare concedis erit per te anima & reſidebit antequam informare incipiat, in ſemine teſtium. Ergo ſemen teſtium per reſponſionem à te meo argumẽto allatam eſt animatum: ſed per doctrinam à te traditam hoc ſtare non poteſt. Nonne in tuis exercit. à pag. 44. vſque ad 48. contra Scaligerum & Patritiũ viginti argumenta attuliſti, quibus ſemen teſtium non eſſe animatũ probare tentaſti? Cum ergo hic ſequatur per te ſemen teſtium eſſe animatum (licet ſit contra doctrinam à te alibi traditam) quæramus quo nam in loco animam recipiat. an antequam in vterum à mare & à fœmina proijciatur? ſi hoc, In teſtibus ergo animam recipit, & à teſtibus. at tu à pag. 579. contra me ignoras modum ſecundum quem in teſtibus hoc contingere poſſit, neque capere illum potes. An ergo ſemen teſtium in vtero animabitur? & ſi ſic, an à calore vteri! Sed accidens non generat ſubſtantiam. An à propria vteri ſubſtantia? ſed quo nam in loco hanc poteſtatem vtero tribuiſti? præterea cur magis in vtero ſemen fœminæ quàm in proprijs teſtibus fiet animatum?

Summopere placet Mundini diligentiſſime, quod ex tuis tuiſque Conſultoribus, vt patet, mea omnia circueris omni nixu tuis pro viribus reprehenſurus. At fruſtra conatus omnes, quòd tuo ex vſu nihil penitus inueneris: & ſi quidquam tibi inuentum viſus es; toto inde cœlo aberraſti: quia tua ratiocinia omnia ſomnia, & ex ſomnijs monſtra ſunt. Quæ vt *Pariſani Cont. 91.* *Aduerſariorũ conatus vani omnes.*

lectori

lectori innoteſcant, mea afferamus verba, quæ tu etiam ſupra tactu 87. attuliſti quidem, ſed non intellexiſti, & ſunt.

» Sed eſto arbitratu tuo ſecũdinas fœtus
» partes eſſe. Sit tibi integrum quomodo
» lubet argumentari: eſto iure tuo ex teſtiũ
» alimentali ſemine (nota alimentali ſemi-
» ne) à Natura non ſolùm ſecundinas pro-
» gigni, ſed etiam animal procreari poſſe
» liberaliter. (Nota, tu coactè abſque eru-
» beſcentia dicis) tibi dentur. Quid inde?
» (nota cauſam ſpontaneæ liberalitatis)
» nondum vicisti, adhuc nihil probaſti.
» Quandoquidem conceſſimus nos prout
» oportuit, Naturam animalia procreare
» perfectis quodammodo ſimilia ex cœnoſa
» materia, vt mus eſt, &c. & non putri abſ-
» que coitu piſcem, vt quid igitur non vl-
» tro tibi (non coactè quod dicis) dabimus
» eamdem, vt ex optimo concocto ſemine
» venas, arterias, ac membranas, ita animal
» progignere poſſe? pag. 70. At quod hinc
» poſtea inferas: Ergo ex eodem ſemine
» omnino corpus ad huius hominis exem-
» plar gignat. (Nota Mundini liberalita-
» tis cauſam & terminum ne abſque erube-
» ſcentia iterũ nobilem ſubtilitatem dam-
» nes) hoc opus, hîc tibi labor eſt, omnino
» inficior (quod è calamo tibi fideli deſcri-
» ptori excidit, audis ne?) Et in hoc eſt
» Dei & Naturæ reconditam ſecretum tibi
» ignotum. Quia Deus creauit animal
» perfectum, æternumque voluit modo ſu-
» pra dicto, quo ad animam, qun ad cor-
» pus, quoad ſingulas quaſque eius ſper-
» maticas partes, vt Naturæ non interſit
» quicquam illius (ad ſpermatica quod at-
» tinet) de nouo generare ac producere, ſed
» tantũmodo externa ad tempus neceſſaria
» extruere ad progeniti conſeruationem &
Similitudo indiuidualis vnde. » accretionem, &c. Niſi ſemen Patris ve-
» ſtigia & characteres obtineat quo modo
» parentibus ſuſcitata proles ſimilis eua-
» dat nec fingi nec animo concipi poſſe.
» Similes ad vnguem partes parentibus
» reddere Deus vnus efficere poteſt, ni à
» toto ſemen modo noſtro emanare conce-
» das, in quo tota verſatur difficultas, &c.

Deponitur perſona. Hæc abs te deſcripta ſunt, vt nec tibi, nec mihi fugæ locus ſit: Propterea, amabo vos, aliquantiſper hîc perſonam (maſcaram vocant) deponamus certò periculum facturi, qui verè noſtrum inanes & leuiculi ſint, & tuorum Iudicum eſto iudicium. *Appellat.*

Quinam Cuculi. Enimuero ex hiſce à me dictis, abs te exſcriptis, vt res ipſa loquitur, vtque charta cantat nil aliud colligi vel à docto, à bardoue poteſt, niſi quod ex mea ſponte liberaliter tibi conceſſis ex alimentali teſtium ſemine animal fieri poſſit, ſicuti ex putri, &c. vt communis fert opinio. Sed quid inde ex hiſce in tui gratiam conceſſis infero & colligo? hoc ſequens; *Incapacibus notandum.* Illud eſſe impoſſibile, vt aliàs pluribus probaui. quid? quòd alimentali dicto ex ſemine vera indiuidualis ſimilitudo, ſeu ſimilis germana procreatio fieri queat. (hoc opus vt inibi dixi hic labor eſt) cur inquies? quia præter multa, quia (nota) indiuidualis ſimilitudo, proprij characteres non ſubſequuntur, nec fieri poſſunt niſi à partibus ſingulis communicentur, & proinde ex tali alimentali ſemine non teſtium, ſed à toto tali prolabente, intelligitis ne doctiſſimi? ſic manifeſtiſſima verba perperam interpretamini? ò mera monſtra maxima tua & tuorum, & non erubeſcitis? ò malè protecta, à perperam perſuaſa & intellecta, ò praua conſilia. *Aduerſariorũ mera mõſtra.*

At ſubſequi dixiſtis, tu Mundini, qui animam ſeminis recordari characterum corporis ſeminantis, auſus es dicere. Anima ſeminis recordatur? ò ridiculum reſponſum, ò perridiculum Protectorum probatum, ò tempora, ò mores.

Sed teſtium ſemen, quod animam recipere poſſet, vt putris materia tibi conceſſi, vt veri ſeminis alimentum, quod perpetuò tibi dixi à corpore vnde egreſſum fuit, animã non habuit. quid quod igitur ſomnias, & meis ex claris verbis deducis?

Quam ob rem autem indiuidualis ſimilitudo ex teſtium ſemine ſubſequi nequeat, præter aliàs dicta, infra ſuo loco dicetur, ſat nunc tuos obtrectationes & fallacias detectas fuiſſe, quando & conſultò communem opinionem de teſtium,

aut

Digitized by Google

aut vaſorum ſemine animal progigni, & dedita opera ſubtiliſſimi Scaligeri, & Doctiſſimi Patritij de eodem opinionem cõfutauerim, ne dum tuam in intelligibilem de induſtria abiecerim, quemadmodum ex tuis doctiſſimis, Præceptore inquam, atque alio maxima tibi neceſſitudine coniuncto Patauinis recenter reprobatam collegiſti: quam nec illi nec ipſi, neque tui à conſilijs neque tu ipſe intelligis proinde illius probationem à me flagitas, vt infra ſuo loco lectori clariùs innoteſcet.

Ex praua Aduerſariorum intelligentia cancri.

Mūdini Tact. 92.

Neque ſemen teſtium animam, qua mediante ſibi domicilium fabricet, animalque vt concedis, procreet ab anima ſeminearum tuarum portionum in vtero recipere poteſt, quia dato & non conceſſo animam ſeminearum animam ſemini teſtium in vtero tribuere, anima ſeminearum non cognoſcit niſi partes conſimiles illis à quibus ipſa iam emanauit. Ergo anima ſemini teſtium diſtributa nõ generabit niſi partes conſimiles ſemineis portionibus à toto deciſis. ergo non generabit ſecundinas, non vaſa in ipſis exiſtentia à cotyledonibus vſque ad regionem fœtus vniuerſalem. Siquidem in genitoribus non ſunt hiſce partibus conſimiles partes, à quibus portiones animatæ ſemineæ decidant. Cum autem natura ex ſemine teſtium ſecundinas, vaſa per illas diſperſa generet, vt concedis, & animal etiam, neceſſarioque in ſemine illo reſidere debeat, ſicut natura generans in materia putri reſidet, & in ouulo piſcis, ergo hæc natura ab anima ſeminis tui à toto deciſi peruenire non poteſt. Cumque eadem natura ſit anima, quia per te animal generat, neque in vtero ſemen teſtium eam recipiat, vt hactenus oſtendi, ſequitur, vt eam extra vterum recipiat, & à teſtibus. At doctrinæ iam à te traditæ repugnat, & quòd ſit animatum, & quòd in teſtibus, & à teſtibus animam ſuſcipiat. quid ergo concedere te argumentum meum coegit? illud certè, quòd tuam poſitionem euertit, quod minimè concedere potes.

Pariſani Cont. 92.

Proh Deus, quouſque tandem ſapiẽtum & noſtra patientia hiſce chimeris ſine capite, & abſque pedibus, abuteris? Inficior, inquam, immo pluribus rationibus communem Philoſophorum, Schaligeri, & tuam de teſtium ſemine ſententiam confutaui: Et demum poſito (in tui gratiam) ex dicto ſemine animal procreari, vt communiter fertur, opinionis defectum & lapſum oſtendi: quia ſcilicet indiuidualis ſimilitudo (ex communi conſenſu, Scaligeri nec non tua ſentẽtia) tollitur: & tu mea clariſſima verba præpoſterè interpretaris, ac à me talia abhorrente & omnino ablegante ſimiles fatuitates quæris? Quo nam pacto Vmbelicalia vaſa & ſecundinæ fiant verè & clarè ſupra (contact. 87.) docuimus: Teſtium ſemen quo modo, & quando ac vbi animetur, non à me penitus reprobatæ, ſed ab Ariſtotele, & communem opinionem ſequentibus quæras.

Ex craſſa & praua diſpoſitionis inſitia.

Hic tuus ex illis eſt cancris, qui noli me tangere verè dicuntur, & quos melius eſt non curare, (Hippocratis conſilio) quia curati citiùs intereunt, quippe qui ex aduſto bilioſo atrabilari maximè prauo humore ortum ducunt: propterea omnem rationem, ſapientiam, omnem curam non ſolum ſpernentes, remedij capaces non ſunt, etiamſi omnes ſapientiores Medicos conſulas. Ea propter hoc deſperato in caſu, ſolo id prognoſtico (vt loquuntur) tuos iudices, Protectores à conſilijſque appellamus.

Incurrabilis morbus.

Appellat.

Præterea ru(vt vidimus in primo Ariſtot. argumento) ſtatuiſti pag. 116. in homine, & in perfectis ſemen à toto neceſſario decidere, quia partes hominis compoſitæ, pes, manus, penis, non ſunt homo, & pertes hæ ſpecie inter ſe non numero tantum, differunt, quemadmodum in plantis, in quibus partes illarum ſunt totum, ramus tota arbor: Vena ſimiliter differt à neruo ſpecie, ab oſſe, &c. pag. itidem 105. ſtatuiſti, &c. Ex his videamus, an poſſis concedere, vt mihi conceſſiſti naturam, quæ in ſemine teſtium hominis exiſtit, ex ipſo animal progignere. Nonne hoc animal erit corpus humanum? Nam arguis, ſicut natura generat murem ex putri, piſcem ex non putri abſ-

Mund. Tact. 93.

que

que coitu, ita ex ſemine teſtium à natura generatur animal. at mus & piſcis ſunt animalia membratim efformata. ergo & animal ex ſemine teſtium procreatum erit quid formatum, non informe, vt eſt mola. Si ergo animal illud erit corpus humanum ex partibus humanis ſpecie inter ſe differentibus cōſtabit. ergo non eſt neceſſarium, quemadmodum in locis citatis tu aſſeruiſti, quòd ſemen in perfectis à toto decidat, vt diuerſæ ſimplices & compoſitæ partes ſpecie inter ſe differentes, ex quibus perfecta conſtant, efformentur à natura enim ex ſemine teſtium ex tua iam allata reſponſione hæ cunctæ efformantur, & animal ipſum.

Illud igitur animal, quod progignere naturam ex ſemine teſtium hominis putaſti, niſi ſit humanum corpus, vt ego concluſi, in rebus abſque dubiò ſubſiſtet, ſed ſolùm mente comprehendi poterit, à tua ergo mente fictum & chimericum eſt.

Vis modò neceſſarium eſſe pro conſtituendis hominis partibus ſpecie diuerſis ſimplicibus & compoſitis ſemen à totò decidere? non eſt quòd ex ſemine teſtium hominis vllum animal abſque dubio generetur, vt nunc tu aſſeris. Si enim ex illo à toto deciſo cunctæ partes ſimplices & compoſitæ animalis emergſit, quid opus eſt quòd ex ſemine teſtium eædem & animal gignatur? quas & quod tamen neceſſario ex ipſo gigni, ego aduerſus te oſtendi, & tu poſtea mihi nunc concedis.

Pariſani Cont. 93. Non ad conſtituendas ſpecificas animalis partes ſemen à toto ſecerni nolui, vt exemplis à me allatis tibi vel (conſultò fortaſſe) incapaci innotuit, potiſſimum in ex putri ortis: ſed ad conſtituendas indiuiduales ſimiles, (hic ſiſte gradum volitans) & proinde inficiatus ſum hiſce & alijs de cauſis ex teſtium ſemine animal progigni poſſe: quæ quoniam aſſequutus non es, ab re in alia abijſti omnia, me nequaquam annuente, ſed abnuente, immo vociferante & ratione, tua reprehendente. Propterea anceps valde ſum, num hæc nimis ſagax an quia nimis ſimplex *Pariſan. valde anceps.* & vere cuculus protuleris: quoniam in alterum adduci non facilè poſſem, quia rationi haud conſonum. Alterum (excuſatione dignum) nimis leuiculi fuiſſet, de te & tuis conſultoribus nimis calidis non credendum. Idcirco in medium attuliſſe lectori ſatis: vos iudices eſtote, quando iſtius iudicij manus lauo. *Manus lauat.*

Hoc vnum confirmo, quòd Iam iam ſupra ex meis abs te deſcriptis verbis conſultò luculenter monſtraui, animal ex teſtium ſemine procreari non poſſe, quin indiuidualis ſimilitudo tollatur: res ipſa loquitur, propterea ſtupeo, quod adeò perperam ex meis luculentis talia effutiatis. *Stupeſcit.* Quando in locis à te ſupra citatis de ſubtilitate pag. 105. totum, totum inquam, contrarium aſſero, etiam Galeni authoritate 6. aphor. 20. podagricorum exemplum, &c. & pag. 116. ſimiliter, quo loci hæc habui.

Vnde à naſi e. g. oſſe, cartilagine, & cute ſemen prodit, quod imperfectè os eſt, & cutis. Quo circa quum eādem non ſolùm ſubſtantiam, ſed & temperiem receperit, conſequentia quoque & accidentia, figuram, colorem, ſitum, &c. conſequitur parentis naſo ſimilia. Quid quod? tantum tibi ſumis, vt hæc ſcribere doctis audeas? & tui ſubſcribunt? & tibi, tuiſque credendum? proh Deus. Proſequere & perſequere in ſtimulum calcitrando.

Mund. Tall. 94. Amplius ex ſemine in teſtibus hominis genito animal per te generatur. ergo ſemen illud in ſecundinas & corpus humanum abſumitur totum. Quo modo ergo erit alimentum veri ſeminis à toto deciſi, vt tu in tuis Exercit. ſtatuiſti?

Pariſani Cont. 94. Non adeo craſſa Minerua hoc negotiū proſequutus mihi videor, vt hiſce tuis vanis quæſitis reſpondere tenear, vt pluribus & pluries liquidò accepiſti: Propterea quum ex alimentali ſemine animal fieri nequeat, quin indiuidualis ſimilitudo tollatur, vt ex meridiana luce clarioribus meis verbis, vel à te deſcriptis, patet: & hæc ſimilitudo non auferatur, ſed perpetuò adſit, conſtabit etiam tali ex ſemine (alias à nobis præter allatas ratio-

nes)

nes) animal non procreari, & conſequenter illud eſſe & remanere alimentum veri ſeminis à toto prouenientis.

Mund. Tall. 95.

Neque potes dicere partes illius tranſire in ſecundinas & partes ſpermaticas humani corporis, aliam partem ſemen verum à toto deciſum nutrire, quia eatenus per te ſemen à toto in vterum deciſum nutriri debet, quatenus conſtat ex cunctis ſpermaticis hominis partibus, quatenus eſt alter ego, quatenus eſt genitum non generans: (recordare dictorum tuorum) ſi igitur per te ſemen genitum in teſtibus hominis in partes ſpermaticas humanas mutatur. ergo neceſſe eſt, vt hæ, ex hoc ſcilicet ſemine genitæ alantur. illud à toto deciſum à nullo alimento indigebat. Non enim à toto deciſum poteſt conſtare ex humanis ſpermaticis partibus & eſſe humanum corpus, vt dicis, cum natura per te ex ſemine teſtium hominis animal progignat, quòd humanum corpus ego neceſſario eſſe deduxi.

Pariſani Cont. 95. Sic Mũdinus cõtinuò.

Ex fictis abs te ſomnijs bellè tecũ itidem ſomniãs ratiocinaris atque pulcherrimas tibi in amoribus chimærulas, ſubducis quas me protuliſſe abſit; quinimò tædet, ac pudet tua iſtæc ſomnia exſcribere, ob Lectoris tædium: attamen quia tibi, & tuis pulchra videntur, in medium afferre cogor pergratum vobis facturus, tametſi meorum dictorũ recorder, quorſum hæc veſtra iuxta tecum ſi tu neſcis

Ita ſequaces ſemper.

neſcio, niſi quòd deuijs paruus error in principio, maximus ſit in fine, & proinde haud mirum, (ſi vera ſcribis) quod te duce multi balantum more mergant.

Mund. Tall. 97.

Dicas mihi ſi ſemen in teſtibus hominis productum in partes humanas ſpermaticas & corpus humanum mutatur, quo modo ſemen à toto deciſum poteſt ex omnibus humani corporis partibus ſpermaticis conſtare? quomodo eſt alter ego? quomodo eſt genitũ non generans?

An forſam ex ſemine teſtium animal, & ſemen à toto per te alter ego paruum corpus humanum dices in vtero poſt cõceptionem duo humana corpora conſtitui? minimè. Sic enim ſemper gemelli generarentur. Cum autem hoc nõ contingat, reſtat vt afferas modum ſecũdum quem ex duobus humanis corporibus vnicum humanum corpus fiat, quòd intelligere non poſſum.

Pariſani Cont. 97. Egregijs dignum reſponſum.

Pulcherrimum ratiocinium, belliſſima ſubtilitas, acutiſſimi ingenij ſanè opus & quæſitum tui intellectus inuentum: quibus quia ſatis ſuperque factum eſt, propterea addendum reſtat nihil: hiſce igitur ſuſtine & abſtine macteque eſto, expergiſſimini, melius ſapite.

Mund. Tall. 98.

Sed perpendamus rationem, quã tuæ reſponſionis adducis. Si natura per te ex putri colluuie animal procreat abſque ſemine. Si natura per te piſces abſque coitu producit (quod eſt idem dictu, ac abſque ſemine à toto, nam ſemen per te non niſi mediante coitu ſecedit à toto pag. 72. 108. 109. 189. & alibi) cur natura ex ſemine teſtium hominis tu dicis, ego dicam bouis, generatur animal, cum genus in rebus non ſit extra ſpecies, hoc animal quod nam erit? non equus, non leo &c. ergo bos erit. Ergo ex ſemine teſtium bouis omnes partes bouis generãtur. quo modo ergo in altera tuæ reſponſionis parte, quam paulo infra adducam potes affirmare, quòd „ Naturæ non intereſt quicquam perfecti animalis de nouo generare, ſed tamen externa ad tempus producere, &c. quæ per te ſunt ſecundinæ, alimentale ſemen, ſanguis maternus? Animal, quod per te ex ſemine teſtium bouis generatur de nouo abſque dubio generatur, vt ex dictis conſtat. Ergo eius cunctæ partes de nouo generantur. Hæ igitur ſunt, ne quicquam illius? Ergo non aliquid perfecti animalis, ſed totum animal perfectum per te de nouo generare naturæ intereſt.

Pariſani Cont. 98. Idem iterum ſurdus.

Quam ob rem ex teſtium ſemine bos, equus, leo non generentur, plures attulimus rationes, quarum nonnullas deſcripſiſti, quaſque denuò recenſebimus, & sũt indiuidualis ſimilitudo, quæ ex teſtium ſemine tolleretur: eſt procreatio ſingulæ cuiuſque partis, quæ tollitur. eſt totius & partium æternitas maxima perfectio totius & partium plantis communicata euidens & manifeſta, quæ perfectis tol-

leretur

Digitized by Google

leretur; eſt quod in illis nihil de nouo procreatur poſt ſeminis procreationem, ſeminearum intellige partium, præter ſecundinas modo ſupra explicato. Eſt illud pium credere, ſicuti exemplo & inductione oſtendimus, quod ſecus tollitur, &c. Et ita vt ſecundinæ non ex teſtium ſemine & aliarum partium animato progignuntur, ſed ex alimentali ad hoc genito & in proſtatis adenoſis collecto & ſeruata arbitratu noſtro, ſic nec animal ex dictis procreari poſſe conſtat. Perge in mala intelligentia.

Mund. Tact. 99. Secundo cum oſtenſum ſit ſemen teſtium eſſe animatum, ſi animal vt concedis ex ipſo à natura generatur. Ergo ſemen teſtium bouis eſt animatum, & ex ipſo per te generatur animal, non poteſt eſſe niſi bos. Ergo ſemen teſtium bouis animatum anima bouis erit, & ſic bos imperfectus tamen erit. Cum ergo ſemen à partibus omnibus bouis deciſum, ſit per te paruus bos, & ſemine à teſtibus bouis genito alatur, bos boue aletur, bos bouem deuorabit.

Pariſani Cont. 99. Semper idem. Vt dementis fuiſſet duo in animali animata ſemina ponere & conſtituere; ita cuculi eſt credere id me dixiſſe & voluiſſe, quū dedita opera apertè clarè & pluribus rationibus communem & tuam aduerſus opinionem teſtium ſemen non eſſe animatum (quod ante coitum & genitum & in adenoſis proſtatis ſeruatum eſt alimentale, quod tu non intelligis, non autem ſemen, quod coitus tempore à toto & ſingulis partibus, & proinde & à teſtibus decidit, diſce) nec ex illo animal fieri probauerim, & vlterius ſeminis à toto prouenientis alimẽtum ſtatuerim, ac demum dixi, „ Eſto tibi, &c. & impoſſibilitatem rationibus oſtendi. Quo circa ſequela, quam ex noſtris aduerſus Scaligerum deſumpſiſti, bos boue, &c. (nos diximus cane aleretur, & canem voraret) non eſt ad rem, ſi ſapis.

Mũdini Tactus 100. Sed quæ nam ſimilitudo eſt inter naturam, quæ ex putri generat animal, & ex ouis piſciculos, & inter naturam, quæ ex teſtium ſemine animal procreat? Vna ſola natura agens in materia putri diſpoſita adeſt, & in ſingulo ouo vna ſola. at in generatione animalis perfecti duplex per te adeſt natura agens, vna in ſemine teſtium ex ipſo generans animal de nouo, altera in ſemine totius, cuius vi ſemineæ portiones in vtero receptæ ſua loca petant, mox alantur & perficiantur. Facilè eſt igitur intelligere, quo modo ex putri natura animal generet ex ouulo piſciculum; & quo modo vtraque natura, quæ ſcilicet in ſemine teſtium perfectorum animalium, & in ſemine totius reſidet, animal conſtituat, vna de nouo generando, altera vniendo perficiẽdo quod iam factum eſt. & tamen vnicum animal non duo conſtituantur, quis poteſt capere capiat.

Pariſani Contact. 100. Nec ſua diu educata mõſtra agnoſcit capitme. Duas tuo Marte naturas in perfecto animali conſtituis, & ſimilitudinem quæris? Proh Deus. Trium verè ex nobis ſimilitudinem, naturæ ex putri, ex ouo, ex teſtium ſemine quæris, & ſubducis quatuor ratiocinator optime? Tu ſomnia fingis vt calumnies, chimeras conſultò ac omni induſtria, ſed ad riſum, pingis; & tui intellectus monſtra non capis? ex tuopte ingenio hæc.

Mund. Tactus 101. Diuina & mirabilia hæc eſſe tibi videntur, & Sacræ Cæſareæ Maieſtati talia eſſe prædicaſti. Mihi quidem mirabilia eſſe videntur, monſtra tamen mirabilia. Sed nunc videbimus, te aſſerere eſſe ſecreta Dei, tibi ſoli aperta.

Pariſani Contact. 101. Non mea iſtæc adulterina ſunt, abſit; ſed tua & tui intellectus partus, & proinde mera monſtra Mundiniana: meritò ſubinde, ſed imprudenter damnas. Cur itaque benigna hîc tibi Sacræ Cæſareæ Maieſtatis memoria & recordatio? Vt quid hiſce tuis nugis ab re Sacram Cæſaream Maieſtatem miſces, verſutiæ & fallaciæ gratia? Calliditas tua *Malignitas emergit.* maxima eſt, iſthæc me tua monſtra laudaſſe, ſed bene his tuis non bene & craſſæ Mineruæ oppoſita, ſubtilia & nobilia ſacrauimus, taliaque perinde recepta fuere à Sacra Cæſarea Maieſtate, à Parnaſi ſapientibus Germanis, Italis, Gallis &c. vt ſupra Riolano diximus, & ſubinde à ſapientibus bonum nobis acceſſit

nomen,

nomen, quod alterum eſt patrimonium, & à Cęſare Maximo maximum munus (quæ ſua fuit benignitas) quale iam nunc nemo ſcriptor à Monarca aſſequutus eſt vnquam, abſit verbo inuidia, rumpanturque ilia Codris. Sequere in ſtimulum calcitrando, vt pœnas des, ac omnino degluteris.

Mund. Tactus 103. Poſtquam ergo ex ſemine in teſtibus genito animal à Natura gigni mihi conceſſiſti, ſubiungis, At quòd hinc poſteà inferas. Ergo ex eodem ſemine omnino „ corpus ad huius hominis exemplar gi- „ gnat, hoc opus, hîc tibi labor eſt. Et in „ hoc eſt nobis Dei & Naturæ reconditum „ ſecretum tibi ignotum. Quia Deus crea- „ uit animal perfectum, æternumque voluit „ modo ſupradicto, quo ad animam, quoad „ corpus, quo ad ſingulas eius ſpermaticas „ partes. Vt naturæ non interſit quicquam „ illius de nouo generare ac producere, ſed „ tantummodo, externa ad tempus neceſ- „ ſaria extruere ad progeniti conſeruatio- „ nem, & accretionem, &c.

Iſtud eſt ſecretũ à Deo reuelatum tibi ſoli? Eſt cantilena à te ſæpè decantata.

Niſi ſemen patris veſtigia & characte- „ res obtineat, quo modo parentibus ſuſci- „ tata proles ſimilis euadat, nec fingi, nec „ animo concipi poſſe. ſimiles ad vnguem „ partes parentibus reddere Deus vnus ef- „ ficere poteſt, ni à toto ſemen modo noſtro „ emanare concedas, in quo tota verſatur „ difficultas.

Ex his vltimis verbis à me recitatis conſtat Pariſanum ob vnam penè indiuidualem ſimilitudinem ad ponẽdum ſemen à toto decidere ipſum inductũ fuiſſe.

Arguo igitur ſic. Cum ſimilitudo indiuidualis non poſſit ſubſiſtere abſque ſpecifica, quia indiuidualis eſt limitatio & coarctatio quædam ſpecificæ, non poteſt aliquid tribuere indiuidualem, niſi ſpecificam tribuat.

Si femineæ portiones tuæ nõ habẽt in ſe ſculptã partiũ hominis ſimilitudinem ſpecificam, neque in ſe impreſſam indiuidualem, quæ ſpecificam ſupponit. ſed femineæ portiones tuæ nõ habẽt in ſe impreſſam ſimilitudinem ſpecificam, cuius ratione membra fętus ſimilitudinem ſpecificam ſortiantur. Ergo femineæ portiones tuæ ſimilitudinem indiuidualem in ſe ſculptam non habent, characteres indiuiduales in ſe non habent, quorum ratione membra fętum humanum conſtituentia indiuidualem ſimilitudinem parentũ obtineant. Probo minorem. Conceſſiſti in prima parte reſponſ. ad meũ argumẽtum allatæ naturam ex ſemine teſtiũ hominis generare animal. Ego illam in eo ſemine contineri oſtẽdi. Peto ergo, Illud animal per te ex ſemine teſtium hominis genitũ, cuius ſpeciei animal eſt? non equus, non bos, &c. Ergo iſtud animal eſt homo eſt corpus humanum. ergo habet ſpecificam hominis ſimilitudinem humanam. Ergo natura in ſemine teſtium hominis reſidẽs ſimilitudinẽ ſpecificã partibus hominem integrantibus per te præbet. Ergo partes hominem integrãtes ſimilitudinẽ ſpecificã à tuis ſeminibus portionibus à toto delabẽtibus nõ ſortiũtur. Ergo à primo ad vltimũ neque ſimilitudinẽ indiuidualem.

Hæc omnia verba ſunt ad ſciolos, falſo innixa principio ex inſcitia duorũ ſeminũ, vnde ſomniorũ & mõſtrorũ varietas. Confutaui quamplurimis rationibus, iterũ inquam, Mundini tibi ſurdo pluries, ex teſtiũ ſemine animal procreari. Sed eſto, tibi dixi, ꝙ natura id poſſit ex tali optimè cõcocto teſtiũ ſemine, vt ex putri generatione. Hac ex poſitione addidi (alias præter rationes & pluries tibi, inquã, ſurdo) indiuidualis ſignata hæc ſimilitudo tollitur ſi ſapis & proinde ex eo nõ progignitur: hoc tibi (ſæpius replico addidi,) inquam, opus, hîc labor eſt: intelligis ne? hactenus nequaquã: quomodo igitur ſecreta reſerabis ignoratis manifeſtis, a buſuſui? Sed aperi iã nobis ſic pulſantibus. *Pariſani Contradi. 103.* *Surdis ſemper.*

Sed nos ſecũdo loco in nonnullis ſpeciebus animalium in quibus ſemen pꝛ te à toto decidit, exerceamus, & inſpiciamus an ſemen teſtium, ſiue dicas, natura, quæ in ipſo eſt, ſimile omnino corpus ad huius exemplar generare valeat. Tu in pennatis ſemen à toto decidere clarè fateris, vt præcipuè patet ex 6. lib. Exercit. 3. & ex pag. 595. tui illius Patis. & ſanior. Iudicij. *Mund. Tactus 103.*

Hoc etiam ratione ex tuis principijs deducta probatur. quia ſi ſemen alimentale, quod eſt ſemen teſtium in pennatis adeſt, vt alitum quoque, quod eſt ſemen totius adſit oportet.

Peto ergo, quū turdus ſit ſimilis omnino patri, quia turdus non differt in effigie à turdo. Quid igitur hic opus eſt ſemine à toto, vt corpus ad vnguem ſimile alteri generetur? in generatione turdi ſufficit ſit aliquod, turdum quod generet, & quod hunc generat; ſimile omnino & patri & alijs turdis generat. Non eſt opus in generatione turdi aliquo dante indiuidualem ſimilitudinem, quia in turdorum ſpecie hæc non adeſt. Fruſtra ergo in hac generatione ſemen à toto decidet. Similiter arguas de perdice, de coturnice, &c.

Tu quoque pag. 178. tuarum exercit. aſſeris, paſſeres, merulas, ſturnos mares eſſe, inter ſe ſimilimos. fœminas itidem inter ſe. ſic viperarum, erinaceorum, ceruorum. Sicuti enim tu affirmas pag. 570. piſces omnes in propria ſpecie eſſe prorſus in effigie ſibi ſimiles. quia vt puto non poteſt à nobis aliqua diuerſa nota in illis obſeruari, ita eſt de ſpeciebus animalium iam à me inductorum, non enim poſſumus diſtinguere inter indiuiduum & indiuiduum ſeruatis ſeruandis. & tu vt dixi de multis ſpeciebus auium conceſſiſti. Quod ſi aliquis diceret adeſſe in his aliquam diuerſitatem nobis ignotam, illis verò notam, cur non poſſum ego dicere contra id quod pag. 570. aſſeruiſti, adeſſe quoque in piſcibus diuerſitatem ſed illis ſolis notam? falſum quoque eſſet, quod aſſeruiſti de paſſeribus, merulis, &c. Vnde de hoc nobiſcum conuenit. Hæ ſunt ſpecies in quibus nulla indiuidualis nota obſeruatur, vt induxi. At ſi fruſtra in inductis animalium ſpeciebus ſemen à toto prouenit, fruſtra quoque in omnibus perfectis, quia inter inductas ſpecies, multæ ſunt perfectorum ſpecies. quod verò accidit in propaganda ſpecie in vna perfectorum ſpecie, accidere & in alia eorundem ratio conuincit.

Pariſani Contall. 103.

Ergo in hiſce mihi tecum conuenit? belliſſimè. Nobis ambobus ne communis Mercurius? Turdus Mundini eſt turdo omnino ſimilis, vtpote minus perfectæ ſpeciei, ſi quidem in his plurimi perfectionis gradus dantur. Sed eſt etiam turdo maximè diſſimilis, nota venator, ſeu auceps ſenex: quoniam ſimas, maximè à turdo ſemina differt, non ſolùm & præcipuè in genitalibus in facto eſſe, vt diximus, verùm etiam in totius magnitudine, & partium, capite, &c. ſic merula, paſſer, ſturnus, pauo, &c. in roſtro, pennarum colore, robore, cantu, &c.

Contra itidem ſi fœmina; & ſenior inquam, harum indiuiduallium nullam obſeruaſti ſimilitudinem? apageſis. Vt certò propterea pateat in omnibus coeuntibus & ſibi ſimile progignentibus partium ob diuerſitatem, ſemen à toto requiri, diſce venator Eteneus, & Academicis impertire tuis bene merentibus.

Cōſulit.

Quod verò in eiuſdem ſpeciei piſcibus tales indiuiduales partium diuerſitates ſint, illis ſolis (vt dicis) notæ, illis, inquam, notæ? quo vadis Mundini? tuorum eſto iudicium? ego hanc tuam Cabalam non noui. At conſultis piſcibus at certior factus, reſpondebo. Interim verò eos niſi conſulero, quo exquiſitiori ſenſu id homine melius aſſequantur ingenuè ignorare me fateri tu profitèberis cum tuis.

Appellat.

Concludo ergo quod vtraque (alterutra dixiſſes) pars tuæ reſponſionis ſtare non poteſt, quòd ſcilicet ſemen à toto neceſſario decidat, vt corpus ad vnguem ſimile alteri gignatur, & quòd à natura animal ex ſemine teſtium procreatur. nam ſi vera eſt ſecunda pars, quæ tamen fuit primo ioco à te adducta, & à te non liberaliter, ſed coactè ipſam veram eſſe debere credere ſupra iam oſtendi.

Mund. Tallat 104.

Quid quod bone Mundini? ergo expertus colligis vt fateris me iocatum, & non ſeriò ex teſtium ſemine animal pronaſci poſſe protuliſſe: ergo meæ ſententiæ capax, tecum iocantem ita hoſtiliter pertractas? tamdiu in iocis & nugis

Pariſani Contall. 104.

oleum

oleum & operam perdis? tantiſper in vanis captiunculis ab re verſatus es?

Sed non ideo dixi (in magnis & ſerijs non eſt iocari) tuam vt leuitatem à me accuſatam confirmem: Verùm ſeriò protuli id fieri poſſe ex communi ſententia, quam tamen confutaui: propterea poſito id fieri poſſe vt communiter ſentiunt in tui gratiam, illico inficiatus ſum & pluribus reprobaui. Vt ſatis ſuperque conſtat, & tu certò videas, captantes captos fuiſſe, ſi tandem ſapis.

Captātes captos.

Mund. Talius 105.

Vnde ſimilitudo indiuidualis in aliam cauſam, quàm in ſemen à toto, referenda eſt, vt ego infra referam. neque ex ſemine à toto delabente cauſa miræ varietatis effigiatum in humana ſpecie eſt reddenda, vt tu facis, ſed illa aut cum Ariſt 10. probl. 10. duplex eſt reddenda, aut ad cauſam finalem nobiſcum eſt confugiendum, in immenſam. ſ. Dei Opt. Max. prouidentiam. Qui non ſolùm ad vitæ humanæ commodum voluerit nos poſſe diſtinguere inter proprios & alienos filios, inter amicum & inimicum, &c. ſed etiam eamdem nos cognitionem habere de ijs brutis, quorum opera nobis in dies pro victu eſt neceſſaria, quam quidem cognitionem multas ſpecies brutorum habere non erat opus.

Pariſan. Contell. 105.

Ariſtotelis ſententiam alibi & pluribus confutauimus, quare hîc ne verbum quidem, potiſſimum, quòd tu eo relicto ad commune neſcientium Aſylum confugis, ad Dei Optimi Maximi prouidentiam, quum tamen ſupra tui oblitus damnaueris me ad miracula confugientem & quàm peſſimè, quia (vt inibi) miracula oſtendi, audiuiſtis.

Nos loquimur de efficientibus & materialibus cauſis docte vir, à quibus, ex quibus, quando, vbi, & quomodo indiuiduales ſimilitudines variæ, & inuicem oppoſitæ eadem in ſpecie ſubnaſcantur quærentes: non autem de earumdem finali cauſa: quam ob rem tuum allatum reſponſum minimè ad rem eſſe animo ſi volutas, inuenies.

Mund. Talius 106.

Pulcherrimos equidem characteres, pulcherrima cęlamina per ſeries belliſſimas poſita; vaghiſſimam colorum per belliſſimas ſeries poſitorum varietatem in teſtis quarundam ſpecierum conchyliorum inſpicimus. conchilia tamen ex ſemine oriuntur, vt notiſſimum eſt, & per ſe illud ſemen à toto non decidit, & teſtæ illæ non abijciuntur a teſtatis, vt cruſtæ à cruſtatis, quare ſunt partes ſeminales ad inſtar coriorum brutorum. Teſtæ ergo à natura in ſemine conchyliorum omnium illorum reſidente procreantur abſque eo, quòd aliqua cęlatura, aliquis character & color actu in ſemine adſit.

Conchyliorū piſciū, florū ſimilitudo.

Natura, quæ in ouulo piſcis e. g. lupi adeſt, generat lupulum eiſdem coloribus pictum eadem ſerie poſitis, quibus lupus, qui ouum produxit, pictus erat, & tamen actu exemplar per ſe natura illa in ouulo exiſtens, non habet, quia ſemen per ſe non eſt in piſcibus, nedum ſemen à toto, & ideo neque in ouulis eorum.

Sunt multi flores miras figuras, miram colorum varietatem in ſe habentes, geniti ſunt à planta propria, vnde vim flores illos producendi ſuſcipit à ſemine. Illæ ergo figuræ colores illi virtute in ſemine continebantur, virtutem florificam ſemen in ſe habebat. nullum actu exemplar illic neque etiam per ſe eſt. quia ſemen à toto per ſe in plantis non decidit.

Pariſan. Contell. 106. Ad rem nō facit.

Iſtæc tua mirabilia belliſſima vaghiſſima conchylium plantanimalium, piſcium, florum plantarum ad rem non faciunt, quoniam etiam in ranis, locuſtis, vermibus viſuntur, quum tamen ex putri non ex ſemine naſcantur: propterea non ſequitur pulcherrimi characteres, colores, ſimilitudines in cuius vis ſpeciei imperfectis viſuntur, quæ ex ouulis ex putri gignuntur: ergo eadem ex ſemine, aut quædam non ex ſemine à toto: quoniam iſtæc accidentia neceſſario ſuas formas cōſequuntur perpetuò, quòd ſciendum tibi fuit. De plantarum floribus enucleatius ſupra vbi quo modo à partibus ac à toto, liquet. Nos bone Mundini loquimur (ſi noſti) de

ſimilitudinibus in perfectis, in quibus (nota) etiam diſſimilitudo eſt, quæ ex diuerſorum genitorum coitu prouenit, non ex neceſſitate ſimpliciter ſpeciatim vt diximus, quia indifferenter ad vtroſque maris & fœminæ characteres ſe ſe habet. Hic tibi ſubodorandus flos fuit, vt tuis à conſilijs. Natura ſiquidem in omnibus & vbique mirabilis, in perfectis, imperfectis, ac etiam in ex putri ortis, in quibus omnibus poſtremis eiuſdem ſpeciei indiuiduis eadem adamuſim ſimilitudo eſt. At in perfectis (nota Mundini) nequaquam, quia repugnat, quia ſimul & ſemel (hoc opus hic labor eſt) marem & fœminam, nigrum & album, calidum & frigidum, magnum & paruum, & huiuſmodi contraria cõſtare repugnat: ſimum inquam, & aquilinum naſum, nigros cęſioſque oculos, calidum & frigidum cerebrum, &c. procreare nequit; vt certò colligas cancros ſequutus retrogreſſus te longius abeſſe, experectus ſi ſis.

Difficultates punctus.

Mund. Tallus 107.

Quo pacto per noſtra principia hæc contingunt? Anima conchylij per nos nutriebat, & ideo per partes generabat pulchram illam & pictam & cęlatam teſtam. anima ſeminis geniti à conchylio eſt per nos vel pars animæ conchylij vel ab ea ſimilis anima genita, & ideo habet illud idem eſſe ſpecificum, quod habebat conchylij anima illas eaſdem poteſtates & eodem modo valentes agere, quo anima conchylij agebat, & ideo habebat potentiam teſtam generandi, & ſimilem omnino teſtæ conchylij generantis. Idem dicimus de anima ouuli piſcis, & de anima ſeminis plantæ quod ad flores attinet. Si ergo non eſt neceſſarium exemplaria actu diuerſorum cælaminum diuerſorum colorum, diuerſarum partium ſpecie inter ſe differentium in ſemine conchylij, in ouo piſcis adeſſe, cur eſt neceſſarium in ſemine perfectorum adeſſe?

Pariſani Contaſt. 107.

Neceſſarium eſt Mundini. Quia hîc vt docuimus eſt coitus ex diuerſorum, & proinde diuerſarũ temperationũ, quemadmodum & diſſimilitudo in figuris, magnitudinibus, coloribus, & cæteris qualitatibus totius & partium, vt cutis, capitis, cerebri, oculorum, aurium, naſi, frontis, oris, menti, colli, ſcapularum, brachiorum, manuum, pectoris, mammarum, ventriculi, aqualiculi, pudendorum, clunium, crurum pedumque: vnde etiam corporum ſalubritas, bona malaue valetudo, affectiones, & morbi parentum ſimilibus ſimiles, quæ homogeneum ſemen, quale teſtium eſt nequaquam vt repugnantia præſtare poterit, ſi capis. Aliam præter repugnantiam, quòd iſtæ tua ad generationem inſtrumentis careant, (de piſcibus aliàs tibi diximus) & eidem conducentibus ductibus, ſi noſti, vt quas vanas & ridiculas gignentibus & nutrientibus animabus Ideas inaniter commentamini mittam.

Semper idem.

Mund. Tallus 108.

Duo hîc dices. primum diuerſam eſſe rationem naturæ in ſemine conchyliorum in ouo piſcis exiſtentis, & naturæ in ſemine perfectorum contentæ. in hoc characteres requiruntur in ſemine prædictorum minimè. Sed me iudice, ſi ſemen perfectorum requirit actu cęlaturas, conchyliorum, piſcium minime, ſequitur naturam quæ per te in ſemine vero perfectorum reſidet imperfectiorem eſſe, natura, quæ ineſt in ſemine conchyliorum in ouulis piſcium. Non ne maior perfectio eſt in illius ſculptoris, qui ex rudi ligno aut marmore figuram educit, quàm illius, qui delineatam iam, & aliquo modo figuratam in ligno, ſeu marmore perficit? Ergo diuerſæ partes & ſpecie inter ſe differentes, cerebrum, os, oculi, branchiæ, pinnæ, oſſa, venæ, arteriæ, membranæ, cutis diuerſimode picta virtute in ouis piſcium aderunt, anima ouorum piſcium ideas diuerſarum partium in ſe habet, illaſque efformat. hoc idem de anima conchylij ſeminis contingit, anima verò perfectorum ſeminis requirit in ſemine characteres, exigit delineationem iam factam partium efformandarum.

Pariſani Contaſt. 108.

Expergiſcere Mundini vna cum tuis à conſilijs, quoniam vbique cancros piſcamini, eo quia perfectorum anima

ne-

Dormitantium chimera.

nequaquam imperfectorum animantium forma imperfectior : minimè in ſemine characteres requirit : haud quaquam efformandarum partium iam factam delineationem exigit. Ex tua ruditate, iſtæ chimeræ omnes. Quoniam (nota) quam cępit initio anima fabricam in parentum corpore eamdem in vtero perficit, quia eiuſdem ſeminis & intus & foris in vtero ſcilicet imperfecti & perfecti corporis anima eadem eſt ſemper : & ita abſque vllius ope ſuum omnino opus eſt, & perfectius. Addo hinc illius maximam perfectionem & longè præſtantiorem virtutem eſſe, iure veſtro perfectum ſibi domicilium ex corpore cõtrarijs temperamentis & accidentibus prædito, ex diſſimilaribuſque partibus, quàm ex teſtium ſemine homogeneo fabricare, ſi fieri poſſet, quod inficias iuimus ſemper. Præterquam quod perfectioris animalis animæ perfectio non eſt (ſi probaſſes, minimè vnquam poteris) in fabricando tantùm domicilio; ſed in agendo, in ſenſationibus, & iudicijs : quo modo arbitratu tuo ſequeretur animam rationalem formato fętui accedentem ſentienti anima imperfectiorem eſſe. Quid dicas proinde maturius perpende, vltro ſaltem, vt recantes cum ſequacibus, & ducibus.

Perfectioris animæ opera.

Mund. Tallus 109.

Secundo dices partium figuræ diuerſæ, colores diuerſi, cęlaturæ diuerſæ prouenientes à ſemine conchylij, ab ouis piſcium, attinent ad ſpeciem non ad indiuiduum, quia nulla indiuidualis in his differentia. Sed dico ego. cur igitur partium figuræ, & colores, & temperies attinentes ad ſpeciem virtute in ſemine teſtium perfectorum non continebuntur? Si in ſemine conchy. à toto non deciſo; ſed in determinata parte genito. ſi in ouis piſcium. ergo & in ſem. teſtium perfectorum virtute continebuntur. Et ſequitur per, primam partem tuæ reſponſionis itidem hæc illatio. Quia iam conceſſiſti ſemen teſtium perfectorum generare animal, quòd non eſt animal vniuerſale extra ſpecies exiſtens, ſed in ſpeciebus perfectorum ſine dubio exiſtit, at ſemen teſtium nullum exemplar actu per te in ſe habet, in illo ergo virtute, non actu partium figurę coloris, temperies ad ſpeciem attinentes per te contineri neceſſe eſt. Si igitur hæc virtute in ipſo continentur. ergo & attinentes ad indiuiduum continebuntur.

Pariſan. Contall. 109.

Ex dictis ſolutio manifeſtiſſimè patet, quia in imperfectis indiuiduales ſimilitudines non extant, nec proinde contrariæ, & deinceps eorum natura & anima ad vnguem ſimilia conſtruit, vt accidentia & ſimilitudines neceſſario conſequantur. In perfectis verò eſto vt diximus ex teſtium ſemine animal fieri poſſe, vt communis fert ſententia, ſimilitudo repugnat, inquam, Mundini : propterea argumento nobis eſt certiſſimo, animal ex eo fieri nõ poſſe: quia in eodem ſubiecto (intellige) ſimul & ſemel contraria eſſe nequeunt eaſdem ſecundum partes, calidum frigidum, magnum paruum, ſimus aquilinus, album nigrum, &c. Componas modò tu, & cum tuis à conſilijs conſilio haſce lites, & Phylida ſolus habeto.

Si ſapias Phylida eſto.

Sed nunquam & nuſquã.

Mund. Tallus 110.

Pro huius autem conſequentiæ probatione accipe hoc argumentũ & erit quartum contra ſecundam tuæ reſponſionis partem.

Figura ſpecifica in animalibus in quibus diuerſæ figurę indiuiduales inſpiciuntur, vt homine, equo &c. non niſi in particularibus figuris ſubſiſtit, quia & ſpecies ipſa non ſubſiſtit niſi in indiuiduis. Si ergo natura reſidens in ſemine teſtium habet virtute aliter in ſe figuram naſi e.g. humani (vt concedere cogeris, ſi per primam partem tuæ reſponſionis ex ſemine teſtium animal generari debet, quemadmodum iam patefactum eſt) neceſſarium eſt, quod virtualiter & potentialiter vt dicunt Scholaſtici, habeat in ſe vel ſimitatem, vel aquilinitatem, vel tãdem quamcumque aliam talem figuram naſo humano conuenientem; ſiquidem in his particularibus figuris naſi humani figura ſubſiſtit, non de ſe extra has.

Ergo ex ſe generabit naſum vel ſimum vel aquilinum vel, &c. Ergo figuræ indiuiduales virtute in ſemine teſtium ſunt, non ſpecificæ tantum, quæ contra indi-

uiduales non ſunt. Vnde contra ſecũdam partem tuæ reſponſionis corpus omnino ſimile ad huius hominis exemplar à ſemine teſtium prouenire poſſe ſequitur. Simitas filij mei non caſu accidit, nec ad ſemen à toto confugiendum, ſed ad ſemen teſtium in quo potentia continentur figuræ naſi ſpecificæ & indiuiduales quoque continebuntur, de quibus rationem reddere debeo, cur in hoc naſo generando teſtium ſeminis natura limitetur ad ſimitatem, non aquilinitatem. neque ad aliam figuram, cur in procreando cerebro humano dat hanc temperiem non illam, & ſic de ceteris membris humanis. Videamus ergo an rationem horum effectuum poſſimus, vel nõ poſſimus reddere.

Pariſani Contradictio. Nunquam nuſquamue coactus admiſi ex teſtium ſemine animal procreari: propterea quoties id protuleris (priuſquam probes) toties de falſitate te arguã, ſed bene lubens dixi dono tibi detur (recordare noſtra verba) eſto animal ex teſtiũ ſemine procreari; ſed repugnans &c. quoniam indiuiduales ſimilitudines in perfectis nõ ab vno indiuiduo pendent & pronaſcuntur, vt in conchylio, piſce, planta, ſed à duobus coeuntibus diuerſatum ſimilitudinum in ſexu & ceteris partibus & accidentibus: quo modo anima non poteſt ſimul coactè (vt infra dicis) agere & cælare e. g. conchylij figuram, & electiuè (vt ita dicam) diuerſas & oppoſitas indiuiduales duorum indiuiduorum maris & fœminæ ſimilitudines ex homogeneo ſemine, vt e.g. ſi formandus ſit naſus, ſi aquilinus ſit maris, fœminæ ſimus aduncuſue, ſic de genitalibus & reliquis, alterum quo modo cælabit niſi ad hæc indiferẽs, & ſi coacta? Coacta agit in Conchylio, piſce, planta, quia ſimilitudines accidunt & neceſſariò conſequuntur, quia ſpecifica & propria quæ vni ſoli ſpecici, & omnibus indiuiduis, & ſemper intelligis tandem Mundini?

Nota ab ſterco tandem.

Ne dicam me ſurdis canere ſemper.

In perfectis verò non item, quia perfectis coeuntibus indiferenter ad alterum & diuerſum perpetuò ſe habet: quia quandoque mari, non fœminæ, aliquando fœminæ non mari: numquam non vtrique ſecundum diuerſa: interdum neutro ſimile procreat: ergo dedita opera indiferens ſecunda ex victoria electione agit: quod ex ſemine homogeneo à bruta anima fieri ridiculum eſt Mundini. præterquam quòd ſi ſic non coactè, vt doces: ſi coactè, nõ ad huius alterius indiuidui exemplar, adeò vt quomodocumque ratiocineris te perperàm rationem ſubduxiſſe liquidò conſtet, & poſitus in medio quo te vertas neſcias.

Quocirca in imperfectis ijs vti planta cum ſpecifica ſemper indiuidualis ſimilitudo: ſecus in perfectis dictis manifeſtis de cauſis. Immò ſubtiliùs & fortius addo, in perfectis quandoque neque ſpecifica nedum indiuidualis ſimilitudo viſitur. Quis vmquam vidit audiuitue ex equa, & aſino genitum fuiſſe aſinum, vel equum, ſicque ex aſina & equo? Sed bene perpetuò ab orbe condito mulus, vel gimnus: & ita nec ſpecifica nec indiuidualis: quare ex totius partium miſcella quid tertium fit, mulus, aut gimnus, parentum neutro ſimiles: quod ex teſtium ſemine homogeno fieri non poteſt, potiſſimum fœminæ aſinæ, quod teſtium aquoſius eſt & proinde debilius & infirmius, & conſequenter ad ſuas ſpecificã & indiuidualem ſimilitudines conſeruandas & cęlandas ineptum. Huius magni & vrgentis argumenti iam nunc reſponſum deſideraui, & ſemper ni fallor (quod non credo) deſiderabo. Sed iam quæſo te tuam ſubtilitatem perpẽdamus, vt tuis maximis ex conatibus giganteum abs te promiſſum partum tandem intueamur, ſed ſine trepidatione.

Notandum.

Solui non poteſt.

Anima in ſemine teſtium Socratis exiſtens, aut eſt pars animæ Socratis, aut producta ab anima Socratis. ſi eſt pars animæ Socratis, per partes generabat e.g. frontem latum, naſum ſimum, oculos nigros, cerebrum taliter temperatum, crus claudum Socratis. Anima ergo ſeminis teſtium Socratis vt pars animæ ipſius, ſeiuncta ab ipſius anima, quando ſcilicet ſemen in vtero eſt eiaculatum generabit fœtum, vt antea ſolebat, quãdo coniuncta cum anima Socratis erat, niſi adſit

Mundini Taſtus ſile.

ſit impedimentum à ſemine Vxoris Socratis, quo circa frontem humanam latam, naſum ſimum, oculos nigros delineabit. In generando humano cerebro, & in danda illi temperie cerebro humano conueniente, talem quoque temperiem cerebro tribuet, qualem Socratis cerebrū habebat, & taliter conformabit. Crus humanum inſtituet taliter temperatum & conformatum. Adcò quòd ſi Socrates epilepſiam patiebatur, & natus patietur. Si Socrates claudus erat, natus claudus erit, & ſi podagricus Socrates, podagricus filius, &c. hæc eſt doctrina à me tradita in generali in 1. lib. diſput. de gen. cap. 17. pag. 129. ad quam etiam nunc me refero. Quid ergo hîc eſt opus virtualibus exemplaribus?

Quòd ſi anima in ſemine teſtium Socratis exiſtens non ſit pars animæ Socratis, ſed producta ab anima Socratis, illud idem, & tale eſſe ſortita eſt quale anima Socratis habebat, eadem & tales potentias ſortita eſt, quales anima Socratis habebat, & ideo iuxta illud eſſe, & iuxta illas potentias ſemper agit, neque poteſt aliter agere. agit ergo vt agebat anima Socratis, à qua accepit eſſe, vnde nō ſolùm generat partes ſimiles ſpecie, ſed ad vnguem ſimiles illis quas per partes anima Socratis generabat, illas dum nutriebat. Si ergo anima Socratis per partes generabat cerebrum humanum & taliter temperatum, illud ſcilicet nutriendo, & anima ſeminis teſtium Socratis in prima inſtitutione cerebri non ſolùm temperiem humanam illi tribuet, ſed hanc temperiem humanam. Similiter dicas de alijs membris, & de figura illorum.

Per nos ergo eo modo, quo natura in ſemine teſtium exiſtens ſuſcipit ab anima genitorū potentiam generandi cerebrum humanum ſuſcipit potentiam generandi tale humanum cerebrum. Eo modo, quo ſuſcipit potentiam tribuendi cerebro temperiem humanam, ſuſcipit potentiam tribuēdi talem temperiem humanam. quia à tali anima puta Socratis, &c. potentiam generandi ſuſcipit; neque vna potentia ſtat abſque alia in animalibus in quibus differentiæ indiuiduales adſunt. & quod dictum eſt de cerebro, idem de alijs membris, & de figura illorum per nos dicendum eſt.

Accipit autem natura, quæ in ſemine teſtium perfectorum eſt, ab anima genitorum (ſi non eſt pars animæ ipſorum vt probabile eſſe oſtendi 3. diſput. de gen.) eo modo potentiam generandi c. g. cerebrum humanum, quo natura exiſtens in ſemine conchyliorum & in ouis piſciū (ſi & ipſa non eſt pars animæ conchyl. & piſcium) ſuſcipit in determinata parte potentiam generandi talis ſpeciei piſcium partes proprias.

Ex his iterum, cur ab epileptico epilepticus, à podagrico podagricus, à claudo claudus, à cicatrice in aliqua parte habente, cicatricem in eadem parte habens naſcatur ratio per nos redditur. Redditur etiam alio modo ſcilicet per ſpiritus à cerebro, ab artubus in ſemen, in erectione penis & in coitu deciſis, vt communem opinionem doctiſſimorum virorum Concil. Dini, Forliu. &c. ſeruemus, & hanc per eam quæ Paris. ipſe affert, probabilem reddamus. Poteſt etiam cicatrix ab imaginatione fœminæ prouenire.

Credebam te doctis ſcribere tot cum Conſiliarijs Protectoribus & Ducibus; ſed vt video & experior, vereor quòd Merulottos (vt vulgari verbo & prouerbio vtar) aucuperis, inter quos ne me dinumeres, dico, quòd tua hæc, quam profiteris, doctrina, tibi & tuis ceu ex tripode, mihi prorſus vana (vide quàm bene mihi tecum conueniat) & caſſa eſt pluribuſque nominibus. *Pariſani Contaſt. 111. Mandinus Auceps merulottorum.*

In primis neſcio, nec mente concipio, quo modo anima animam generet. Enimuero tua fictio à teſtibus ex triplici ſpiritu animæ eductio (pag. 25.) imperceptibilis eſt: quando nec tu nec à conſilijs tui nouiſtis intelligatiſue poſtquam diu hoc ſaxum vertiſtis eius ortum: propterea à nobis procreationis modum ſciſcitaris, vt (hîc quod neſcis & non capis & docere te flagitas, nos docere omni conatu contendis? vide quantum tibi ſcriben- *Perperā primo animā animam progignere.*

benti fidendum ſit, & conſequenter tuis Conſiliaribus ſubſcribentibus.) noſti, & infra ſuo incampo te & tuos certiores faciemus, vtque Patauini doctores maxima tibi neceſſitudine coniuncti tua hæc confutant.

Mundino quantũ fidendũ, &c. & Conſultoribus.

Atque res ipſa, & Natura reclamant, quia in plantis natura ſpiritibus vt ſpuma deſtituta ſit. Quare rationi magis conſentaneum eſt iure noſtro, quod nec anima animam, ſicutinec materia materiam procreat; ſed compoſitum, materiam diſponit, diſpoſita animatur (vt ita loquar) modo, quo enucleauimus.

Secundũ erratũ.

Secundo non eſt verum ſeminis, vel fœtus animam partem fuiſſe procreantis, (quo modo tu ſtatuiſti, non admittimus, imo pluribus explodimus) quod ibi diuidens non adſit, quòd diuiſum contineat deſit, quemadmodum propria cuiuſque matrix &c. & ideo parare ſibi poſſe domicilium progignenti ſimile, quòd in imperfectis nunc in tui gratiam tranſeat, in piſcibus, plantanimalibus, plantis. At in perfectis abſit, vt manifeſtò conſtat: quoniam ſi anima non ex conſultò, ſed ex neceſſitate, & pro ut anima totius, parentis ſcilicet (à qua ortum tibi duxit, vt filia & proles) in corpore agebat partes nutriendo certò generabit ad vnguem, vt imperfectorum animæ, plantarum, plantanimalium piſcium, quod fieri nequit: quia mas & fœmina, homo & mulier in omnibus ferê ab inuicem diſcrepant, vel ſaltem diſcrepare poſſunt, capite, fronte, facie, auribus, ſuperalijs, oculis, malis, naſo, lacuna, gelaſimis, ore, labris, dentibus, mento, collo, humeris, mammis, pectore, manibus, ventribus, aqualiculo, genitalibus, clunibus, fœmoribus, cruribus, pedibus, totius & partium magnitudinibus, figuris, temperamentis, primis & inde ſubſequentibus qualitatibus & accidentibus. Quare contraria ab eodem & in eodem ſimul & ſemel fieri & exiſtere abſurdum eſt dictu.

Ratio de noſtrãs.

Tertium abſurdũ.

Tertiò ignorare me ingenuè fateor Mundini animam cerebrum temperare poſſe (quod alijs itidem de partibus dictum velim:) quia credebam materiam aptam pro cerebro parare, hoc eſt ſeligere, vt in ijs, quæ ex putri fiunt? Sic ex teſtium ſemine ex eo (non admitto) ſi animal fieret vt communis fert ſententia: non tamen vt ex homogenea materia, vt omnes docetis; ſed tamquam ex etherogenea & diſſimilari.

Quartũ cancer.

Quarto quum maris cerebrum e.g. calidum fuerit reſpectu cerebri fœminæ, maris anima neceſſario & coacta, per te cerebrum procreatura calidũ progignet, fœmina frigidũ. Quid in hoc caſu fiet? Non eſt illic, quod pacificatoris perſonam ſumat, quo modo conuenient animæ? quod de ſimo, adunco, aquilino naſo; nigri, cæſijs, caprinisue oculis dixerim: ergo animæ inuicem contrariantur.

Non dices animarum alteram præpollere, quoniam ſuapte natura æque pollent, (non dico ex parte organi, quo aliã aliæ præſtare apud omnes in confeſſo eſt; vt maxima ratio ſit, à toto ſemen pronaſci) Sunt enim vel Ariſtotele aſſerente, veluti numeri. Quocirca quia ijſdem etiam potentijs prǽditæ nullo modo ab inuicem differunt diſtinguuntur ue noſtrã ad rem quod attinet: Ergo penes ſe vndequaque ſimilimum corpus & domicilium generabunt: igitur omnia indiuidua ſimilima vt in imperfectis viſuntur: quod quum ſenſu falſum pateat: vana igitur tua omnino doctrina.

Et ſi vna in ſemine anima ſit, quo modo, dic ſodes, in diuerſis ac ad diuerſa & contraria præſtanda ſe geret, quum per te coacta agat, doce quæſo nos doctor maxime etiam tuis vna cum doctiſſimis Protectoribus.

An verò dices ſeminum binas animas earumdemue facultates alternis vicibus agere? v.g. maris anima aquilinum naſum ſibi, hoc eſt patris naſo ſimilem generat, fœminæ verò oculos cæſios: maris os: fœminæ mentum, &c. & ita cõuenientes alternatim, & electione, ac alterius conſenſu progignere. Experientia docet, modò alteram omnia procreanti ſimilia, altera otiante: modò conuenient neutro otiantes aſſimilari. Hæc vt belliſſimè belliſſimã tua ex doctrina exurgunt.

Quin-

Quintus error.

Quinto ſi anima ſeminis teſtium Socratis eſt pars animæ Socratis: quum Socratis anima eius corpus procreabat, progignebat ſimile corpori N. patris per te: & ita e. g. eius cerebrum erat temperatum. At quindecim annorũ ſpatio quando ſemen & filios procreare valuit, eius cerebrum calidum frigidumue fieri euadere potuit: ea propter haud rectè dicis & doces, animam ex Socratis ſemine generare cerebrum, vt generauit anima Socratis patris.

Sextum ſomniũ.

Sexto ſi quia ſeminis teſtium Socratis anima eſt producta à Socratis anima eaſdem potentias habens omnes partes perinde temperatas, cerebrum, & alia membra, ſicuti & de eorumdem figura dicis; ſenſui hæc Mundini conſtarent, ſed repugnant: quia ſæpe partim, ſæpe ſæpius diuerſa omnia à Socratis membris; vt mirer quòd hæc non cernas: & ni oculis videas, ſaltem cum cæcis tactu hæc percipientibus experiaris. Adde quum animæ ſint veluti numeri & eiuſdem ſpeciei eaſdem prorſus potentias conſequãtur ex parte animæ omnia per quàm ſimilima eſſent, quam tuam doctrinam sẽſus non recipit, & qui ſenſum negat ſenſu pęna dignus.

Septimũ peccatũ.

Septimo, ſi itaque ex animæ parte diſſimilitudo & diſſidium: ergo animæ ſibi inuicem contrariantur. Sic hoc cerebrum ita temperatum, illud aliter. Sic hæc pars, ſecus alia ab anima (non ex parte materiæ) vel quia teſtium ſemen per vos omnes homogeneũ eſt: ergo anima huic parti, e. g. cerebro calidã temperiẽ temperatum, frigidum temperamentum præbet: At anima nec calida, nec frigida, & quum nemo det, quod non habet, quo modo hinc podagra, epilepſia &c. vt fabularis? At teſtium ſemen vtpote homogeneum, hiſce multis, diuerſis ac contrarijs temperationibus, deſtitutum eſt. quid quod Mundini, vnde hæc tua mutuatur anima? quid iſtinc colliges? quid pulchri, ſubtilitatis ſubducetis ſubtiles Conſiliarij?

Octaua lapſio.

Octauo, Non quia ſeminis anima totius pars (etſi id oſtendere non potueris) fuerit priuſquam à toto ſemen ſeparetur generare didicit, quia totum totiuſque partes nutriebat vt dicis: quia anima non diſcit, non recordatur, non obliuiſcitur: ſed talis anima ſuapte natura id ſibi proprium domicilium molitur & perficit abſque doctrina, ſine diſciplina, & ad vnguem alijs in ſpecie ſimile procreat, vt in imperfectis inquam, videre eſt, in piſcibus, plantanimalibus, plantis. Luculento & manifeſto exemplo declaro, forma anima muris ex cœnoſa materia orti ſimilimum murem nato progignit, vt ſcias, non ex eo (vt dicis & nugaris, quòd vt nutriebat ſic generat: non quia prius totius ab anima, cuius tibi pars eſt, aut filia, partes, ſimilitudineſque quaſcumque didicerit. nugarũm nugę.

Nona al lucinatio.

Nono, ſi à teſtibus triplici ex ſpiritu anima educitur, vt tradis, quia ſpiritus non ſint animati: (tunc ſic non educeretur) ergo hæc anima neſcit quo modo totius, Socratis inquam, anima ſibi domicilium fabricauerit: ignorat igitur corporis partes & ſimilitudines. At cęlat: ergo nouit. Itaque non ex ſpiritibus, neque ex teſtium ſemine: reſtat igitur, quòd ex ſemine à toto, quod partium ſimilitudines obtinuit.

Decima prolapſio.

Denique, vt vela contraham, non vides Mundini, quod in Dini, Forol. & Cõcil. gratiam & tibi, & Naturæ deſtruis? quia ſi ipſa de more agit, eodem modo ſemper & bene. Si tui audaciores ſpiritus furenter ſuperuenientes aliter agunt, Naturæ opus, inſtitutioque vitiatur & tollitur. Vt mittam quòd recẽtiores tibi coniunctiſſimi hanc tuam de ſpiritibus opinionem, quæ Dini, Foroliu; & Conciliatoris eſt erroneam dixerunt probauerunt, eamque viginti rationibus confutauerũt, & pluribus prius, vt pluribus nos antea in proprijs tractatibus. Addo quòd nec tu, nec tui à conſilijs docere vnquam poterunt, quo modo ſpiritus ſimilitudines cælare poſſint, quippe vaniſſimum. Potius ſpirituum copiam Naturæ ſic impedimento fore dixiſſes. Vel melius eidem adiumento fore protuliſſes, munus vt ſuum faciliùs & exquiſitiùs præſtet &

Bronz. de Prin. eff. ſem. in ſit. ſec. 1. c. 16. p. 95.

abſol-

Digitized by Google

abſoluat; at quod ipſi aliter formēt, præterquam quòd fieri nequit, philoſophiam deſtruit.

Fraterna correctio. In Veritatis ſchola Mundini, non eſt acceptio perſonarum, ſed datur cuique quod ſuum eſt, prout ratio dictat & ſuadet. Quamobrem ne ſis tam peruicax vt tuo iure talia & pugnantia admittas, atque alijs arbitratu tuo quod non potes, nec mordicus ſuſtinere vales, alijs donare irrationabiliter velis. Et collige tandem, quamuis ſerius, cuius partus *Appellat.* chimerarum chimeræ ſint, tuæ ne, an impulſorum protectorum, ſubducite vos & dirimite.

Mūdini Taſſus 112. Supereſt vt videamus an quæ obijeciſti cauſis, quas ſimilitudinum indiuidualium reddidi ſint alicuius momenti, & finem deinde huic primo congreſſui imponam.

Dicis igitur Pictor, qui non intuitus eſt Pontificem illius imaginem non poteſt repreſentare, ita eſt de ſemine. partes enim animalis non repreſentabit abſque cuiuſque partis exemplaris præſentia. Exemplum non eſt ad propoſitum, quia aut anima ſeminis eſt pars animæ genitoris, & ſic procreabit partes ſimiles illis, quas iam nutriebat, hoc eſt generabit ex toto id, quod per partes generabat, nutritio enim eſt generatio per partes. Aut producta eſt ab anima genitoris, & tunc habet idem eſſe, eaſdem omnes potentias & tales quas, & quales anima genitoris habet, & ideo dicimus; quòd ideas partium omnium genitoris in ſe habet, & exprimere eas valet. At pictor qui non vidit Pontificem, in phantaſia ideam illius habere non poteſt.

Pariſani Contact. 112. Si anima quia parentis animæ pars, vel eius filia quia omnes & eaſdem potētias, quas parens obtinet coactè agit, & proinde ad vnguem parenti ſimile procreat, *Mundini fabula exploditur.* nec ſecus agere poteſt, quia proprias, vt ais, ideas gerit iuxta quas ſemper agit, ſequeretur, quod perpetuò fœtus parentum alteri quamſimillimi eſſent prout viciſſim alterius anima alterius ſeminis, vel vna eua ſa dominaretur, vel ſemper quid medium, quod falſum probauimus eſſe: quoniam iſdem fœtus partim & partim alias ſecundum partes patri, alias iuxta partes fœminæ aſſimilatur; & ſic neutra ſuas iuxta ideas penitus fabricat, & deinceps vtraque deficit: quæ tuæ ex ideis poſitioni repugnant, & eo magis, quòd ſæpe ſæpius fœtus neutro ſimilis eſt, vt neutra anima receptas, & ſibi innatas ſecundum tuas ideas cælet vlla abſque contrarietate ex homogeneo ſcilicet ſemine, quòd abſurdum eſt, vtpote ex fabuloſo excogitato monſtro natum. Quo modo autem ab animabus ſeminum maris & fœminæ iſtæc diffidia & contrarietates? Vel quo nam pacto ab vna & eadem anima ex duabus eua ſa iſti varij, diuerſi & cōtrarij effectus ſuboriantur, meum non eſt expiſcari, ſed tuarum, & tuorum à conſilijs partium eſt.

Vlteriùs & ſubtiliùs, vt glandoſorum *Adhuc ſubtilius.* proſtatum ſemen, quod à teſtibus generatur & guttatim per te animatur, vt fateris, & in vaſis deſcenſum vnitur & fit vnum numero vna præditum anima & homogeneum, quod vltra conceſſiſti, & ex dictis patet: ita pari paſſu ijſdem de cauſis & rationibus ambo coeuntium ſemina, maris, inquam, & fœminæ, in vtero conuenientia, vnum fient cum ratione vnius animæ, tum materiæ vtriuſque ſciliter homogeneæ: & ita quia vna anima vnum indiuiduum, hoc etiam abſque cōtrouerſia, quoniam in vno ſemine & homogeneo duas conſtituere eiuſdem ſpeciei animas abſurdum & ridiculum plures ob cauſas eſſet. Si igitur vna anima vnius, ſeu alterius parentis ideas per te obtinebit non vtriuſque, quoniam repugnat ſimul & ſemel in eodem eſſe contraria temperamenta, diuerſas & oppoſitas ſecundas qualitates, & figuras &c. Ergo ſi vna anima e. g. patris, quum non viderit ſeu agnouerit matris ſimilitudines indiuiduales, quemadmodum nec pictor Pontificis effigiem, quo modo eas cælabit? Vide quam bene ad rem Pictoris exemplum ſit? Sed manifeſtè patet & ſenſus perpetuò oſtendit, quòd fœtus & patri & matri ſimul & ſemel alias & diuerſas ſecundum partes aſſimilatur. Ergo non quia anima illorum ideas gerat,

quia

quia diuerſa & contraria ſimul & ſemel continere repugnat, vt diximus; ſed quia ſemen (non homogeneum teſtium) à toto prolabens ſimilitudines aſſequutum deferat.

Subtiliori adhuc exẽplo.

Aliud tibi affero exemplum, vt certò experiaris me ratione & ſenſu Veritatem proſequi non garritu.

Equi & aſinæ, aſini & equæ (vt interim canis & vulpis, canis & lupi & è contra coitum, prolemque mittam) procreāt mulum, & gimnum, non equum, aſinumue, vt ex eorumdem ideis tua fert. Ideæ Nec modò alteri viciſſim neceſſario & coactè aſſimilantur, quæ neceſſario ſimpliciter tua idea profert. Sed contrario prorſus & omnino. Quo modo igitur brutinæ iſtæ ideæ Mundinianæ horum effectuum cauſæ ſint, te eorum parentem, & tuos eorumdem à conſilijs rogo, docete nos.

Chimerarũ parens & Conſultores appellas Pariſanus.

Mund. Tactus 113.

Sic quando tu millies inculcas, quòd quando anima ſeminis generat claudum, ſurdum, cæcum, cicatricem, eſt ſtulta vitiando inſtrumenta, & ita ſibi impedimentum in ſuis actionibus obeundis afferendo, eſt crudelis, atrox, ſicaria, non melius ſemper agit, ſed fruſtra, nil concludis. Quia Natura in ſemine teſtium exiſtens hæc non agit de induſtria, non conſultò, ſed coacta, quia tale eſſe ſortita eſt à genitorum anima, vt non poſſit aliter agere, ac agit. Agit enim iuxta eſſe ſortitum à genitorum anima modumque aſſignaui, ſecundum quem cuncta, quæ tu tamquam inconuenientia adducis, præſtareque abſque vlla abſurditate poteſt.

Pariſani Contact. 113.

Mundini Idearum fabula varietas oſtẽditur.

At dic quæſo Mundini ex matre clauda ex luxato fœmore filius ſimiliter claudus procreatur, vt non ſemel obſeruaueris. Si amborum ſeminum animæ miſcentur & vna fiunt, quum vtraque per te per nutritionem procreare didicerit, ac ſuas iuxta receptas in procreantis corpore ideas; & ſeminis maris anima idearum defectum non ſit particeps, ſed coacta eſt agere & producere fœtum abſque luxatione abſque defectu, & eo magis quia ſemper agit quòd melius eſt: quare non claudum, gibbum, ſtrabonem, luſcium, balbũ &c. hiſce tuis de cauſis progignet. An ergo quia ſeminis maris anima oblita eſt perfectionis corporis maris & propriarum idearum: fœminæ verò ſeminis anima matris ideas retinet & defectus recordatur, id contingit? Quo modo Mũdini iſtæ animæ vel vna ex ſeminum miſtione euaſa anima contraria præſtant? quo nam pacto defectus peragunt? non ex ſeminis parte, quia tibi homogeneum, adde quòd maris teſtium perfectius: Sui igitur muneris eſſet potius eligere & ſemper perfectiùs procreare, vt pote ex meliori idea à valentiori & robuſtiori recepta parte ſcientia. Quo circa quum duplex ſit idea, quia à duplici ſemine, & oppoſitio extet, aderit & electio, & deinceps non coacta, ſed vltrò & liberè anima aget, & conſequenter bene (ſi per vos liceat) diximus, quòd Natura vobis ſtulta, ſicaria, crudelis &c. ſit. Quæ quum abſurda ſint, abſurdiora ex quibus ſequuntur, ſequuntur autem hæc belliſſimè & quatuor pedibus currunt.

Mundini Tact. 114.

Miror etiam, quia dixi animam in ſemine teſtium exiſtentem tamquam partem animæ genitorum non obliuiſci munerum, quæ in corporibus genitorum obibat, te mihi reminiſcentiam Platonis exprobare, non dixi abſolute non obliuiſci, ſed addidi (vt ita dicam) quare clarum eſt, te adeo iratum contra me eſſe, vt ne à cauillis quidem abſtineas. non modò ergo contra me contumelioſus, vt in præfatione oſtendi, ſed etiam cauilloſus es.

Si meliora quæ contra me afferre non habes, credo meum argumentum re vera eſſe Achillem victoriam de te reportaſſe, me non reconditis à te declaratis ſecretis, ſed humano modo philoſophatum viciſſe. Vtrum vero hæc ita ſint benigni lectores iudicabunt.

Pariſani Contact. 114.

Mund. Benignis Lectoribus probabitur.

Anima cuiuſuis ſpeciei ex traduce nõ ideo quia generantis pars ſit filiaue extet; non quia in parentis corpore munera obiuerit & genuerit, vt tuos ſuper digitos tibi fabricas, per partes nutriendo cõſtruere, ſingula ad amuſſim progenerat,

quaſi

quaſi inibi edocta, partis corporis ideas; vt narras, memoriæ mandauerit, & eas iuxta ideas & receptas ſpecies corpus ad exemplar formet, ex functis muneribus, ex receptis inibi ideis, ex recordatione & memoria eorum haud oblita, talia & ſimilia ad vnguem fabricat. Quæ omnia inquam, & pura tua ſunt figmenta, quemadmodum non ſolùm ex dictis patet, verùm etiam quòd tua animæ pars nutrire non didicit, ſicuti nec in parentis corpore nutriebat, quando nec illi quidem, vt potè tuum figmentum, coniuncta fuit, vt pluribus, oſtendimus, & tu fateris modum à nobis flagitando: præter quàm quòd, nec nutritio partium (vnde tibi ſimilitudo) ea eſt procreatio, ſed inſtauratio & conſeruatio, vt inde propterea edoceri non potuerit: ſed eſt germanus naturæ inſtinctus, vera cuiuſque animę proprietas ad tale & proprium ſibi fabricandum domicilium: vt muris ex putri orti manifeſto exemplo oſtendi, ſicuti videbis omnes cicadas eiuſdem ſpeciei, omnes ranas, araneas, locuſtas ſi eiuſdem ſint ſpeciei, &c. ſibi ſimilimas ſine reminiſcentia, abſque acceptis ideis, abſque tuorũ figmentorum ope. Ea propter non immeritò platonicam reminiſcentiam ex receptis ante ortum ſpeciebus, & innatas ideas tuis ex animabus eduxi; & proinde non iratus hæc, ſed vt res & occaſio expoſcit, immo cogit te extorquente ſcribo. Non cauilloſus, minimè contumelioſus abſit à me, meiſque moribus. Quòd ſi tibi non placet in altum tibi expuendũ non fuit, & cogitaſſes noſtrum fore tuos in te ictus retundere omnes, docente impellenteque natura, & propterea à te ipſo tibi cauendum fuit priuſquam malè conſultus choream ingredereris. Quòd aduerſus nos ſcripſeris gratias agimus. Euentus laudis & victoriæ quam iactas lydius lapis iudex erit, nec fallax. Tuum argumentum non Achillem, ſed Acheloũ dixiſſes, quoniam vt aliàs cornu mutilatum vidiſti, iam iam in lateum flumen ſponte coniectum videbis, ni proiectum velis, ſi tuis doctiſſimis protectoribus placebit, placebit autem velint nolintue.

Mund. Tactus 115. Poſt hæc omnia aduerſum à te allata, nolo ſilentio reſpõſionem quandã, quam ſtudioſus excogitauit, vt quantum per me fieri poteſt nullus fugiendi locus tibi relinquatur. Dubitat is, te in ipſa non admittere à natura ex ſemine à teſtibus genito animal de facto gigni (ſic enim ſemper duo animalia in vtero perfectorum procreari neceſſarium eſſet, vt ego deduxi) ſed poſſe gigni. De facto autem non gigni, quia ex femineis portionibus animal emergit, quod nutriri neceſſe eſt, ſemen verò teſtium non in tanta copia abundat, quæ ſufficiat pro nutritione illius animalis pro generatione ſecundinarum, vaſorum, quæ reperiuntur in ipſis & progeneratione animalis, quod ex ipſo gigni poteſt.

Lectores ſi ſic eſſet Pariſani mẽs, quòd an ſit ignoro, vaniſſima eſſet, & ridicula, quod de tanto viro an pronũciare liceat, iudices eſtis.

Ad probationem, poſito quòd à natura ex ſemine teſtium animal de facto generatur inconuenientia & abſurda à me declarata in doctrina Pariſani ſequũtur. Ergo ipſe non poteſt concedere naturam ex ſemine teſtium animal generare poſſe, ſed de facto non generare.

Amplius cur Deus & Natura nihil fruſtra agentes, proinde nullam potentiam, quæ proprio fine perpetuo fruſtretur alicui rei impertientes, potentiam tamen generandi ex ſemine teſtium animal illi naturæ à Pariſano fictæ tribuerunt, & ea demum ob quamcunque cauſam, quæ ab ipſo fingi poſſet, numquam de facto illud generat? fruſtra eſt illa potentia, quæ numquam reducitur ad actum: talis eſt ipſa Pariſani: ergo.

Pariſani Contact. 165. Adeò duræ ceruicis es Mundini, vt ne proprijs oculis luce clariora apud nos videntibus credas, nec proprijs auribus à tuo, tuiue ſtudioſo manifeſtiſſima audientibus fidem adhibeas; vt propterea ambabus tuo intellectui clauſis ianuis intelligere non poſſis, & proinde haud mirum ſit, quòd in chimærarum chimæris perpetuò verſeris. *Malo nodo malus cuneus.*

Etenim in perfectis animatũ ſemen à

toto

toto ſtatui, teſtiumque ſemine ali, rationibus & Galeni authoritate, (quam te, ridicule, interpretatum reprehendimus, & poſt nos doctiſſimus Bronzerius amicitiæ neceſſitudine tibi coniunctiſſimus) conſtitui. Ariſtotelem & communem ſententiam de teſtium ſemine potentia animatum improbaui. Tuam ſimiliter ita decuſſaui, vt eiuſdem animationis (vt ita loquar) modum & rationem tu reddere non valens à me (in alio iudicio & infra tractatus in calce ſeptimi capitis, collationis) petas. proh Deus. Tandem vt teſtium ſemen omnino de medio tollerem; noſtram ad rem quod attinet, Dixi, eſto, ex ipſo vt ex putri materia animal fit; vt ſcilicet ex putri à Solis calore. & ex teſtium ſemine & proprijs caloribus parentum illis impertitis caloribus ſeminibus, vt communis fert ſententia, animam educi poſſe. Sed illico mea ex ſententia addidi, id non poſſe, alias meas præter rationes, quòd animati à toto ſeminis ſit alimentum: quòd ex eo membranæ & vmbelicalia vaſa dicto modo conſtituantur (quemadmodum peritus ſtudioſus te capacem reddere conatus eſt) & penitus abſumatur ex mea ſententia: Et præterea quòd indiuiduales ſimilitudines tollantur, & propterea & alias ob rationes id fieri non poſſe. Quare non vides non audis, non capis, quòd noſtra ex opinione (alias tot prçter rationes) generari ex eo animal nõ poteſt, quia ex nihilo ob dicta procrearetur? Quid igitur nihili potentiam, & actum à nobis extorquere contendis bone & doctiſſime vir? quid blandientes adulantes?

Viden' Mundini quàm, deuius ſis; vt nullo modo in ſemitam duci poſſis, vt nec ergatis quidem, velis, credam. Nobis inquam, quoniam certum habeo te non adeo craſſæ Mineruæ eſſe, vt noſtra ſic ex animo intelligas; ſed vt initio in tua præfatione, & continuò ad finem vſque malè conſultò & conſultus interpretaris noſtra, de noſtris merearis tuorũ fortaſſe à conſilijs conſilio. Quæ nos æqui boni conſulimus, quoniam etſi ſoli, minimè nihilominus perteriti in medio poſiti omnes aduerſus in orbem pugnabimus, vos certò non læſuri, ſed veſtros ictus ad vnũ omnes in vos dubio procul retuſuri, & ni fallimur, ſecunda Minerua. Ad rem

Si omninò inquam, & actum & potentiam tollimus, nullo modo (certò) volumus, inconuenientia atque prohibentia afferimus. Vt quid chimerizzas, fruſtra laboras, diu oleum & operam perdis, vt coneris potentiam fruſtra agere? Ceterùm, ne nos quoque in caſſum laboremus ſurdis canentes, ad chimericam tuam & vanam concluſionem & epilogum tandem deueniamus.

Receptui ergo in hoc primo congreſſu canens, bona Pariſani venia, & ex argumento à plantis deſumpto, & ab animalibus, quæ plura vno coitu generant, & ex eo quòd non ſemper hermafroditi, aut quòd non ſemper gemelli naſcantur; & quòd proportio & ſimilitudo inter genitalia maris & fçminæ minimè adeſt, & ex eo denique, quòd ſi ſemen teſtium eſt aptum ad generandas aliquas portiones partium fçtus eſt aptum ad generandas reliquas portiones illarum partium, & ſi eſt aptum ad generandas illas partes, eſt aptum ad generandas alias partes eiuſdem generis, concludo minime ſemen à toto pro generatione fœruum perfectorum animatum decidere, & Pariſanum hoc aſſerentem cum nonnullis antiquis non chimeras, ſed chimerarum chimeras enunciaſſe. *Mund. Tactus 116.*

Non peroratione hic opus eſt, & quia tibi luceſcere iam puto, & quia ſat certò tu garriuiſti: ſatis ſuperque ad ſobrietatem à nobis factum eſt, tuis in te retuſis ictibus. Reſtat tantummodò, quòd tu piſcator maximus tuum abs te tuorum impulſorum ſociorum omnium prudentium, ſapientumque à ſecretis à conſilijs conſilio & auxilio iactum rete trahas digno piſcatu plenum, cancris refertum, & te totum cancroſum ſimul eſſe certò colligas, ſimulque chimerarum omnium te eximium authorem eſſe experiaris, conſtituas, glorieris, & prædices: niſi modò illos participes, tuo iure, & illorum merito facere velis, quod tibi integrum eſto. *Pariſani Contact. 116.* *Pares gratia refertur.*

N quippe

quippe qui maximi vt dicis literati & impulſu & conſilijs, & auxilijs & tibi & ſibi perfecerint plurimum optimè conſuluerint, & maximam laudem pararunt. Valete Heroës.

PRonunciata quæ in Opinione Pariſani de ſeminis à toto prouentu habentur, chimaras eſſe manifeſtatur.

PAriſani pronunciata vtpote vera confirmantur & Mundinius vt auius & deuius chimerizzans oſtenditur.

COLLATIO SEXTA.

Mund. Tactus 117.

HOc erat tertium quod præſtare promiſi. Quoniam autem ſuperior diſputatio longior quàm credideram euaſit, ſequentem in pauciora reſtringam, puncta omnium difficultatum ventillando.

Quo ergo ad primum pronunciatum. Miror atque iterũ miror de Pariſani audacia, quod cum à nullo Sacro Theologorum Collegio authoritas verba Dei interpretandi illi collata ſit, interpretationem illorum verborum, creſcite & multiplicamini, ſuo arbitratu attulerit, ex eiſque verbis Deum ipſum ſuorum inuentorum authorem facere conatus ſit. quæ interpretatio cum ſemen à toto non peruenire probauerim, chimerica conſtabit & merum ſomnium.

Pariſani Conſult. 117.

Deſine iam quæſo te Mũdini tua praua admiratione affici, non veritatis amore erga nos, ſed in nos cœcis odij nutritis ignibus motus: & ſinas nos amabo te, monſtruoſa tua pronunciata inde pronata mirum in modum admirari: quando nec videns, nec audiens, nec cæcorum quin etiam more tactu valens, neue ſenſu ducente, neue conducente ratione in nos contra agentes, vt impetum facias, tametſi quia perpetuò fruſtra agas ſemper futilia pronuncians, itidemque reportans, quemadmodum nunc cum maximè mihi piè credenti Mundi perfectioni faciens pium & magnum argumentum vitio dare contendis.

A certis & primis ſenſilibus.

Certum eſt Mundini D. Optim. Max. ſemel in mũdi creatione creatis animantibus imperaſſe, Creſcite & Multiplicamini; ſed plantarum ſemine creſcentes & multiplicantes, omnes ſpeciatim & ſigillatim creſcunt, cortices dico, lignea, medulleaque partes, ſpeciatim inquam & ſigillatim, quia vnus totius cortex, vna lignea pars, &c. quia vbique continua vt manifeſtiſſimè ſupra oſtendimus, & ab his omnibus ſimul ſemen prouenit à quolubet ramulo ſingulas ſimplices partes continenti, quas vel tota arbor poſſidet. Aliæ ſunt infelices dictæ, quæ ſemine non multiplicantur, ſed omnes ſecundum ſui partes quemadmodum experieris ſi ficus ramum, &c. fodias vt aliarum arborum, ſicuti & innumerarum plantarum mentæ, graminis, &c. Aliæ pariter plantæ radicibus, cepis, bulbis, ſolummodò multiplicantur, & eſt ſimiliter multiplicatio ſecundum partes, vt liliorum & iridum ſpecies omnes. Hæc ſenſu patent nec fabuloſa ſunt, à venatoribus, piſcatoribuſue recepta. Hæc nobis piè credentibus perfectio eſt, vt cuique vel bardo notum manifeſtumque eſſe credimus: quod ſcilicet totius plantæ pars augeatur, creſcat, & multiplicetur dictis modis: idque Dei iuſſu. Augeri & creſcere dictis modis ſenſu patet, quòd propterea inficiari non audebis: nec quin Dei mandato fiat dubitabis hæſitabiſue, quia omnibus creatis ſimul & ſemel imperatum id eſt. Aſt hæc perfectio imperfectis tunc & imperfectorum animantium partibus ſingulis à Deo impertita indita eſt: Vt quid eadem perfectis & perfectorum animantium ſingulis partibus Dei iuſſu abſque Mundini licentia & Conſulentium non dabitur, minimè communicabitur? Non ſecus illis ac hiſce competit? Plantarum & arborum partes omnes ſemen producunt, vt dilucidiſſimè oſtendimus: perfectorum ſimiliter omnes progignunt, liquet, quoniam eo nutriuntur: coitus tempore excalfacto æſtuante corpore & conſequenter vijs maximè patentibus

Etiã bardis notis.

Ad perfectiora neceſſaria progreſſio.

eia-

Digitized by Google

eiaculantur, & ſic explanato modo creſcunt & multiplicantur omnes. Neque ipſe aliter quàm ſenſus docet exordior, mandatumque interpretor, vt proinde perinde perfectis ac imperfectis quadrare exiſtimo, potiſſimum quia (præter cætera) perfectio eſt, quæ perfectioribus vtique & certò congruet, vt dixi, ſenſus docet, ratio (quia de perfectione) ſuadet. Vt quid igitur tu Cenſor maximè ſic reclamas? Ecquid vis tu: immo quid ſcis tu, quin Theologorum licentia id pronunciauerim? Nonne Sacræ Inquiſitionis licentia editum eſt, audaciſſime Cenſor? quid Conſultores? vos appello.

Appello.

Mund. Tactus 118. Secũdum Pronunciatum.

Quo ad ſecundum pronſiciatum ſtando vt promiſi in punctis difficultatum, conuenit inter nos, vt patet pag. 607. ſui illius Par. & Sanior. Iud. vnam portionem alimenti à poris ſpermaticarum attracti: „ ipſam ſpermaticam partem tangere proximam. ſ. Conuenimus etiam in eo, quòd ſubiungit. „ Alia vicina primæ & proximæ dictæ continua. alia huic continua. pariter, ſed remotior præſto eſt. Quæ nam eſt alimenti portio, quæro ego, tangens partem ſpermaticam, & illi proxima, & ſemen verum Pariſani? Meo iudicio eſt pars agglutinata, & quæ iam aſſimilatur, non aſſimilata eſt. Nam quæ eſt aſſimilata, non eſt amplius alimenti portio, non continetur in poris, eſt facta pars ſpermatica, continens & poros habens.

Adde quòd in tertio pronunciato, habetur ſemen in coitu eſſe à partibus ſeparabile naturaliter; at quod iam neruo, puta, eſt aſſimilatum, actu reſtaurat neruum, & neruus factum eſt, at pars nerui à neruo naturaliter non eſt ſeparabilis. Hæc portio ergo alimenti tangens, vt dicit Pariſanus, & proxima parti ſpermaticæ per me agglutinata, vocatur meo iudicio ab Auicenna gluten, quia eſt agglutinata. adhæreſcet enim parti vehementer minimè defluit. Apparet hoc in vitiligine: nam alimentum in ipſa ex Galeno primo de facult. nat. 2. eſt agglutinatum, & adhæreſcere vehementer parti ſenſu ipſo diſcernitur.

Pariſani Contact. 118.

Narro tibi, partes dictas omnes ſemen verum eſſe; ſed quo tempore prima illius pars non eſt aſſimilata, quia vtpote optimè diſpoſitæ & præparatæ ſeminis dictæ partes ſimul vt continuæ, ac etiam ſemper præcedenti portioni, quæ aſſimilatur neruo exempli gratia continuæ inquam, animantur, & illico pars animans primæ ſibi proximam partem aſſimilat: reliquæ verò ſi coitus interim ſequatur emittuntur, & ita proxima parti ſpermaticæ eſt trium prima, quæ è veſtigio animantem inſtaurat. Itaque aſſimilatum inſeparabile ponimus, vt proinde quid vacilles neſciamus. Ex vitiligine iam iam è naribus fluentem tibi ſanguinem ſiſtemus, ne dubita.

Reſolutio.

Mund. Tactus 119.

Controuerſum modò lectores eſt inter nos, vtrum hæc alimenti portio ſit ita tangens partem ſpermaticam, ſit illi ita proxima, vt continua ſit, animata ſit, temperiem colorem figuram ſpermaticæ partis ſit adepta, quemadmodum in ſuo ſecundo pronunciato Pariſ. exiſtimat. Non eſt meo iudicio continua parti ſpermaticæ, puta neruo, &c. patet per diffinitionem continui, & conſiderata natura portionis alimenti agglutinati, & partis ſpermaticæ, nerui, &c. Portio enim alimenti nerui eſt alimentum adhuc, cum non actu inſtauret, nondum quam actu neruus facta ſit, nòndum enim formam nerui ſuſcepit, vt iam iam aperiam. Extremum ergo agglutinati alimenti nerui eſt alimentum, non neruus; extremum nerui tangens alimenti extremum eſt neruus. Ergo horum extrema duo, nõ vnum, & ſic alimentum agglutinatum & neruus continua non ſunt.

Pariſan. Contact. 119.

Perpetua hìc partium fluxio eſt, quia pars perpetuò ab inſito calore & influentibus abſumitur, & continuò reparatur inſtauraturque per ſubminiſtratam continuarum ſeminis partium portionem, ita vt prima dictarum partium ſuæ animationis (vt ita dicam) principio ſit continua priori animatæ, quæ (quum haſce inter partes vacuum non detur) actu

Declarãtur.

N 2 tunc

tunc aſſimilatur: & ita vt illa; tunc in actu aſſimilationis eſt verucæ inſtauratæ parti e.g. continua & veruca, & hæc portioni aſſimilandæ, & ſic deinceps continuò & perpetuò. Hoc ſenſu facillimè lubens dignoſces ſi vlcus, quod carne repletur intuearis, potiſſimum ſi pituitoſa caro aggeneretur: Videbis enim ſuperficiem ſubalbam, quam ſi vel leuiſſimè frices abſque partis dolore moleſtoue ſenſu auferes. Hāc ſuper partem (priuſquam frices) videbis humorem adhærentem, quia etiam poris infixum, proximè aſſimilandum, qui propterea quomodocunque vlcus ſurſum deorſumue vergas non deſcendit, nec mouetur. Eſt profectò alimentum nondum inſtaurans, nondum aſſimilatum, ſed proxime aſſimilandum, adhærens nihilominus & ſuperficiali carni inſtauranti continuum, imperfectius tamen, ſed à præcedenti animatum, & facilè mobile à Natura (ſic ſemineum intellige ad rem.) Hæc niſi capias luculentiora, quid vlterius poſſum?

Etiam exemplo.

Mund. Tallus 120.

Neque etiam meo iudicio quod eſt agglutinatum temperiem partis ſpermaticæ habet, quia quod eſt agglutinatum non ſuſcipit calorem partis ſpermaticæ: ergo neque temperiem. Cum talis calor à tali temperie proueniat iuxta omniū Philoſophorum doctrinam.

Probaui autem alimentum agglutinatum non habere calorem ſpermaticæ partis, vitiliginis exemplo. In hac enim vt docet Galenus loco citato eſt agglutinatum, & habet conditionem veram eius quod agglutinatum eſt (nam adhæreſcit vehementer parti, non defluit vt alimenti portio, quæ appoſita eſt, quemadmodum in anaſarca defluere conſpicimus, in qua ex Galeni mente alimentum eſt appoſitum non agglutinatum) attamen in vitiligine alimentum agglutinatum non habet colorem cutis, quæ eſt pars ſpermatica. Dicit Pariſanus habet colorem cutis, quia in vitiligine cutis eſt ægra, vel alimentū demandatū prauum, aut vtrumque. Ego verò dico in vitiligine neque vitium in parte neque in alimento tale adeſſe, quod impediat agglutinationem. Patet quia vt etiam concedit alimentum in ipſa eſt agglutinatum, & ſenſus hoc demonſtrat, adhæreſcit enim vehementer, non defluit, vt alimentum in anaſarca appoſitum; ſed adeſt vitium in parte, & in nutrimento tale, quod aſſimilationem prohibet, & idcirco nutrimentum adhæreſcit valde, ſed non ſuſcipit partis colorem: ita enim aſſimilatum eſſet. Vnde cutis eſt ægra vel alimentum vitiatum reſpectu aſſimilationis, non agglutinationis; Vnde etiam fugam Pariſani minime tutam eſſe apparet: per eam n. non tollitur, quod intendo, & mihi ſufficit probare, alimentum ſ. agglutinatum, quatenus agglutinatum, vt ſemen Pariſani, & vt eſt in vitiligine agglutinatum non habere colorem partis, & per conſequens non temperiem, &c.

Pariſani Contab. 120.

Tu ſemper, inquam, in chimeris perſiſtis & cancros piſcaris, vel quia haud longè vides, vel quia nos cęcos putas nimium tibi cum tuis tribuens: Notum videntibus eſt, necnon cęcis ratione, (ex Ariſt. Gal. & communi opinione) in cirſoidibus ſpermaticis vaſis, ſemen priuſquam eorum prima, ſecunda; ac tertia humiditas fiat, euadatque, vaſorum colorem nec non temperiem (non dico vndequaque ſimiles) adeptum eſſe tametſi in vacuo & fluens ſit; vt manifeſtò pateat & ſenſu & ratione, quod vt non bene mandis, ita nec digeris.

Vana Mūdini exempla expendūtur expelluntur.

Agglutinata pars prout à ſpermatica diſpoſita, ſiue æquè perfectè, ſiue haud perinde partis ſpermaticæ defectu & valetudine aſſimilatur (nota Mundini, quia Pariſanus in arenam non deſcendit vt terga vertat) & tertia tranſit in agglutinatam, atque ſic ſucceſſiuè.

De Vitiligine quid Galenus ſentiat non eſt mihi curæ: quando nec ipſum tueri nunc curo, nec refellere in animo eſt: propterea quòd cum laruis colluctandum in præſentia mihi non ſit. Sed ſat mihi (quicquid ipſe ſentiat) quòd eius palliolum hac in tempeſtate tibi præſto non ſit. In vitiligine dico, alimentum non perfectè elaboratum eſſe vitio & defectu partis alendæ, quæ

E Vitiligine nebula diſſipatur.

per-

Digitized by Google

perfectè concoquere & vlteriùs perficere, vt pote laborans non valet: attamen apponitur, agglutinatur, aſſimilatur, & conſequenter temperiem & colorem cutis recipit, non cutis ſanæ, quam non inſtaurat. ſed ægræ, & ægræ temperiem ob aſſimilationem.

Quæſo Mundini quod te rogo reſponde, Cutis vitiligine affecta, nonne diu viuit? affirmabis: nonne ergo nutritur? etiam reſpondebis: Igitur attrahit, retinet, concoquit, apponit, agglutinat, inſtauratur ſtante defectu. Vt quid igitur ineptis exemplis abs te haud rectè (vt cõſtat) intellectis in fugam nos conijcere tibi perſuades, & ſuades inibi alimentum agglutinatum dumtaxat eſſe, nec recipere aſſimilationem, neque colorem? quando & tamdiu, quamdiu viuit, nutritur, & deinceps alimentum aſſimilatur, atque conſequenter colorem apiſcitur & temperiem, quales ægra pars poſſidet: hen en audiuiſti vnquam pulchriora Cẽſor maxime?

Mund. Tactus 120. Figuram quoque quod eſt agglutinatum partis non habere mihi videtur eſſe euidens. Suſcipitur enim in poris e.g. ventriculi, veſicæ, pericardij, &c. figuram ergo illorum pororum triangularem, rotundam, quadrangularem, &c. pro figura, qua præditi pori ſunt, ſuſcipere poteſt, ſicuti omnia cõtenta figuras cõtinentium acquirunt, ſed figuram ventriculi veſicæ, &c. ſuſcipere neſcio quomodo aliquis imaginari poſſit. Oh portiones omnes agglutinati alimenti ventriculi ſunt in poris omnibus ventriculi, & ita ſi ventriculus habet figuram falcatam, ipſi omnes manent ſub illa figura. Sed dico ego. quãdo hæ portiones omnes in poris contentæ in coitu per Pariſanum à ventriculo decidunt, & ad ſeminalia tendunt minime illius figuram ſeruare poterũt, contra id quod ipſe aſſerit: ſi dicat quando ſunt in vtero reponuntur ſuis locis, & iterum figuram ventriculi conſtituent. Hoc eſt tertium pronunciatum, quod in tertio argumento confutatum fuit.

Pariſan. Contact. 121. Debilioris quàm par ſit imaginationis es Mundini, (tametſi perpetuò magnis in chimeris verſeris, & aliàs totus phantaſticus ſis) ſi viſa continentis perſpecta ſpongiæ figura, contenti & ſibi continui (aliàs declarauimus) figuram imaginari neſcis. Et ſi ſub obtutum interdiu cadentia non cernis, quo modo ſubobſcura ex auditu diſtingues? quandoquidem æquè intus ac perinde foris continens atque contentum eſt, & ſibi continuum, inquam, in quouis figurato corpore, ſpongiæ exemplo dilucidè conſtat. *Phantaſticus Mundinus dilucide aſſequitur.*

An imaginari non vales tu, qui ingenij acumine præſtas, quòd ſicuti muris anima ex putri orta, ex cœnoſa illa materia illius partem aptam & idoneam ad illius ventriculum cõſtituendum, aliam ad veſicam conſtruendam, aliamque ad pericardium fabricãdum colligit: ita & longè faciliùs & promptiùs præparatam, diſpoſitam, immo delineatam, & animatam figuratamque hanc & quamcunque partem in vtero collectam ſuo loco & poſitioni reſtituere ſciet, & poterit?

Quod perperam à te cõfutatum, à nobis tuis ablegatis nugis ſupra confirmatũ eſt, ohe deſine, ſiſte pedem, remumue.

Si ergo alimentum agglutinatur neque eſt continuum parti, cui agglutinatum eſt, neque temperiem & figuram illius habet, neque anima partis animatũ eſt. Deduco forma mixti eſt vltima diſpoſitio ad animam: (intellige ad animã abſolutè & ſano modo) ſi ergo agglutinatum non ſuſcepit temperiem partis, vt oſtenſum eſt: ergo neque formam mixtionis partis. ſiquidem hæc forma poſt conſequutam temperiem aduenit. Si ergo non ſuſcepit formam mixti, quę eſt vltima diſpoſitio ad animam: ergo neque animam ipſam. *Mund. Tactus 122.*

Quid tum Mundini? non vides animaduertiſque, quòd ex falſis præmiſſis ex inepto vitiliginis exemplo deducis? propterea quum auius & deuius, non video quo modo in ſemita tecum collato pede manus conſerrere poſſim. Apud te igitur primum redeas, melius tuos, aut tuis à conſilijs conſulas, & alia inita tuis rebus ratione accedas. *Pariſani Contact. 123.* *Auius.*

Non ſolùm alimentum agglutinatum

N 3 quod

Mund. Tactus 123.

quod aſſimilatur & ſpermaticæ parti eſt proximũ, Pariſanus animatum facit, ſed portionem alimenti huic proximam, quæ meo iudicio eſt portio appoſita & agglutinatur, vt eſt in anaſarca, meoque iudicio ab Auic. cambium vocatur, & eſt ſeparabilis, defluit.n., ſed non ſolùm hanc animatã facit, ſed aliam portionem huic proximam, quæ in poris ſpermaticæ attracta eſt, verùm non appoſita, ſed apponitur, roridaque humiditas ab Auic. Gal. & interpretibus vocatur, Audite, » Quoniam verò ſemen illud, humiditas illa perfectè & exquiſitè elaborata eſt, propterea perinde prima, ſecunda, atque tertia animatur: prius tamen & ordine & tempore prima, dein ſecunda, poſtea tertia pars, ſed è veſtigio totius animatio ſequitur omnimodam ob materiæ diſpoſitionem, &c. (& paulo infra) Pars aſſimilata recedere non poteſt, ſed bene agglutinata (notate lectores hîc quod per Pariſanum ſemen eſt portio alimenti agglutinata vt ego dicebam) ſecundum magis & minus, & hæc pars ſimilitudines indipiſcitur & retinet. alia verò portio huic agglutinatæ continua, quę remotior erat, nobis tertia, & anima prædita partis ſimilitudines non conſequuta, aut leuiter adepta, & ipſa excernitur.

Pariſani Contact. 123.

Haud miror quòd hæc capere nequeas vt fateris, nec quin etiam tui ſequaces poſſint, vt alibi aſſeris: quoniam ſi cœcus cœcum ducit, ambo in foueam cadunt. Ratio eſt, quia vno poſito inconuenienti plura ſequuntur. Propterea ſi ſuapte natura clara prout à nobis enucleata ſunt ineptis exemplis conſultò obſcuratis, vt proinde intelligere non valeatis, quid vobis fieri vultis? docti intelligunt & laudant: idcirco & prout nos clarè & enucleatè loquentes & luculentis exemplis vtimur, vt intelligamur, ita & vos è regione, præſenti animo attentiùs atque ingenuè incumbite & aſſequimini: Sin minus ſubtilins quærite pulſantes, quid vobis aliter impedimento ſit quo minus & intelligatis oſtendentes, & pro viribus, & fortaſſe aperietur vobis.

Sepia atramentum ne capiatur fundit.

Secunda portio eſt ęquè elaborata per Pariſanum ac prima. Si ſecunda quæ eſt appoſita, & agglutinatur, eſt æquè vt prima quæ eſt agglutinata, elaborata: ergo non eſt quòd agglutinetur, ſed aſſimiletur ſtatim. Si tertia quæ eſt attracta non appoſita, ſed apponitur eſt æquè perfectè elaborata vt prima, cur apponitur, dein agglutinatur, mox aſſimilatur, & non ſtatim aſſimilatur?

Mund. Tactus 124.

Nimium tibi ſumis, plurimũ tibi ſuades Mineruam, immo Naturam docturus. Naturæ prouidentiæ non eſt illico abſque ordine & inopportunè omnia vorare, vt tu facis: propterea non cõcoquis; ſed ſenſim abſumpta inſtaurando: Quare alimenti pars proximior primùm inſtaurationi inſtaurandæ parti præſto eſt, dein pro vt abſumitur alia illi ſuccedit, & ſic deinceps. e. g. venæ pars ſolida ex elaborato in proprijs poris ſemine reſtauratur non toto illico, ſed ex proximè adhærenti: illi aliud pori medium tunc occupans, ſuccedit, cui aliud etiam proximum immediatè extremitati pororum contento in poris adhærens, quod aliquam ſemineam elaborationem pro breui mora aſſequutum eſt, (non æque elaborata vt tu nobis tribuis etiam noſtris oppoſitis verbis abſque erubeſcentia) vt nõ ſit amplius formaliter ſanguis, ſicut in cirſoidibus vaſis videre eſt ob diuturnam inibi moram, (intellige in vaſis vacuo, non in poris, de quo hic ſermo eſt) non ita in alijs vaſis ob diuturnæ morę defectum; ſed pars tantùm proxima & continua pororum ſemini: vnde colliges etiam perfectam partis figuram; hoc è vacuo attractus elaborandus ſanguis ſequitur, & ſic ſucceſſiuè à proximis, vicinis, remotiſque partibus, poſtea à iocinore, quod à meſeraicis, hæ demum à ventriculo chylum; qui ab illarum meſeraicarum ſuctus ſenſu patiens, appetit, vnde fames. Ex quibus manifeſtè patet Naturam ſic ſumma ſapientia indiuiduo & ſpeciei ſimul & ſemel conſuluiſſe ſi ſapitis.

Pariſan. Contact. 124.

Declaratur.

O falsi.

Si pars agglutinata non eſt animara, vt oſtendi, quia vltimam diſpoſitionem ad animam non accepit, formam nempè

Mund. Tactus 125.

mix-

mixtionis partium: quo modo vltimam diſpoſitionem cambium recepit, quod eſt ſolum appoſitum, & agglutinari & aſſimilari debet? quid dicam de rorida humiditate, quæ ſolùm eſt attracta & apponitur. Ego hæc non capio, apud me ſunt arcana mirabilia, quæ attingere non poſſum.

Pariſani Contradict. 125. Mundinus obtuſæ imaginationis.

Si quia tua obtuſa viſus & imaginationis acie vſus, noſtra ſubtilia non penetras: & noſtra luculenta exempla vt excellentia ſenſilia tuum ſenſum deſtruunt, ac demum tuorum craſſorum exemplorum perſpicilijs medium tibi obtenebras, quid mirum quin capere poſſis? tibi ipſi à te ipſo caue fortaſſe à Protectoribus etiam.

Mund. Tactus 126.

Sed capio optime ad quem finem Pariſane hæc protuliſti, nam vt videbimus, ſemen in toto corpore eſſe ſibi continuum hoc pacto ſaluare credidiſti, & inconueniens illud fugere, plures animas in corpore eſſe. Cum ergo tua poſitio huic chimerico fundamento innitatur, ſemen ſcilicet in toto corpore eſſe ſibi cōtinuum, patebit meram chimeram ipſum eſſe, deque iure cerbellottico, vt contra me exprobas, te illum contexiſſe.

Video te exemplum afferre, vt oſtendas modum iuxta quem portio alimenti in poris contenta agglutinata, quę tuum eſt verum ſemen, animata ſit, ab animaque amplexetur. Eſt, inquis, vt addita ſuperflua & cicatrizzata caro, & veruca extra cutim.

An cicatrizata caro, aut extuberans, & veruca, ſunt per vllam corporis concuſſionem ſeparabiles vt ſeparabile facis tuū ſemen, neque etiam per vehementiſſimos rigores? Et ſi illæ ſeparantur, non ne vi & cum dolore ſeparantur? tuū ſemen cum magna delectatione ſeparatur quod nam appoſitius, vt dicis, exemplum eſt hoc? ſi valet exemplum ſemen tuum cum dolore ſepararetur.

Pariſani Contradict. 126.

Aſpice & inſpice Mundini, quòd vt vulpes vitreum vas lambis, pultē autem haud attingis ſubtile ad rem exemplum iuxta proferentis mentem non intelligis, aut non probe ſic intelligere fingis tuis vt benignis Lectoribus ſatisfacere videaris & poſſis, & ſi res ſecus ipſa loquatur, quando verucæ & ſuperfluæ additæ cicatrizatæ carnis exemplum non quoad ſeparationem, dolorem, delectationemque intelligendum, quo modo nemo, nec mēte captus quidem ſic interpretari poſſit, vt mirum in modum mirer te hæc ridicula ſcribere, & præcipuè doctis tuis: quando vt hoc exemplum, vt appoſitius ad rem attulimus, ita nec ſecus ſubtiliter, exactè, & enucleatè noſtra ad declaranda, tuam ad vanam ſeminis contenti & contigui animati ſeminis ſententiam ablegandam expoſuimus: quæ quia additione non egent, & tua & mea in ſuperiori noſtro Par. & San. Iudicio ad verbum omnia ad calculum reuocabimus. Mundini ad verbum verba. in dicto Iudicio, pag. 600.

Subductione cõſtãtur.

Quæro ego (inquit Mundinus) ſi portio ſeminis, quæ ſpermaticis non aſſimilatur animamque recipit eſt ſeparabilis & ſeparatur in coitu abſque dolore, ergo non eſt continua, ſed contigua, ergo non continens, ſed contenta. Si ergo eſt animata, ergo & ſpiritus in ſemine teſtium & vaſorum reſeruantium implantatus, licet ſpiritui inſito teſtium ſit contiguus, licet ſit quid contentum, non continens, animatus poteſt eſſe.

Quo modo portio illa, quæ non reſtaurat, ita ab anima amplexatur, vt animam ſuſcipiat? quis nam amplexus eſt iſte? in quo conſiſtit hæc amplexatio? explica quæſo?

Si etiam anima ſupradictæ carni accedit, quod ſuperadditum eſt, factum iam caro eſt, & tu non ſtatuis illam reſiduam ex nutritione ſpermaticarum partium ſemineam, factam eſſe partem, ſed dicis, Vt earum pars quodammodo dici poſſit.

Quis eſt iſte modus? ſi facta eſt quodammodo pars, ergo non omnino, pars facta eſt: ergo ſine dubio non eſt continua. ſi ſic ergo neque continens, neque animata igitur.

Patiſani reſponſum ibidem in Par. & San. Iudicio pag. 608.

Ex quibus manifeſte colliges Mundini, quam malè ratiocinatus ſis, & perperàm

Prius Declaratio.

ràm rationem ſubduxeris: (ergo ſemen non eſt continuũ: ergo non eſt continens: ergo non eſt animatum: ergo tui ſpiritus vniti, &c. animati ſunt.) „ quoniam ſeminis portio in poris parietibus appoſita continua eſt agglutinatæ, & hæc inſtauranti animatæ, & deinceps quæ in poris eſt, non contigua, non vnita, haud contenta, niſi reſpectu diuerſorum, quorum alia pars continet, alia continetur continuæ tamen ambæ: ſic dictæ appoſitæ reſpectu agglutinatæ atque aſſimilatæ.

Et hæc inquam, in poris, vt diximus animata, parietibus appoſita, & quodammodo extra corpus, (ſano intellige modo, quia ſcilicet intus & in poris) vti addita ſuperflua & cicatrizata caro & veruca extra eutim, de qua non vulgares Medici dubitant, num corporis pars ſit; Vt propterea non ſine miſterio dixerimus ab anima amplexari, & quodammodo partem dici poſſe: quia ſcilicet iam tum pars ſuperflua eſt, & extra corpus, ſeu partem, eui adhæret & ineſt, animata tamen, & eidem dicto modo continua. Quare de amplexatione anxietatem, & de modo quo pars dicatur admirationem meritò depones.

Ex quibus nunc iterum ac tertio te perperam & ab re inferre colliges ridiculam ſimilitudinem quo ad ſeparationem & dolorem ſeu voluptatem; quum vt elarè conſtat ſermo nobis ſit de ſimilitudine qua ſeminis pars parietibus appoſita ſit quodammodo extra corpus, ac vt addita & ſuperflua pars inſtar ſuperfluæ carnis & verucæ. Verum minimè ad rem more tuo, ſequere.

Mundinij Tall. 127.

Dicis „ Non ne ſcis tu in fonticulis, ac intemperie frigida laborantibus vlcerum carnibus ſuperfluas molles carnes pituitoſas potiſſimum ſola frieatione abſque dolore tolli? Immo ſi pars pruriat, eum voluptate ſeiungitur. Et nos magnis in cerebri vulneribus imperitos chirurgos fruſtala ſani cerebri abſque patiẽtis ſenſu auferre vidimus.

Ego fonticulos non habeo, ſed pluries vidi, quòd ab ijs earnoſitates auferunt cum dolore eorum ſed paruo, illas auferre. At tuum ſemen cum magna ſolùm voluptate, non eum aliquo dolore excernitur. Si pars intemperie laboret frigida, & carnes ſuperfluæ itidem, quid mirum tunc abſque dolore remoueri illas poſſe? Ergo partes a quibus ſemẽ tuum decidit intemperie frigida laborant, vt in illius ſeparatione ſtupore quodam affectæ non doleant? Aut ſemen tuum, vt molles ſuperfluæ carnes pituitoſæ eſt naturæ? Ergo partes omnes à quibps ſemen tuum decidit non ſentiunt, vt cerebri ſubſtantia? neque ergo delectationem in ſeminis deciſione percipiens. Equidẽ ignoro quo modo hæc tua exempla propoſito tuo quadrent, & quid ex ipſis pro te concludere poſſis.

Pariſani Contaſt. 127.

Et ego equidem ſcio prout clarè video & audio, quòd hæc ignoras. Meum ad obiectionem (ex partis ſeparatione, atque dolore) ratiocinium à maiori ad minus concludens eſt: quando ſi in & ex vlcere & fonticulo nouiter addita & genita aſſimilata caro abſque dolore & ſenſu recedit, eodem docente ſenſu; igitur eo longè minus & omnium minimè, ſeminis agglutinata & appoſita nondum aſſimilata pars; quæ ſi ſenſata, luce clariora, non capis, quid vlterius poſſum? quo modo ſubtiliora & ſecretiora ſub ſẽſum non cadentia intelliges, percipieſque?

Mund. Parum. cautè.

Quorſum dein vanæ conſequutiones? quo modo partes ſtupore affectæ &c. nõ dolent: ergo tuum ſemen pituitoſæ naturæ eſt. Quid obſtat partes à quibus ſemen prolabitur, carnoſarum, & parẽchimatum (alioquin calidæ) reſpectu frigidas dici? Quid refert earumdem partim ſenſu deſtitutas, ligamentum, os, chartilaginem in ſeminis eiaculatione delectatione non affici? Quid inde detrimenti Reipublicæ Literariæ ſequitur. Hęc iam reſciſcas vt reſipiſcas nec vlteriùs cæcutias.

Mundinij Tall. 128.

Dicebam igitur contra te, ſi ſemen partibus ſpermaticis eſt continuum, in ſeparatione illius ab iſtis contingere continui ſolutionem, doloremque oriri. Tu dices tuum ſemen eſſe partem ſpermaticas reſtaurantem, non integrantem, dolorem

oriri

oriri per ſeparationem partis integrantis, non reſtaurantis. Sunt meo iudicio hæc pura verba. Peto ego. tuum ſemen, aut eſt pars actu reſtaurans ſpermaticas partes, & ſic earum eſt vera pars, & non poteſt ſeparari abſque dolore.. aut eſt pars reſtaurans non actu, & poteſt ſeparari abſque dolore, ſed ſic eſt alimentum adhuc, id eſt agglutinatum, non aſſimilatum certè, & ſic neque formam mixtionis partis ſpermaticæ vt oſtendi, neque per conſequens animam habet, neque eſt vt carni addita ſuperflua & cicatrizata caro, quia talis caro eſt realiter caro, non equiuoce, proinde formam mixtionis carnis, & per conſequens animam habet.

Pariſani Contact. 128. Ego profectò neutiquã credo, te, quem plutimi facio, adeò imbecillioris iudicij eſſe, vt iſtæc pura verba iudices, ſed potiùs te iocari, (ſerio agere non valens) potiuſue merulottos aucupari cenſeo, ſed haud nos, quia ſeni nec parum vſu perito *Iharet.* verba dare haud facilè crediderim. Noſtrum reſponſum, quia apprimè verum, germanum & luculentum eſt, vnde aqua tibi hætet: propterea non eſt, quòd ponè digito, vt dicitur, te abſcondas.

Reſponſum. Quod me rogas, reſpondeo, Noſtrum ſemen non actu reſtaurans eſſe, (ſecus aſſimilatum & inſeparabile) ſed agglutinatum & alimentum, ſæpe ſæpius diximus & ſuſtinuimus. quod inanimatum propterea, & dicas & te oſtendiſſe affirmes vitiliginis exemplo, quia inepto & ineptè intellecto, ſat nunc prata biberunt.

Mund. Tactus 129. Sed notate benigni lectores, quod humores per Pariſanum ſunt animati. Non ne 3. humiditas de qua diximus eſt humor? „ tertia illa humiditas & anima prædita, partium ſimilitudines non conſequuta, aut leuiter adepta.

Ergo ad recipiendum animam ſufficit præuias diſpoſitiones leuiter ad animam habere, non vltimatè? quod animã conſequitur, non ad vltimum terminum diſpoſitionum ad animam præuiarum deuenit? quid audio? equidem mirabilia. Per hanc mirabilem Pariſani doctrinam aſſeremus ſanguinem à venis in poris oſſium attractum nondum appoſitum, qui adhuc ſtat ſub forma ſanguinis, habere tamen temperiem, formam mixtionis oſſis, oſſis animam, licet leuem immutationem tantùm ab oſſe acceperit, æque tamen eſſe immutatum, ac portionem & appoſitam eam, & agglutinatam & aſſimilatam. Ego certè tam albè penetrare non poſſum.

Quid audis, mirabilia? mirabilia tibi iſtæc? malè ſic (ne peſſimè dicã) ab omnibus audies. neſcis tu ex communi omnium cum philoſophorum, tum Medico[illegible]rum conſenſu ſemen priuſquam to[illegible] partium formas figuras acquirat præſeferatque, eſſe animatum? neſcitis ranæ ex putri ortæ humidum corpus antequam eaſdem conſequatur animatum eſſe, & ab ipſa dein omnia conſequi? Ignoras tu, tu inquam non recordaris tuo ex iudicio tuum in teſtibus ſemen animatum eſſe? Quid miratis admirande Vir? *Pariſani Contact. 129.* *[illegible] Mudinus obtuſi nimis ingenij.*

Annon capis fortaſſe, quod humiditatem animatam, ſemen dico illud, ſeu ſeminis illius ſæpius tacti tertiam partem, intelligam? Hoc tua cum admiratione riſu (ne cacchinno dicam) longè dignius eſſet: quando vbique & manifeſtè de feminea humiditate æque elaborata ac ſecunda ac prima de corpore, quod ſemen eſt (audi qui non benè audis) nos loquamur.

Et non erubeſcis ſanguinis in oſſis poris attracti exemplum afferre? Quid erudi ad concoctum, elaborati ad rude, albi ad nigrum? à ſemi cocto ad perfectiſſimè elaboratum & perfectum? Vera tenebrarum ad lucem comparatio. Quandoquidem ſanguis quatenus ſanguis ineptum & remotum oſſis alimentum: tertia humiditas quæ elaboratum in parte ſemen eſt proprium maximè idoneum, verum & proximum nutrimentum eſt, quia perinde elaborata pars eſt ac aliæ duæ: qua ſub ratione certius & rationabiliùs animata elaboratiorque, quàm tuum in, vel ex teſtibus ſemen: Ratio eſt (nota) quia tertia hæc noſtra humiditas, ſemen hoc in poris elaboratum poſtremam manum, poſtremam perfectionem à parte concoquente & inſtaurãda accepit, quia

ſui

Digitized by Google

abſoluat; at quod ipſi aliter formêt, præterquam quòd fieri nequit, philoſophiam deſtruit.

Fraterna correctio. In Veritatis ſchola Mundini, non eſt acceptio perſonarum, ſed datur cuique quod ſuum eſt, prout ratio dictat & ſuadet. Quamobrem ne ſis tam peruicax vt tuo iure talia & pugnantia admittas, atque alijs arbitratu tuo quod non potes, nec mordicus ſuſtinere vales, alijs donare, irrationabiliter velis. Et collige tandem, quamuis ſerius, cuius partus chimerarum chimeræ ſint, tuæ ne, an *Appellas.* impulſorum protectorum, ſubducite vos & dirimite.

Mūdini Tactus 112. Supereſt vt videamus an quæ obijeciſti cauſis, quas ſimilitudinum indiuidualium reddidi ſint alicuius momenti, & finem deinde huic primo congreſſui imponam.

Dicis igitur Pictor, qui non intuitus eſt Pontificem illius imaginem non poteſt repreſentare, ita eſt de ſemine. partes enim animalis non repreſentabit abſque cuiuſque partis exemplaris præſentia. Exemplum non eſt ad propoſitum, quia aut anima ſeminis eſt pars animæ genitoris, & ſic procreabit partes ſimiles illis, quas iam nutriebat, hoc eſt generabit ex toto id, quod per partes generabat, nutritio enim eſt generatio per partes: Aut producta eſt ab anima genitoris, & tunc habet idem eſſe, eaſdem omnes potentias & tales quas, & quales anima genitoris habet, & ideo dicimus; quòd ideas partium omnium genitoris in ſe habet, & exprimere eas valet. At pictor qui non vidit Pontificem, in phantaſia ideam illius habere non poteſt.

Pariſani Contact. 112. Si anima quia parentis animæ pars, vel eius filia quia omnes & eaſdem potẽtias, quas parens obtinet coactè agit, & proinde ad vnguem parenti ſimile procreat, *Mundani fabula exploditur.* nec ſecus agere poteſt, quia proprias, vt ais, ideas gerit iuxta quas ſemper agit, ſequeretur, quod perpetuò fœtus parentum alteri quamſimillimi eſſent prout viciſſim alterius anima alterius ſeminis, vel vna cauſa dominaretur, vel ſemper quid medium, quod falſum probauimus eſſe: quoniam iſdem fœtus partim & partim alias ſecundum partes patri, alias iuxta partes fœminæ aſſimilatur; & ſic neutra ſuas iuxta ideas penitus fabricat, & deinceps vtraque deficit: quæ tuæ ex ideis poſitioni repugnant, & eo magis, quòd ſæpe ſæpius fœtus neutro ſimilis eſt, vt neutra anima receptas, & ſibi innatas ſecundum tuas ideas cælet vlla abſque contrarietate ex homogeneo ſcilicet ſemine, quòd abſurdum eſt, vtpote ex fabuloſo excogitato monſtro natum. Quo modo autem ab animabus ſeminum maris & fœminæ iſtæc diſſidia & contrarietates? Vel quo nam pacto ab vna & eadem anima ex duabus cauſa iſti varij, diuerſi & cõtrarij effectus ſuboriantur, meum non eſt expiſcari, ſed tuarum, & tuorum à conſilijs partium eſt.

Adhuc ſubtilius. Vlteriùs & ſubtiliùs, vt glandoſorum proſtatum ſemen, quod à teſtibus generatur & guttatim per te animatur, vt fateris, & in vaſis deſcenſum vnitur & fit vnum numero. vna præditum anima & homogeneum, quod vltra conceſſiſti, & ex dictis patet: ita pari paſſu ijſdem de cauſis & rationibus ambo coeuntium ſemina, maris, inquam, & fœminæ, in vtero conuenientia, vnum fient cum ratione vnius animæ, tum materiæ vtriuſque ſcilicet homogeneæ: & ita quia vna anima vnum indiuiduum, hoc etiam abſque cõtrouerſia, quoniam in vno ſemine & homogeneo duas conſtituere eiuſdem ſpeciei animas abſurdum & ridiculum plures ob cauſas eſſet. Si igitur vna anima vnius, ſeu alterius parentis ideas per te obtinebit non vtriuſque, quoniam repugnat ſimul & ſemel in eodem eſſe contraria temperamenta, diuerſas & oppoſitas ſecundas qualitates, & figuras &c. Ergo ſi vna anima e. g. patris, quum non viderit ſeu agnouerit matris ſimilitudines indiuiduales, quemadmodum nec pictor Pontificis effigiem, quo modo eas cælabit? Vide quam bene ad rem Pictoris exemplum ſit? Sed manifeſtè patet & ſenſus perpetuò oſtendit, quòd fœtus & patri & matri ſimul & ſemel alias & diuerſas ſecundum partes aſſimilatur. Ergo non quia anima illorum ideas gerat,

quia

quia diuerſa & contraria ſimul & ſemel continere repugnat, vt diximus; ſed quia ſemen (non homogeneum teſtium) à toto prolabens ſimilitudines aſſequutum deferat,

Subtilio- ri adhuc exẽplo.

Aliud tibi affero exemplum, vt certò experiaris me ratione & ſenſu Veritatem proſequi non garritu.

Equi & aſinæ, aſini & equæ (vt interim canis & vulpis, canis & lupi & è contra coitum, prolemque mittam) procreãt mulum, & gimnum, non equum, aſinumue, vt ex eorumdem ideis tua fert. Ideæ Nec modò alteri viciſſim neceſſario & coactè aſſimilantur, quæ neceſſario ſimpliciter tua idea profert. Sed contrario prorſus & omnino. Quo modo igitur brutinæ iſtæ ideæ Mundinianæ horum effectuum cauſæ ſint, te eorum parentem, & tuos eorumdem à conſilijs rogo, docete nos.

Chimerarũ patrem & Conſultores appellas Pariſanus.

Mund. Tactus 113.

Sic quando tu millies inculcas, quòd quando anima ſeminis generat claudum, ſurdum, cæcum, cicatricem, eſt ſtulta vitiando inſtrumenta, & ita ſibi impedimentum in ſuis actionibus obeundis afferendo, eſt crudelis, atrox, ſicaria, non melius ſemper agit, ſed fruſtra, nil concludis. Quia Natura in ſemine teſtium exiſtens hæc non agit de induſtria, non conſultò, ſed coacta, quia tale eſſe ſortita eſt à genitorum anima, vt non poſſit aliter agere, ac agit. Agit enim iuxta eſſe ſortitum à genitorum anima modumque aſſignaui, ſecundum quem cuncta, quæ tu tamquam inconuenientia adducis, præſtareque abſque vlla abſurditate poteſt.

Pariſani Contact. 113.

At dic quæſo Mundini ex matre clauda ex luxato fœmore filius ſimiliter claudus procreatur, vt non ſemel obſeruaueris. Si amborum ſeminum animæ miſcentur & vna fiunt, quum vtraque per te per nutritionem procreare didicerit, ac ſuas iuxta receptas in procreantis corpore ideas; & ſeminis maris anima idearum defectum non ſit particeps, ſed coacta eſt agere & producere fœtum abſque luxatione abſque defectu, & eo magis quia ſemper agit quòd melius eſt: quare non claudum, gibbum, ſtrabõnem, luſcium, balbũ &c. hiſce tuis de cauſis progignet. An ergo quia ſeminis maris anima oblita eſt perfectionis corporis maris & propriarum idearum: fœminæ verò ſeminis anima matris ideas retinet & defectus recordatur, id contingit? Quo modo Mũdini iſtæ animæ vel vna ex ſeminum miſtione euaſa anima contraria præſtant? quo nam pacto defectus peragunt? non ex ſeminis parte, quia tibi homogeneum, adde quòd maris teſtium perfectius: Sui igitur muneris eſſet potius eligere & ſemper perfectiùs procreare, vt pote ex meliori idea à valentiori & robuſtiori recepta parte ſcientia. Quo circa quum duplex ſit idea, quia à duplici ſemine, & oppoſitio extet, aderit & electio, & deinceps non coacta, ſed vltrò & liberè anima aget, & conſequenter bene (ſi per vos liceat) diximus, quòd Natura vobis ſtulta, ſicaria, crudelis &c. ſit. Quæ quum abſurda ſint, abſurdiora ex quibus ſequuntur, ſequuntur autem hæc belliſſimè & quatuor pedibus currunt.

Mundini Idearum fabella vanitas oſtẽditur.

Mundini Tact. 114.

Miror etiam, quia dixi animam in ſemine teſtium exiſtentem tamquam partem animæ genitorum non obliuiſci munerum, quæ in corporibus genitorum obibat, te mihi reminiſcentiam Platonis exprobare, non dixi abſolute non obliuiſci, ſed addidi (vt ita dicam) quare clarum eſt, te adeo iratum contra me eſſe, vt ne à cauillis quidem abſtineas. non modò ergo contra me contumelioſus, vt in præfatione oſtendi, ſed etiam cauilloſus es.

Si meliora quæ contra me afferre non habes, credo meum argumentum re vera eſſe Achillem victoriam de te reportaſſe, me non reconditis à te declaratis ſecretis, ſed humano modo philoſophatum viciſſe. Vtrum vero hæc ita ſint benigni lectores iudicabunt.

Pariſani Contact. 114.

Mund. Benignis Lectoribus probabitur.

Anima cuiuſuis ſpeciei ex traduce nõ ideo quia generantis pars ſit filiaue extet; non quia in parentis corpore munera obiuerit & genuerit, vt tuos ſuper digitos tibi fabricas, per partes nutriendo cõſtruere, ſingula ad amuſſim progenerat,

quaſi

quaſi inibi edocta, partis corporis ideas; vt narras, memoriæ mandauerit, & eas iuxta ideas & receptas ſpecies corpus ad exemplar formet, ex functis muneribus, ex receptis inibi ideis, ex recordatione & memoria eorum haud oblita, talia & ſimilia ad vnguem fabricat. Quæ omnia inquam, & pura tua ſunt figmenta, quemadmodum non ſolùm ex dictis patet, verùm etiam quòd tua animæ pars nutrire non didicit, ſicuti nec in parentis corpore nutriebat, quando nec illi quidem, vt potè tuum figmentum, coniuncta fuit, vt pluribus, oſtendimus, & tu fateris modum à nobis flagitando: præter quàm quòd, nec nutritio partium (vnde tibi ſimilitudo) ea eſt procreatio, ſed inſtauratio & conſeruatio, vt inde propterea edoceri non potuerit: ſed eſt germanus naturæ inſtinctus, vera cuiuſque animæ proprietas ad tale & proprium ſibi fabricandum domicilium: vt muris ex putri orti manifeſto exemplo oſtendi, ſicuti videbis omnes cicadas eiuſdem ſpeciei, omnes ranas, araneas, locuſtas ſi eiuſdem ſint ſpeciei, &c. ſibi ſimilimas ſine reminiſcentia, abſque acceptis ideis, abſque tuorū figmentorum ope. Ea propter non immeritò platonicam reminiſcentiam ex receptis ante ortum ſpeciebus, & innatas ideas tuis ex animabus eduxi; & proinde non iratus hæc, ſed vt res & occaſio expoſcit, immo cogit te extorquente ſcribo. Non cauilloſus, minimè contumelioſus abſit à me, meiſque moribus. Quòd ſi tibi non placet in altum tibi expuendū non fuit, & cogitaſſes noſtrum fore tuos in te ictus retundere omnes, docente impellenteque natura, & propterea à te ipſo tibi cauendum fuit priuſquam malè conſultus choream ingredereris. Quòd aduerſus nos ſcripſeris gratias agimus. Euentus laudis & victoriæ quam iactas lydius lapis iudex erit, nec fallax. Tuum argumentum non Achillem, ſed Acheloū dixiſſes, quoniam vt aliàs cornu mutilatum vidiſti, iam iam in lateum flumen ſponte coniectum videbis, ni proiectum velis, ſi tuis doctiſſimis protectoribus placebit, placebit autem velint nolintue.

Poſt hæc omnia aduerſum à te allata, nolo ſilentio reſpōſionem quandā, quam ſtudioſus excogitauit, vt quantum per me fieri poteſt nullus fugiendi locus tibi relinquatur. Dubitat is, te in ipſa non admittere à natura ex ſemine à teſtibus genito animal de facto gigni (ſic enim ſemper duo animalia in vtero perfectorum procreari neceſſarium eſſet, vt ego deduxi) ſed poſſe gigni. De facto autem non gigni, quia ex femineis portionibus animal emergit, quod nutriri neceſſe eſt, ſemen verò teſtium non in tanta copia abundat, quæ ſufficiat pro nutritione illius animalis pro generatione fecundinarum, vaſorum, quæ reperiuntur in ipſis & progeneratione animalis, quod ex ipſo gigni poteſt. *Mund. Tallus 115.*

Lectores ſi ſic eſſet Pariſani mēs, quòd an ſit ignoro, vaniſſima eſſet, & ridicula, quod de tanto viro an pronūciare liceat, iudices eſtis.

Ad probationem, poſito quòd à natura ex ſemine teſtium animal de facto generatur inconuenientia & abſurda à me declarata in doctrina Pariſani ſequūtur. Ergo ipſe non poteſt concedere naturam ex ſemine teſtium animal generare poſſe, ſed de facto non generare.

Amplius cur Deus & Natura nihil fruſtra agentes, proinde nullam potentiam, quæ proprio fine perpetuo fruſtretur alicui rei impertientes, potentiam tamen generandi ex ſemine teſtium animal illi naturæ à Pariſano fictæ tribuerunt, & ex demum ob quamcunque cauſam, quæ ab ipſo fingi poſſet, numquam de facto illud generat? fruſtra eſt illa potenria, quæ numquam reducitur ad actum, talis eſt ipſa Pariſani: ergo.

Adeò duræ ceruicis es Mundini, vt ne proprijs oculis luce clariora apud nos videntibus credas, nec proprijs auribus à tuo, tuiue ſtudioſo manifeſtiſſima audientibus fidem adhibeas; vt propterea ambabus tuo intellectui clauſis ianuis intelligere non poſſis, & proinde haud mirum ſit, quòd in chimærarum chimæris perpetuò verſeris. *Pariſani Contaſt. 165.* *Mala nodo malus cuneus.*

Etenim in perfectis animatū ſemen à

toto

toto ſtatui, teſtiumque ſemine ali,rationibus & Galeni authoritate, (quam te,ridiculè, interpretatum reprehendimus,& poſt nos doctiſſimus Bronzerius amicitiæ neceſſitudine tibi coniunctiſſimus) conſtitui. Ariſtotelem & communem ſententiam de teſtium ſemine potentia animatum improbaui. Tuam ſimiliter ita decuſſaui, vt eiuſdem animationis (vt ita loquar) modum & rationem tu reddere non valens à me (in alio iudicio & inſra tractatus in calce ſeptimi capitis, collationis) petas. proh Deus. Tandem vt teſtium ſemen omnino de medio tollerem; noſtram ad rem quod attinet, Dixi, eſto, ex ipſo vt ex putri materia animal fit; vt ſcilicet ex putri à Solis calore. & ex teſtium ſemine & proprijs caloribus parentum illis impertitis caloribus ſeminibus, vt communis fert ſententia,animam educi poſſe. Sed illico mea ex ſententia addidi, id non poſſe, alias meas præter rationes,quòd animati à toto ſeminis ſit alimentum: quòd ex eo membranæ & vmbelicalia vaſa dicto modo conſtituantur (quemadmodum peritus ſtudioſus te capacem reddere conatus eſt) & penitus abſumatur ex mea ſententia: Et præterea quòd indiuiduales ſimilitudines tollantur,& propterea & alias ob rationes id fieri non poſſe. Quare non vides non audis, non capis, quòd noſtra ex opinione (alias tot præter rationes) generati ex eo animal nō poteſt,quia ex nihilo ob dicta procrearetur? Quid igitur nihili potentiam, & actum à nobis extorquere contendis bone & doctiſſime vir? quid blandientes adulantes?

Viden' Mundini quàm, deuius ſis; vt nullo modo in ſemitam duci poſſis, vt nec ergatis quidem, velis, credam. Nobis inquam, quoniam certum habeo te non adeo craſſæ Mineruæ eſſe, vt noſtra ſic ex animo intelligas;ſed vt initio in tua præfatione, & continuò ad finem vſque malè conſultò & conſultus interpretaris noſtra, de noſtris merearis tuorū fortaſſe à conſilijs conſilio. Quæ nos æqui boni conſulimus, quoniam etſi ſoli, minimè nihilominus perteriti in medio poſiti omnes aduerſus in orbem pugnabimus, vos certò non læſuri, ſed veſtros ictus ad vnū omnes in vos dubio procul retuſuri,& ni fallimur, ſecunda Minerua. Ad rem

Si omninò inquam,& actum & potentiam tollimus, nullo modo (certò) volumus, inconuenientia atque prohibentia aſſerimus. Vt quid chimerizzas,fruſtra laboras, diu oleum & operam perdis, vt coneris potentiam fruſtra agere? Ceterùm,ne nos quoque in caſſum laboremus ſurdis canentes, ad chimęricam tuam & vanam concluſionem & epilogum tandem deueniamus.

Receptui ergo in hoc primo congreſſu canens, bona Pariſani venia, & ex argumento à plantis deſumpto, & ab animalibus,quæ plura vno coitu generant,& ex eo quòd non ſemper hermafroditi, aut quòd non ſemper gemelli naſcantur; & quòd proportio & ſimilitudo inter genitalia maris & fęminæ minimè adeſt, & ex eo denique,quòd ſi ſemen teſtium eſt aptum ad generandas aliquas portiones partium fętus eſt aptum ad generandas reliquas portiones illarum partium, & ſi eſt aptum ad generandas illas partes, eſt aptum ad generandas alias partes eiuſdem generis, concludo minime ſemen à toto pro generatione fœtuum perfectorum animatum decidere, & Pariſanum hoc aſſerentem cum nonnullis antiquis non chimeras, ſed chimerarum chimeras enunciaſſe. *Mund. Taſtus 116.*

Non peroratione hîc opus eſt,& quia tibi luceſcere iam puto,& quia ſat certò tu garriuiſti: ſatis ſuperque ad ſobrietatem à nobis factum eſt, tuis in te retuſis ictibus. Reſtat tantummodò, quòd tu piſcator maximus tuum abs te tuotum impulſorum ſociorum omnium prudentium, ſapientumque à ſecretis à conſilijs conſilio & auxilio iactum rete trahas digno piſcatu plenum,cancris refertum,& te totum canceroſum ſimul eſſe certò colligas, ſimulque chimerarum omnium te eximium authorem eſſe experiaris, conſtituas,glorieris,& prædices: niſi modò illos participes,tuo iure, & illorum merito facere velis, quod tibi integrum eſto. *Pariſani Contact. 116.* *Pares gratia re feritur.*

N quippe

quippe qui maximi vt dicis literati & impulſu & conſilijs,& auxilijs & tibi & ſibi perfecerint plurimum optimè conſuluerint, & maximam laudem pararunt. Valete Heroës.

PRonunciata quæ in Opinione Pariſani de ſeminis à toto prouentu habentur, chimaras eſſe manifeſtatur.

PAriſani pronunciata vtpote vera confirmantur & Mundinius vt auius & deuius chimerizzans oſtenditur.

COLLATIO SEXTA.

Mund. Tactus 117. HOc erat tertium quod præſtare promiſi. Quoniam autem ſuperior diſputatio longior quàm credideram euaſit, ſequentem in pauciora reſtringam, puncta omnium difficultatum ventillando.

Quo ergo ad primum pronunciatum. Miror atque iterũ miror de Pariſani audacia, quod cum à nullo Sacro Theologorum Collegio authoritas verba Dei interpretandi illi collata ſit, interpretationem illorum verborum, creſcite & multiplicamini, ſuo arbitratu attulerit, ex eiſque verbis Deum ipſum ſuorum inuentorum authorem facere conatus ſit. quæ interpretatio cum ſemen à toto non peruenire probauerim, chimerica conſtabit & merum ſomnium.

Pariſani Contact. 117. Deſine iam quæſo te Mũdini tua praua admiratione affici,non veritatis amore erga nos, ſed in nos cœcis odij nutritis ignibus motus: & ſinas nos amabo te, monſtruoſa tua pronunciata inde pronata mirum in modum admirari: quando nec videns, nec audiens, nec cæcorum quin etiam more tactu valens, neue ſenſu ducente, neue conducente ratione in nos contra agentes, vt impetum facias, tametſi quia perpetuò fruſtra agas ſemper futilia pronuncians, itidemque reportans, quemadmodum nunc cum maximè mihi piè credenti Mundi perfectioni faciens pium & magnum argumentum vitio dare contendis.

Certum eſt Mundini D. Optim. Max. ſemel in mũdi creatione creatis animantibus imperaſſe, Creſcite & Multiplicamini; ſed plantarum ſemine creſcentes & multiplicantes, omnes ſpeciatim & ſigillatim creſcunt, cortices dico, lignea, medulleaque partes, ſpeciatim inquam & ſigillatim, quia vnus totius cortex, vna lignea pars, &c. quia vbique continua vt manifeſtiſſimè ſupra oſtendimus,& ab his omnibus ſimul ſemen prouenit à quolubet ramulo ſingulas ſimplices partes continenti, quas vel tota arbor poſſidet. Aliæ ſunt infœlices dictæ, quæ ſemine non multiplicantur, ſed omnes ſecundum ſui partes quemadmodum experieris ſi ficus ramum,&c. fodias vt aliarum arborum, ſicuti & innumerarum plantarum mentæ, graminis, &c. Aliæ pariter plantæ radicibus, cepis, bulbis, ſolummodò multiplicantur,& eſt ſimiliter multiplicatio ſecundum partes, vt liliorum & iridum ſpecies omnes. Hæc ſenſu patent nec fabuloſa ſunt, à venatoribus, piſcatoribuſue recepta. Hæc nobis piè credentibus perfectio eſt, vt cuique vel bardo notum manifeſtumque eſſe credimus: quod ſcilicet totius plantæ pars augeatur, creſcat, & multiplicetur dictis modis: idque Dei iuſſu. Augeri & creſcere dictis modis ſenſu patet, quòd propterea inficiari non audebis: nec quin Dei mandato fiat dubitabis hæſitabiſue, quia omnibus creatis ſimul & ſemel imperatum id eſt. Aſt hæc perfectio imperfectis tunc & imperfectorum animantium partibus ſingulis à Deo impertita indita eſt: Vt quid eadem perfectis & perfectorum animantium ſingulis partibus Dei iuſſu abſque Mundini licentia & Conſulentium non dabitur, minimè communicabitur? Non ſecus illis ac hiſce competit? Plantarum & arborum partes omnes ſemen producunt, vt dilucidiſſimè oſtendimus: perfectorum ſimiliter omnes progignunt, liquet, quoniam eo nutriuntur: coitus tempore excalfacto æſtuante corpore & conſequenter vijs maximè patentibus

A certis & primis ſenſilibus.

Etiã hæc diu notis.

Ad perfectiora neceſſaria progreſſio.

eia-

Digitized by Google

eiaculantur, & ſic explanato modo creſcunt & multiplicantur omnes. Neque ipſe aliter quàm ſenſus docet exordior, mandatumque interpretor, vt proinde perinde perfectis ac imperfectis quadrare exiſtimo, potiſſimum quia (præter cætera) perfectio eſt, quæ perfectioribus vtique & certò congruet, vt dixi, ſenſus docet, ratio (quia de perfectione) ſuadet. Vt quid igitur tu Cenſor maximè ſic reclamas? Ecquid vis tu: immo quid ſcis tu, quin Theologorum licentia id pronunciauerim? Nonne Sacræ Inquiſitionis licentia editum eſt, audaciſſime Cenſor? quid Conſultores? vos appello.

Appellat.

Mund. Tactus 118. Secùdum Pronunciatum.

Quo ad ſecundum pronſiciatum ſtando vt promiſi in punctis difficultatum, conuenit inter nos, vt patet pag. 607. ſui illius Par. & Sanior. Iud. vnam portionem alimenti à poris ſpermaricarum attracti: „ ipſam ſpermaticam partem tangere proximam. ſ. Conuenimus etiam in eo, quòd ſubiungit. „ Alia vicina primæ & proximæ dictæ continua. alia huic continua pariter, ſed remotior præſto eſt. Quæ nam eſt alimenti portio, quæro ego, tangens partem ſpermaticam, & illi proxima, & ſemen verum Pariſani? Meo iudicio eſt pars agglutinata, & quæ iam aſſimilatur, non aſſimilata eſt. Nam quæ eſt aſſimilata, non eſt amplius alimenti portio, non continetur in poris, eſt facta pars ſpermatica, continens & poros habens.

Adde quòd in tertio pronunciato, habetur ſemen in coitu eſſe à partibus ſeparabile naturaliter; at quod iam neruo, puta, eſt aſſimilatum, actu reſtaurat neruum, & neruus factum eſt, at pars nerui à neruo naturaliter non eſt ſeparabilis. Hæc portio ergo alimenti tangens, vt dicit Pariſanus, & proxima parti ſpermaticæ per me agglutinata, vocatur meo iudicio ab Auicenna gluten, quia eſt agglutinata. adhæreſcet enim parti vehementer minimè defluit. Apparet hoc in vitiligine: nam alimentum in ipſa ex Galeno primo de facult. nat. 2. eſt agglutinatum, & adhæreſcere vehementer parti ſenſu ipſo diſcernitur.

Pariſani Contact. 118.

Narro tibi, partes dictas omnes ſemen verum eſſe; ſed quo tempore prima illius pars non eſt aſſimilata, quia vtpote optimè diſpoſitæ & præparatæ ſeminis dictæ partes ſimul vt continuæ, ac etiam ſemper præcedenti portioni, quæ aſſimilatur neruo exempli gratia continuæ inquam, animantur, & illico pars animans primæ ſibi proximam partem aſſimilat: reliquæ verò ſi coitus interim ſequatur emittuntur, & ita proxima parti ſpermaticæ eſt trium prima, quæ è veſtigio animantem inſtaurat. Itaque aſſimilatum inſeparabile ponimus, vt proinde quid vacilles neſciamus. Ex vitiligine iam iam è naribus fluentem tibi ſanguinem ſiſtemus, ne dubita.

Eandem tio.

Mund. Tactus 119.

Controuerſum modò lectores eſt inter nos, vtrum hæc alimenti portio ſit ita tangens partem ſpermaticam, ſit illi ita proxima, vt continua ſit, animata ſit, temperiem colorem figuram ſpermaticæ partis ſit adepta, quemadmodum in ſuo ſecundo pronunciato Pariſ. exiſtimat. Non eſt meo iudicio continua parti ſpermaticæ, puta neruo, &c. patet per diffinitionem continui, & conſiderata natura portionis alimenti agglutinati, & partis ſpermaticæ, nerui, &c. Portio enim alimenti nerui eſt alimentum adhuc, cum non actu inſtauret, nondum quam actu neruus facta ſit, nondum enim formam nerui ſuſcepit, vt iam iam aperiam. Extremum ergo agglutinati alimenti nerui eſt alimentum, non neruus; extremum nerui tangens alimenti extremum eſt neruus. Ergo horum extrema duo, nõ vnum, & ſic alimentum agglutinatum & neruus continua non ſunt.

Pariſan. Contact. 119.

Perpetua hîc partium fluxio eſt, quia pars perpetuò ab inſito calore & influentibus abſumitur, & continuò reparatur inſtauraturque per ſubminiſtratam continuarum ſeminis partium portionem, ita vt prima dictarum partium ſuæ animationis (vt ita dicam) principio ſit continua priori animatæ, quæ (quum haſce inter partes vacuum non detur) actu

Declarãtur.

tunc aſſimilatur: & ita vt illa tunc in actu aſſimilationis eſt peruteæ inſtauratæ parti e.g. continua & neruea, & hæc portioni aſſimilandæ, & ſic deinceps continuò & perpetuò. Hoc ſenſu facillimè dubens dignoſces ſi vlcus, quod carne repletur intuearis, potiſſimum ſi pituitoſa caro aggeneretur: Videbis enim ſuperficiem ſubalbam, quam ſi vel leuiſſimè frices abſque partis dolore moleſtiáue ſenſu auferes. Hãc ſuper partem (priuſquam frices) videbis humorem adhærentem, quia etiam poris infixum, proximè aſſimilandum, qui propterea quomodocunque vlcus ſurſum deorſumue vergas non deſcendit, nec mouetur. Eſt profectò alimentum nondum inſtaurans, nondum aſſimilatum, ſed proxime aſſimilandum, adhærens nihilominus & ſuperficiali carni inſtauranti continuum, imperfectius tamen, ſed à præcedenti animatum, & facilè mobile à Natura (ſic femineum intellige ad rem.) Hæc niſi capias luculentiora, quid vlterius poſſum?

Etiam exemplo.

Neque etiam meo iudicio quod eſt agglutinatum temperiem partis ſpermaticæ habet, quia quod eſt agglutinatum non ſuſcipit calorem partis ſpermaticæ: ergo neque temperiem. Cum talis calor à tali temperie proueniat iuxta omniũ Philoſophorum doctrinam.

Mund. Textus 120.

Probaui autem alimentum agglutinatum non habere calorem ſpermaticæ partis, vitiliginis exemplo. In hac enim vt docet Galenus loco citato eſt agglutinatum, & habet conditionem veram eius quod agglutinatum eſt (nam adhæreſcit vehementer parti, non defluit vt alimenti portio, quæ appoſita eſt, quemadmodum in anaſarca defluere conſpicimus, in qua ex Galeni mente alimentum eſt appoſitum non agglutinatum) attamen in vitiligine alimentum agglutinatum non habet colorem cutis, quæ eſt pars ſpermatica. Dicit Pariſanus habet colorem cutis, quia in vitiligine cutis eſt ægra, vel alimentũ demandatũ prauum, aut vtrumque. Ego verò dico in vitiligine neque vitium in parte neque in alimento tale adeſſe, quod impediat agglutinationem. Patet quia vt etiam concedit alimentum in ipſa eſt agglutinatum, & ſenſus hoc demonſtrat, adhæreſcit enim vehementer, non defluit, vt alimentum in anaſarca appoſitum; ſed adeſt vitium in parte, & in nutrimento tale, quod aſſimilationem prohibet, & idcirco nutrimentum adhæreſcit valde, ſed non ſuſcipit partis colorem: ita enim aſſimilatum eſſet. Vnde cutis eſt ægra vel alimentum vitiatum reſpectu aſſimilationis, non agglutinationis; Vnde etiam fugam Pariſani minime tutam eſſe apparet: per eam .n. non tollitur, quod intendo, & mihi ſufficit probare, alimentum .ſ. agglutinatum, quatenus agglutinatum, vt ſemen Pariſani, & vt eſt in vitiligine agglutinatum non habere colorem partis, & per conſequens non temperiem, &c.

Tu ſemper, inquam, in chimeris perſiſtis & cancros piſcaris, vel quia haud longè vides, vel quia nos cęcos putas nimium tibi cum tuis tribuens. Notum videntibus eſt, necnon cęcis ratione, (ex Ariſt. Gal. & communi opinione) in cirſoidibus ſpermaticis vaſis, ſemen priuſquam eorum prima, ſecunda, ac tertia humiditas fiat, euadatque, vaſorum colorem nec non temperiem (non dico vndequaque ſimiles) adeptum eſſe tametſi in vacuo & fluens ſit; vt manifeſtò pateat & ſenſu & ratione, quod vt non bene mandis, ita nec digeris.

Pariſani Contextus 120.

Vana Mũdini exempla expendũtur expelluntur.

Agglutinata pars prout à ſpermatica diſpoſita, ſiue æquè perfectè, ſiue haud perinde partis ſpermaticæ defectu & valetudine aſſimilatur (nota Mundini, quia Pariſanus in arenam non deſcendit vt terga vertat) & tertia tranſit in agglutinatam, atque ſic ſucceſſiuè.

De Vitiligine quid Galenus ſentiat non eſt mihi curæ: quando nec ipſum tueri nunc curo, nec refellere in animo eſt: propterea quòd cum laruis colluctandum in præſentia mihi non ſit. Sed ſat mihi (quicquid ipſe ſentiat) quòd eius palliolum hac in tempeſtate tibi præſto non ſit. In vitiligine dico, alimentum non perfectè elaboratum eſſe vitio & defectu partis alendæ, quæ

E vitiligine nebula diſſipatur.

per-

perfectè concoquere & vlteriùs perficere, vt pote laborans non valet: attamen apponitur, agglutinatur, aſſimilatur, & conſequenter temperiem & colorem cutis recipit, non cutis ſanæ, quam non inſtaurat, ſed ægræ, & ægræ temperiem ob aſſimilationem.

Quæſo Mundini quod te rogo reſponde, Cutis vitiligine affecta, nonne diu viuit? affirmabis: nonne ergo nutritur? etiam reſpondebis: Igitur attrahit, retinet, concoquit, apponit, agglutinat, inſtauratur ſtante defectu. Vt quid igitur ineptis exemplis abs te haud rectè (vt cõſtat) intellectis in fugam nos conijcere tibi perſuades, & ſuades inibi alimentum agglutinatum dumtaxat eſſe, nec recipere aſſimilationem, neque colorem? quando & tamdiu, quamdiu viuit, nutritur, & deinceps alimentum aſſimilatur, atque conſequenter colorem apiſcitur & temperiem, quales ægra pars poſſidet: hen en audiuiſti vnquam pulchriora Cĕſor maxime?

Mund. Tactus 121. Figuram quoque quod eſt agglutinatum partis non habere mihi videtur eſſe euidens. Suſcipitur enim in poris e.g. ventriculi, veſicæ, pericardij, &c. figuram ergo illorum pororum triangularem, rotundam, quadrangularem, &c. pro figura, qua præditi pori ſunt, ſuſcipere poteſt, ſicuti omnia cõtenta figuras cõtinentium acquirunt, ſed figuram ventriculi veſicæ, &c. ſuſcipere neſcio quo modo aliquis imaginati poſſit. Oh portiones omnes agglutinati alimenti ventriculi ſunt in poris omnibus ventriculi, & ita ſi ventriculus habet figuram falcatam, ipſi omnes manent ſub illa figura. Sed dico ego. quãdo hæ portiones omnes in poris contentæ in coitu per Pariſanum à ventriculo decidunt, & ad ſeminalia tendunt minime illius figuram ſeruare poterũt, contra id quod ipſe aſſerit: ſi dicat quando ſunt in vtero reponuntur ſuis locis, & iterum figuram ventriculi conſtituent. Hoc eſt tertium pronunciatum, quod in tertio argumento confutatum fuit.

Pariſan. Contact. 121. Debilioris quàm par ſit imaginationis es Mundini, (tametſi perpetuò magnis in chimeris verſeris, & aliàs totus phantaſticus ſis) ſi viſa continentis perſpecta ſpongiæ figura, contenti & ſibi continui (aliàs declarauimus) figuram imaginari neſcis. Et ſi ſub obtutum interdiu cadentia non cernis, quo modo ſuboſcura ex auditu diſtingues? quandoquidem æquè intus ac perinde foris continens atque contentum eſt, & ſibi continuum, inquam, in quouis figurato corpore, ſpongiæ exemplo dilucidè conſtat. *Phantaſticus Mundinus dilucida aſſequitur.*

An imaginari non vales tu, qui ingenij acumine præſtas, quòd ſicuti muris anima ex putri orta, ex cœnoſa illa materia illius partem aptam & idoneam ad illius ventriculum cõſtituendum, aliam ad veſicam conſtruendam, aliamque ad pericardium fabricãdum colligit: ita & longè faciliùs & promptiùs præparatam, diſpoſitam, immo delineatam, & animatam figuratamque hanc & quamcunque partem in vtero collectam ſuo loco & poſitioni reſtituere ſciet, & poterit?

Quod perperam à te cõfutatum, à nobis tuis ablegatis nugis ſupra confirmatũ eſt, ohe deſine, ſiſte pedem, remumue.

Si ergo alimentum agglutinatur neque eſt continuum parti, cui agglutinatum eſt, neque temperiem & figuram illius habet, neque anima partis animatũ eſt. Deduco forma mixti eſt vltima diſpoſitio ad animam: (intellige ad animã abſolutè & ſano modo) ſi ergo agglutinatum non ſuſcepit temperiem partis, vt oſtenſum eſt: ergo neque formam mixtionis partis. ſiquidem hæc forma poſt conſequutam temperiem aduenit. Si ergo non ſuſcepit formam mixti, quę eſt vltima diſpoſitio ad animam: ergo neque animam ipſam. *Mund. Tactus 122.*

Quid tum Mundini? non vides animaduertiſque, quòd ex falſis præmiſſis ex inepto vitiliginis exemplo deducis? propterea quum auius & deuius, non video quo modo in ſemita tecum collato pede manus conſerere poſſim. Apud te igitur primum redeas, melius tuos, aut tuis à conſilijs conſulas, & alia inita tuis rebus ratione accedas. *Pariſani Contact. 122.* *Auius.*

Non ſolùm alimentum agglutinatum

Mund. Tactus 123. quod aſſimilatur & ſpermaticæ parti eſt proximū, Pariſanus animatum facit, ſed portionem alimenti huic proximam, quæ meo iudicio eſt portio appoſita & agglutinatur, vt eſt in anaſarca, meoque iudicio ab Auic. cambium vocatur, & eſt ſeparabilis, deſluit.n., ſed non ſolùm hanc animatā facit, ſed aliam portionem huic proximam, quæ in poris ſpermaticæ attracta eſt, verùm non appoſita, ſed apponitur, roridaque humiditas ab Auic. Gal. & interpretibus vocatur, Audite,
,, Quoniam verò ſemen illud, humiditas
,, illa perfectè & exquiſitè elaborata eſt,
,, propterea perinde prima, ſecunda, atque
,, tertia animatur: prius tamen & ordine &
,, tempore prima, dein ſecunda, poſtea ter-
,, tia pars, ſed è veſtigio totius animatio ſe-
,, quitur omnimodam ob materiæ diſpoſi-
,, tionem, &c. (& paulo infra) Pars aſſimi-
,, lata recedere non poteſt, ſed bene agglu-
tinata (notate lectores hîc quod per Pa-
riſanum ſemen eſt portio alimenti agglu-
,, tinata vt ego dicebam) ſecundum magis
,, & minus, & hæc pars ſimilitudines indi-
,, piſcitur & retinet. alia verò portio huic
,, agglutinatæ continua, quę remotior erat,
,, nobis tertia, & anima prædita partis ſi-
,, militudines non conſequuta, aut leuiter
,, adepta, & ipſa excernitur.

Pariſani Contact. 123. Haud miror quòd hæc capere nequeas vt fateris, nec quin etiam tui ſequaces poſſint, vt alibi aſſeris: quoniam ſi cœcus cœcum ducit, ambo in foueam cadunt. Ratio eſt, quia vno poſito inconuenienti plura ſequuntur. *Sepiaunt-tramentum ne capiatur fundit.* Propterea ſi ſuapte natura clara prout à nobis enucleata ſunt ineptis exemplis conſultò obſcuratis, vt proinde intelligere non valeatis, quid vobis fieri vultis? docti intelligunt & laudant: idcirco & prout nos clarè & enucleatè loquentes & luculentis exemplis vtimur, vt intelligamur, ita & vos è regione, præſenti animo attentiùs atque ingenuè incumbite & aſſequimini: Sin minus ſubtilius quærite pulſantes, quid vobis aliter impedimento ſit quo minus & intelligatis oſtendentes, & pro viribus, & fortaſſe aperietur vobis.

Secunda portio eſt ęquè elaborata per Pariſanum ac prima. *Mund. Tactus 124.* Si ſecunda quæ eſt appoſita, & agglutinatur, eſt æquè vt prima quæ eſt agglutinata, elaborata: ergo non eſt quòd agglutinetur, ſed aſſimiletur ſtatim. Si tertia quæ eſt attracta non appoſita, ſed apponitur eſt æquè perfectè elaborata vt prima, cur apponitur, dein agglutinatur, mox aſſimilatur, & non ſtatim aſſimilatur?

Pariſan. Contact. 124. Nimium tibi ſumis, plurimū tibi ſtudes Minernam, immo Naturam docturus. Naturæ prouidentiæ non eſt illico abſque ordine & inopportunè omnia vorare, vt tu facis: propterea non cōcoquis; ſed ſenſim abſumpta inſtaurando: Quare alimenti pars proximior primùm inſtaurationi inſtaurandæ parti præſto eſt, dein pro vt abſumitur alia illi ſuccedit, & ſic deinceps. e. g. venæ pars ſolida ex elaborato in proprijs poris ſemine reſtauratur *Declaratur.* non toto illico, ſed ex proximè adhærenti: illi aliud pori medium tunc occupans, ſuccedit, cui aliud etiam proximum immediatè extremitati pororum contento in poris adhærens, quod aliquam ſemineam elaborationem pro breui mora aſſequutum eſt, (non æque elaborata vt *O falsi.* tu nobis tribuis etiam noſtris oppoſitis verbis abſque erubeſcentia) vt nō ſit amplius formaliter ſanguis, ſicut in rirſoidibus vaſis videre eſt ob diuturnam inibi motaim, (intellige in vaſis vacuo, non in poris, de quo hic ſermo eſt) non ita in alijs vaſis ob diuturnæ morę defectum; ſed pars tantùm proxima & continua pororum ſemini: vnde colliges etiam perfectam partis figuram; hoc è vacuo attractus elaborandus ſanguis ſequitur, & ſic ſucceſſiuè à proximis, vicinis, remotiſque partibus, poſtea à iocinore, quod à meſeraicis, hæ demum à ventriculo chylum; qui ab illatum meſeraicarum ſuctus ſenſu patiens, appetit, vnde fames. Ex quibus manifeſtè patet Naturam ſic ſumma ſapientia indiuiduo & ſpeciei ſimul & ſemel conſuluiſſe ſi ſapitis.

Mund. Tactus 125. Si pars agglutinata non eſt animata, vt oſtendi, quia vltimam diſpoſitionem ad animam non accepit, formam nempè mix-

Digitized by Google

mixtionis partium: quo modo vltimam diſpoſitionem cambium recepit, quod eſt ſolum appoſitum, & agglutinari & aſſimilari debet? quid dicam de rorida humiditate, quæ ſolùm eſt attracta & apponitur. Ego hæc non capio, apud me ſunt arcana mirabilia, quæ attingere non poſſum.

Pariſani Contact. 125. Mundinus obtuſa imaginationis.

Si quia tua obtuſa viſus & imaginationis acie vſus, noſtra ſubtilia non penetras: & noſtra luculenta exempla vt excellentia ſenſilia tuum ſenſum deſtruunt, ac demum tuorum craſſorum exemplorum per ſpicilijs medium tibi obtenebras, quid mirum quin capere poſſis? tibi ipſi à te ipſo caue fortaſſe à Protectotibus etiam.

Mund. Tactus 126.

Sed capio optime ad quem finem Pariſane hæc protuliſti, nam vt videbimus, ſemen in toto corpore eſſe ſibi continuum hoc pacto ſaluare credidiſti, & inconueniens illud fugere, plures animas in corpore eſſe. Cum ergo tua poſitio huic chimerico fundamento innitatur, ſemen ſcilicet in toto corpore eſſe ſibi cõtinuum, patebit meram chimeram ipſum eſſe, deque iure cerbellottico, vt contra me exprobas, te illum contexiſſe.

Video te exemplum afferre, vt oſtendas modum iuxta quem portio alimenti in poris contenta agglutinata, quę tuum eſt verum ſemen, animata ſit, ab animaque amplexetur. Eſt, inquis, vt addita ſuperflua & cicatrizzata caro, & veruca extra cutim.

An cicatrizata caro, aut extuberans, & veruca, ſunt per vllam corporis concuſſionem ſeparabiles vt ſeparabile facis tuũ ſemen, neque etiam per vehementiſſimos rigores? Et ſi illæ ſeparantur, non ne vi & cum dolore ſeparantur? tuũ ſemen cum magna delectatione ſeparatur quod nam appoſitius, vt dicis, exemplum eſt hoc? ſi valet exemplum ſemen tuum cum dolore ſeparraretur.

Pariſani Contact. 126.

Aſpice & inſpice Mundini, quòd vt vulpes vitreum vas lambis, pultẽ autem haud attingis ſubtile ad rem exemplum iuxta proferentis mentem non intelligis, aut non probe ſic intelligere fingis tuis vt benignis Lectoribus ſatisfacere videaris & poſſis, & ſi res ſecus ipſa loquatur, quando verucæ & ſuperfluæ additæ cicatrizatæ carnis exemplum non quoad ſeparationem, dolorem, delectationemque intelligendum, quo modo nemo, nec mẽte captus quidem ſic interpretari poſſit, vt mirum in modum mirer te hæc ridicula ſcribere, & præcipuè doctis tuis: quando vt hoc exemplum, vt appoſitius ad rem attulimus, ita nec ſecus ſubtiliter, exactè, & enucleatè noſtra ad declaranda, tuam ad vanam ſeminis contenti & contigui animati ſeminis ſententiam ablegandam expoſuimus: quæ quia additione non egent, & tua & mea in ſuperiori noſtro Par. & San. Iudicio ad verbum omnia ad calculum reuocabimus. Mundini ad verbum verba. in dicto Iudicio, pag. 600.

Subductione monſtratur.

Quæro ego (inquit Mundinus) ſi portio ſeminis, quæ ſpermaticis non aſſimilatur animamque recipit eſt ſeparabilis & ſeparatur in coitu abſque dolore, ergo non eſt continua, ſed contigua, ergo non continens, ſed contenta. Si ergo eſt animata, ergo & ſpiritus in ſemine teſtium & vaſorum reſeruantium implantatus, licet ſpiritui inſito teſtium ſit contiguus, licet ſit quid contentum, non continens, animatus poteſt eſſe.

Quo modo portio illa, quæ non reſtaurat, ita ab anima amplexatur, vt animam ſuſcipiat? quis nam amplexus eſt iſte? in quo conſiſtit hæc amplexatio? explica quæſo?

Si etiam anima ſupradictæ carni accedit, quod ſuperadditum eſt, factum iam caro eſt, & tu non ſtatuis illam reſiduam ex nutritione ſpermaticarum partium ſemineam, factam eſſe partem, ſed dicis, Vt earum pars quodammodo dici poſſit.

Quis eſt iſte modus? ſi facta eſt quodammodo pars, ergo non omnino, pars facta eſt: ergo ſine dubio non eſt continua. ſi ſic ergo neque continens, neque animata igitur.

Pariſani reſponſum ibidem in Par. & San. Iudicio pag. 608.

Prima Declarata.

Ex quibus manifeſte colliges Mundini, quam malè ratiocinatus ſis, & perperàm

Digitized by Google

tam rationem ſubduxeris: (ergo ſemen non eſt continuũ: ergo non eſt continens: ergo non eſt animatum: ergo tui ſpiritus vniti, &c. animati ſunt.) „ quoniam ſeminis portio in poris parietibus appoſita continua eſt agglutinatæ, & hæc inſtauranti animatæ, & deinceps quæ in poris eſt, non contigua, non vnita, haud contenta, niſi reſpectu diuerſorum, quorum alia pars continet, alia continetur continuæ tamen ambæ: ſic dictæ appoſitæ reſpectu agglutinatæ atque aſſimilatæ.

[illegible] Et hæc inquam, in poris, vt diximus animata, parietibus appoſita, & quodammodo extra corpus, (ſano intellige modo, quia ſcilicet intus & in poris) vti addita ſuperflua & cicatrizata caro & veruca extra cutim, de qua non vulgares Medici dubitant, num corporis pars ſit; Vt propterea non ſine miſterio dixerimus ab anima amplexari, & quodammodo partem dici poſſe: quia ſcilicet iam tum pars ſuperflua eſt, & extra corpus, ſeu partem, cui adhæret & ineſt, animata tamen, & eidem dicto modo continua. Quare de amplexatione anxietatem, & de modo quo pars dicatur admirationem meritò depones.

Ex quibus nunc iterum ac tertio te perperam & ab re inferre colliges ridiculam ſimilitudinem quo ad ſeparationem & dolorem ſeu voluptatem; quum vt clarè conſtat ſermo nobis ſit de ſimilitudine qua ſeminis pars parietibus appoſita ſit quodammodo extra corpus, ac vt addita & ſuperflua pars inſtar ſuperfluæ carnis & verucæ. Verum minimè ad rem more tuo, ſequere.

[Mundinij Tact. 127.] Dicis „ Non ne ſcis tu in fonticulis, ac intemperie frigida laborantibus vlcerum carnibus ſuperfluas molles carnes pituitoſas potiſſimum ſola fricatione abſque dolore tolli? Immo ſi pars pruriat, cum voluptate ſeiungitur. Et nos magnis in cerebri vulneribus imperitos chirurgos fruſtala ſani cerebri abſque patientis ſenſu auferre vidimus.

Ego fonticulos non habeo, ſed pluries vidi, quòd ab ijs carnoſitates auferunt cum dolore eorum ſed paruo, illas auferre. At tuum ſemen cum magna ſolùm voluptate, non cum aliquo dolore excernitur. Si pars intemperie laboret frigida, & carnes ſuperfluæ itidem, quid mirum tunc abſque dolore remoueri illas poſſe? Ergo partes a quibus ſemẽ tuum decidit intemperie frigida laborant, vt in illius ſeparatione ſtupore quodam affectæ non doleant? Aut ſemen tuum, vt molles ſuperfluæ carnes pituitoſæ eſt naturæ? Ergo partes omnes à quibus ſemen tuum decidit non ſentiunt, vt cerebri ſubſtantia? neque ergo delectationem in ſeminis deciſione percipiens. Equidẽ ignoro quo modo hæc tua exempla propoſito tuo quadrent, & quid ex ipſis pro te concludere poſſis.

[Pariſan. Contact. 127.] Et ego equidem ſcio prout clarè video & audio, quòd hæc ignoras. Meum ad obiectionem (ex partis ſeparatione, atque dolore) ratiocinium à maiori ad minus concludens eſt: quando ſi in & ex [Mund. Parum, cautè.] vlcere & fonticulo nouiter addita & genita aſſimilata caro abſque dolore & ſenſu recedit, eodem docente ſenſu: igitur eo longè minus & omnium minimè, ſeminis agglutinata & appoſita nondum aſſimilata pars, quæ ſi ſenſata, luce clariora, non capis, quid vlterius poſſum? quo modo ſubtiliora & ſecretiora ſub ſẽſum non cadentia intelliges, percipieſque?

Quorſum dein vanæ conſequutiones? quo modo partes ſtupore affectæ &c. nõ dolent: ergo tuum ſemen pituitoſæ naturæ eſt. Quid obſtat partes à quibus ſemen prolabitur, carnoſarum, & patrachi-matum (alioquin calidæ) reſpectu frigidas dici? Quid refert earumdem partim ſenſu deſtitutas, ligamentum, os, charti-laginem in ſeminis eiaculatione delectatione non affici? Quid inde detrimenti Reipublicæ Literariæ ſequitur. Hęc iam reſciſcas vt reſipiſcas nec vlteriùs cæcutias.

[Mundinij Tact. 128.] Dicebam igitur contra te, ſi ſemen partibus ſpermaticis eſt continuum, in ſeparatione illius ab iſtis contingere continui ſolutionem, doloremque oriri. Tu dices tuum ſemen eſſe partem ſpermaticas reſtaurantem, non integrantem, dolorem oriri

oriri per ſeparationem partis integrantis, non reſtaurantis. Sunt meo iudicio hæc pura verba. Peto ego. tuum ſemen, aut eſt pars actu reſtaurans ſpermaticas partes, & ſic earum eſt vera pars, & non poteſt ſeparari abſque dolore. aut eſt pars reſtaurans non actu, & poteſt ſeparari abſque dolore, ſed ſic eſt alimentum adhuc, id eſt agglutinatum, non aſſimilatum certè, & ſic neque formam mixtionis partis ſpermaticæ vt oſtendi, neque per conſequens animam habet, neque eſt vt carni addita ſuperflua & cicatrizata caro, quia talis caro eſt realiter caro, non equiuoce, proinde formam mixtionis carnis, & per conſequens animam habet.

Pariſani Contaſt. 128.

Ego profectò neutiquā credo, te, quem plurimi facio, adeò imbecillioris iudicij eſſe, vt iſtæc pura verba iudices, ſed potiùs te iocari, (ſerio agere non valens) potiuſue merulottos aucupari cenſeo, ſed haud nos, quia ſeni nec parum vſu perito verba dare haud facilè crediderim. Noſtrum reſponſum, quia apprimè verum, germanum & luculentum eſt, vnde aqua tibi hæret: propterea non eſt, quòd ponè digito, vt dicitur, te abſcondas.

Ibaret.

Reſponſum.

Quod me rogas, reſpondeo, Noſtrum ſemen non actu reſtaurans eſſe, (ſecus aſſimilatum & inſeparabile) ſed agglutinatum & alimentum, ſæpe ſæpius diximus & ſuſtinuimus. quod inanimatum propterea, & dicas & te oſtendiſſe affirmes vitiliginis exemplo, quia inepto & ineptè intellecto, ſat nunc prata biberunt.

Mund. Tallus 129.

Sed notate benigni lectores, quod humores per Pariſanum ſunt animati. Non ne 3. humiditas de qua diximus eſt humor? „ tertia illa humiditas & anima prædita, partium ſimilitudines non conſequuta, aut leuiter adepta.

Ergo ad recipiendum animam ſufficit præuias diſpoſitiones leuiter ad animam habere, non vltimatè? quod animā conſequitur, non ad vltimum terminum diſpoſitionum ad animam præuiarum deuenit? quid audio? equidem mirabilia. Per hanc mirabilem Pariſani doctrinam aſſeremus ſanguinem à venis in poris oſſium attractum nondum appoſitum, qui adhuc ſtat ſub forma ſanguinis, habere tamen temperiem, formam mixtionis oſſis, oſſis animam, licet leuem immutationem tantùm ab oſſe acceperit, æque tamen eſſe immutatum, ac portionem & appoſitam eam, & agglutinatam & aſſimilatam. Ego certè tam albè penetrare non poſſum.

Pariſani Contaſt. 129.

Mudinus obtu ſi nimis ingenij.

Quid audis, mirabilia? mirabilia tibi iſtæc? malè ſic (ne peſſimè dicā) ab omnibus audies. neſcis tu ex communi omnium cum philoſophorum, tum Medicorum conſenſu ſemen priuſquam totius & partium formas figuras acquirat præſeferatque, eſſe animatum? neſciris ranæ ex putri ortæ humidum corpus antequam eaſdem conſequatur animatum eſſe, & ab ipſa dein omnia conſequis? Ignoras tu, tu inquam non recordaris tuo ex iudicio tuum in teſtibus ſemen animatum eſſe? Quid miraris admirande Vir?

An non capis fortaſſe, quod humiditatem animatam, ſemen dico illud, ſeu ſeminis illius ſæpius tacti tertiam partem, intelligam? Hoc tua cum admiratione riſu (ne cacchinno dicam) longè dignius eſſet: quando vbique & manifeſtè de ſeminea humiditate æque elaborata ac ſecunda ac prima de corpore, quod ſemen eſt (audi qui non benè audis) nos loquamur.

Et non erubeſcis ſanguinis in oſſis poris attracti exemplum afferre? Quid erudi ad concoctum, elaborati ad rude, albi ad nigrum? à ſemi coctoad perfectiſſimè elaboratum & perfectum? Vera tenebrarum ad lucem comparatio. Quandoquidem ſanguis quatenus ſanguis ineptum & remotum oſſis alimentum: tertia humiditas quæ elaboratum in parte ſemen eſt proprium maximè idoneum, verum & proximum nutrimentum eſt, quia perinde elaborata pars eſt ac aliæ duæ: qua ſub ratione certius & rationabiliùs animata elaboratiorque, quàm tuum in, vel ex teſtibus ſemen: Ratio eſt (nota) quia tertia hæc noſtra humiditas, ſemen hoc in poris elaboratum poſtremam manum, poſtremam perfectionem à parte concoquente & inſtaurāda accepit, quia

ſui

Digitized by Google

ſui gratia in poris in ſui ſubſtantia & diuturniori mora illam perfecit. Teſtium autem ſemen non item: quoniam teſtes officialia membra ſanguinis plurimum & ſuperfluum trahunt ac ſumunt, non ſui gratia totum, ſed aliorum etiam cauſa: ideo neceſſaria perfectiori & elaboratiori pro ſui nutritione parte ſumpta, reliqui quod eſt in proxima ſibi vaſa excernunt, vt ventriculus, & iecur faciunt, & ita non æque perfectum. Non ſic aliæ ſpermaticæ partes ſibi tantummodo cõſulentes, hæc bona doctrina. Si tam altè penetrare neſcis, vt lamentaris & meritò, quia alijs facilè. Quid tum? quid inde damni literariæ Reipublicæ? Protectores appello.

Appellat.

Mund. Taltus 130.

Obijciebam inſuper Pariſano, quòd ſi ſemen in poris partium ſpermaticarum continetur & animam habet, quum pori ſpermaticarum ſint inter ſe diſiuncti, ſequi tot animas eſſe in corpore quot pori. Vnde ſicut per iam allata ſemen Pariſani non eſt cõtinuum partibus noſtri corporis, ſic per hanc rationem ſequitur, quòd in eiſdem partibus non eſt ſibi cõtinuum, & vnicum numero, ſed plura numero ſemina, & animata pro Pariſano: quare plures numero in vno corpore animæ.

Rationem hanc vocat hydram, & de medio, dicit, ipſam tollit ſimili exemplo.

" Accipiamus ſpongiam poroſę parti
" loco, & adamuſſim exemplum erit, infun-
" datur & aqua impleatur. Spongia eſt
" vna, quia continua, tametſi innumeris ſit
" pertugijs referta. An aqua quoque in
" ſpongia vna erit? mihi ita profectò, quia
" ſibi continua, etſi innumeras guttas ac
" guttulas inibi & intus contineat non abi
" inuicem prorſus ſeparatas, ſed ſibi toti
" continuas, ſpongiæ inſtar habet. Nam
" quæ per foramina & vacua ingreſſum ha-
" bet per eadem continuitatem retinet &
" conſequitur. Quare ſpongia & aqua
" duo tantummodò corpora ſunt, vt in po-
" tis ſemen, nec ſecus animæ ſemen,
" vt ita loquar. At factam poſt continui-
" tatem, & receptam dicto modo animam,
" vnum ſunt.

Meo iudicio neque aqua, qua impleta eſt ſpongia, reſpondet humoribus, qui in poris partium corporum noſtrorum locantur, neque ſubſtantia ſpongiæ ſubſtantijs ex quibus corpora noſtra conſtituuntur. quocirca minimè omniũ, quod tu putas adductum à te exemplum declarat & oſtendit.

Sæpe lactantium mulierum mammæ in tumorem eleuantur. Compreſſa à manu ſpongia aqua plena tota aqua exprimitur. An facta inciſione in parte decliui mammæ in tumorem eleuatæ totum pus, totum lac corruptum in mamma contentum, compreſſa à manu mamma affluere ſemper vidiſti? An neceſſarium fuit multas inciſiones vt plurimum pro educendo pure in mamma facere? Non ne hoc eſt ſignum certiſſimum non adeſſe viam in poris mammarum ab vno ad alium? & quòd continetur in ipſis non eſſe ſibi continuum? aliter per compreſſionem continuatè ex inciſo loco affluerer.

Dices pus & lac corruptum eſſe craſſa, ſpiſſa & ex inciſo vno loco per compreſſionem non poſſe effluere. An non dixi tibi in 2. argumento ſemen fœcundum eſſe grandinoſum, globulentum, ſpiſſum, & conniuentibus oculis te illud inſpexiſſe, quando pronunciaſti eſſe fluidum, & maximè fluidum. De hoc etiam infra aliquid aliud dicetur. Stat ergo exemplo mammarum ſuppuratarum & inciſarum noſtra corpora aliter ac ſpõgiarum eſſe conformata noſtrorumque corporum poros peruios ab vno in alium, vt forſan in ſpongijs contingit, non eſſe inter ſe diſiunctos, vt dicebam, eſſe, & in ſingula parte noſtri corpori numero plurimos reperiri; tuumque proinde exemplum non eſſe adamuſſim exemplum.

Adeo nobis contradicendi & noſtra decuſſandi deſiderio ardes, vt maxime cæcutiens, nec clariora, nec opportuna & manifeſta diſtinguas; ſed confusè omnia vorando nihil digeras: proinde haud mirum eſt, quòd in hiſce incautus & malè conſultus feſtinans cæcos paris catulos. Noſtro ex ſpongia exemplo crede mihi,

Pariſani Contradict. 130. Mundi manus nil craſſius.

mihi,(mihi inquam, patiaris dicam,quia adiſcentem credere oportet, vt melius in tuis quin etiã experieris) hanc ad rem in rerum natura appoſitius eſt nihil: quia animantis inter plantanimalia clarioris eſt,cum ſui (poſt mortem)totius & partium ob figuram,tum partium variã propter portionem exſiccata & abſumpta inſita humiditate, quemadmodum latiores pori,& maiora vacua præſeferunt,vt ſenſu intimiota penetrare poſſis.

Non dicam haſce abs te allatas nugas, quia craſſum pus,ſpiſſum lac,&c. Sed bene, quòd craſſa Minerua hæc tua omnia ; & præterea ſi propria tua ſelecta exempla non bene intelligis, quo modo mea capies ? Natro tibi, quod facta in decliuiori parte tumoris mammæ inciſione totum pus factum collectum dubio procul effundetur,& ni plures abſceſſus ſint fiãtue perito Medico vna ſectio ſatis, imperitis,pro ratione voluntas. ita & lac corruptum in aliqua parte collectum egredietur: vnde pus quatenus pus eſt, lac corruptum quatenus corruptum non eſt in mammæ tumoris potis; ſed eſt in abſceſſu,in vacuo; in poris putreſcere(quod pro vt video ignoras) incipiunt, & in vacuum, inter abſcedentes partes (vnde abſceſſus) ab expultrice demãdatur, vbi ſemi putrida materia in pus vertitur, à quo totum in pus conuerſum expreſſione euacuatur, quod putreſcit, & in fieri pus eſt in poris,ſenſim exploditur, ita & lac, & ſic deinceps.

Docetur.

Crudus verò humor, non concoctum lac,ſed ſanguis & impurus,ſi pars ſecetur tantummodo exibit non totius,ſed ex inciſione ſolummodo (niſi vaſa ſecta ſint) ratio eſt,non quia vt affirmas pori vbique non adſint, ſed quia ſanguis pro cõficiendo lacte attractus ab officiali membro, à mamma à glandula ſui gratia nutritionis cauſa trahitur,retinetur, concoquitur & partis nutritio fit, ſuperflua ſenſim à glandoſis partibus per poros tranſmittitur, quorſum ? rectà per papillam verſus à glandulis remotis, in papillam à glandula papillæ proxima. Quare mamma non eſt lacte plena, ſed ſanguine affluit, qui adenoidi corpori continuò ſubminiſtratur,ex quo lac,cuius affluens & ſuperflua pars ad papillam demandatur,neceſſaria in parte inſtauranda abſumitur, ſicuti in teſtibus ſemen, &c. Quare prout eſt in parte lac gignente(vt in teſtibus ſemen) officiali, ſemper concoquitur generatur lac, vt inibi ſemen nutritionis cauſa, quod ſuperfluum eſt in parte non detinetur, ſed per poros ad papillas tranſmittitur, vt ad & in differentia vaſa ſemen. Quocirca ſi mamma ſecatur ſanguis vna cum minima lactis portione effluit, ſi exprimas adhuc, ſed vtriuſque parum niſi inciſa vaſa ſint: non totum lac, nec totus ſanguis extra vaſa in mammæ ſpongia ſparſus: quoniam vicini poti, impuro,ſemi cocto,puro ſanguine, & inconcocto non elaborato lacte referti, ea amplectuntur, & retinent, continentes intellige parietes, vt perficiant, perfecto vt alantur,quam ob rem non effundunt:quamue ob cauſam nec concocto etiam lacti vicinarum partium è poris egreſſum admittunt. Ex quibus clarè colligo, mammæ ſpermaticæ partis,& ſpongiæ exemplum quo ad fabricam, id eſt ad poroſitates (de quibus nobis ſermo eſt) verum eſſe, in reliquis diſcriminis plurimum: quia ſpongia mortua nihil operatur: mamma viuens receptum expreſſione niſi iã concoctum & ſuperfluum : effundit illa mortua nec retinet ex ſe, nec explodit: mamma trahit, retinet contentum,& niſi quãtitate grauata, effundit. Objiciat aliquis, Mamma, pars ſpermatica, cutis mortua ſi comprimatur contentos in poris humores, ſeu in ſe ſe receptos non effundit vt ſpongia : ergo eius corpus non eſt peruium perforatumque ſpongiæ inſtar. Reſpondetur quia mamma, cutis &c. non ſunt exſiccatæ partes ſicuti ſpongia, & conſequenter non amplis & vacuis foraminibus præditæ: & præterea quia craſſis, crudis, viſcidis refertæ hùmoribus ſunt: Et tandem quoniam anguſtioribus poris & tunc conſtrictis, ſpiritibus & caloribus orbatæ, & vlterius ab ambiente frigido conſtipatæ ineptis contentis egreſſum non præbent, immo

potius

potius dictas ob cauſas putreſcunt. Quatenus verò viuens attractum vel fluxum humorem retinet, vt eo concocto nutriatur ſi è re ſua & opportunum ſit: ſin verò ſuperfluum & contrarium crudum ſcilicet, vt concoquat, & dein ſudore explodat: quod ni poſſit in pus vertat, & ideo ſemper retinet, ad victoriam vſque.

Quod ſpermaticæ partes peruiæ & foraminibus vt ſpongiæ gaudeant præter Hippocratis, Platonis, Galeni, & aliorũ authoritates, è cutis egreſſis capillis & pilis, ex ſudore, certò dignoſces ſi ſenſui credas, ſin minus, valè tuis cum probantibus Conſultoribus.

Mund. Tactus 131. Sed detur adeſſe viam ab vno in alium porum & ſic deinceps in omnibus poris in ſingula parte noſtrum corpus conſtituente, puta oſſe, ligamento, chartilagine. hoc pacto ſemen tuum contentum in oſſe erit ſibi continuum, & ſibi cõtinuum quod continetur in ligamento, & ſibi cõtinuum quod continetur in chartilagine, ſed minimè ſequitur, quod ſemen oſſis ſit continuum ſemini ligamenti ſeminique chartilaginis, vnde adhuc plura numero ſemina in corpore erunt. Et ſic plures animæ vt concludebam.

Hæc declarantur, & illata à me concluſio probatur. Ligamẽta articulorum oſſa colligant & vinciunt, vnde oſſa non ſunt inter ſe continua, puta oſſa cruris cum oſſe fœmoris, ſed mediantibus ligamentis continuantur quæ in oſſa inſeruntur, ab oſſe enim ligamentum incipit & in os deſinit. ea autem in parte, qua ligamentum in os inſeritur adſunt in ligamẽto pori, adſunt & in oſſe, in quibus poris pro alendo ligamento & oſſe nutrimentũ recipitur. Vtrum ergo gluten quod eſt in poris ligamenti, in ea parte qua ligamentum in os inſeritur, eſt continuum glutini quod eſt in poris oſſis in eadem parte inſitionis? Minimè. Immo nec eſt contiguum, quia inter glutem ligamenti & glutem oſſis intercedit cambium vtriuſque, nec non rorida humiditas, adeò quòd rorida humiditas exiſtens ea in parte in pòris ligamenti, tangit roridam humiditatem in poris oſſis exiſtentem, & cambium vnius non tangit cambium alterius, minus glutem vnius tãgit glutem alterius. Sed cum per te ſemen tuum ſit glutem, ergo ſemen tuum ligamenti non eſt continuum ſemini oſſis, ſed ſunt inter ſe diuerſa numero, & ſic anima vnius diuerſa numero ab anima alterius. chartilagines ſimiliter ea in parte qua oſſibus committuntur poros habent & in his adſunt tres humiditates. vnde glutem glutini non eſt continuum. Similiter peri oſtia in ea parte, qua oſſibus cõmittũtur, habent poros, & in his tres humiditates.

Dices per me ſtat animatum glutem, cambium, & rorida humiditas, neque differunt inter ſe niſi ſecundum magis & minus. Ergo totum quod continetur in poris ligamenti, & totum quod continetur in poris oſſis ſunt continua oſſi, & ligamento & inter ſe.

Cum rorida humiditas ſit tantum attracta non appoſita, & ideo leuiſſimam alterationem à partibus paſſa dicere ipſam eſſe animatũ res eſt digna cacchinno. Si ergo non eſt animata, & media eſt inter cambium ligamenti, & cambium oſſis, quo modo cambium, & cambium erunt ſibi continua? gluten & glutem?

Vide Pariſane quòd ſpongia conſtat ex vnica ſubſtantia. noſtra corpora ex ſubſtantijs pluribus eſſentialiter & ſpecie diuerſis, puta ligamento, oſſe, chartilagine, &c. Vide quòd aqua qua ſpongia referta eſt, non adamuſſim reſpondet alimento, quod in poris partium noſtrorum corporum continetur. Valeat ergo ſpõgiæ aqua plenæ exemplum. Valeant chimerica tua inuenta in ſecundo pronunciato tuæ poſitionis contenta.

Dij boni boni quantum admirabilis ſubtilitatis tuis ex hiſce nobilibus ratiocinijs colligitur? quam præcoces fructus deguſtantur? Paucis longiori tuo quàm par fuerit garritui ſatisfaciemus. *Pariſani Contrad. 131.*

Primum ſi quia oſſis, nerui, venæ arteriæ, membranæ, &c. vna eſt anima, & noſtrum ſemen nerui, oſſis, venæ eadem anima gaudet prædictumque eſt, qua neruus, vena &c, vti clariſſimè expoſuimus; quo modo colligis & ſubducis tu ratio- *Eaedem tur admirabiles ſubtilitates.*

natur

ratior maximè plurimas in corpore animas ſimul eſſe? quo modo ſic concluſeras niſi quia deuius, ratiocinatus ſis?

Illata abs te concluſio & probatio ad rem neutiquam eſt, prꝗterquam quòd ab te tui quæſiti ex tuis conſultò ſolutio colligitur: quod num imprudens, an neſcius commiſeris tuorum à conſilijs iudicium eſto, parcant interim ſic ratiocinantes protectores.

Summa ſit, quòd ros, glutem (quomodocunque vocentur, de nominibus curæ mihi non eſt) cambium, ſunt continua, ac vt potè continua vt alio ſemini alius diuerſi corporis continuetur non eſt, quòd gluten e.g. ligamenti oſſis glutini vniatur, ros rori, cambium cambio, ſed ſat ſuperque reapſe & intelligenti eſt, quòd prout diuerſarum partium pori mutuò conueniunt, ſic & eorumdem contenta ſemina in extremitatibus inuicem ſe ſe amplexentur, & ita vt extrema ligamenti pars oſſi continua eadem animata & pars totius vnum conſtituens eſt, ita pariter & ſemen. Itaque ſicuti non eſt neceſſe, quòd totus porus, ſeu pori paries ligamenti ſit continuus oſſi, ſed ſat eſt quòd poſtrema pars pori parietis, & pars proxima continua ſint, ita & contenti in poro ſeminis pars poſtrema. Exempli gratia, Membranæ porus in altera ſui extremitate oſſis extremitatis poro, in altera coniuncti nerui extremitatis poro coniungitur, & conſequenter contenta ſemina. Quocirca ſemen non ſolùm parti ſpermaticæ & generanti cõtinuum eſt, vt eadem ſit prædirum anima, verùm etiam vbique locorum in ſpermaticis ſemineis partibus eſt & continuum per continuos poros dicto modo, vt pateat etiam ab omnibus & ſingulis ſpermaticis partibus egreſſus coitus tempore. Et præterea ſicuti partiũ diuerſæ & alius naturæ ligamentis, oſſis &c. extrema continua ſunt, eadem vnione eorumdem ſeminum poſtrema: quæ vnio eſt veluti in plantis diuerſarum ſpecierum plantarum inſitio in illa coniunctione inſitione vnita & coniuncta: extra diuerſæ & aliæ ſpecie remanentes partes.

Adamuſſim exemplo.

Humiditas de qua nobis ſermo eſt, priuſquam porum ingrediatur, rorida fiat & dicatur, aliam à ſanguinis coctione coctionem patitur iuxta porum donec & quatenus parti adhæret, vt ex ſanguine in cirſoidibus ſpermaticis vaſis contento ob inibi in vaſorũ vacuo quietem & moram colligitur corpore egreſſa poſtmodum aliud ingreſſa & vlteriùs concocta rorida euadit, & elaboratior tuo ex teſtibus ſemine eſt: quoniam illud tuum partis excremẽtum & ſuperfluum à teſtibus vt potè officialibus membris genitum & exploſum teſtes non inſtauraturum, ſed potior eius contenta pars, & proinde talem perfectam coctionem non aſſequutum. Hæc autem ro[illegible]midicas attracta, retenta & con[illegible]octa nutri[illegible]onis cauſa; Vt colligas ſubtili[illegible] tuo[illegible]ori, non craſſa menſura dimetienda: & conſequenter non hæc, ſed tua tuo maximè riſu digna ſunt.

Vlterior delucidatio.

Meum de ſpongia exemplum fuit, ꝙ totũ animalis corpus ſpongiæ inſtar peruium ſit, vt os ſicuti ſpongia, neruus vti ſpongia, vena ſicut ſpongia, membrana quemadmodum ſpõgia, &c. & credebam te, tuoſque à conſilijs intelligere, quando luculentum fuerit exemplum, videlicet „ Accipiamus ſpongiam poroſæ (nota) partis loco. Non dixi totius corporis, vel loco corporis, ſi rectè memini: an tu impoſtor recordaris? eheu.

Vlterior de ſpongia.

Contaſt. 130. & ſupra.

Quod me admoneas ſpongiam vnica ſubſtãtia cõſtare, noſtra verò corpora pluribus eſſentialiter & ſpecie diuerſis, ligamẽto, oſſe, cartilagine vena, &c. Similiter videam, quod neſcius ſcilicet, ſpongiæ aquam noſtrorum corporũ alimẽto adamuſſim non reſpondere, quas debeo tibi & conſulentibus gratias ago: dummodo interim noſtra rationi cõſentanea inuẽta bene valeant, & tuæ hæ ſubtilitates ab omnibus notentur, tuo cum garritu & ſi placet cacchinno veſtra pace dixerim.

In tertio tuæ poſitionis pronunciato aſſignabas modum iuxta quem ſemen à partibus ſpermaticis ad teſtes, & ad vaſa ſeminalia in coitu tendit, & illinc ad vterum. Cõſtituis enim ſpermaticas à ſe portiones ſemineas expellere, vt ob id cõcuſſio corporis totius in coitu fiat, eaſque

Conſtit. Taſſ. 132.

ſpiritibus à teſtibus ad ſpermaticas demandatis committi, atque ſic ducentibus ſpiritibus ad teſtes & vaſa ſeminalia tendere. Inſpiciamus ergo an in hoc chimericorum dictorum minor numerus, quam in ſuperiori pronunciato, contineatur.

Ego equidem credidi, quòd dum fibræ e.g. neruceæ muſculorum ſemineas portiones à ſe expellerent & ſpiritibus committerẽt, eas in poros cœcos carnium muſculorum expellerent, & ſpiritus eas exciperent, & ſecum per cœcos meatus totius carnoſi muſculorum generis & aliarum partium traherent, & ideo quærebam, qua virtute traherent.

Ad hoc autem credendum ratione inducebar. quia carnes muſculorum ſibi ſimile generandi deſiderio non æſtuant, vt per te æſtuant ſpermaticæ partes. cur ergo expellent impulſas in poros ſuos ſemineas portiones extra ſe in aliarum partium poros, vt ſpermaticæ ob deſiderium ſibi ſimile generãdi expellunt? neque à femineis portionibus poteſt aliqua irritatio carnoſis partibus fieri, ſeminceæ.n. portiones temperiem per te fibrarũ ſuſcẽperunt. At fibræ per carnes diſperſæ muſculorum nullam irritationem carnibus afferunt naturaliter: ſi quidem per ipſas diſtributæ ſunt. Ergo nullam ſemineæ portiones à fibris deciſæ carnibus muſculorum irritationem afferent, ob id à ſe expellantur ad alias. Relinquitur ergo vt ſpiritus eas per carnium poros attrahant, & per poros cęcos aliarum vſque ad teſtes. Iure ergo à te quæſiui, qua virtute trahant.

Pariſani Contraſt. 132
Mundino ſcabies & cicatrices refricentur.

Quæſumus vos chimerica expẽdamus veſtra, ſed abſque bile & indignatione, vt certò dedita opera videamus periculũque faciamus, vnde hæc pſorica ſcabies ſubnaſcatur laborãtibus medicinam facturi, & ſalutem quin etiam allaturi, ſaltemue animi & corporis etiam gratia vt ipſa fricetur, minimùm comiter cicatrices refricentur.

Propterea quoniam tibi aduesperaſcere animaduerto, pauliſper mane nobiſcũ obſecro Mundini in hoc profundo puteo, in quem veritatem proieciſtis, vt tuis cum conſultoribus hoſpitatus ex hoc eodem puteo Veritatis Lunam (vt prouerbio dicitur) melius & clarius vobis ſubdiu oſtendam, quàm ſuo oculari Galileus.

Ignota declarantur.

In primis ſi ſcires, quemadmodum nobiſcũ agens ſciuiſſes, & ſciuiſſes ſi Doctos conſuluiſſes, ſemineas partes muſculos ingrediẽtes, eoſdem quoque egredi. Ingredi eorumdem caput ad robur, ad ſenſum, ad motum carni participanda pulcherrimo ſapientiſſimæ Naturæ conſilio: in fine & cauda poſtmodum (quandoque in principio, ſed rarenter, quod tu neſcies, quia noſtrum inuentum probatum & vulgatũ) muſculi tendinis, quo loci membraneæ, ligamenteæ, nerueæque fibræ cum vaſculis colliguntur: quę ſi calluiſſes, inquam, nec auius, nec deuius in carneis labyrinthis irretititus in chimeras nunc verteteris.

In primis itaque ſapientis non fuit dicere, (vt fertur) credidi, ineptius quod credideras omnem præter rationem affirmare, ineptiſſimum certò aſſerere.

Ego ſemen à toto continuum cõtinuò (in egreſſu) continuas per ſemineas partes effundi docui, & tu corporis fabricam neſciens in muſculi carnes ex me effundi ſtatuis? Quomodo illinc dein à ſpiritibus ad genitalia trahantur quæritas? à me talium nugarum rationes, (ratione inquis) flagitas? quaſi ipſe haſce fatuitates dixerim probauerimque, ſicuti & ex ſemine ſpiritus in muſculorum carnes effundi conceſſerim. Proh Deûm, hominũque fidem, qua ratione moueri potuiſti? quo ſpiritu aut ductus impulſus hęc tibi de me finxiſti? Chimeras, iſtæc fateor, & elephanticas profiteor, ſed tui & tuorum a conſilijs Protectorum intellectus partus ſunt, quia conſenſus vnus, conſpiratio vna, propterea in me non cadunt, ſed merito veſtro ſuper vos & ſuper filios veſtros laus & gloria hæc immortalis.

Aduerſar. gloſſa.
Chimerica, Minerui partus.
Mund. Tallus 133.

Sed in illo tuo Pari & Saniori Iudicio me admones te intelligere, ſpiritus ſeminis eſſe duces, præcurſores, vt illud per vias, per quas tendunt, ſequatur.

Spi-

„ ſpiritus tunc ſemen ſequitur, egreſſum il-
„ lac quæritans, inquis, ſpiritus enim ceu
„ maximè ſubtiles anguſta ingrediuntur, &
„ reſerant, atque cōſequenter & ſibi & com
„ miſſo ſemini viam parant, & quam citiſ-
„ ſimè.

Hæc facili tibi captu ſunt? Mihi certè impoſſibilia. Bone Deus, ſpiritus ſubtiliſſimum corpus eſt tenuiſſimum. Spiritus ventus eſt dicebat Doctiſſimus Fernellius, impetum faciens corpus vocabat Hipp., & videmus ita eſſe. Nam in timore momento temporis ſpiritus ad intima corporis confugere, & rigidos omnes artus relinquere obſeruamus, in voluptate verò & gaudio ad exteras partes extemplò moueri, & per vias, per quas permeant ſpiritus, permeabit ſemen verum, quod docente Ariſtotele, & experientia craſſum, ſpiſſum, grandinoſum, globulentum eſt? ſpiritus quantumlibet meatus reſerent, quum ſint corpus ſubtiliſſimum aereum facillimèque per omnia foramina pertranſiens, ita eos reſerare, vt ſemen fœcundum corpus, vt dictum eſt craſſum, ſpiſſum, grandinoſum, globulentum illac tranſire poſſit, quis mente aſſequi valet?

Pariſani Contraſt. 133. Admonita & notata. Eo loci non ſolùm admonui, ſed falſitatis quoque te redargui, quod fallacijs mea verba vitiando volueris me ſcripſiſſe ſpiritus ſemen trahere, vt inde iocareris, & tuis nenijs ingenij acumen doloſè oſtentares: quum è conuerſo clarè dixerim ſpiritus ſemini vt duces præire; vt inibi pœnas dediſti, atque iam iam ſimiliter denuò ratum feci.

Teſtium ſpiritus nō perinde ac vitales veloces. Spiritus vitales temporis puncto (vt ita dicam) ire, redireque vt proceres aſſeruere non diffiteor: ſed non ocyſsimè teſtium ſpiritus: tum quia non ita ſubtiles & calidi, tum quia non per latiores meatus, arterias. ſ. tranſeunt: tumque à fortiori & calidiſsimo fonte eiuſdemque validiſsimis expultrice attractriceque facultatibus illi mouentur: tum demum, quia non ſunt in continuo & perpetuo motu, vt vitales ſemper fluctes & refluentes. Hoſce ſemineos Antiquitas non nouit, nos in teſtium hiſtoria oſtendimus, propterea vt in hoc tu falſus, ita conſequenter deficiens meritò tuum iudicium eſt, quia nec authòritas, nec exemplum ad rem ſunt rectè ſubducenti.

Semen tuum craſſum, ſpiſſum, grandinoſum, globulentum, quod me (ſupra) conniuentibus oculis aſpexiſſe aſſeruiſti, (tu ſanè cæcutiens, quia ipſe etiam inſpexi) hîc & vbique paſsim obiicis, & tamquam ex altiſsima ſpecula ac Ariſtotelicæ authoritatis arce clamitas vociferas ad aſtra vſque: ſed latratus ad Lunam ſemper. quia ex alta hac authoritate & experientia obtusè ſpecularis ſpeculator maximè, quoniam obtuſa tuorum oculorum acies rationis conſpicillis eget, quibus abſque tecum iuxta nemo mente aſſequetur tua doctrina imbuti, & protectores pariant.

Mūdiniani nō capiunt. Quod aliqui noſtra ſubtilia (ſi verum aliàs dixiſti) non capiant, admiratione parum afficior, quia vt non ex omni ligno (veteri prouerbio) Mercurius fingitur: ita profectò non cuiuſuis eſt intima philoſophiæ adyta penetrare, vti in præfatione ex Charmenide Plato. At quod ardeolus hæc non penetres, quammaximè miror.

Nō animaduertis tu inquam, & Conſultores veſtro perſpicaciori ingenij acumine apti nati ad chimeras vndique colligendas, propria oculorum acie, additis ſaltem conſpecillis non videtis in cirſoidibus paraſtatis contentum tenuius ſemen? in teſtium corpore & vacuis tenue necnon in glandoſis proſtatis? ego centies vidi, vos doctiſsimi nunquam? nunquam audiuiſtis, legiſtiſue?

Cur mulierum tenue minimè ſpiſſum, haud craſſum, grandinoſum, globulentum, nunquam, ac vt marium ſicuti Ariſt. Gal. & res ipſa loquitur? an vobis propterea ſemper infœcundum? an à vobis deſciſcetis vobiſque ipſis contrariamini? An præter teſtium calorem non ita vegetum (velitis nolitiſue) proſtatis adenoſis corporibus vbi marium ſemen recipitur moratur, cōcoquitur incraſſatur, &c. mulieres deſtituuntur? hoc intellige ſecundum multos anatomicos, reuera habent *Mulierū proſtata. Seminis craſſities vnde.*

mulieres vt ſupra diximus, ſed vix apparentia,& proinde parum iuuantia. Experientia communi omnium conſenſu patet,quòd adenoidum proſtatum primo & ſecundo euacuato ſemine, prima ſcilicet & ſecunda peracta eiaculatione (ad plures.n.continent) & euacuato paruo temporis interuallo, quod tertia quartaque eiaculatione excernitur tenue,quod dein ſequitur aquoſum viſitur. Hæc neſcitis vos? vos qui vbique paſsim ex Ariſtotele obijcitis,ſpiſſum,craſſum,grandinoſum, globulentum, & quod etiam non poſsit diuidi, an quia lapideum? Hæc non intelligitis? hæc mente aſſequi non valetis! proh Deus, ſicuti nec ex roris materia neutiquam grando! Hæc de vobis vt credam induci nullo modo poſsum. Contra verò niſi hoc, vnde veſtra conſilia, magni apparatus,conſenſus, conſpiratio, conatus vna cum tot latratibus in nos, in noſtra? taceo Virtutis amore, & tuos appello Clariſsimos Iudices.

Iſ. ſta & aqua Pariſani lamētatio.

Appellat.

Sed tu hunc trāſitum probabilem reddis,quia pus in cauitate thoracis contentum pertuſsim expuitur. ais.

Mundini Tact. 134.

» Non ne per cœcos membranæ pulmo-
» nes ambientis meatus tranſit? non ne per
» aluum, atque vtinam ignorato per calles
» Antiquis, & etiam Galeno (ſi noſti) ana-
» tomicorum Principe vadit?

Heus Vir ſubtilis. Quis eſt modus, ſecūdum quem pus ex cauitate thoracis per membranam pulmones ambientem in pulmones ipſos tranſumitur? Galenus 5. de locis affec.3. docet numeroſiſſima extrema ora aſperæ arteriæ in membrana pulmones ambiente adeſſe, & quia chartilaginoſa ſunt hiantia, & patentia ſemper ſeruari. Thoracem, dum in expitatione conſtringitur, exprimere in illa ora humores in cauitate illius contentos, & ſic per partem poſt partem expelli, vt tandem expuantur, quemadmodum diſcere ibi poteris, quamuis te Hypergalenum facias: putis è cauitate thoracis in aſperæ arteriæ ora tranſumptionem conferamus cum tranſitu tui ſeminis à ſpermaticis ad teſtes, & ſeminalia vaſa. Cœci meatus corporis totius ſunt ne cartilaginoſi,vt aſperæ arteriæ extrema? Oh reſerantur illi à ſpiritibus ductoribus, iam hanc fictitiam reſerationem reprobaui. Et putas forſam adeò reſerari,vt hiantes,veluti extrema ora aſperæ arteriæ,ſiant? An ſi ſemen globulentum &c. per meatus aliquos tranſire debet, illos minus patentes eſſe conuenit, quam ſi pus per ipſos tranſite opus eſſet? Thorax etiam in expiratione euidētem motum conſtrictionis facit & ideo facilè humores in cauitate contentos in aſperæ arteriæ extrema ora expellere poteſt. Quis eſt quæſo, qui inter coeundum euidentes hos conſtrictionis vel concuſſionis membrorum motus obſeruault? quas horripilationes, vulgo dictas grizzoli in coitu à coeuntibus perſentiri fingis. Mirus eſt Pariſanus etiam in coitu, cui datum eſt hæc obſeruare poſſe, aut potuiſſe. Quòd verò calles per quos pus per vrinā & aluū expurgetur, Galenus ignorauerit, nemo qui eum 6. de locis affectis 4. legerit affirmare poteſt. Quo circa exemplum puris tibi nullo modo inſeruit.

Simulatque hanc tuam de numeroſiſſimis cartilagineis membranæ pulmones ambientis oribus ex Galeni mente ſententiam perlegi obſtupeſcens obmutui: quoniam altera ex parte te tuoſque conſultores de induſtria hęc ſcribentes & ſubſcribentes plurimi faciens: ex altera verò à me ipſo hiſtoriam certò ſciente deſciſcere non potis, valde anceps, aqua mihi hæſir, ignorans, num hanc barditatem Eraſiſtrato inibi tribuerem, an veſtram ſcripturam falſitate notarem. Maximum errorem Eraſiſtrato imponere haud auſus, nedum Galeno anatomico peritiſſimo, aduolans Galeni caput illud adiui & legi: Immo impatiens voraui, ac nullis raptim inuentis, irerum diligentius perlegi, vt te fideliorem inuenerim neminem: quando nec Eraſiſtratus quidem hæcce tua ſomniauit, tantum abeſt Galenus: proinde certum habui te tuis cum Cōſultoribus conſultò talia ex Galeni mēte finxiſſe, & ſcripſiſſe pulmonē ambientis membranæ ora cartilaginea eſſe omnem mihi fidem derogaturum, quum ipſe ibidem certò conſultòque ſtatuat pulmonum ambientem mem-

Pariſani Comact. 134.

Barditas cui tribuenda.

Subdolè pſia.

membranam eiuſdem eſſe naturæ, ac coſtas ſubcingẽs, vt ſenſus docet. Quid quòd Mundini, voſque eiuſdem Iudices præſtantiſſimi? bene olent iſtæc, necne? Monſtra iſtæc nos aduerſos nutritis? An neſciebatis veſtro cum ſubtili Viro, veſtro cum Hypergaleno vobis negotium eſſe, & conſequenter hæc diſcutienda fore? & ſub cribrum non caſura? An neſcis quum primum ad Galeni aures id peruenerit illico ac è veſtigio diem tibi dicet, atque in ius te vocabit: necnon Galenei de deprauata ſcriptura vos accuſabunt? Veniam date, quòd imminentium vobis conſulam.

Honeſta lamẽtatio.

Mũdino & ſequacibus imminẽs periculũ.

Totum animalis corpus maximè peruium ſubtiliſſimis ductibus noſtris ſenſibus ignotis, & magnis quin etiam vijs nobis incognitis ſapientiſſimæ Naturæ vt fabricatrici, ſic etiam gubernatrici per quam notiſſimis: cuius ſapientiam, vires, & vias admirari poſſumus, intelligere neutiquam, & menſurare poſſe velleue inſipientis eſſet, vt aliàs de Acaro animalium minimo arenæ granulum non excedenti diximus: iiſdem tamen numero membris prædito ac Elephantus fore, quod ſenſus ſentire nequit, vix ratio, qua tamen ſi vti velimus, nobis quoque, partim ſaltem innoteſcet. Audi Hypergaleni tui duo exempla, & Hippocratis Galenique ex authoritate ſententiam, & quadrabunt quadratis hominibus, & rotundis quoque forſam.

Hypergalenus docet.

Claris exemplis.

Alterum exemplum eſto, oſtendens viuo in animali vias magnas, & patentes, in mortuo adeò concidere, claudique, vt diſpareant, vtque ſi ſenſui aſſentiaris eas certò neges.

Alterũ de magnis vaſis exemplum.

Viæ patentes & magnæ ab ore ad cor ipſum adſunt, quia inſpiratio (non loquimur nunc de materia permeante craſſa, tenuiue, ſed de viarum latitudine & promptitudine) temporis momento fit, vt vnuſquiſque in ſeſe experitur, & inſpiratio cordis gratia fit. hæc in viuo. Experire modò nobiſcum in mortuo. Inſufla in mortui animalis tracheam, pulmones, non tranſit aer ad cor. Seca vlteriùs cor, diuide à venali arteria & inſufla, nec tranſitum, nec exitum eas per vias obſeruabis, & tamen certum eſt magnas inibi extare. Modò de minimis nobis ductibus alterum occurrat exemplũ.

Alterũ minimis de vijs exẽplũ.

Deglutit homo vir acum aciculam (vulgo da pomolo) quæ tandem veſicam vrinariam perijt, cuique appoſita agglutinata pituitæ copia exſiccata ac in lapideam ſubſtantiam verſa, poſtremò ſæua ob ſymptomata exciſo à perito veſicæ collo, eductus eſt lapis, in coque, dedita opera fracto, inuentus eſt deglutita acicula. Hanc hiſtoriam confirmabit tibi Medicus Io. Moratinus, qui curationi interfuit, acumque præterea lapidi infixum oſtendet.

Ad rem noſtram ſubtilius inquirentes, ſi fractus piper communi medicorum cõſenſu ad hepar vaſorum ob anguſtiam non tranſit, quo modo aciculæ craſſius caput eo peruenit? quomodo per maximè obliquum (nota) inteſtinorum & meſenterij venulæ ductum obliquum inquam, lõgus & rectus acus rectà permeauit? pertranſiuit nihilominus. A vena Portæ in cauam ſanguinem reſudare voluerunt antiqui, quia angiportus non peruij, & foramina non adſint (nos manifeſta & patientia obſeruauimus, oſtendimuſque) & acus longus, rectus capiteque craſſus permeauit. In rene anguſta per loca, paruas, per cauitates, minimos per ciſternularum ductus & foramina vreteris membrana induta, quo modo longus, rectus, craſſus penetrauit? quo Naturæ placuit. Non quia calles nos ignoramus, eos inficiari debemus. Sat eſt in veſicam perueniſſe abſque læſione, ſine dolore, quia viæ latæ ſunt. At quod magna nos admiratione afficit, quodque à præclariſſimis & acutiſſimi ingenij vitis doceri cupimus eſt, Cur, & quo modo acus à iocinore venam cauam ingreſſus in eius vacuo, inque ſanguine natans deſcendens emulgentem venam ingreſſus fuerit, & non potius deorſum in imam venæ cauæ partem præcipitauerit? An quia homo ille forte fortuna in aciculæ tunc temporis deſcenſu & caſu in latus illud iacens decubuerit?

Quomodo acus in emulgentem venã ſe receperit.

Galeni exemplũ pulcherrimum. Galeni ex Hippocrate exemplum eſt pulcherrimum & ad rem quam maximè, de collectæ pituitæ inter ſepti carneam partem & peritonæum iuxta Marini ſententiam: aut in ſpatio infra ſeptum & peritoneum ex Hippocrate communem ſecundum opinionem, tranſitu ad renes à quo ſpatio & loco nulla ad renes via eſt homini iam nunc nota; At Naturæ non deſunt, quia cuius creare vel procreare intereſt, eiuſdem præuidere, & prouidere refert.

Aliud Galeni perpulchrum. Tu qui Galeneus tibi videris & maximus, animaduertere num tu Galeno conuenias, an potius deſtruas. Hæc ſequentia eius ex Hipp. verba ſunt, 7. aphor. 54. 55. alijs.

Conſiderare oportet, an poſsibile ſit, quod Hippocrates dicit, cum ſciamus quod viam ſemper materiebus inuenire naturam Hippocrates opinatur, quando valida fuerit: etiamſi quàm maximè ſint craſſa (nota Galeniſta doctiſsime) & per anguſta foramina debeant permeare, quando & in oſsibus fiant, inquit, abſceſſus. Videmus autem & humorem illum, qui eſt inter thoracem atque pulmonem in ſuppuratis eſpui cum tuſsi: nonnunquam vero & per cutim ſanam exiſtentem excidere ſanguinem in oſsibus, quæ fracta occaluerunt.

An (ad rem) vſquam & vnquam de cartilaginoſis meatibus ad hæc in toto corpore opus eſſe, vti à te mentio fit? Hic Galeno credendum fuit, quia (vt ipſe alibi de Hipp. & Plat.) cum ratione ſenſu, & præterea authoritate loquitur, quod tibi non probatur, quoniam tecum non facit, ſed bene quod iſdem infra abſque ſenſu & ratione, imo præter rationem, proinde tu probas, quia authoritate fictus vlterius non piſcaris, quia à tuis bonis Conſiliarijs impulſoribus blandiri & adulari prægeſtis. *Mũdinos.*

Viæ manifeſtæ. Viæ, meatus, pori, quibus totum corpus refertum eſt bene valẽtes nunquam clauduntur, & niſi excrementis obſtruãtur, quia conſultò facti ſunt, reſerantur, & dilatantur, prout opus eſt à ſpiritibus, à ſemine, à craſſis excrementis. quid tũ? miraris tu? admirare & obſtupeſce quia non capies vnquam, quòd vteri internum & proprium os quandoque Naturæ conſilio ſpecilli acumen non admittat, nedũ digitum: interdum & digitum & hominis manum & brachium, atque infantis egredientis caput & humeros, quid admirator maxime? *Mũdinos andacẽam cohibent.*

In coitu totius corporis delectationem & motus quorum Hippocrates meminit, & Galenus veluti conuulſiuos nominat, vt fuſius alibi diximus, quoſque Fernellius recipit, puto ſenſatos homines omnes ex coitu experiri, niſi ex maximè frigidis & maleficiatis (legum peritis) ſint.

Horripilationes perſentiri me fingere, horrores dicere, aſſerere audeas & aſſeras miror Hercule: quando non tam habetis ingenij ſim, vt id ineptiarum proferam; ſed dixi ſcorta ſciſcitatus, mihi non ſemel reſpondiſſe (teſtor Deum.) vt incredulus pio homini ſic credere cogaris ex coitu ſe in corpore perſentire motus quoſdam in ſeminis eiaculatione & ante, veluti (Veneto vocabulo) grizzolos. Et tu hanc vocem à meretricum ore admiratis, & eo commento vteris? An voluiſti eas proprio vocabulo, quo nec Galenus vtitur, nec tu vteris, nec ſcis, huiuſmodi motum declaraſſe? apageſis & ſubtiliùs à natura rei philoſophare, & craſſa miſſa admiratione, miſſis nugis, verborum corticibus, nec non authoritatibus rationi & ſenſui aſſentire, & ſubſcribe.

Vidi Galenum eo loci 6. de loc. aff. 4. & affirmare poſſum id præter rationem, Naturæ inſtitutũ, ac ſapientiam, dictum & ſanctum fuiſſe, Galeni manium & tua pace dixerim, quemadmodum vlteriùs in tuam ſententiam, ratione vtentem & fabricam calentem certò affirmem venturum eſſe neminem. Hæc inibi Galenus habet.

Nos verò pulmonis vomicam per vrinam, thoracis autem per inteſtina & aluum, expurgari vidimus, intelligentes, quòd læuis arteria pulmonis, quantum puris ex crupta vomica ſuſcipit, id in ſiniſtrũ cordis ſinum deferre poteſt, quod inde

„ inde in magnam ipſius arteriam incidens „ per renes tranſit in veſica.

Partis referitur gratia. Heus Vir bone bone & ſubtilis, vt mutuam tibi gratiam referam. Vt ſupra ex Hippocrate Galenus optimè ratiocinatus, Naturam facilè vias vel anguſtas matericbus etiam craſſis parare ait. Hîc perperam Naturæ ſapientia & prouidētia obliuiſcitur. Ita tu & longè deterius Galeno & rationi, Naturæ & tibi deſtruēs vtrobique pedem offendis tuum: ſupra prudenter à Galeno aſſertum non admittens, hîc & nunc præpoſterè probatum probas.

Quod arteria venoſa quæ purum aerē ad cor, à corde ad pulmones ſpiritus tranſuehit, pus quandoque & diu plena contineat & in ſiniſtrum cordis ventriculum in regium Vitæ cubiculum, (præterquam quod qua via, & quo loci effluat & egrediatur non oſtenditur) in regiam menſam putrida & lætalia excrementa ſpretis adhæc cuniculis conſultò factis affluenter deferat, non eſt philoſophi aſſerere; (parcant Galeni, Hollerij, & Laurentij manes) ſed bene ſapientis & optimè ratiocinantis Naturam ſuorum operum haud obliram à turpi calumnia vendicando ſecus aſſeuerare, pus in pulmonibus collectum arterioſa vena non pulſante in pulmonibus diſſeminata exceptū in dextrum cordis ventriculum trahicere, inde ex caua vena in ramum agygos vehere, atque illinc in eiuſdem ſui ſine pari non paruum ramulum emulgenti additū in ſiniſtrum renem dedita opera, ad deponenda excrementa, ſerum, & huiuſmodi colluuiem euomenda fabricatum.

Vnde rectè Vſuperiti in tali affectu è ſaphena, & vena poplitis ſanguinem mittunt.

Si Hypergaleno credendum. Et ita ſapientiſſimæ Naturę œconomiæ merito ſuo in animalis fabricæ conſtitutione & conſeruatione, non contra, deſtructione, conſultum erit, vt vel maximè cæcutientibus innoteſcet: quoniam quum communi omnium conſenſu vita à vitali ſpiritu, & atterioſo ſanguine ſit, qui in ſiniſtro cordis ventriculo perficitur, ſi pus, putridum corpus, copioſum pus in illum immittas, nedum diu ſi permittatis optimi œconomi ſed illico & immediatè animal necabitis, ne dum diutina mora, & peſſimè de Naturæ ſapientia merentes animalis & hominis (Deus Optimus Maximus auertat) diligentiſſimi iugulatores, non medici eritis, ſi Hypergaleno tuo credendum eſt. *Hypergaleno credendum.*

Quo modo ex tricuſpidum impedimento traſeat in cauā, ex modo, quo ab Aorta in cor ſanguis tranſeat diſces in tractatu de ſplene, & infra contra Harueum.

Aliud exemplum attuliſti de excrementis in gallicis gummatibus contentis, quæ ex hydrargiri inunctione expuuntur. Dixi ego neque hoc eſſe ſimile, nam excrementa illa expuuntur, quia in vapores primò ab hydrangito conuertuntur, vnde aſcendunt ad caput perueniunt per cæcos meatus, inibi craſceſcunt, graues fiunt ad os deſcendunt & expuuntur. At ſemen verum eſt ſpiſſum, craſſum, grandinoſum, globulentum non poteſt permeare per cęcos meatus per quos ſpiritus, & vapores eleuati ab excrementis craſſis in gummatibus contentis permeant. Vnde exemplum ab excrementis gummatum, gallicorum nil ad probationem tuæ poſitionis de ſeminis per cęcos meatus corporis tranſitu facit. *Mund. Tallus 135.*

Tergiuerſans tamen & dicis. Ergo per te excrementa & incocta tenuiora elaboratiſſimo ſemine erunt? Nolo aliam hic quæſtionem ingredi. Non diſcedens à meo propoſito reſpondeo. Excrementa quatenus conuerſa in vapores vt contingit de gummatum excrementis eſſe ſemine tenuiora, quatenus in vapores conuerſa cœcos meatus tranare. Tuum ſemen non poſſe, quia craſſum, ſpiſſum, grandinoſum, globulentum eſt. An forſam ſemen fœcundum eſt tenuius vaporoſo excremento? An & ipſum conuertitur in corpus vaporoſum, dum à ſpermaticis expulſum per cęcos meatus penetrat, & ſpiritus duces ſequitur? Si ergo tuum ſemen ſpiritus duces ſuos ſequitur, oportet, quòd eadem velocitate moueatur. At non eadem velocitate mouebitur, niſi ſubtile, aereum proinde valde ad motum aptum reddi-

redditum ſit, quod equidem vel ex te præter dicta eſt res digna cacchinno.

Pariſani Contaſt. 135. Si à natura rei philoſophatus fuiſſes, & quæ ſupra, calluiſſes, ſciuiſſes Mundini animatum ſemen non eſſe craſſum, ſpiſſum, grandinoſum, globulentum, quicquid Ariſtoteles dicat: quando huiuſmodi qualitates ex lõga mora in genitalium penu alimentoſum ſemen apiſcatur ſenſu & ratione teſtibus, vt declaratum eſt: ſed tenue aptum ſcilicet ſpermaticorum alimentum, & conſequenter non ineptum ad motum, & illi eidem vias patere, & deinceps fuſione non egere, & conſequenter ſpiritus ſemineos ſibi affines & conſemineos ſequi poſſe. *Inſcitia omnium erratoris cauſa.*

Si ſciuiſſes ſpiritus non eſſe aëreos, hoſce potiſſimum ſemineos (quemadmodum nec ceteros, vt proprio in tractatu docuimus) & proinde nec celerrimè ad fontem teſtes verſus aduolare, ſicuti ad cor vitales ſubtiliores, cum nimiam ob caliditatem & ſiccitatem, tum propter vaſorum amplitudinem & perpetuum acceſſus & receſſus motum, ac vi vacui. Si ſciuiſſes hoſce ſemineos ſpiritus non ocyſſimè, ſed lentè ſeminis gradu genitales fontes ex coitu petere, quòd adoleſcentuli ſemen nondum effundentes, ex ſpirituum tantummodo (vt fertur) titillatione affecti te ſeniorem docuiſſent. Si hæc ſciuiſſes inquam, non ita nouiter cacchinnatus fuiſſes: ſed vidiſſetis vnde cacchinni occaſio, quam ob rem, & quorſum.

Mund. Tattus 136. Quòd verò excrementa, & inconcocta inueniantur, quæ coctis, & poſtrema ſpermaticarum humiditate, quæ eſt tuum ſemen, tenuiora ſint, quis diffitebitur? An omnia excrementa & incocta ſunt craſſa, & non inueniuntur excrementa & in cocta, tenuia, ſeroſa, aquoſa? Dicis humor bilioſus, pituitoſus, melancholicus, atrabilariſque per cæcos meatus à catarctico attrahitur, à natura in criſibus per eoſdem expellitur, & hi humores ſunt elaborato ſemine craſſiores.

Multa hic eſſent dicenda, ſed oſtendo tibi neque hoc aliud exemplum quicquã per te faciet.

Primo pharmacum purgans facultate tractrice hoc peragit coadiuuante etiam membrorum expultrice. Dum tuum ſemen fibris. e. g. per muſculos diſperſis à proprijs poris expellitur, quod nam eſt ſubinde ipſum trahens? Ecce quòd exemplum non quadrat. humores à medicamento trahuntur, tuum ſemen minimè trahitur.

Quare ad rem non faciunt auctoritates Galeni ſtatuentis à toto corpore per venas meſeraicas ad ventriculum purgãs humores trahere.

Neque eſt ad rem de euacuat. factis à natura in criſibus. illa enim in criſibus expellit ſemper vſque ad exitus locum, tuum ſemen expellitur e. g à fibris per muſculos diſperſis, ſubinde poſtea à quibus expellitur? à carnibus muſculorum? quod nam erit ſubinde expellens? Ergo à ſe mouebitur non ab alio per cæcos ductus, ſequitur ſpiritus ſuos duces mobiliſſimos velociſſimos per eaſdẽ vias, & velociſſimè, & hoc nota, mouebitur, & ſub forma ſeminis remanebit. i. ſpiſſum, craſſum, grandinoſum globulentum exiſtens. Quis poteſt capere capiat.

Dices quadrat exemplum naturæ & medicamenti purgantis, quia & illa, & illud per cæcos ductus humores euacuãt. Non ſufficit, quia adeſt in purgationibus & in criſibus trahens, & pellens. nil eſt quod tuum ſemen per cæcos meatus trahat, aut pellat. Deinde humores bilioſi, pituitoſi, melancolici quo modo in criſibus à natura à toto euacuantur? ſunt ne prius victi domiti à natura? ergo fluxiles redditi & meo iudicio, & abſque rubore, quatenus tales, & quatenus à natura euacuantur tenuiores fœcundo ſemine ſpiſſo grandinoſo, globulento. Si ſtarent ſub forma globulorum granorum grandinis, vt ſemen fœcundum, credis ne quòd à toto per cæcos meatus à purgante attraherentur.

En ecce bonæ Mundini, ex hydrargiri inunctione craſſa ex lue gallica gũmatum excrementa per os, per aluum euacuantur: ex per os adhibitis purgantibus medicamentis ſiue tempori, ſiue inopportunè & empirice à toto tenuia, craſſa, & cruda *Pariſani Contaſt. 136.*

da quin etiam excrementa euacuantur: ergo ad ſunt pori (quod quærimus) meatus, viæ & tractrici, & expultrici apertæ. Natura abſque medicamenti tractione criticè à toto concocta excrementa excernit: ſymptomaticè etiam craſſa & cruda animato à toto ſemine craſſiora: ergo per vias notas & latas, vt manifeſtiſſimè ratione & experientia patet. Cur non eadem expultrice à toto ſemen vt etiam ſpiritus conceditis? cur non eadem ſicuti à teſtibus & iuuantibus in vterum lõgiùs, copioſius ac craſſius valido impetu impelli conſtat? Spiritus ſemineos non aduolare, ſed ſeminis motu moueri ratione & ſenſu à pueris edoctus es. Semen in carnes minimè effundi, à carnibus nequaquam excerni (ex ignorata fabricæ aſſeuerabas) didiciſti. Semen à toto haud quaquam ſub globulorum, granorum grandinis forma (cacchinno ſanè dignũ probatum aliquis diceret) prolabens eſſe ratio & ſenſus docent. Quid modò tibi faciam meridiana hæc luce clariora capere niſi vales? cõſpecilla mutuare queo ſenſus organa tibi præſtare minimè poſſum, & qui quod potuit fecit, legem adimpleuit.

Inſ. caſſū omnia.

Mund. Tactus 137.

Vlterius obijciebam. Si ſpiritus à teſtibus geniti ſunt ductores præcurſores ſeminearum portionum, his vias parant, & affectis libidine teſtibus à cunctis partibus corporis in proprium fontem & principium præcipitant, ſicut affecto cerebro & corde vitales & animales in propria principia irruunt, portiones ſemineæ abſque dubio à cunctis partibus eò tendunt, quo ſui ductores. in teſtes ergo tendent. Ergo ſemineæ portiones à canale penis, à veſicæ collo decidentes ad teſtes tendent, illinc iterum ad virgæ canalem dum ſemen eiaculatur. Nonne hoc iter eſt ſypcrfluum, non ne fruſtra tendent ad teſtes, cum in canale penis ſint, per quem ſemen emittitur, & ideo in loco aptiſſimo vt cum reliquis ſemineis portionibus eiaculetur.

Pariſani Contact. 137.

De minimis, vt aiunt, non curat Prætor. fallit hic prouerbium quando haud exiliter ad calculos per quam minima renocetis, & minimis etiam de nugis delectamini, & fruſtra nec rectè quod grauiſſimum, quodque literatorum hominũ mihi non videtur, potiſſimum, quia expultricis muneris id eſt, quæ vt in proxima tranſmiſſura, vt nec imprudens agit, ita nec ducibus egebit, ſi vobis placebit. ſequere & tuo periculo ſapias.

Miſerũ perfugium.

Mundinj Tact. 138.

Reſpondes ,, ſemen à toto eiaculationis tempore emitti, & ducentibus ſpiritibus in teſtes proprium fontem ex libidine æſtuantem ruentibus à natura committi. Sed vt vnda vnda pellitur ſpiritus à ruentibus ſpiritibus ac ſemine impetu impellentibus recta impulſos deferens vas ingredi in canale, deinde ac vterum ſimul propelli; & concludis. quocirca ſeminis iter eſt virgæ & balani canale verſus. quod virgæ proximum & teſtium, veſicæ vicinum eſt, &c. in virgã ſeſe recipit, quod verò remotum eſt vaſa illa petit.

Sed contra ſpiritus vitales & animales in proprios fontes, in cor, in cerebrũ tendunt corde & cerebro affectis. Si ergo per te ſpiritus teſtium tendunt in teſtes proprium eorum fontem ipſis affectis ex libidine, vt vitales & animales in proprios eorum fontes tendunt. Hi ingrediuntur cor & cerebrum, & ſpiritus ergo teſtium teſtes ipſos ingredientur. ergo & ſemineæ portiones, quæ ſequuntur ſpiritus quo tendunt teſtes ingredientur.

Secundo vaſa deferentia habent ora in teſtibus per quæ ſemen ab illis exugunt. An hæ viæ ſpiritibus non ſunt ita patentes, ita toto ſemini à toto decidenti vt cęteri corporis meatus? Cur ergo ſpiritus teſtes non ingrediantur, & per illa ora in deferentia? & ſpiritus ductores ſemen tuum illac non ſequitur?

Tertio vnda vndam impellit, dum vndæ à propria grauitate ad ima feruntur, at ſpiritus, vt dixi Thomam fienum doctiſſime demonſtrare à facultatibus naturalibus partium mouenrur, non à proprijs qualitatibus, formiſue. itidem & ſemen.

Pariſani Contact. 138.

An neſcitis viri acutiſſimi teſtes vepote officialia mẽbra alimentali ſemine ple-

na eſſe, & proinde nec ſpirituum portionem recipere poſſe, nedum totos ſpiritus, tantum abeſt totum à toto ſemen? Miſſo quòd non bene ſtatuatis deferentia vaſa ſemen à teſtibus genitum exſugere quando ab illis officialibus ſuperfluum exploſum deferre ſit, & niſi minimum ſui nutriendi gratia aſſumere, quum inferna proſtata ſemper affluant. Bone Deus ſi ſpiritus & ſemen à toto copioſè fluunt & ruunt, vt quid vultis magnis latis apertis conſultò vijs ſpretis & relictis, anguſta, obliqua antra ingredi, præterquàm quòd dictas ob cauſas nequeunt. An Naturæ ſapientiæ id conducit? an veſtræ rationi & prudentiæ quadrat? quæſumus ſubtiliſſimi docete nos.

Pulcherrima Aderſ ſubterfugia & notanda.

Vndæ exemplum obiter allatum eſt; quando expultrici acceptum munus retulerimus. Confert nihilominus ſubſequentis impulſio, quoadmodum in eodem coitus motu intentionis, & conuulſionis inſtar, de ſpiritibus Galenus dicebat; vtique in aquatū arte aſcēſu ſurſū verſus & quoque verſum ex ſubſequētibus impulſibus experimur, vobis ſi ſic probatur peritis.

14 de V. p. 10. 16. & 1. de ſem. c. vlt.

Quarto quænam, ratio poteſt excogitare; ob quam ſemineæ portiones remotarum partium ſpiritus ductores ruentes ad præparantia & deferentia ſequantur. Semineæ verò portiones virgæ canalis, partis veſicæ canali proximæ ſuis locis maneant, & ductores ſpiritus in his partibus reſidētes ad fontem ipſorum accenſa libidine tendentes non ſequantur? Etſi ad fontem tendentes hos ſequuntur, ad quid? vt iterum in eiaculatione ad canalem virgę tendant, & remeent. Chimerizzandi hic me iudice latum habes campū.

Mundini Tact. 139.

Chimerizzandi tibi in nos latiorem cāpum nimis ſuperque, quàm par fuerit tibi ſumpſiſti, vt hactenus periculum feciſti, & infra, ac in poſterum tuo periculo diſces. Quam ob rem quærat aliquis? Sæpius dixi, quia auius & deuius, quia ſic tuis à cōſilijs placuit; quia forraſſe ita conducere crediderint; forſitan quia tibi blandiri & adulari voluerint.

Pariſani Contati. 139.

Cur { Auius et deuius. — Craſſa Minerua exter.

O quam mirum quòd hanc aduerſus noſtram ſubtilem ſententiam ita craſſa Minerua procedatis, & adeò craſſis & fallacibus ſimul mentis conſpecillis vtamini, vt imaginationis tāquam impuri medij deprauatione captos à vobis, à vobiſque metipſis continuò obiectos cancros, chimeras noſtras iudicetis & velitis.

Quum Naturæ finis ſuum opus ſeruandi cauſa ſit prolem animatum ſemen in proprium locum in matricem alendum, augendum, perficiendum transportare, cuius gratia teſtes libidine æſtuantes (& hinc totius corporis pariter ſpermaticæ partes) feminceos ſpiritus ad ſe ſe à toto reuocant: quorum motu & ſimul libidinis æſtu & præcipuo naturæ fine ſeminearum expultrix mouetur, & ipſa dato eorum ſigno ad ſoluendum cenſum detrudendumque in vterum dictum requiſitum ſemen ſuos per ductus in amplum genitalis membri commune canale conſultò factum, per quod vi & impetu iuuantibus ſpiritibus extra corpus & longius in vterum eiaculetur: ita vt quemadmodum ſpiritus teſtes proprium fontem petunt, quos propterea ſemen remotum, quia ad canale, & conſequenter teſtes verſus vergunt, ſequitur, per accidēs tamen, per ſe canale verſus in vterum & tendunt & pergunt. Propinquum & proximum canali ſemen nec ex accidenti teſtes verſus pergit, ſed expultricis dumtaxat vi breuiori & rectiori ſemita canale ingreditur, vt mihi ſpeculandum, tibi chimerizzandum neutiquam ſit, niſi dormiens ſomnies.

Obruſtitas tollitur.

Semita oſtenditur.

Stolonibus quoque ſemen comparabas, dum partibus coniunctum eſt. Dicebam ego hi dum ſeparantur ab arboribus non viuunt eadem anima numero cū arboribus, ſed diuerſa, & tot ſunt animæ quot ſeparati ab arboribus ſtolones, ergo & deciſis ſemineis portionibus à quacunque parentum ſpermatica parte plures numero in parentibus animæ erunt.

Mundini Tact. 140.

Comparatio inter ſemen & ſtolones, inquis, non eſt, quòd ſicuti ſtolones ſunt partes arborum integrantes, ita & ſemē, nam hoc reſtaurat totum, non integrat. nec eſt, quòd ſicuti in arbore plures ſunt ſtolones, & ſi ſeparantur momento plures arbo-

Digitized by Google

arbores euadant, ita contingat de ſemine. Nam ſemen eſt vnicus ſtolo in animali, & eſt totum & ſibi & toti continuũ, vt exemplo ſpongiæ declaratum eſt, ſed comparatio eſt, quia ſicuti ſtolones ſunt partes arboris, & ſeparati fiunt aliud numero totum & extant, ita eſt de ſemine.

Iam oſtendi ſemen ligamenti non eſſe continuum ſemini oſſis, idem de cartilaginis & oſſis examine, &c. Quo modo ergo ſingula oſſa ligamẽta, &c. (dato quòd ſemen illud tuum partibus ſit cõtinuum) non habebunt proprium ſtolonem? & ſic plures ſtolones in corpore animalis erunt, & in ſeparatione tot animæ fient, quot ſtolones: ſiquidem ex diuiſione materiæ, cui forma inhæret, diuerſitas numeralis oritur.

Pariſani Contact. 140.

Et ego tibi oſtendi, quòd nihil probaſti, ſed de more vt in reliquis omnibus hallucinatus ſis: id que tibi confirmaui, quòd quemadmodum totũ animalis corpus vnum eſt, quia partes ſibi inuicem continuæ (non contiguæ) ſunt, etſi diuerſi generis ſint, quia vnum cõtinuum conſtituunt, vna animantur anima. Sic & non aliter ſemen: ita, inquam, totius ſemen vnum eſt ſibi continuum, etſi diuerſum ſecundum magis & minus, prout ab oſſe, neruo, vena, arteria, &c. progignitur, quibuſque proximum eſt alimentum. Quare vt os non eſt in animali ſtolo, ſicuti e.g. nec brachium; nec crus, vt quilibet ſtolo in arbore, à qua diuiſus illico eſt planta, & tota planta; ita nec ſeminis oſſis pars, &c. totum repreſentantis, quod intus totum ſtolonem repræſentans potiſ oſſis, & huius oſſis, huius nerui, eſt ſtolo totum hoc os, ſiue partem repreſentas; ſed eſt pars & huius partis inſtaurans pars, alimentum intus. Extra exploſum, pars & huius partis cum reliquis totum integrans euadit. Et ſi extra in eiaculatione diuidatur erit pars, partoſæ erunt ſimiliter, non vt plantæ ſtolones totum ſingulæ conſtituentes; ſed hoc os (e.g.) vel huius oſſis pars, quæ partes ſimul omnes totum conſtituunt & integrant, non ſeparatim, vt plãtæ ſtolo, plãta eſt. Quare ſtolonis exemplum, quo vt ſano modo vſi ſumus ſelectum eſt: ſecus acceptum ineptum.

Elucidatur documentque.

Non vt tuum ſemen animatum in eiaculatione plures in partes diuiſum (vt guttatim genitum) plantarum ſtolonum inſtar plura animalia euadit: quod quum per te ſemper diuidatur, ſemper quoque in quolibet conceptu plures fœtus fient; quod quàm verum ſit, tuos iudices appello. Mihi nequaquam, quoniam vt animal in partes diuiſum vnum adhuc eſt animal, non plura; ita pariter ſemen, quod ſi vniatur, iterum vnum, quemadmodum & animal iterum vnum euaderet ſi partes vniri & animari poſſent ratio vt ſuadet, & ſenſus experientiaque artis exemplo patet de gallo gallinaceo, qui ex abſciſſo calcari & inciſæ criſtæ alligato atque inſito, cornu gerit hæc nõ chimeræ Mundinianæ: ſubtilia quidem, quemadmodum vera.

Appellat. Exẽplo cõfirmatur.

Sed tu hic aliud affers commentum & affirmas in ſeparatione & deciſione ſeminis à toto, ipſum totum ſibi cõtinuum eſſe, & egredi, ita vt egreſſo toto, quod à partibus remotis deuenit, tandem egrediatur ſemen, quod in partibus virgæ vicinis eſt, & vltimo loco id, quod in extremitate canalis glandis eſt. ita mihi tua difficilia verba ſonare videntur.

Mund. Tactus 141.

» Ita vt, ſcribis, totum egrediens ſemen ſibi omnino continuum, tandem vltima ſui egrediente portiuncula continuum ſit poſtremæ balani, ſeu glandis parti, à qua ſeminis poſtrema egrediens portiuncula ortum duxit, & iam tum eſt idem numero animal cum procreante. At illo in diuiſionis tempore actu aliud animal euadit. ſic in fœmina deferentis vaſis vltimo parti cornu in matricem eructanti poſtremò continuatur.

Videamus an hæc ſit belliſſima chimera. Confutaui ſupra ſpongiæ exemplum à te allatum. Aperui modum, ſecundum quem impoſſibile eſt ſemineas portiones oſſium, ligamentorum, cartilaginum perioſtiorum continuas ſibi inuicem eſſe. Si ergo dum in poris ſpermaticarum manent non ſunt continuæ, quo modo in deciſionis actu?

Sed

Sed equidem mirabile eſt, quod dum vna feminea portiſcula cæcum meatum ingreditur, alia alterius partis ſtatim ſit illi cõtigua, immo continua, licet eſſentialiter inter ſe differant vt partes à quibus decidunt inter ſe differunt, & ſic deinceps continuæ vſque ad ſeminalia per innumeros cæcos meatus tendant.

Sed non minus mirabile quòd dum portiones femineæ ad ſeminalia deuenere, ſeminis alimentalis, quod in præparãtibus, deferentibus, & reſeruantibus ſemper reperitur, nulla portio inter vnam femineam portionem veri ſeminis & aliam reponatur: at ſi ſic, veri ſeminis portionum cõtinuitas prohibebitur. hinc quot animæ in corpore coeuntis maris, & fœminæ erunt? Sic te mihi obijcere infra videbimus portiones ſeminis, quæ immutationem teſtium per me ſubterfugerunt interponi in ſeminalibus facis, quæ ſunt infra teſtes, inter portiones ſeminis à teſtibus elaborati.

Pariſini Contradi. 142

Ex tallis præmiſſis, ex mala ſpongiæ exempli confutatione: peiori ex declaratione de diuerſarum partium ſeminis nõ continuatione (ex dictis vt patet) falſiſſimam collegiſti conſequutionem.

Exẽplis dilucidãtur.

Ceterùm quum certum tibi eſſe certò credam ſanguinem continuum continuò ab hepate ſeu caua vena ſpiritus à corde ad remotiſſimas & ſecretiſſimas corporis partes & partium poros tranſmitti, & à partibus trahi, necnon in poris quoque omnibus continuari; Cur eſt quòd de ſeminis ſimili egreſſu ſtupeſcas? An non adſunt viæ & ductus? An naturæ hoc impoſſibile repugnansue? Et quum ſemen alimentale præ foribus ſit, & conſequenter primum egrediens & primò exploſum ab expultrice, à ſpiritibus præcurſoribus, à ſubſequente animato ſemine, quando, quomodo, & vbi hæc ſemina commiſceri vultis? Si quidem quod prius eiaculatur, prius trahitur, & ſic ordine & modo ſeruato reliquũ vlla abſque cõfuſione ſi Naturæ ſapientiã admittitis, veſtrã niſi propriã vmbrã pertimiſcatis, aut eadẽ nobis trepidationẽ incutere credatis, quòd etſi cateruatim, minimè pertimeſcimus.

Mund. Tallus 141.

Sed omnem ſuperat admirationem ſpiritus ab omnibus maris, & à præputio ipſo, & à cutis pene tota ad ſeminalia portiones ſemineas ducere, in fœmina ab omnibus partibus, & ab interna vteri colli, & ipſius vteri ſuperficie ad ſeminalia, ſuis tamen locis relinquere (aut dicas remeare) portiones ſemineas, quæ in extremitate canalis glandis ſunt, & in cornuum vteri extremitatibus propè cauitatem vteri. Non ne per glandis fricationem, quæ in coitu fit calefacta glande & rarefactis poris, rationi conſentaneum eſſet, vt prima portio, quæ egredi deberet illa eſſet, quæ in extremitate canalis glãdis reperiretur, præſertim cum loco exitus alijs omnibus eſſet vicinior? rationem afferas ob quam hæc vltima egrederetur? Sed ſi hæc prima egrederetur, reliquum ſeminis relicti in patris membris, & quod egrederetur non eſſent ſibi continua, & ſic iuxta doctrinam tuam duæ ſaltem animæ in corpore patris darentur: (quod quidem per te, vt prope finem huius capitis apparebit, eſt inconueniens) vna ſeminis egredientis, altera ſeminis relicti in corpore, & partibus coniuncti, quæ eſt eadẽ numero cũ patris anima. Vt hoc aufugeres, portionem illam vltimo egredi commentus es, quaſi natura, quæ tu comminiſceris faciat, & modis à te deſcriptis quaſi à naturæ ſecretis ſis, & ideo plena fides ſit tibi adhibenda, nulla dictorum tuorum ratio quærenda. Hanc te de te opinionem concepiſſe declarant, quæ ex te in mea præfatione attuli.

Pariſini Contradi. 142

Poſtquam noſtra hæc ſubtilitas veſtrã omnem (te iudice) admirationem ſuperat, & veſtrum ſub captum non cadit.

Quam ob rem ſcilicet pudendorum animarum ſemen (non alimentale, quod neceſſario impulſum præit) vltimò excernatur, anxiè quæſita à vobis ratio, dicto vt audientes ſimus, ſic luculenter reddentur.

Sciſcitãtes docentur.

Quum ſemen longiùs ferri & eiaculari debeat, & proinde vi ac impetu, atque deinceps vaſorum intentione, & veluti conuulſione, vti rectè ex Galeno paulò ſupra dicebamus (vtque Fernellius aſſeruit) à remotioribus, immo remotiſſimis

prius

prius partibus ſemen moueri debet, cum vt teſtium tractrix facultas ex ſpirituum copiæ tranſitu meatus impedimenta (ſi quæ ſunt) tollat, eoſdem calfaciat, intendatque, tum vt continuò eorum receſſu & ope remotarum ſeminearum partium expultrix validiùs ipſum ſemen & vaſorum dein contentione & veluti ſpaſmo adiuta eiaculet: tum vt longiùs extra penis canale impetu alimentale craſſum, grandinoſum, & globulentum (Ariſtotelis & tuis & verbis vtar) propellat. Sin autem priapi canali proximum, vicinumue initiò ſemen exiret, priapus non ita erectus à ſpiritibuſque excaleſcens conſeruaretur, canale conſtringeretur, nec conſequenter ſubſequentis remotarum partium ſeminis facili, celeri, & impetuoſo motui, & egreſſui conduceret, longius propelleretur, nec libido nec fricatio ad completum vſque ſeminis iactum faceret: quia priapus proprio emiſſo ſemine flaceſcit, flaceſcens concidit, concidens & non rectus impedimento eſt, quo minus ſemen longiùs iaciatur, ipſe que è ſemineis loculis egrediatur ... Et ita tui de more retrogrediantur cancri: & tu iterum & ſæpius animi gratia ad tuæ præfationis excuſſionem retrogredere, vt tuis inibi in nos de effutitis mutua tibi relata gratia vna cum tuis à conſilijs ſæpius vtaris fruaris.

Nota fabul.

Mundi. motus propr.

Quando poſtea portiones ſemineæ in vtero receptæ ſunt, seminea portio cerebri poteſt eſſe proxima portioni ſemineæ calcis, & portio seminea cranij proxima portioni ſemineæ veſicæ, &c. nam per te ſemineæ portiones in vtero confuſæ ſunt, & ſuis poſtea locis reponuntur, vt ex quarto pronunciato patet. Quo modo quæſo seminea portio cerebri poteſt vnum continuum conſtituere cum ſeminea portione calcis? & ſic dicas de alijs. non ne lectores benigni, ſeminearum portionum in vtero receptarum & ſuis locis non collocatarum aceruus quidam erit ad inſtar acerui conſtantis ex granis tritici, ſiliginis, milij, orizæ, hordei, &c. Non minus quidem differt cerebrum à calce, quam tritici, milij, &c. grana inter ſe. Si ergo extractum à cranio cerebrum, & calx à pede amputatus iuxta ponantur non vnum continuum reſultat. ita quoque continget de portione seminea cerebri, quæ eſt paruum per te cerebrum poſita prope portionem ſemineam calcis, quæ eſt paruus per te calx. Quot ergo animæ erunt in illa homæomeria diuerſarum inter ſe ſpecie partium contiguarum tantum ad inſtar granorum diuerſarum ſegetum in aceruum accumulatorum?

Mund. Tactus 141.

Oſtendi hactenus nullum ex tuis exemplis tranſitum ſeminis per cęcos corporis meatus oſtendere: non exemplum puris in cauitate thoracis contenti, quòd per ſputum euacuatur per vrinam, per aluum: non excrementorum quæ in gallicis gummatibus continentur, & hydrargiri inunctione expuuntur: non exemplum euacuationum humorum, qui in criſibus à natura, aut à purgante euacuantur: modus ſeparationis, egreſſus receptionis ſeminis in vterum à te fictos reprobaui. Reſtat ergo vt non Mundinus, ſed Pariſanus recantet, & non erubeſcat fateri ſe ab vna in aliam chimeram abijſſe. Et hæc quòd ad tertium pronunciatum.

Quartum pronunciatum continebat modum ſecundum quem poſitionis ſemineæ ex quibus verum ſemen conflatum in vtero debitis locis reponantur. Sed hîc ſatis ſuperque in tertio Ariſtot. argumento à me adducto eſt confutatum.

Hîc tui ingenij perſpicacitatem, & aliorum ſimul, qui tua hæc perlegerunt, & probarunt deſidero; deſidero veſtrum ratiocinandi modum. Iam tu ſcis, & tecum tui conſultores ex actis & probatis, ex ſenſui notis abs te conceſſis, & confeſſis plantarum ſemina, & animata, & integrantibus prædita eſſe partibus, quas in ſeminibus vidiſti, truncum, ſcilicet radices, folia: ergo à plantæ partibus (ſupra probauimus) eo perueneře.

Pariſani Contact. 143. Pariſani deſideria.

Quandoquidem plantæ anima in aliam materiam ſeiunctam tranſire nequit, &

ex putri inibi educi non potuit, poteſtue: ergo partes illæ ſemineæ coniunctæ cum plantæ partibus dicto à nobis modo fuerunt; vti ſunt poſtea in tenui illo cortice tamquam in matrice, quemadmodum in grani fabæ, faſeoli, ciceris, &c. cortice videre eſt: vnde ibidem dein nutriri & viuere per minimum pediculum grani ſiliquæ cortici coniunctum & continuū, quæ radix eſt veluti vena porta & vaſa vmbelicalia in animali: quæ vt partim ad abdominis vſque cutim exſiccatur, ita in ſeminibus ſimiliter ſuperficie tenus, & quæ remanet portiuncula, vt trunci finis & radix ex terra primum alimentum trahit; vt pateat propriam animā in cortice adhuc viuere & agere, vt fœtus in vtero, & animam & integrantes partes plantæ partibus conſequutum fuiſſe, non à ſpiritu in teſtibus animato & animante, niſi teſtes & ſpumam, atque huiuſmodi ſpiritus in omnibus plantæ ramulis & floribus colloces, quod an riſu dignum ſit tuorum iudicum iudicium eſto. Hæc ex oculata primùm fide, ratione deinde confirmata accepiſti. Modò reliqua ex ratione clarè intelliges, & certus redditus, in bonā frugem redeas, ſi modò volueris.

Ex oculata fide.

Enodantur.

Eſto aliquam quo ad ſitum inter ſeminis partes ſimul atque ingrediuntur confuſionem eſſe, quæ fortaſſe non eſt; ſi ordine vt effunditur, trahitur & diſponitur: eſto tamen in tui gratiam, vt certò colligas eas inde non ſequi ineptias acerui ſegetum, & cerebri cum calce continuitates. Sed interim exempli gratia accipias omnes, aut quotlubet ex coitu, totidem ex putri ortos mures inuicem collatos omnes & ſimillimos omnino, & diligentiſſimè omnibus obſeruatis, ſeruata magnitudine in partibus omnibus reperies; vt exempli gratia in vnoquoque mure, eumdem coſtarum numerum, quemadmodum & in ſingulo quoque idem earumdem coſtarum (ſeruata inquam muris magnitudine) pondus, & eamdem earumdem omnium menſuram, magnitudinem, & poſitionem inuenies: hoc profectò maximè admirabile, niſi naturæ opus, extaret.

Exēplis luculentis.

Sed an putas Naturæ operum Cenſor priuſquàm ex putri materia maris anima educeretur coſtarum materiam cum illa capitis, oſſium, cruris, calcis, &c. confuſam fuiſſe? profectò vero ſimile inquies, contrarium niſi fatuus aſſereret. quis eam prius loco, ſitu, menſura, pondere diſtribuit? nemo: ergo diſpoſita exempli gratia pro capite erat in medio maſſæ, vel in poſtrema parte iuxta calcis materiā: vel è contra pro pedibus, &c. Igitur Natura ſegregauit, loco, & poſitione diſpoſuit, dimetita eſt, pōderauit modo ſuo quis dubitat? Qua de re ſi nemo ambigere poteſt, quid modò tu de diſpoſita ſimilitudines & formas prius (leuiter tamen) aſſequuta in vtero exiſtente feminea materia animi pendes & hæſitas? An quæ rudia & maximè confuſa diſponit & perficit à ſe ſe non parum elaborata & ſemi perfecta nō conſeruabit & loco diſponere neſciet, atque maximè barda & ſtulta tibi erit? Plantæ ſemen ſimulatque à ramulo deſcendit, quando vix in flore, & priuſquam etiam ſub obtutum cadat: quando vix mente concipi poteſt, è veſtigio, ſ. à deſcenſu optimè diſpoſitum eſt, quia nutritur & augetur; quando. ſ. nec in milij quidem grani magnitudine ſub aſpectum venit, & illicò ac eò peruenit: qua ſub magnitudine phantaſia vix corticem, ſubcorticem, ligneam partem, medulleam portionē imaginatur, tantum abeſt radices, truncum, ramos, folia, quæ nihilominus adſunt dicto modo. Quocirca quæ te bone vir latēt tuo intellectu Naturæ ſapientiam & vires dimetiri ne tentes. Non ne (quod diximus) in plantarum ſemine folia, truncum, radices ineſſe actu, quod non credebas, quia vidiſti credidiſti confeſſus es didime? At cur in plantarum ſemine hæc perfectio, non in animalium ſemine aderit?

Praua hæſitātia tollitur.

Fortaſſe quia tuo aſpectu non vides? At prius in illis ſeminibus ineſſe partes non videras, proinde non credebas, erant tamen innumeris in plantarum ſeminibus non videbis: ergo inferes non ineſſe? falleris, quia eadem ratio & neceſſitas in illis omnibus eſt. In his maior & potior plures dictas ob cauſas. Ea propter iterū tibi dico,

dico, quia verũ; nõ poteſt perquammaximè ita ſubtilis noſtra ſpeculatio eſſe rationi cõſentanea, quin ſubtilius & longè admirabilius Naturę opus ſit: Cuius propterea ſapientiam (vt aliàs & ſæpius diximus) admirari poſſumus, vt plurimum mente conſequi non valemus. Quæ propterea enucleata quum rationi maximè conſenranea ſint, vt demonſtratione ab affectibus (in plantarum ſeminibus) pateant abſque garritu & cicadamentis ijs tibi ſubſcribendum eſt, quemadmodum vt ſupra recantandum tibi fuit hic, vt in quarto pronunciatu & vbique locorum, & ceu totus cancerofus ratum facies, & tui benigni à conſilijs vltrò & ſua ſponte ſubſcribant.

Mundinij Tact. 144. Ad quintum deuenio, in quo vt ſatiſfaciam reprobationibus & petitionibus tuis, in quibus multa à me ſcire deſideras, & præceptorem in ipſis quæris, reaſumam, quæ à me præaccepta ſunt, illaque dilucidabo & ſtabiliam.

Modus generationis ſpiritus inſiti, nec nõ generati ſpi. Teſtes ſunt membrum officiale ſpeciei inſeruientes, iecur, cor, cerebrum, &c. indiuiduo inſeruientia. Vnde teſtes vt ſpeciei inſeruiẽtes illis tribus nobiliores ſunt, & multò maiori poteſtate quàm illa à natura donati ſunt. Conſtant autem ex duplici ſubſtantia, vna ſpirituoſa & dicitur ſpiritus inſitus, altera craſſa & corpulenta, quæ ſecundum alios diuidi poteſt in humidum primogæneum, & craſſamentum terreum. Spirituoſa & corpulenta ob calorem aſſiduè depaſcentem reparatione indigent, attrahunt ergo teſtes ſpiritum naturalem, vitalem, & animalem, vt ijs ſpiritus ſibi inſitus, qui ex eiſdem conflatus eſt, reparetur. quocirca partem horum ſpirituum inſitus teſtium ſpiritus ſibi aſſimilat, aliam partem in poros teſtium receptam, & aſſimilatæ proximam ita commutat, vt ex illis pluribus vnicus ſpiritus conficiatur, dictus generatiuus animamque ſuſcipiat; neceſſario ſpiritus generatiuus animatus eſſe debet, quando quod generat corpus animatum eſſe animatum debet. Cum igitur ſemen corpus animalis generet, neceſſe eſt, quod animam habeat, hæc autem in ſpiritu ipſius reſidet. Cumque teſtes hunc ſpiritum generent, neceſſarium erat, quòd à natura illis vis inderetur animam tribuendi ei portioni ſpirituum, quæ proxima eſt, & continua portioni, quam ſibi aſſimilarunt. Neque in hac ſum diſcors à Pariſano, quia vt vidimus ſupra, vult, non ſolùm portionem alimẽti ſpermaticis aſſimilatam animam ſuſcipere, verùm huic proximam, ſcilicet appoſitam, &c. pag. 608. ita ſcribit,

„ Non quatenus elaborata pars, non quà „
„ apponitur, aſſimilaturue animatur, ſed „
„ quatenus aſsimilatæ parti, dum aſsimila- „
„ tur, & inſtaurat, continua eſt. „

Cur ergo mihi non licet dicere, ſpirituũ portionem quatenus aſsimilatæ portioni, dum aſsimilatur, & inſtaurat, continua eſt animari? Oh ſpiritus eſt corpus cõtentum. Agglutinatũ, cambium ſunt ne corpora contenta, & humores? attamen vidimus Pariſanum dicere, gluten, cambium, & roridam humiditatem, quod magis eſt, animam habere, quid nam magis veriſimile eſt ſpiritum, an humorem eſſe animatum?

Pariſani Contact. 144. Modò in quinto tuo pronunciato tuas premiſſas dilucidationes perpendamus, & quàm firmus tu, & illæ ſtabiles ſint videamus, vt quo modo tu promiſsis ſtes, & nos iure ac merito veſtram ſubtilitatem, veſtram doctrinam deſideremus, paucis, ſubtiliter, & dilucidè experiamur: quando iſtæc tua me ignorare fatear, & vlteriùs me craſſæ Mineruæ eſſe, & proinde nõ facilè intelligere quæ abs te dicuntur, ſcribuntur, à tuiſque doctis conſultoribus probantur. Ea propter quum tu docentis perſonam in nos ſumpſeris, & pro mutua inter nos & veritatem potiſſimum neceſſitudine hoc liberatoris in nos ſumptum munus te exercere & præſtare contendimus, & vt ſupra, hîc etiam præceptorem amantem & benemerentem agas, vel cum tuis à conſiliis flagitamus, vt hiſce è caliginoſis tenebris eruatis. *Funditus & radicitus euertitur.*

In primis ignoro quam ob rem, & quo modo teſtium omnium generum ſpiritus attrahãt, quãdo crediderim omnes corpo-

ris partes ſui alendi & inſtaurandi gratia ſolùmodò trahere, (ratio dictat, & Galenus nos docet) & quando egens. Indigēt autem tunc teſtes, quando poſtquam ſuperfluo concocto abiecto, à deferentibus vaſis excepto ſemine, ſufficienti pro ſe ſe retento abſumptoque, moleſto ex ſuctu & deficientis alimenti ſenſu affecti à ſibi coniunctis præparantibus vaſis ſemi elaboratum ſemen trahunt, non naturales & vitales ſpiritus, qui tales in præparantibus vaſis propè teſtes non reperiuntur, ampliuſue ſunt: quoniam (nota noſtra ex ſententia) ex longa inibi mora, diuturna coctione, & continentis vaſis ex contento nutritione, nec ſanguis naturalis, hoc eſt à iocinore, nec vitalis à corde verè adſunt, tantum abeſt eorumdem ſubtiliſſima pars, quæ ſpiritus dicitur; quando craſſus ſanguis iiſdem de cauſis inibi albeſcat & ſemen euadat, vt ſenſus & Galenus docent. Quare pars illius ſeminis ſubtilior & elaboratior niſi prius in teſtium alimentum & ſubſtantiam (quod credimus) tranſeat elaboratior reddita, ſemineus naturalis teſtiū ſpiritus poſtea fiet, quomodocunque appellare lubeat, non eſt nobis curæ. Non tamen inſitus generatiuuſue, ſed ſpiritus huius quarti membri corpus hilare, vegetum atque robuſtum reddens, vt ſatis eorum reſpectu experientia conſtat, quibus teſtes execti ſunt. Non trahunt teſtes animales ſpiritus, non ſolùm quia ab re id fieret, verùm etiam, quia (fabricam ſi noſti) tales à cerebro per neruos ſenſus gratia deſcendunt & ab ipſis neruulis in membranas diſperguntur, non per venas & arterias.

5 aphor. 39.

Cur teſtes ſpiritus naturales & vitales non trahant.

14. de V. p. 10. & 1. de ſem. 16.

Spiritus teſtium munus.

Cur non animales.

Teſtes ſpiritus nec trahunt, vt iis ſpiritus inſitus reparetur, quia teſtes ſui tantummodo gratia alimentum trahunt, ſicuti ex Galeno diximus: Et licet egentes affluenter trahāt & ſuperfluum etiam concoquant, & affluentis attracti & concocti quod oneri eſt explodant, exploſo naturæ conſilio & prouidentia non (teſtium cognitione (vt Galenus docet) & conſequenter nec eo cognito fine, ſed ex accidenti) aliorum ægeſtati, deferentium, glādoſorum vaſorum, & animati (in vtero eiaculati) ſeminis conſulitur.

5. aphor. 39.

Ceterùm neſcio an tibi conſtes, anque te ipſum intelligas, aut conſultò & aliorum conſilio ſic ſcribas, vt quum te irretitum videas ſepiæ inſtar obſcuritatis atramentum effundas ne benignis tuis lectoribus illaqueatus videaris, & ſic inuiſus ſubterfugias, euadaſque. Tua verba ſunt.

Attrahunt ergo teſtes ſpiritum naturalem, vitalem, & animalem, vt iis ſpiri- »
tus ſibi inſitus, qui ex eiſdem conflatus »
eſt, reparetur. quocirca partem horum »
ſpirituum inſitus teſtium ſpiritus ſibi aſ- »
ſimilat, aliam partem in poros teſtium »
receptam, & aſſimilatæ (*ideſt ſibi ſpi-* »
ritui) proximam ita commutat (*vt ſibi* »
ſimilem reddat, non vlterius immutabit, »
quia nullum agens ſuas ſuper & vltra »
vires agit) vt ex illis pluribus vnicus ſpi- »
ritus conficiatur (*ergo à ſpiritu inſito* »
conficitur: ergo non generatur à teſti- »
bus, vt mox dices) dictus generatiuus, »
animamque ſuſcipiat. ſpiritus enim ge- »
neratiuus animatus eſſe debebat, quo- »
niam quod generat corpus animatum eſ- »
ſe animatum debet. Cum igitur ſemen »
corpus animalis generat, neceſſe eſt, quod »
animam habeat, hæc autem in ſpiritu »
ipſius reſidet. Cumque teſtes hunc ſpi- »
ritum generent, (*aliter ſupra. ſi gene-* »
rant animam ei tribuent, quod gene- »
rare eſt; tranſitus à non animato ad ani- »
matum eſſe) neceſſarium erat, quòd à »
natura illis (*ideſt teſtibus non ſpiritui* »
inſito, cui non competit pluralis nume- »
rus, illis) vis inderetur animam tribuen- »
di ei portioni ſpirituum, quæ proxima »
eſt & continua portioni (*hæc portio aſſi-* »
milata eſt ſpiritui inſito, cui aliam con- »
tinuam ſupra etiam conſtituis) quam ſi- »
bi aſsimilarunt. (*Teſtes in plurali numero.*) quum tamen ſpiritus inſitus illam ſibi aſsimilauerit, & aliam partem ſibi aſsimilatæ proximam ita commutat, vt animam ſuſcipiat. Hæc maximè vafer ne illaqueatus videreris inquam. Sed Veritas fucum non patitur: niſi tuæ ſpeculationes Naturę limites, & hominis captum

tran-

tranſcendant, vt mihi ita viſus, alijs inuiſilis & inintellectilis ſis: aut in tuorum Conſultorum conſpectu camaleontis naturam induas.

Plura ſubtilia. Quæſita. Sed quæſo animi gratia nos ſciſcitantes doce. Quo modo, quo loci, quaue in teſtium parte, & cauitate, ſeu poro tres ſpirituum ſpecies vniuntur? à quo vnus fiunt? qua animantur anima? &c.

Iſte quintus ſpiritus, generatiuus videlicet in animalis procreatione, tranſitne in teſtes tamquam vt propriam in ſedem reſideat, & ita nō oporteret amplius in teſtibus generari, ſed ſolummodò inſtaurari, & ſemini immiſceri: an remanet in toto corpore & ita vbique in ſpermaticis generandi vis eſſet: completa fabrica interit, euolatue?

Eſt ne idem numero & quid vnū cum ſemine: an ab ipſo aliud? Quo modo vnum, quum ſeminis alia ſit ſubſtantia tertia ex duobus ſanguinibus reſultans, ſpiritus ex tribus ſpiritibus, quartus? ſemen materia, ſpiritus non anima, ſed animam præbens? Quo modo conueniunt? an vt mas & fœmina, pater materue & filius, dominus & famulus, nutriēs & alimentum? Et ſi duo corpora continens & contentum. Quo modo rectè dicitur ſemen animatum eſſe, & generare?

Si ſpiritus anima præditus, ſemen inanime: ergo duo maximè diuerſa, quo modo fient vnum? Cōtentum in continenti, ſpiritus in ſeminis cauitate? ergo ſemen vobis corpus homogeneum cauitates habet, humor inquam ſi ita placet? Dices bullas habet, vt in corpore ſpumoſo viſitur. Eſto in motu ex coitu, non in teſtibus, neque in vaſis, & ſi fiant, quieſcente ipſo, abeunt illæ & euaneſcunt: igitur ſpiritus prius in illis non eſt, & ſi eſſet dein euaneſceret. Præterquam quòd bullæ corpore & poſitione diſtinguuntur: plures igitur ac plures ſpiritus animati, & loco diſtincti.

At quum animatum inanime in ſe ſe conuertat: ergo ſemen ſpiritus euadet, vel ſpiritale materialius fiet.

Spiritus priuſquam animet aliud diſtinctum, quum animat, quomodo vnum continuum fiunt? quo modo animam cōmunicat? quo modo fit animæ tranſitus in ſemen & aliud corpus à ſpiritu docendum fuit; quoniam hîc anima quum in ſpiritu ſit, è materiæ potentia non educitur.

Spiritus iſte tuus inſitus eſt ne in plantæ ſemine? quid ni dices? eſt enim ſemen & tibi quoque animatum; ergo ſpiritu generatiuo & ſpuma & bullis præditum: at iſte ab inſito progignitur, inſitus ex tribus ſpiritibus (vt generatiuus) & à teſtibus; ergo quilibet plantæ ramulus, à quo ſemen, ſuos teſtes, ſuos ſpiritus, inſitum & generatiuum & alios poſſidebit. An tibi hæc ruis ex dilucidationibus emergentia tibi quadrant? ſubtilia ne?

Ceterùm non video nec mente concipio, quo modo corpus ſpirituoſum inſitum teſtium pars ſit, nec quo modo vnum ſit vnum continuum diſtinctum, & ſeparatum animatum viuens. Si viuens nutritur: nutriatur dictis ſpiritibus ſicuti & generatiuus extra teſtes in proſtatis: ergo trahet illos (quos non adeſſe oſtendimus) neruo, vena, arteria: ergo hiſce præditus erit. At certò ſaltem ſi alitur trahit & in ſe ſe ſpiritus illos recipit, vt prius alterentur, vlteriùſque concoquantur: ergo in ſuos poros & cauitates.

At quum hi, inſitus & generatiuus facti ex illis ſint per vlteriorem concoctionem & elaborationem: ergo ſe craſſiora in ſui corporis poros craſſiora recipient, quæ tu non capis, nec demoniacus ſpiritus ſoluet. An tui ſubtiliſſimi protectores?

Igitur ſpiritus iſti inſitus & generatiuus extra tuam imaginationem in rerū natura nō reperiētur: & deinceps tui teſtes altera ſui ſpirituoſa parte diſpoliati erūt, & conſequenter ex propria ſententia nec idoneus teſtis eris, nec teſtimoniū dicere poteris, quapropter reiectus ni tibi fidem adhibeamus non lamentaberis. Et quum non dentur, non eſt, quod oſtendamus non reparari, nec tales ſpiritus ſibi aſſimilare in ſe ſeque vertere, plures dictas ob cauſas.

Sed eſto admittatur vobis ſpiritus inſitus, ſi aliam ſpirituum partem in teſtium

poros receptam ſibi aſſimilatæ parti proximam ita commutat, vt ex illis pluribus vnicus ſpiritus conficiatur, dictus generatiuus, animamque ſuſcipiat: ergo ſpiritus generatiuus, quia eadem ex præparata, & æque diſpoſita materia, ex trium ſcilicet ſpirituum vnica materia & ab eodem agente inſito videlicet ſpiritu materiam ita commutante, recepta anima ſpiritus inſitus erit, eo potiſſimum & maniſeſtiſſimè, quia huius materia eſt continua (vt dicitis) aliæ aſſimilatæ portioni: igitur idem numero, nomine dumtaxat veſtra authoritate à vobis impoſito diuerſus.

Quum igitur ſpiritus inſitus à teſtibus generetur & animam ab ipſis aſſequatur, & ſpiritus inſitus ex eadem ſui materia ſpiritibus illis tribus, ſpiritum alium generet, nempe generatiuum ſuam animam communicando, & generatiuus inſito ſit continuus, vt inſitus teſtibus, certò colligere licet iſthæc ad inuicem conuerti omnibus concurrentibus: quoniam inſitus ſpiritus eſt teſtium pars, & eadem animatus anima: generatiuus inſiti pars, & eiuſdem anima præditus, & hic huic, illę illi continuus, & quæ vnius, & alterius eiuſdem ſunt rationis, vt quæ vni tertio ſunt æqualia, mathematico ex principio, ad inuicem ſunt æqualia, eadem ſunt. Vt verè & abſque fuco hæc veſtri intellectus fabrica, chimæra dici, & ſtatim poſſit, atque ne pereat, Lapide Lydio cælanda eſt.

Lapide digna.

Non eſt fuga locus.

Neque eſt quòd meum induatis palliũ dicentes à me diſcordes non eſſe, quoniã ſi viſus ingenijque aciem paulò plus acuatis, quam longîſſimè & remotiſſimè à me & à Veritate vos diſtare & abeſſe animaduertetis, vt res ipſa loquitur. Satagitis vos nunc quidem vt ſubterfugiatis noſtra inſequi veſtigia: ſed noſtra ſubtilia calciamenta veſtris craſſioribus pedibus aptari nequeunt. Pluribus de cauſis per nos tibi non licet: quoniam pars noſtra feminea animata animanti continua eſt, & vna in facto eſſe vel in fieri, vt noſtra inſtaurans: vna inquam ſpecie, vna numero, & ſi contenta, quo modo ſuo loco bene explicuimus etiam continens eſt, inſtaurans & alteri proinde continuò locum cedens. Cui verò ſpiritus, inſitus & generatiuus contenti dumtaxat, minimè inſtaurantes, nec in procreantia trãſmutantur ſibi inuicem continuantur, & forma, ſpecie, & numero à generantibus & ab inuicem differre vultis, vt nihil repugnantius dici poſſit. Addo quòd naturale agens ſibi tantùm agit, non alijs conſultò, bene ex accidenti, vt officialia, ſed dedita opera in aliorum gratiam, purum figmentum eſt. Quare qua cimbula tuorum remigantium conſilio & ope in pelagum ductus es, eadem eorumdem auxilio portum quæras atque attingas cum illis.

Nec patrocinĩu conſiliũ ne.

Concipi mẽte nequit in teſtiũ poris 8. ſimul & ſemel corpora contineri poſſe.

Nec præterea mente attingere poſſũ, quomodo in teſtium poris octo ſimul & ſemel diſtincta corpora capi & permanerę queant: primùm nimirum ſpiritus inſitus. 2. huius alimentum, tres ſpirituum ſpecies naturalis, vitalis, animalis. 3. generatiuus ſpiritus, qui ex hiſce ab inſito fit. 4. ſemen teſtium alimentum, quod tibi tenue eſt. aliud globulentum & fœcundum dicis. tertium ſemen deferentium & proſtatum alimentum. Quæ ſi tu in paruis quibuſque vacuis omnia ſimul & ſemel, vt tibi opus eſt, collocas, magnus profectò mihi œconomus fueris: quando mihi vnum, ſummùm, duo ſimul poſſent.

Quo modo teſtiũ caro & ſpiritus vniãtur quæritur.

Ampliùs per gratum ſcitu mihi fuerit, quomodo iſta corpora, ſpiritus inquam, inſitus & teſtium craſſa ſubſtantia, caro nimirum vniantur, & quo loci: quando duo diuerſa corpora ſint, & quo modo ſpiritale, & humorale ſolidæ parti continuum eſſe poſſit, niſi quum in alimentum tranſit, mihi intelligere facile non eſt, vt vna & eadem anima animentur, & vnum numero ſint.

Alia nõ lenia.

Demum, ne longus ſim, ſi ſemen (vt ais) animalis corpus generat, quia anima in eius ſpiritu reſidet: ergo ſemen non eſt animatum, quia in ſpiritu, vel ſpiritus in ipſo reſidet, qui animatus eſt, & in ſemine tamquam in contiuente; ergo ſpiritus generat non ſemen. At quomodo vt extrinſecum agens ſemini non continuum? quomodo animatur ſemen, ſeu fabrica?

Si

Si quidem ſpiritus fabricat tantummodo, & hîc anima ex materiæ potentia non educitur. Ea propter explicandum enucleandumque nobis craſſioribus fuit, niſi vt nauta naui, Intelligentia Cęlo aſſiſtere velitis. Quòd ſi non vultis, quemadmodum exiſtimo, quid deinde animali illo, corpore animato, de ſpiritu fiet? qua de re plura aduerſus Ariſtotelem quæſiuimus. Si poſt abit, &c. riſu dignum alibi oſtendimus. Si remanet vbique & in toto corpore erit, (mitto duas in corpore eiuſdē ſpeciei animas) ergo in omne parte generandi vis, vt in plantis. Si ſic eſt, fruſtra eſt, quia talis potentia ad actum non reducitur. Et ſi in toto corpore; ergo & in teſtibus: & ſi ſic, vt quid denuò à ſpiritu inſito generatiuus iſte fit? Vt quid perditio hæc? Ita tuus, chimeriſta non, ſed chimericida. Protectorum pace dictum ſit.

Chimeri cida.

Porrò teſtes vt membra officialia ſpeciei inſeruientia, maiorem quantitatē ſpirituum, quam pro inſtauratione inſiti illorum ſpiritus ſufficit, attrahere conueniens erat. Licet ergo copia ſpiritus gignitiui animati redditi, non aſſimilati, magna ſit & ſpiritui inſito teſtium ſimilis, attamen hunc gignitiuum à ſe in propagines vaſorum deferentium, quibus ſubſtantia teſtium referta eſt, expellunt, & aliam portionem ſpiritus naturalis, & vitalis ad ſe attrahunt, vt ſpiritus eorum inſitus inſtauretur.

Mundini Tact. 145.

Dum verò ſpiritus gignitiuus extra poros teſtium in propagines deferentiū expellitur portio ipſius ſpirituum inſitum teſtium, qui in ſuperficie ſubſtantiæ internæ ipſorum eſt, tāgit, & quia eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum inſito, ipſi continuatur, vt aer aëri continuatur, & continuus vſque ad proſtatas eſt. Inſitus tamen ſpiritus vaſorum ſeminalium, quæ ſunt à teſtibus ad paraſtatas generatiuo ſpiritu qui includitur in ſemine globulento, vt explicabo, non teſtauratur, ſed communi à corde & iecore influente.

Quum teſtes perpetuò per te affluentem naturalium, vitalium, animalium ſpirituum copiam attrahant (reprobauimus) pro generando ſpiritu gignitiuo, qui in deferentia vaſa (quibus, deferentibus dico, teſtium ſubſtantia tibi referta plena eſt, quod iamnum monſtrum audiuimus, vidimuſque nūquam) tranſmiſſus cōſeruatur, nec inſiti (vt ais) alimentum euadit. Si animal ſæpius in die coeat cum ſemine continente effundetur, ideo tranſeat; At ſi per menſem, nedum mēſes animal Venere abſtineat, adeo affluet & excreſcet, vt nec continens ſemē, nec vaſa, nec teſtes continere poterunt. quid quod tunc Mundini? Si tunc coeat, inquies, generabit mille ſimiolos. rideas lector.

Pariſani Contact. 145.

Mōſtrū Mundiniaunm.

De ſimiolis riſus.

Spiritus gignitiuus quum ab inſito in teſtium poris gignatur (procreationis modum libenter audirem) ibidem coniunctum & vnitum oporteret, & ibi non ſolui deinde & ſeparari, vt extra teſtium poros in deferentia dum expellitur vniatur & deinceps nec in vtriuſque extremitate poſtea coniungi. An vt filum filo nodo vniuntur, liganturque? Aſt ſi quia eiuſdem ſubſtantiæ quum ſint & ſimiles inſitus & gignitiuus & tactu continuantur, ſicut aer aëri, inquis, Ergo eiuſdem naturę: ergo homogenea, vt aëris totum corpus: non duo igitur diuerſi ſpiritus, ſed vnus: non alter igitur à teſtibus, alter ab altero ab inſito ſcilicet ortum ducit: ambò igitur à teſtibus: (tua ex ſententia & tuis falſis ex ſuppoſitis loquimur ſemper) non duæ igitur formæ: non duo igitur muneta duorum ſpirituum. Vna igitur ſubſtantia, vna forma, vnus ortus, vnum nomen, vnum munus, aut tandem vnum nihil, vel chimericum ſi mauis tuæ imaginationis opus, tui vnius, an tuorum etiam Protectorum?

Aduerſariorum mirā ſubtilitas.

Vnū nihil aurenm.

Pro ſuæ corpulentiæ quoque reſtauratione teſtes in maiori quātitate, quam illis ſufficiat, humorem album à præparantibus attrahunt. Dixi ergo in mea diſputatione degenit. quòd vnam portionem illius humoris ſibi aſſimilant. in fine igitur aſſimilationis, & in vltimo termino illius reddita eſt ad craſſitiem craſſæ ſubſtantiæ illorum, & ideò non eſt tūc amplius aquea, vt erat quando attrahebatur

Mundini Tact. 146.

Digitized by Google

batur, & attracta eſt. Aliam portionem nõ ſibi aſſimilant in tranſmutatione, quæ attracti humoris in aſſimilatione fit, neque adeo craſſam, vt aſſimilatam, ſed ita incraſſant, vt reddatur ſpiſſa & globulenta. Hæc eſt verum ſemen, huicque ſpiritum à ſe genitum teſtes implantare dixi. i. permiſcere eo modo, quo aer ſpumoſis corporibus incluſus manet, & cum humidis aliquo lentore præditis aer permiſcetur, aut à caliditate, aut à motu, vt dicit Galenus; ſicque ſemen animatum euadit, quia continet in ſe, includit ſpiritum animatum. Ex craſſa hac portione in vtero à ſpiritu regente anima, tranſmutata partes ſpermaticæ formantur, & ideo ſpiritus cum hac craſſa ſubſtantia non eſt propriè & verè permixtus. nam hæc eſt, quæ tranſmutatur, ſpiritus tranſmutans.

Pariſani Contaſt. 146.
5. Aphoriſ. 39.
Vera ſententia.

Quæſo Mundini ne ita duræ ceruicis ſis, quin Galeneus Galeno ſubſcribas, quia cum ratione loquitur. „ Quælubet noſtri corporis, inquir, pars ſiue ſuccos tantum ſibi neceſſarios generet, ſiue vtiles humores alijs partibus, nunquam hũc ob finem ſuas operationes aggreditur, alterius nimirum (nota) gratia: eo quia talis operatio ad intellectum ſpectat, &c. Et alibi, tantũ ſibi alimenti aliciunt, quo adſaturati & repleti ſint, quicquid poſtea ſuperat in alia expellunt. Quocirca teſtes aliam portionem non ita incraſſant, vt reddatur ſpiſſa & globulenta, vt dicis; ſed totum attractum humorem æquè cõcoquunt, (ex ſui parte, ex ineptæ verò materiæ parte nihil refert) nulla aliorum habita ratione, ſed ſui tantummodo nutritionis gratia: qua celebrata coctione & attracta ſufficienti ſibi & pro ſeſe portione (potiori crediderim) ſuperuacaneum quod eſt, in meatus ſeminales reponunt, inquit Galenus.

1. de ſemin. c. 16.

Propterea teſtes ſemen explodendum incraſſare nequeunt, quia celebrata æquè pro viribus totius à vaſis attractæ ſeminalis materiæ coctione, reliqui quod eſt & ſuperflui illico extra mittunt, quod deinde ex longa in penu mora incraſſatur. Eapropter bellè Galenus inquit, vbi ſupra, ſi animal quod venereis abſtinuerit, deſecueris, in vaſis huius humoris & plurimum & craſſiſſimum reperies. Intelligis ne Galeniſta quo modo & vbi & cur globulentum ſpiſſum, grandinoſum, tu qui in teſtibus tria ſemina conſtituis, & Protectores recipiunt? vos omnes appello.

Rationi cõſentanea.

Vt hactenus certum ſit nullum (quod ſciam) hominem extitiſſe, neque Philoſophum, neque Medicum, qui tantum intellectus (vt ita loquar) habuerit, vt ſciuerit teſtium ſemen ita conſtituere, & in teſtibus ita diuidere, & inibi ita diuidi & perfici ſeruata teſtium dignitate, habita prolis ratione, nec non cellarum penariorum cura, & præterea ſemini conſultò in teſtibus ſpiſſo & globulento confecto tãtum modo ſpiritum implantare permiſcereque caliditate & motu, &c. quãtum tu colconibus tribuiſti: nulla habita Galeni & Rationis ratione; vt tantumdem tibi gloriæ (& ſi vis tuis etiam Conſultoribus) & gratiæ acceptum referant, lapide ſanè lydio digna, opus, beneficiũ, memoria digniſſimum.

Memoratu dignũ Colconũ dubium.

Ceterùm propiùs. Verba audio, rem verò minimè intelligo. Quo modo ſcilicet ſpiritus iſte tuus gignitiuus ſemini implantetur in teſtibus, & à teſtibus, à calore & motu, quum ibi nullus ſit motus, nec calor, qui ſpumam efficere valeat. Neque in teſtium cauernularum ſemine, in cellarijſue videre vnquam fuit ſpumã, bullaſue: & ſi fierent in egreſſu ad vterum & inibi conciderent, & ſpiritus iſte tuus euolaret euaneſceretque, & conſequenter anima miſella, quæ præterea ſi diu in penu moretur, quum ſpiritus trium generum, qui alimentum gignitiui tibi eſt eo non deſcendat, nec ad hunc ſpiritum peruenire poteſt, non reparabitur, fame morietur, quo nil miſerius. Præterquam quòd prolis conſeruatio, generationis perpetuitas, Naturæ ſapientia ex contingenti accidenti dependerent, ex bullæ, ſpumæue ortu & conſeruatione ex accidenti nata, ex motu vel calore, quæ cuique intelligenti riſum mouere poſſunt, quod tua & tuorum à conſilijs pace dictum ſit.

Mundini phantaſtica.
Riſũ mouentia.

Præ-

Præterea obiter, quo modo ſpiritus iſte gignitiuus oui chalazis grandinibus (quas ſemen in ouo eſſe affirmas in 3. parte de genitura c.2. pag.240. & alibi cum Aquapendente) miſcebitur? quo modo illis adhærebit? An oui chalazæ in maris teſtibus & ſeminarijs vaſis ſunt, vbi gignitiuus ſpiritus ſemini tibi à teſtibus miſcetur? An in chalazis calor, ſpuma, motus? An vobis bella iſtæc quadrant, & probantur benigni Mundinij lectores & conſultores protectores acerrimi?

An Cacchinnū etiam.

Mund. Tallus 147.

Eſt & tertia portio ſubſtantiæ albæ à teſtibus pro nutritione corpulentæ ſubſtantiæ ipſorum attracta, quæ ſubterfugit coctionem, quæ in teſtibus fit. Hæc autem portio non eſt apta ad continendum in ſe ſpiritum gignitiuum, vt ſemen globuloſum à teſtibus infra ſpiritu plenum eſſe dixi. Inſeruit pro vehiculo globuloſi ſeminis ad deferentia & referuantia vaſa, & eſt illa, quæ poſt emiſſum in coitu verum ſemen ſtillatim à pene per aliquod temporis ſpatium abſque voluptate aliqua exire perſentitur & conſpicitur, vt huc vſque nil à me fictum ſit, vt dicit Pariſanus.

In erectione penis ante coitum, & in coitu & in ſomnijs rerum venerearum ingens copia ſpirituum influentium ad genitalia præcipitantur: hinc ex ea copia vaſa præparantia deferentia & reſeruantia diſtenduntur etiam quia ab eadē copia humor aqueus in omnibus illis contentus rarefit & intumeſcit. ſemen quoque verum intumeſcit ampliotemque locum requirit, titillationem mouet, vnde impetum foras facit & ab irritata expultrice reſeruantium expellitur coadiuuantibus muſculis ad dilatationem canalis virgæ facientibus, nec non cremaſteribus eo modo, qui à me in ſequenti capite explicabitur.

Pariſani Contall. 147.

Non eſt Mundini ſatagens quòd globuloſi ſeminis tertia portio tibi aquea pro vehiculo ad deferentia, & reſeruantia vaſa inſeruiat, quoniam globuloſum non fit, nec eſt in teſtibus vt pluries diximus, ſed in penu in adenoſis proſtatis fit & longam poſt moram, & propterea hoc abs te gratis dicitur. Falſum quoque eſt, quòd dixerim talia te finxiſſe, quæ te finxiſſe nunc affirmo, & patet. Sed dixi & replico (ne quid tuorum in nos inconcuſſum & irreprobatum remaneat) quòd ea (iterum referre pudeat) me perſentijſſe & inſpexiſſe mihi non licuerit, turpe memoratu.

Mūdini nō bella.

Falſiſſimum præterea (quod dicis) eſt, ingentem influentium ſpirituum copiam ad genitalia deſcendere, eorumdemque ingenti copia præparantia, deferentia, & ſeruantia diſtendi, quoniam in hæc vaſa peruenire nequeunt. Non animalis ſpiritus cui via non patet, neue vitalis & naturalis dictas ob cauſas. Dices certum eſt, genitalia intumeſcere, & vaſa diſtendi, fateor, ſed alio ſpiritu tibi ignoto, à me tamen aliàs declarato, teſtium videlicet ſpiritu tunc temporis à toto ad teſtes recurrente.

Falſa.

Audi Galeni verba, „ Teſtes ſinceriſſimam ſeminis habent qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes quanciſſimè effundunt. Vlterius, vt à cerebro ſentiendi & mouendi facultas in neruos, à corde in arterias diffunditur, ita quoque à teſtibus in totum corpus vim quādam diſpergi dicimus. Hæc ille.

Ex Galeno ād. 2. de ſem. c. 16.

„ Vis teſtiū in totum „ corpus „ „

Quare virtus quum communi ex opinione per ſpiritus effundatur, & ſpiritus reuocantibus fontibus, corde, cerebro, teſtibus, recurrunt, ſenſu ratione probantibus & authoritate ſubſcribente ſic fieri bellè doceberis.

Pulcherrimum actionis modum muſculorum virgæ canale ad dilatandum, & ſeminis excretioni facientium, necnō cremaſterum ſuſpenſorum muſculorum ibidem lubenter audiemus, & ſimul itidem perinde bellè tua pace reprobabimus, ac ſupra, vt ſcis.

Vltimò in mea diſputatione illud præaccepi, ſolere per vaſa ſeminalia expurgari pituitoſas humiditates iuxta Hipp. & Ariſt. & in gonorhea gallica ichores labe illa infectos, acres mordaces.

Mūdinij Tall 148.

Dixi ò Pariſane, indicia à te allata indicare dari ſemen in teſtibus & vaſis ſemina-

minalibus contentum, quod abſque vero ſemine globulento exit, & euacuatur abſque ſenſu, abſque delectatione, abſque virium iactura, abſque quaſſatione, cirſoidum tenſione, ſed addidi tale ſemen eſſe aqueum, aut corruptum, aut ſeminalem humiditatem pituitoſam.

Dixi indicare etiam dari aliud ſemen, quod cum ſenſu, delectatione cum quaſſatione aliquando, cum cirſoidum tēſione, cum corporis debilitate, emaciatione, virium iactura, vt ſequatur aliquando paralyſis & conuulſio, emittitur, ſed quòd ex hoc concludas, hoc ſemen à toto decidere, non dari aliud ſemen à genitalibus proueniens, quā illud, quod prouenit abſque ſenſu, delect. &c. Et quòd in teſtibus genitum ſit alimentum, nos hæc inficiamur, quia ſemen quod cum delectatione, & virium iactura, &c. emittitur, eſt ſemen globuloſum genitum in teſtibus minimè decidens à toto, minimè alimentum, & oſtendi quo modo hoc ſemen glanduloſum cum delectatione cum virium iactura, macie, &c. emittatur, vt videre eſt pag. 25. & 26. meæ diſput.

Pariſani Contradi. 148. In eadem cantilena ſurdis pluries decantata, pluribus & manifeſtis ab effectibus probata hiſtoria ſumus & verſamur. Miror quòd ita audacter quæ ſenſus ſentit, ratio confirmat, authoritaſque comprobat vos doctiſſimi inficiemini. *Aduerſus acutius.* Quid luculentius, quàm quòd gallicam ob gonorrheam ex glandoſis corporibus, proximè deferentibus ex vaſis mediatè, ex teſtibus cirſoidibuſque paraſtatis excernitur, ſemen ſit? quid quod Mundini? Quo modo pituitoſam hic materiam introducitis? quo modo à Iecore ichores? qua via, ductu, quo itinere huc perueniūt? An iſte excrementorum, ichorum, pituitæ & crudorum humorum locus eſt? an verò ſummè concoctorum, & perfectiorum? Ego ſanè nullum locum, nullam in corpore partem in qua eadem perfecta materia diutiùs contineatur, concoquatur, perficiatur, quàm in iſtis, noui: quoniam hic radicale humidum, inſitum calidum, animati ſeminis ſummè perfectum alimentum, ad membranaſque fœtus opportunum præparatur, conficitur, celebraturque; Et proinde turpe dictu, huc crudos humores, ichores tranſmitti. *14. de V. p. 10.* Propterea perbellè Galenus, „ Quo vaſorum ſeminalium ſimplex (inquit) ſanguis & ſpiritus, qui ad teſtes ferūtur diutiſſimè concoquuntur: clarèque cernas humorem, qui in primis flexibus habetur, adhuc ſanguinem, in ſequentibus deinceps magis magiſque albeſcere, quo ad in omnium poſtremis totus albus omnino fuerit redditus, qui plexus poſtremi in teſtes terminantur. *Galeni autoritas.*

Hunc dealbatum addita vlterius teſtiū propria & celebriori coctione, ceterorum vaſorum elaboratione, ichorem, pituitoſam materiam vocabis? proh Deus ô Iudices? *Appellat.*

Summa ratio ex oculata fide. Summa ſit quòd aliam materiā, quàm puriorem ſanguinem ab aorta arteria, à caua vena (in corpore bene valente) hiſce in partibus vidimus numquam. Alium finem hic quàm conficiendi ſeminis cauſa longioris temporis mora in longis & plurimis cirſoidum giris & ſpiris, in teſtium cauernulis, continentibus in penarijs cellis, nunquam nouimus. Alias vias, alios ad teſtes & glandoſos proſtratas ductus percepimus nuſquam. Quid plura? Si modò vos alios humores (ſeriò, verè, non fugæ gratia) alios fines, alias vias nouiſtis, docete nos, & ſic melius cōſuli veſtram in ſententiam & manibus pedibuſque lubentiſſimè aduolabimus Conſultores Protectores Sapientiſſimi. *Appellat.*

Inde gonorrhea Cōcluſio. Secus ſanctum ſit, quicquid inde egreditur, materia in cirſoidibus detenta, concocta dealbata, in teſtibus elaboratior reddita, vt in deferentibus & glanduloſis proſtatis, & conſequenter ſemen eſto, nō dico globulentum, quod (ab re requiris) non eſt tunc, nec reperitur, quia in gallica gonorrhea: quia diu in glandoſis ſemen hoc non moratur, quia continuò excernitur: ex continua excretione ob intemperiem, & labem vaſa laborantia trahunt & ſucceſſiue ac iugiter à teſtibus ſemen neceſſario exſurgunt, teſtes à cirſoidibus paraſtatis, & ſic tenuius & inconcoctius ſemen egreditur, quod proinde icho-

Digitized by Google

ichoroſum & pituitoſum perperam dicitis: quia ſcilicet ibidem pro ut opus eſt non continetur non moratur, & deinceps incraſſari & globuloſum fieri euadereque nequit. Hæc recta non fucata & craſſa ratio dictat ſi noſti tuo ex Hyperariſtoteli Hypergalenoque.

Cicatrices refrigerantur. Vt nunc mittam (quòd ſupra in par. & ſan. Iud. pag. 584. reprobaui, & probaui ex partium poſitionis, connexionis, & ſtructuræ inſcitia factũ fuiſſe (ad quod tu ne verbum quidem) falſum eſſe & repugnare globuloſum ſemẽ corporis quaſſationem, & cirſoidum tenſionem in coitu efficere. Ea propter abſtinendum, ſuſtinendum, diſcendum vobis ſapientiſſimis fuit.

Ad rem propius. Si ex magna & longa huius ſeminis euacuatione vaſorũ retractio, & veluti conuulſio, dicebat Gale- *Cõfirmãtur.* nus, non fit, delectatio nulla perſentitur parua corporis emaciatio, & læſio ſequitur. (quam ob rem coactus ichores & pituitoſas, materias euacuari cõmentus es.) Cõtra verò ſi paucis ex coitus euacuationibus delectatio & motus perſentitur (nõ in teſtibus, infraue in glandoſis) læſio in cruribus, in capite, oculis euidentiſſima, totius emaciatio manifeſtiſſima breui cernitur, non ne à toto ſemen & partibus alimentum (quum non ex teſtibus, neque aſſiſtentibus vaſis) ſubripi, ab omnibus & ſingulis ſpermaticis partibus extorqueri aſſerendum eſt?

Mundini Tact. 149. Fulminas hic, ac ſi furijs agitareris, mutilè mea verba adducis, & ex illis mutilè adductis contradictionem colligis, quam non intelligo, neque ex meis rectè intellectis intelligi ab vllo poterit, deinde neſcio quibus exemplis tentas oſtendere ex ſemine globuloſo virium iacturam corporiſque emaciationem non poſſe ſequi. Erit Iuuenis, inquis, qui ex lue venerea per annum integrum, gonorrheam paſſus cum parua virium iactura, & emaciatione. contra ex veri ſeminis euacuatione à toto maxima virium iactura, & emaciatio citò & illicò ſequitur. Ego ſtatim dico, quòd in gonorrhea venerea non ſemen globuloſum, ſed corruptum, prauis ichoribus à iecore mala qualitate infecto genitis refertum euacuatur. Licet autem aliquid aqueæ portionis ſeminis, quæ vaſorum ſeminalium alimentum eſt, effluat, & ideo non ſequitur virium iactura, & emaciatio, quæ ex ſeminis globuloſi & veri, aſſidua vel frequenti euacuatione.

Replicas quòd „ Tantundem ſanguinis ad corrupti ſanguinis excretionẽ ac non ad corrupti euacuationem ſubſequitur. Hoc ergo certè nego, & ratio negationis eſt clara, quia ad generationem ſeminis globuloſi cõcurrit ſanguinis pars & valde alimentalis, & corruptũ ſemen conſtat ex humoribus à natura ſanguinis, & proinde à natura veri alimẽti partium valde diſtantibus. Non eſt ergo verum, quòd tantumdem ſanguinis veri & alimentalis ad euacuationem corrupti ſeminis ac ad veri euacuationem ſubſequatur quid ergo mirum eſt, ex veri excretione iacturam virium, & euacuationem ſequi, non autem ex euacuatione corrupti?

Supra, me ſemper in iocis tecum eſſe *Pariſari Contra. 149.* aſſeruiſti; & ſemper iocari, non eſt fulminare vnquam, nec furijs agi: quare tibi caueas, & a mendacio ... ibi iocas. Quod ſi furiæ Deæ ſunt ſpeculatrices & erro- *Furijs an angar.* rum vindices, (vt aiunt) ... ſentior.

Quod mutilè tua retulerim, falleris, quando fideliter ſemper egerim: & tu noſtram mutilationem annuiſſes oſtendiſſeſque, ſi tibi exhibitam fidem voluiſſes. Contradictio patet, & ibidem charta cantat.

Exemplum de gonorrhææ affectu iam comprobatum eſt.

Quòd verò ſanguinis tantumdem ad non corrupti ſeminis ortum, ac ad corrupti reparatione requiratur certè neges, certò mihi admirationem parit, augetque tua ratio & diſtinctio de puro ſanguine ex quo globuloſum ſemen, ex gonorrhæa verò corruptum ex humoribus à natura ſanguinis: quaſi hoc verborum ve- *Mundini calida fuga.* lamine, hac vafritie, quia ignaris cum tyronibus tibi negotium ſit euadere credas: & vt tuis conſultoribus, ita nobis & doctis, hiſce nugis ſatisfacias.

Cer-

Inepta cō-ſtituitur. Certò ſcias Mundini ſeminalium vaſorum implexum vt ſemper ab aorta arteria, à caua vena, & ab emulgentibus ortum ducunt, ita perpetuò æquè purum & eodem modo ſanguinem, eodemque fine trahere; eodem in tempore & continuò continere & concoquere, vt ſupra ex Galeno dicebamus: itidem teſtes, & proinde ſimiliter cetera inferna vaſa. Credis hoc? Vtique dices. Sed fore ſcio, quòd vt ſupra ſubterfugere conaberis, quòd gonorrhæa affectorum hepar ac ſeminalia vaſa ad teſtes, ichores & impuram ſanguinem tranſmittit. Sed ecquid ſeminalia vaſa cum hepate habent? ab aorta & caua, inquam, & puriorem ſanguinem trahunt. Quòd ſi ex gonorrhæa & gallica in lue affectis ſanguis ſit impurus, hoc nihil refert, nec facit quin etiam ad fugam: ſat eſto ſemen in teſtibus eodem ſemper ex puriori ſanguine fieri, & ex gonorrheæ fluxione vires parum, ex coitu plurimum proſterni, vt quod quærebamus firmum ſanctumque ſit, ſi capitis.

Mund. Taſlus 150. Experientia, inquis, monſtrat, quod languor partium corporis ex coitu non prouenit, quoniam ad effuſionem ſeminis ſanguis ad genitalia ſubſequatur, vnde reliquæ partes priuantur alimento, „ quia „ magis afficiuntur ter ſpatio vnius horæ „ coeuntes, quàm alij quinquies ſpatio v- „ nius noctis, tametſi plus ſeminis euacue- „ tur & conſequenter plus ſanguinis ad te- „ ſtes confluat, & copioſior in nocte, quam „ in hora à toto corpore abſumatur. Putas ne iſtis demonſtrare? An quando coit quis ter in hora tãtum temporis ſpatium inter vnum & alterum coitum non intercedit, vt poſſint ſpiritus inaniti & diſſipati reparari? Hîc maior languor & virium iactura, quàm ſi plures coitus fiant, verum vnus ab alio diſtet, ſic enim adeſt tẽpus ad reparandũ conſumptũ, & inanitũ.

Quid cum vagantibus ſpiritibus, dicis, partes ſpermaticæ habent? Ergo dico ego ſpermaticarum inſitus ſpiritus non reſtauratur à ſpiritibus vagantibus? Ergo calor ipſorum à calore vagantium ſpirituum non actuatur, non fouetur vt ali poſſint? ergo vires non conſiſtunt in ſanguineis partibus, ſed tantùm in ſpermaticis? Ergo macies corporis ſequitur non conſumptis carnibus? Et ſi conſumptis, quid carnes cum tuo ſemine à ſpermaticis tantùm decidente habent?

Pariſani Contract. 150. Iam ex dictis liquidò conſtat ſpiritus naturales, vitales, animales neque in fictorum inſiti & gignitiui alimentum abire, neque euacuari: ſed bene excerni teſtium ſpiritus, ideſt à teſtibus genitos ac totum per corpus expanſos, vt ex Galeno, ratione, & experientia comprobauimus. Ceterùm ex hiſce & ex quibus vis ſpiritibus euacuatione ob coitum corporis languor eſto, qui ex illis non ſequitur. At partium ſolidarum ſpermaticarum emaciatio vnde? hoc opus, hic labor eſt. *Vrgens quæſitũ.* Non ex ſanguinis defectu, vt dixi: quia venæ ſanguinis copia refertæ vnius diei ſpatio non exinaniuntur.

Non ex glandoſo tuo teſtium ſemine, quia paucum, parua iactura. Dein quid e. g. caput, crura, cum teſtium ſemine habent? Non ex ſpirituum influentium diſſipatione, quia hiſce ſolidæ ſpermaticæ partes non nutriuntur: immo ad earum nutritionem ex te ſemen craſſum requiritur. Quid igitur Mundini? Six. duodecimue coitibus in die corpus emaciatur, & à ſufficienti partium enumeratione; non ex ſanguinis defectu, non ſpirituum quorumcunque diſſipatione, non ex teſtium ſeminis euacuatione: ergo ex proprio ſubrepto alimento quæcunque pars emaciatur. quis dubitat? ergo ex ſemine à toto exploſo. Hîc vos, tu tuique à conſilijs pedem ſiſtite, & ſerium date reſponſum, non terga, ad nugas confugientes. *Appellatio.*

Spiritus vanitas. Spiritus inſitus, & gignitiuus pluries confutati ſunt: non dantur, non ſunt, & conſequenter non nutriuntur. eorum calor non reperitur, & deinceps non fouetur, non actuatur. puta iſtæc verba ſunt otioſorum & vagantium commẽta. Carnes profectò ex ſanguine pẽdent, ſed verba ad Epheſios, quia de ſemine loquimur, de ſpermaticarum emaciatione, & conſequenter fuga, atque ad rem minimè, Doctiſſimi,

Adſit,

Adſit, inquis, plectoricus, coeat decies in noctis vnius ſpatio, emaciabitur. Fateor ex multa inanitione & diſſipatione ſpirituum, ad quos integrè reparandos, neque altera nox, neque quatuor dies forſan ſufficient, vt experientia monſtrat. Enaciabitur etiam quia ad vnam ſeminis vnciam generandam cōcurrit plus, quam vncia ſanguinis. Auic. dixit concurrere 40. ſanguinis. Ego pag. 26. tres conceſſi (quod quidem tu pro tua ingenuitate tacuiſti) Cum igitur ad gignēdam vnciam vnā ſeminis concurrant tres (vt conceſſi) ſanguinis, alimentum toti ſurripitur, & ideo hac altera cauſa, ſi coeat quis decies in nocte duas, vel plus ſeminis vncias euacuando, emaciatio ſequitur. ſit.n. quantumuis aliquis plethoricus, ex decem coitibus in nocte vna peractis, in facie non amplius rubeus, ſed pallidus erit, & ſi tetigeris membra, flacida perſenties, ſignum certiſſimum ſurrepti cunctis partibus, non ſpermaticis tantum corporis conſumptique alimenti.

De Pariſani ingenuitatē dum lamentatur.

Pariſani Contr. 151.

Hîc lamentatis de Pariſani ingenuitate, quòd tuam in Auicennam correctionem præterierit, caſus ſanè magnus ſi ita etiam eſſet, qui quidem & re vera contigit noſtra ex ingenuitate, (quod verbum ſecus in tuo calamo ſonat; parum refert) ne ad viuum omnia me reſecaturum viderer: ſed poſtquàm id noſtri ſilentij haud æqui bonj facis, tua verba deſcribemus viſuri audituriue quàm bellè ſonent, & inde quàm bene tuis aculeis tibi conſulas.

Mūdinus. In ſtimulū calcitrat.

» An non emittetur ſemen globuloſum cum virium iactura ob ſpirituum diſſipationem? cum emaciatione corporis? Ad generandam vnciam ſeminis concurrunt 40. ſanguinis per Auicennam concurrant ſolum decem ſanguinis, qui veneri nimium indulgēt, ad minus ſemiunciam, & vnciam ſeminis ſingula die emittunt: ergo quotidie ſecundum Auic. ſanguinis conſument; ſed conſument ſolum vncias quinque, aut tres. Si ſingula die 20. vnciæ ſanguinis, aut quinque ſolùm, & tres detraherentur, præter diſſipationē inſenſibilem, quæ noſtrorū corporū aſſiduè fit, peto an emaciabitur? pag. 26. de genitura.

Viden' Mundini, quòd Auicennæ opinionem recipis & probas, quam ob rem à minori ad maius argumentaris corporis emacionem probaturus, a 40. a x. a. v. a 3. vt pateat te in ſtimulum calcitrare.

Intercluditur ſuga.

Ampliùs non eſt verum, quòd à toto, ſeu toti alimentum ſurripiatur ex globuloſi euacuatione, etiam ſi decies (nota ratiocinium) in nocte coitio fiat, proinde non emaciabitur: quoniam non abſumūtur, neque ad vaſa, teſteſque quin etiam confluunt (ſi pro ſeminis ſemuncia 20. x. v. treſue ſanguinis vnciæ requirantur) ducentæ vnciæ, neque centum, neque quinquaginta, neque vigintiquinque. Quo modo in nocte in cirſoidibus vaſis & teſtibus minimum decem ſeminis vncias fieri vultis? melius & opportunius abſque diſſidio. Quo modo iiſdem in vaſis cirſoidibus ſimul & ſemel in nocte vna confluere, recipi, continerique vultis 200. 100. aut 50. aut minimum viginti quinque (vel arbitratu tuo minimum dico ſanguinis libras? quid quod Mundini? mihi tecum negotium eſt. Non dicam, ſatin ſalue, quia Terentianua illud peroſus abhorres. ſed contendam, an mera iſtæc monſtra? An noſtra hæc ſubductio (infra eam irrides) pulchra & infra pulchriori pulchior? An in te, & tuos vt aduerſus Auicennam vera eſt?

Demonſtrās ratiocin.

Mera monſtra paru.

Verùm ad rem cominus, Si corpus emaciatur, vt verè emaciatur, non ex ſubiecto ſic alimento, nō ſanguine immediatè, ſed proximè (nota) ex ſemine à toto euacuato emaciatur: quia præparatū ſpermaticis partibus alimentum aufertur: & ſi ſimulatque inibi ſanguis præparatus & in ſemen verſus, iterum, tertio, atque pluries ſubripiatur ſeu euacuetur, & vires concidunt & partes emaciantur, non ſanguinis remoti alimenti defectu, quia in vaſis affluit, (ſenſu patet) & partibus illico in promptu eſt rudis tamen, non elaborati; ſed immediati alimenti, ſeminis, inquam, ex dictis vt patet.

Demonſtratio.

Mundini Tact. 152.

Dicis ,, Ergo alia vaſa dormiunt & ſibi à genitalibus proprium alimentum extorqueri ſinunt? In magno æſtu dico ego genitalia in libidine ſunt, & ideo

alijs extorquunt. An calidi non eſt attrahere? non quæro nunc modum quo attrahir. nam non eſt hoc ad propoſitum. trahat quomodocunque.

Contendis mox ad vnciam vnam ſeminis gignendam vnam ſanguinis ſufficere, ad libram ſeminis libram ſanguinis, & Auicennæ dictum debaccaris, & rationem pulcherrimam contra ipſum productis, & iterum pulchetrima pulchriorem. Quæ tamen contra me nihil valent. Si ex tribus vncijs ſanguinis (vt ego conceſſi) fit vnica ſeminis vncia, quæris quo nam pacto duæ ſanguinis conſumuntur? quo vadunr? quo modo euaneſcunt. Facilis reſponſio. Ad generandam ſeminis globulenti vnciam, tantum ſanguinis oportet à genitalibus attrahi, vt præparantia aqueo ſemine, quod ſemper in illis viſitur nutriantur, vt teſtes nutriantur craſſiori, quam ſit globulentum, vt deferentia & reſeruantia nutriantur. Adde quòd cum incraſſatio fiat per ſubtilium partium reſolutionem pars attracti ſanguinis pro generatione ſeminis globuloſi inſenſibiliter diſpergitur. adde quòd in omni concoctione aliquid excrementi redundat. Vide quomodo duæ partes ſanguinis conſumuntur. Vide quo vadunt. Vide quo modo euaneſcunt. Erunt ne tuæ rationes contra me pulcherrimis pulchriores.

Pariſani Contact. 152. & Mundi ni fri no. la reprobantur. Teſtes & vaſa neque tali æſtu extorquere queunt, quia non adeſt locus, ſeu (melius) vacuum: quia ſi cirſoides ſunt ſemine pleni, quo modo ſanguis illos in paraſtatas, & ab illis ad teſtes ad genitalia extorquentia deſcendet? quæſo te à rei natura philoſophare: quia pars poſtrema ſemielaborati ſeminis in fine cirſoidum, & teſtibus proxima à teſtibus trahitur, illos ingreditur loco excretæ & ad pondus & menſuram, pro loci, vacui, & alimenti defectus neceſſitate.

Ratione. Quocirca tali genitalium æſtu ſanguis non attrahitur, quia talis potis non eſt, *Senſu.* non lædens, non præter naturam: quod experientia liquet; quoniam flacceſcente pene ex ſeminis eiaculatione, vt etiam abſque, illico, aut pauló poſt pacata ſunt omnia; vt pateat, ſemineorum, teſtium, vel ad hæcce, ſpirituum confluxus & receſſus, non autem ſanguinis: & proinde manifeſta tua tergiuerſatio.

Confirmatur experientia, quia multi per dimidiæ horæ ſpatium coeunt & nihil eiaculantur, quia non poſſunt: quidã in perfricationis fine ab eiaculatione & excretione abſtinent, & proinde talis ex æſtu ſanguinis attractio non fit, experientia & ſenſu docentibus, & cõſequenter fictitia veſtra. *Certè experientia.*

Si pulcherrima & demonſtrans aduerſus Auicennam noſtra ratio eſt, vt fateris, & te aduerſus eadem erit vt patuit, & tametſi ab ipſo modò recedas, vacuus non abibis tua cum facili reſponſione, ſed nulla. Quoniam ſi (modò conueniamus quæſo te à natura rei proſequentes, ne vt cæci baculo tentantes, errantes vagemur) emaciatio (in hoc quæſito ſtandum) totius corporis ſequitur ex coitu, quia ſanguis pro ſpermaticarum partium nutritione ſubtrahitur, abſumiturque: ergo ſanguinis tantumdem ad genitalia ad teſtes & aſſiſtentia vaſa confluit, hoc ſupponitur & dubio procul ex hypoteſi ſequitur. *Subtilis & pulchior demõſtrãs.*

Modò ad rem, audi, ex vnciæ ſeminis euacuatione è proſtatis extra in vterum tantumdem proximi ſeminis, priùs euacuato ſubſequitur, & ſic deinceps à teſtibus & cirſoidibus paraſtatis: ita vt continuo in continentibus hiſce partibus & vaſis ſequatur & conſeruetur vacuum illius vnius vnciæ exploſi ſeminis, ad finẽ (ſi mauis principium) vſque ſuperiorum partium cirſoidum propè aortã, cauam, emulgentia vaſa: ergo pro loco, pro vacuo, non tres, ſed vna ſanguinis vncia tibi attrahetur, non 40. Auicennæ. Coeat quis decies in nocte, loco euacuati ſeminis e.g. vnciarum decem, decẽ ſanguinis vnciæ in vaſa ſubſequentur, non triginta tibi, non 400. Auicennæ: quia non adeſt locus, vacuũ. Ad rem ex x. ſanguinis vncijs ex fontibus caua & aorta in ſpermatica vaſa, & teſtes confluxis ex pletorico corpore in nocte, non poteſt pletoricũ corpus emaciari, quoniam ex duplo & triplo ex vena, ex

vulne-

vulneribus breuiori tempore egreſſo ſanguine tale corpus non emaciatur. At pluribus ex coitibus emaciatur: ergo ſubrepto ex ſpermaticis alimento toti ſemine, quòd quærebatur: ergo ſemen à toto prolabitur. Hæc non phantaſtica, ſed à rei natura, & proinde vt germana, ita noſtra vera ſententia eſt.

Germana ſubductio.

Obiectio ad fugã.

Ad hæc quũ 400. Auicennæ 30. Mundini ſanguinis vnciæ ſpermatica vaſa & teſtes ingredi nequeant, quodque humanum captum excedat. Reſpondeat quis ſubtiliter, tantum ſanguinis ſimul non ingredi, nec ſemel, ſed paulatim prout pedetentim ſemen progignitur, & ita non impedit, quin ad ſeminis vnciam procreandam 40. Auicennæ. x.v. 3. Mundinio ſanguinis abſumantur, & deinceps requirantur, & confluant.

Oſtenditur.

1. Subtile reſponſum
ſed ad fugam: quoniam ſanguinis tãtum
pro ſeminis vncia generanda abſumi ne-
2. quit dictis de cauſis. Præterea quod plu-
rimi refert, ſi ita ſenſim & diuturno tem-
poris ſpatio ſemen reparatur, vt quadra-
gies, & ſingula quaque vice ſanguinis vn-
cia ingrediatur, ſanguis à totius ſperma-
ticis partibus non ſubripietur donec in
magnis fontibus & vaſis ſanguinis copia
adſit: & ita totum ex coitu & genitalium
ſeminis euacuatione non emaciatur, do-
nec ſanguis affluit: ergo ex ſeminis à toto
excretione, quod quærimus. Intelligitis
ne Conſultores, Protectores ſubtiliſſimi?

Cõſultoribus & Protectoribus.

Ampliùs, ad tuas nugas. Si ad vnam
3. ſeminis vnciam reparandam tres ſangui-
nis vnciæ requiruntur (in ſuperiori con-
tactu Auicennæ aſſentiris, poſt decem de-
inde quinque dixiſti) cur ex tribus vn-
cijs aqueam partem demis, quam pro pu-
ro ſanguine nobis vendis?
4. Vlteriùs quũ ex eiſdem teſtes & vaſa
enutriri contendis? Sic duæ vnciæ eò
nõ perueniunt ſeminis materia, & ſic ter-
giuerſando promiſſis nõ ſtas, ſed fidẽ flu-
xam geris; & tandem, quòd vna ex vncia
5. noſtram in ſententiam venis, ſi ſapis.
6. His accedit, quod, ſi quo temporis ſpa-
tio ſeminis vncia à vaſis & teſtibus gigni-
tur, ab iiſdem duæ ſanguinis vnciæ con-
ſumuntur, ab vniuerſo corpore quinqua-
ginta minimum libræ abſumerentur, & ita nec ſingulo quoque die vitulus ex tua ſpeculatione & œconomia homini ſat eſſet, quæ vt ſupra pulchrioribus pulchiores ſunt ſubductiones. Præterquam quòd inibi non quærebamus, quid de duabus vncijs fieret, quod tergiuerſando dixiſti, ſed duabus de octuaginta, quam ob rem vitulum requirebamus, ſed tu calliditate cooperuiſti vt abſconderes, quemadmodum in Par. & San. Iudicio videre eſt.

Rectè nec vitulus.

Ad generandas modò à me iam declarato duas vncias ſeminis in nocte vna excernendi & ad reliqua corporis membra nutrienda ſi ſex ſanguinis requirantur „ vitulus veſperi deuoratus ſat ne erit? ſi generanda libra ad decies in nocte coeundum ſufficiet ne veſperi deuoratus bos, vt per iocum contra me dicis?

Mundini Tact. 158.

Sed ſi duæ vnciæ ſeminis in nocte vna emittantur, ex cibo veſperi ſumpto genitæ ne fuere, vt tu in tua pulcherrima pulchiore ſubducta ratione ſupponis? an in pluribus diebus genitæ ſunt? An impoſſibile eſt ergo coitu aliquem deditum in pluribus diebus vitulũ & bouem commediſſe? Quæ bona rationis ſubductio eſt iſta tua? Quid iocaris? quid nugaris? quid debacharis? quo cum putas te hiſce ſcurilitatibus habere? Omitto hic nõnulla tua dicta, quæ vana ex à me iam declaratis, & ridicula redita ſunt. Præterco tenſionem cirſoidum, quam fieri in coitu aſſeris. nam inferius de hac agendi commodior aderit locus. Solùm aſſero contra proportionem, quam inter teſtes & mammas affers, me iure dixiſſe &, ſtructuram teſtium & mammarũ admodum diuerſam eſſe, & ideo nõ ad alimentum generandum teſtes, vt mammas factos eſſe. quia vbi plexus adſunt, ibi fit concoctio nobiliſſima & digniſſima. at talis coctio non requiritur pro alimentali humore generãdo. Cum ergo circa teſtes plexus adſint, non pro humore alimẽtali generando, ſed pro alio aliquo humore nobiliſſimo gignendo teſtes à natura facti ſunt.

Bona verba quæſo te Mundini, quando me interdum iocari ſed ſeriò tuis ex

Pariſani Contact. 158.

hiſce parum bellis bellèue piolatis non diffiteor. At nugari, debaccharj, furijs agi mecum non eſt, cuius aurem ſit, nos agnoſcentium iudicium eſto. Quòd nonnulla mea dicta vana tibi viſa, ridicula reddideris, dicas, haud miror, quòd maximè cæcutiens & caligans tota via aberraueris. Sed in medium Lectori tua ſic probantia ducenda fuerunt, ſi adhibitam tibi fidem voluiſſes, & feciſſes quam lubentiſſimè ſi potuiſſes; at, inquies, ſufficiat bona voluntas. vtique impoſtor.

Serò dicta vera cōfirmātur.

Negotium tecum mihi eſt, quia mecum tibi placuit ſic tua ductus ſententia, Conſultorum authoritate, & ſapientia fretus voluiſti; mihique pergratum & doctiſſimis cum viris negotium eſſe, licet nimis ab re promptus ſis ad iram, ad excandeſcentiam, ne dicam ad furias. quod frequentius quàm par ſit coeunti commedendum vitulum aut bouem proponam, & proinde ex me quæris, num ſemen noctu excretum ex ſumpto veſperi cibo confectum fuerit, quaſi id ipſe annuerim, quod abſit. Vlteriùs quæris, An impoſſibile ſit, coitui aliquem deditum in pluribus diebus vitulum & bouem commediſſe. Et quid ne? immo quòd pluribus diebus, & ſi placet, menſibus commediſſe vitulum, patrem bouem, & eius matrem vaccam poſſibile fuit. Sed quorſum tu hæc ſi noſti? An quia meum ratiocinium non intellexeris? quod eſt,

Ad reparandas x. ſeminis vncias in nocte eiaculatas, 400. ſanguinis vnciæ (ſi ad vnam ſeminis conficiendam vnciam, 40. ſanguinis opus eſt) requiruntur ad vaſa & teſtes confluentes: qua veſtra ex hypoteſi nec vitulus quidem veſperi commeſtus ſat erit, non dico pro totius hominis alimento, ſed pro reparandis illis x. ſeminis vncijs euacuatis. Veſperi dico comeſus, vel ſi mauis in prandio, (parum refert, quādo ſat ſciam, quòd homo in cena, vel prandio vitulum non edet, quia fieri id nequit: & ſi commederet non concoqueret, immo moreretur) vt ſanguinis 400. vnciæ recenter genitæ præſto ſint hac tamen de cauſa in promptu requiruntur.

Hæc Auicennæ & tibi ſecum ſi ſentis, vt videris, bellè quadrant. Secus quum poſueris etiam pro vncia ſeminis x. ſanguinis requiri, centum expoſcentur. Si pro vna quinque vt dixiſti, quinquaginta. Demum pro vna tres, triginta opus erit, quæ omnia impoſſibilia ſunt, vt pluribus ex dictis rationibus conſtat. Quare vt ab hiſce abſtinendum fuit: ita hoc abſque iraſcentia ſuſtinendum tibi modò eſt, Conſultoribus quin etiam tuis.

Sed quid de mammarum ſtructura iterum abſque erubeſcētia verè debacchando quæris, quum ſupra in Par. & ſan. Iud. ſatis ſuperque? quæ propterea in tui gratiam haud grauarè benignus lector audiet, & tua ingenuitas confirmabitur; ſunt.

Ecquid ipſe dicam tua de admiratione ac ſtrepitu quo ad teſtium & mammarum exemplum, quo nihil rectius & appoſitius afferri potuit? (vide illud amabo te lector, obſtupeſce, & iudicium feras, num illis reſponſo opus ſit) quo loci de prouidæ Naturæ ſapientia & fine quo ad ſpeciem dum ago & oſtendo, vt quemadmodum fœtui in lucem egreſſo mammæ lac parant, ante egreſſum matrix ſanguine præſto eſt: prius autem & ſimulatque in vterum à toto deſcendit, vt tenellum, quia ſemen, illi ſimile medijs teſtibus parat alimentum; quando ex quibus conſtamus & ſimus ex eiſdem enutriamur. Quum autem ſemen dictum, vt tenellum initiò ſanguinem in ſemen vertere non valens optimè elaboratum in penarijs aſſeruatum, in vterum deſcendens ſecum ad nutritionem aſportat, ex maxima inquam, & admiranda Naturæ prouidentia. Quare iſdem Naturæ finis teſtium & mammarum in ſuperfluo progignendo alimēto pro fœtu. Iidem vtriuſque effectus pro tempore alimentum.

Tu verò dictarum de partium ſtructura ac plexibus in mammis quæris. Sed quorſum hæc? An detrahendi & pungēdi ſtudio, vt nonnulli aiunt? quod non facilè crediderim, ſi tamen verū eſt, in altū expuiſti. Hæc eo loci, hîc itidem ſatis in tuæ & tuorum duritatis gratiam.

Quid

Quid vlterius abſque erubeſcẽtia quę-ris? quid addam? niſi quammaximè tuis de Conſultoribus & Protectoribus adulantibus lamenteris?

Mũdinij Tact. 154.

Nunc ad ea veniamus, quæ cõtra mea præaccepta machinatus es.

Miraris quod velim teſtes verum ſemen ſibi & ſui gratia progignere, poſtea aqueo nutriri potiori exploſa parte. Præterea ſi aqueo nutriuntur attracti humoris portionem in verum & fęcundum ſemen vertere.

Procedunt hæc ex mala intellectione eorum, quæ præaccepi, quia teſtes nõ nutriuntur aqueo, attrahunt aqueum quemdam, vt dixi, humorem album, ſed in aſſimilatione craſſum reddunt & ſimile craſſæ ſubſtantiæ teſtium; portionem, quam non aſſimilant, in operæ aſſimilationis globulentum reddunt facta aſſimilatione portionis, qua reſtautantur, explodunt globulentum.

Pariſani Contact. 154. Mũdini quinta eſſentia notãda.

Modò audiamus, intelligamuſque ſi fieri poteſt, ſubtilia, elaborata, ventilataque tua reſponſa, reconditi aliquid inde collecturi. Miratus certò ſum & nũc profectò cum maximè demiror tuum abs te excogitatum reſponſum diu à ſapientibus tuis excuſſum viris, nihil ſoluens, concludens, docens. Et propterea id mala ex intellectione (vt dicis) procedere, non inficior, immo probo; ſed cuius? mea, tua ne? addendum monſtrandumque fuit: quando hîc etiam confirmes & approbes, teſtes ex aqueo humore, (non ſemine non ſanguine) incraſſato (addis) nutriri.

Dicis quidem, non nutriuntur aqueo, (ſed) attrahunt aqueum quendam humorem album, ſed in aſſimilatione craſſum reddunt, & ſimilem craſſæ ſubſtantiæ teſtium: & ſic nos dociles & attentos nouitati redditos diſcendi cupidos, ſed tua doctrina vacuos deſeris. Neſcientes quin etiam, cui congruat illud, *ſimile*, niſi hiſce artibus tuum ſubodorandum veſtigium abſcondas & deleas, ne inuentus capiatis. quòd & ſuperior periodus continuatio manca & cõſultò mutilata, Præterea, &c. ne quid tibi velis, perſcrutemur.

Profternitur.

Ad rem, Vt teſtes aqueo humore incraſſato nutriri erroneum, (vt potè pars nobilis, ſeminea, & totius, roboris fons) ita puriori ſemine ali rationi mihi maximè conſentaneum eſt. quod ex Galeno facilimè & manifeſtiſſimè ſi voluiſſes collegiſſes. audi ipſum.

Probatio ex Galeno id de V. p. c. 10.

Vaſorum ſeminalium implexu ſanguis & ſpiritus, qui ad teſtes feruntur diutiſſimè coquũtur, clarèque cernas humorem, in primis flexibus habetur, adhuc ſanguinem, in ſequentibus deinceps magis magiſque albeſcere, quo ad in omnium poſtremis totus albus omnino fuerit redditus. An ex his colligi: aqueum humorem trahere? Audi

1. de ſem. c. 16.

Semen efficiunt teſtes & arteriæ & venæ, ſed illæ paucum multo temporis ſpatio, teſtes non ſolùm multum & cito, ſed exquiſitè etiam confectum, quippe quum (nota Mund. quia litem dirimit) ſinceriſſimam ſeminis habeant qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes quamcitiſſimè effundunt. Vt enim à Cerebro ſentiendi & mouendi facultas in neruos, à corde in arterias diffunditur, ita quoque à teſtibus in totum corpus vim quandam diſpergi dicimus. An aqueo ex humore hæc. Vlterius.

1. de ſem. c. 15.

Quantò melius eſt bene viuere, quam ſolùm abſolutè viuere, tantò in animalibus teſtes corde præſtantiores ſunt. (Addit ibidem) Teſtes dant robur & perpetuitatem.

An Mundini perpetuitas & robur ex aqueo humore? An teſtes ineptioni alimento quàm cor, aqueo incraſſato humore nutrientur? An totum corpus aqueo alimento perluſtrabunt? aqueo alimento toti, robori erunt? præſtãtiorem quàm cor vitali ſanguine & ſpiritu, aqueo humore vitam præſtabunt? Videris ne Galeni doctrinam (quam nos rationabiliter tuemur) nos aduerſus defendere, an deſtruere? quid Protectores?

Appellat.

Mundinij Tact. 155.

Dicis, ſi globulentum tamquam ſuperfluum explodũt, quo modo perficiunt, ſpiritus immiſcẽt & animant, repugnant hæc inter ſe.

Non repugnant, quia explodũt quan-

do ſaturati ex portione aſſimilata aſſimilatæ continuam globuloſam, ſpirituſque animatos reddidere, hoſque illi miſcuere, iam enim declaraui ſemen eſſe animatum, quia ſpiritum in ſe continet animatum.

Pariſani Contatt. 155. Deſiderãtur.

Tuam hîc & tuorum, ſubtilitatem deſidero; quoniam ſi teſtes ſeminis partem globuletam (in teſtibus fieri meritò inficiatus ſum, in proſtatis ſic eua ſam) explodant, non perficiunt: quia ſi perficerent, ſui gratia id agerent, (pluries probauimus) & conſequenter retinerent, vt Galenus docet [a]: ſed hoc non: quare neque illud: quoniam vt inutile & ſuperuacaneum explodunt, vt iſdem alibi docet, [b] atque propterea non perficere, & pugnare conſtat, ſi Galeno optimè ratiocinanti credimus, quum hoc ſic ſtatuit.

a 3. de nat. facul. c. 7. b 6. de placit. Hipp. & Plat. 8. c 5. aph. 29.

» Quæ lubet (nota Galeniſta, quæ lubet)
» noſtri corporis pars, ſiue ſuccos tantùm,
» ſiue neceſſario generet, ſiue vtiles humo-
» res alijs partibus, numquam hunc ob fi-
» nem (nota) ſuas operationes aggreditur,
» alterius nimirum gratia, eo quia talis
» operatio ad intellectum ſpectat.

Ergo tui teſtes intellectu agunt, & inſuper præclariſſimo, quia non ſolùm conſulto alijs generãt, quod Galenus improbat, ſed longè elaboratius, quàm ſibi perficiunt, (qua in re maximè colcones aliàs dixi) immo dedita opera perfecto & globulento reddito ſpiritus itidem de induſtria animatos factos illi immiſcent, opus ſanè non Colconum intellectus, ſed nec ſeptem Græciæ Sapientum quidem veſtrum nihilominus intellectus opus & inuentum.

Colconũ laudes.

Res ita ſe ſe habet, vt ratio ſtatuit, & ſic Galenus ſubſcribit.

» Quod teſtes tandiu concoquant &
» perficiant, quamdiu ſibi conſulunt, donec
» ſcilicet cõcocti & quod in cibis optimum
» eſt (non aquoſum, inquit, vt vos) id ha-
» litus ſpecie (non in craſſatum aqueum vt
» tu) at paulatim ſibi attrahit, atque in tu-
» nicis. ſuis reponit (loquitur de Ventricu-
» lo officiali membro) ijſdemque adiungit.
» Vbi abundè ſaturatus eſt, quicquid reli-
» qui nutrimenti eſt (nota) veluti oneroſi
» aliquid reijcit. Quamquam ex eo quòd
» cum ventriculo habuit comercio, ipſum
» quoque (aſſumpto imperfectius oſtendit,
» tu longè perfectius conſtituis) conſequu-
» tum eſt ſalutare (nota aliquid) aliquid.

Concluſio.

Ex quibus colligitur per te Galenicum aduerſus Galeni ſententiam colcones ſibi conſulentes, verè colcones eſſe, vt aliâs decreuimus: quia imperfectius ſibi alimentum ſemen ſumunt, alijs conſulentes, & conſultò id agere & intellectu vti, ac talia præſtantiſſima præſtare, quæ intellectus humanus non capit, Galeni ſaltem, ſaltemue Hypergaleni tui.

Mund. Tactus 156.

Dicis deferentia vaſa & reſeruantia verum ſemen cõtinent, & deteriori aqueo humore aluntur? quæ prouidentia eſt iſta? Reſpondeo conſtare hæc vaſa ex eadem ſubſtantia, qua conſtant præparãtia, quare ſi hæc aqueo aluntur, cur non illa? Verum ſemen quod continent, à teſtibus accepit modum ſubſtantiæ diuerſum, & qualitates diuerſas, ac ſubſtantiæ illorum conueniunt.

Pariſani Contact. 156. Aſſiſtentia teſtibus vaſa, & teſt i ſemine aqueo nutriri ridiculum.

Si arteriæ, & venæ Vir doctiſſimè, quæ puriorem ſanguinem primò recipiunt & continent, & diu abſque aliorum vllius raptu continent, immo ſemen, & præterea ex longa mora elaboratius quàm in alijs ratione credi poſſit ac debeat, aqueo nutriuntur, quænam ſpermatica pars æquo cõcocto ſemine, nec hoc aqueo pręſtãtiori dicã, nutrietur? Quid de elaborato & puro venarũ & arteriarũ ſanguine fiet? An eo carnes propriè dictæ nutrientur? An eædem venæ & arteriæ ineptiori ſibi attracto, præſtantiorem verò illis ſeruabũt & deferent? At citſoides paraſtatæ à teſtibus ſubſtantiæ modum diuerſum & qualitates diuerſas non continent, quod doces: igitur contra quam ſentis euenit, vtriſque de aſſiſtentibus. At eadem omnium ſubſtantiæ ratio eſt, & Galenus, optimum ex cibis, inquit, attrahit, reponit, adiungit. Verùm qua authoritate, cuius conſilio ſuaſus, & ratione ſcribere auſus es, ſuperiora præparantia vaſa cirſoides paraſtatas aqueo ſemine nutriri? & ſubinde deferentia, & proſtata? perinde certò nouus, bellus, & ſubtilis pro-

bandi

bandi modus. Quæ ſi tu ſolus diceres, à cacchinno fortaſſe haud me continerem; ſed quia vt ſæpius aſſeris, & conſultores & probantes habes, etiam à riſu abſtineo. Patiaris nihilominus ingenuè dicam, nec propterea Hypergalenus tuus tibi, nec tibi ſubſcriptis doctiſſimis fidem adhibet vllam.

Hypergalenus à riſu vix ſe continet.

Mundinij Tall. 157.

Dicis, quo modo ſemen verùm, quòd in deferentibus & reſeruantibus continetur poteſt eſſe ſibi continuum, & ideò vnica anima præditum? non ne portiones aquei humoris cum illo confunduntur, & ita illud in partes multas diuidunt, vnde multæ animæ. Reſpondeo vaſa deferentia & reſeruantia nutriuntur aqueo, quare illud ad ſe attrahunt, apponunt agglutinant, aſſimilant, quocirca parietibus illorum ſemper aqueus adhæreſcit, in medio cauitatum eorum vaſorũ reſidet hoc pacto ſemper verum cui incluſus eſt ſpiritus. ſicut igitur aqua per te in ſpongia eſt ſibi continua, cur ſpiritus à teſtibus ad paraſtas in ſpumoſo corpore glandulosi ſeminis contentus non erit ſibi continuus?

Nonne paraſtatæ ſunt inter ſe diuiſæ? ergo concludis ſemen in diuerſas partes diuiſum eſt. Nego eſſe diuiſas, adſunt ab vna in aliam meatus. Oh attrahunt aqueum ſemen, quo dico nutriri, & ita ipſum anguſtum ingrediens, claudet, & ſic diuidet ſemen verùm.

Hæc non demonſtrant Pariſane. In corpore enim viuente non ſunt adeò anguſti meatus ab vno in aliud vas reſeruãs tendentes, vt quum proprium alimentũ parietibus illorum ſemper adhæreſcat, vero ſemini in vera cauitate locus non relinquatur, ita quòd totum ſibi cõtinuum non ſit.

Pariſani Contall. 157.

Aduerſas inania.

Nunc maximam tui ingenij ſubtilitatem agnoſco: quippe facilimè in minimo continente maximum locatum eſſe luces, quando, inquam, in anguſtiſſimo foramine & ductu ab vno in alium glandoſum proſtatam ab inuicem illos vix ſeparante, & claudente non prorſus, tria ſimul & ſemel collocas corpora magno ordine ſummoque magiſterio diſponis: vt primum anguſti foraminis medium ſpiritus animatus obtineat. Secundum corpus craſſum globulentum videlicet ſemen in ſe ſpiritum contiguum, continuũ, continens; ſed an inter ſpiritus & glanduloſum corpus aëris aliquid forte fortuna interponetur? non eſt ab te credere. Tertium ſemen aquoſum cõtinentium proſtatum alimentum, quæ cum inuicem miſceantur, nec continua ſint, nec contigua, & quò adamuſſim voles, quos tuæ imaginationis effectus neque ego, nec tui certò conſultores capiunt: non ſolùm quia homogeneum corpus ſunt ex communi ac etiam tua ſententia, verùm etiam quia heterogenea etiam corpora ſic miſcentur; & ſpiritus non poteſt mediũ ſeruare illis in anguſtijs, adde ſi eſt & cõtinetur in bullis, quæ nunquam in medio, quæ non poſſunt continuari & repugnat, quo modo igitur à teſtibus ad proſtatas vnus continuus ſpiritus? quo modo ſi in bullis, & bullæ plurimæ requirantur à teſtibus ad proſtatas & vt continentes ab inuicem diſtinctæ & ſeparatæ, quo modo contentus ſpiritus continuus erit: quo modo non ſemper plurimæ animæ? Sed quo diſgreſſa eſt reuertatur oratio.

Quartum interponetur corpus, aër nimirum: & ita in anguſtiſſimo tenuiſſimo pertugio, quatuor ſimul (minimùm) corpora, duo ſubtilia & totidem craſſa permanebunt. Papè, ſi ſcurilitatem (dicis) admitteres, dicerem bellum inuentum, & belliſſima ſpeculatio, vtpote quæ ſubtilitatem ſapit maximam. mittens quòd, articulos, vt nomina confundas. quid quòd Protectores?

Appellas.

Spongia exemplũ ad rẽ minimè.

Spongiæ exemplum (non dicam ineptum & impertinens, ne iraſcaris) an ad rem re vera tibi videtur? Quippe peruia & eodem modo ſemper vacuis referta & per ſe ſe talis ſemper, ſecus nunquam. Semen globulentum contra ſuapte natura continuum ſemper, perforatum nunquam. Dicis ſpumoſum; nos craſſioris Mineruæ hæc tibi dicta facilima non capimus. An tibi vt in olla ebuliendo? An veluti ſtagnans aqua putreſcens? An vapulando, præcipiti motu cadendo? quum

tamen

tamen ſenſim deſcendat, immo ſenſiſſimè (vt ita loquar) immo inſenſiſſimè, vt deſcenſus ſi inſpici poſſe daretur, nequaquam videri poſſet. Adde quòd minus quàm ſemiguttatim, & perquã lentiſſimè deſcendat, vt mente concipere nequeam bullulam inibi fieri poſſe, ea propter quæ capere poſſumus doce nos tuis cum Sapientibus.

Ad fugamque ſilia.

At tu durioris ceruicis dummodo herbam non des, aſſeres ſpumoſum à calore (etſi vlla abſque ratione) fieri & de facto ita eſſe, proinde qui poteſt capere capiat, dummodo hac vice euadas tuis cum Cõſultoribus & magnis ſanè protectoribus.

Implicãtia.

Non eſt fugæ locus non ſufficit vt ſemen ſpumoſum ſit, quia in ſpuma bullæ ab inuicem ſeparatæ ſunt, & implicat in bullis ſic loco & poſitione diſtinctis contenta (ſpiritus) ſibi continua dicere: quia ſic vna bulla fieret non innumeræ ex te à teſtibns ad vltimum vſque glanduloſum corpus, quod, & quæ ridicula omnia: Ergo in ſemine ductus vobis dabitur ad iſtos innatos animatoſque ſpiritus continendos conſultò factos, quos vos ſubtiles & ſpirituoſiores medici ponitis Hypergaleno ignotos & imperceptibiles.

Hypergaleno imperceptibia.

Mundinij Tall. 158.

Cauillas. Vaſa per me à teſtibus ad vterum aquea ſeminali ſubſtantia aluntur, vaſa ergo ad ceruicem tendentia vſque ad pudendum fame peribunt. Ceruix bone vir, eſt pars vteri: quando ergo vterum nominaui, ceruicem etiam complexus ſum.

Affirmas aquoſum humorem in deferentibus & reſeruantibus contentum per virgæ canale irrigando inſeruire. Hoc ego nego. Canalem virgæ ab humore genito in glanduloſis paraſtatis irrigari cũ optimis authoribus exiſtimo, & defendam.

Pariſani Contact. 158
Serius iocus docens.

Quod cauiller ſeu iocer (quid ſit cauillare neſcio) quandoque fateor, ne tuis de nugis agens lectori tædio ſim, ſed non eſt cauillari ſeu, inquam, iocari tuos veritatis gratia defectus oſtendere: quoniam alia ſunt vaſa, & alius vſus, quæ in verũ vteri corpus ſemen portant, & alia aliuſque vtilitates, quæ in poſtremam ceruicis vteri impropriè partem ad muliebre pudendum ſemen effundunt, quorum tu ne verbum quidem.

Nullus humor generatur in glandoſis proſtatis, (quid ſi omnia ſibi agunt & ipſa aquoſo ſuperius genito aluntur, vt tu mordicus ſuſtines?) quia continentia tantummodo: vaſa autem aliunde non recipiunt, & proinde nec humorem, præterquam à deferentibus recipere poſſunt. quid tum?

At cur optimos authnres non nominas, vt nos ſimul pulchri aliquid doceatis? *Vana promiſſa.*

Cur tu non defendis partim ſaltem, ſed ſicciſſimo pede, immo nullis dictis ſilentio præteris?

At quo modo defendes vt policeris, quum pollicitus ſis te amplius non reſponſurum?

Aſt quid ad Galeni authoritatem & rationes pag. 174. allatas? Negri quidem tu Galeniſta? immo aduerſaris, & rotundo ore abſque erubeſcentia negas: cuius tamen aduerſus nos, cum ſemper pro virili propugnantes, te patronum inſcribis; cur immerritò rebellas, & quum par eſt & decet optimè de te meritum iuratus deſeris, immo deſtruis? vha vha. *Vide ſuã xam geris.*

Fingis caſum, ſi quis per menſem, & menſes à coitu abſtineat; cum ſemen globuloſum reſeruetur ſemper, & per me non alat, aqueum autem alat, poſſe adeò vaſa reſeruantia globuloſo repleri, vt alimentale aqueum non poſſit amplius in ipſa attrahi, intus exiſtente extraneum prohibente, vnde hoc modo fame peribunt. *Mundinij Tall. 159.*

Hic caſus eſt impoſſibilis, quia quando valde repleta reſeruantia ſemine glãduloſo erunt, animal ad coitum incitabitur, & pollutionem patietur. Et hoc in auibus clarum eſt, quia aues quæ certo tempore, extra illud tempus minimos habent teſtes, & vaſa ſeminalia vix viſuntur, tempore verò quo coire ſolent, teſtes magni euadunt, & vaſa ſeminalia magna conſpiciuntur: vt apertum ſit, quãdo vaſa ſeminalia referta ſemine ſunt, animalia ad emiſſionem ſeminis irritari. Vnde reſeruantia adeo ſemine repleri

non

non poſſi(ſ)it, vt aqueum quo aluntur non valeant in ſe attrahere. pag.4. exercit. dixiſti ex magna reſeruantium repletione ſemen genitum à teſtibus abſque ſenſu exire. at globuloſum eſt teſtium partus: ergo ex magna repletione à reſeruantibus egrediatur. non ergo vaſa reſeruantia fame ob coitus abſtinentiam peribunt.

Pariſani Contact. 159. Caſus (vt tuis verbis vtar) maximum noſtrum argumentum demonſtrans eſt: ita tuum è conuerſo reſponſum, maxima (crede mihi) vanitas eſt. Qua de re vt certior fias, non ad aues (& ſi mares ſine fœminis, & in caueis detenti per annos non effundſit, vt colligas totum genitum ſemen continuò in alimentum abire) canes &c. te conferas in oculos puluerem aſperſurus; ſed virgines, & caſtam vitam *Veritas.* viuentes homines conſulas, qui illis partibus bene valẽtes ſe ſemen abſque ſomnio per menſes & annos nõ effundere affirmabunt, & tota te via aberraſſe teſtimonium dicent.

Mund. Tactus 160. Dixi pag.25. teſtes, naturales, vitales, animalis ſpiritus ſemini permiſcere & ex heterogenea ſubſtantia animam educere. me reprehendis, quia mentionem prius de permixtione feci. ſed pag.249. in verbis à te citatis prius mentionem de animatione feci. Quæris autem, quæ nam permixtiò ſit iſta, quo modo in vacuo fiat iſta permixtio, quomodo ex tribus vnus fiat ſpiritus. Ex præacceptis omnia hæc clara ſunt. Neque ſit ſpiritus in cauo permixtio, quia in teſtibus nulla cauitas, ſed in poris teſtium ſit permixtio.

Pariſani Contact. 160. Re vera huius rei veritas in puteum, ſi tibi credimus, & profundiſſimum proiecta eſt. In primis ſpiritum animalem per cirſoides paraſtatas in teſtes deſcendere ridiculum eſt: qui per neruulum in teſtium membranas deſcendit, in teſtium poros & cauitates peruenire perridiculum ſimiliter.

Spiritus naturales & vitales nequaquã vt tales in teſtium vacuum perueniunt, (mittimus paucos per vaſcula in membranas, teſtium ſubſtantiam & poros haud ingredientes) aliam iam in materiam in cirſoidibus conuerſi, quoniã prope teſtes, vt paulò ſupra ex Galeno oſtẽdimus, & occulata, ex fide accepimus, tota illa materia vaſa ingreſſa, etiã craſſa, nedum ſubtilior, calidior, elaboratior, in album ſemen conuerſa eſt. Quo modo igitur iſti ſpiritus miſcentur, miſſis fabulis? tuas amabo rationes tuorũ ſuper digitorum cacumina ne ſubducas, quo modo alijs nobiſque tuum ratiocinium non reſpondet.

At dic ſodes Mundini poſtquam in hoſce nos ſpecus duxiſti, ſi ex ſpiritibus vna cum ſeminis permixtione anima educitur, ex heterogenea inquam, quatuor corporum, trium videlicet ſpirituum & ſeminis materia: quo modo ex ſpiritibus ſæpe ſæpius repplicas? quo modo ex ſemine iſto ſpiritato educta, ſemen non eſt animatum, ſed ſpiritus in ſemine? & ſi permiſtio facta eſt, quo modo ſpiritus ſemini non continuus, ſed contentus & contiguus? bellè hæc ſanè congruunt. nobis dico. *Pugnantia obijciuntur.*

Quòd noſtris illis quæſitis ex à te præacceptis omnia clara eſſe dicas. omnia clarã falſa confirmo tua. Propterea lectori, & alterum, periculum facturo cautum erit, neutrum. Par & ſanius Iudicium mentem breuitim videre, tuas artes & fugas dignoſcere, ſi velit, quia nimis longum eſſet, repetere omnia. *Lectori cautũ ſit.*

Si ſcitè & melius oculatus procederes Mundini bone, teſtium cauitates non negares, & ſi Galeneus eſſes, ſciuiſſes eum teſtes cauernoſos conſtituiſſe, & conſequenter ipſum verè ſcribentem non inficiareris; vt te tuoſque Conſultoris Protectores valde admiror. *Teſtes cauernoſi 14 de V. p. c.x.* *Admiratur.*

Quo modo autem innumeris in teſtiũ poris ſpirituum permiſtio, & (aliàs) cum ſemine fiat, & quo modo in poris globuloſum ſemen concoqui: in poris pro nutritione aqueum recipi & reponi: in poris aqueum contineri pro deferentibus & glãduloſis: In poris ſpuma & bullæ ſpiritum animatum continentes continere & ſeruari poſſint non capio: & an Pluto inferi capere queat dubius ſum, niſi tu ſubtilior acuratius nos doceas, ſi ſapis tuis cum protectoribus. *Pariſano imperceptibile.*

Si

Mund. Tactus 161.

Si ſemen per te eſt animatum, dicis, quando receptum in vtero eſt, quo cibo alitur? nam omne quod viuit nutritur pag. 66. cum doctiſſimo Laurentio negaui ſemen perfectè ali, quia neque perfectè viuit, & pag. 245. dixi, propoſitionem illam, quod viuit nutritur, debere intelligi, quod eo modo, quo aliquid viuit nutritur etiam. Semen globulentum per me non perfectè viuit, ergo non perfectè nutritur.

Pariſani Contact. 161.

Haud bellè dictu doctiſſimum & optimum aduerſus præceptorem ratione loquutum, ſic vanam propriam ſententiam tueri. At grauiſſimum quin etiam dictu & factu eſt ſimul aduerſus. Veritatem pertinaciſſimè agere. Turpius Hercule factu, quòd alij tui à conſilijs in tui gratiam tuis fugis ſubſcribant, eaſque laudent, quando Veritate nihil nobis antiquius eſſe debeat. Propterea iure ac merito (in hoc) Ariſtoteles amicus, inquit, Socrates, amicus Plato (præceptores quin etiam, & Græciæ ſapientes) magis tamen amica Veritas, vt factis præſtitit.

Haud bella.

Veritatē aduerſus nec loquē dum nec ſilendum eſt.

Tibi credere, nedum Laurentio alioquin viro doctiſſimo, & magis quam Galeno ſi cum ratione loqueremini; ſed abſque ratione, immo contra rationem abſit credere, abſit ſilere. Scribit Laurentius, ibidem.

Laurē tij opinio friuola.

„ Dum verò ali muliebri ſemine viri ſemen affirmat Galenus, non de perfecta
„ nutritione intelligit, quæ fit aſſimilatio-
„ ne, ſed nutriri vult, foueri, conſeruari.
„ quia enim calidus eſt ſemen maris craſ-
„ ſiuſque fœmineo, tenuiori, frigidiorique
„ diluendum, ac temperandum erat, ne te-
„ nues vaneſceret in auras. Sic aëre nutri-
„ ri ſpiritus dicuntur, hoc eſt conſeruari,
„ foueri, refici. Sic calidum omne apud
„ Hipp. lib. de nat. pueri frigido modera-
„ to nutritur.

Bella & ſuccoſa hæc Laurentij credulis: mihi verò in oculos ciparum ſuccum (vt dicitur) non exprimetis, quin fraudem videam & detegam. Ad Lydium lapidem peruenimus; idcirco ſincerè & abſque fuco agendum, aliena perſona maſchera deponenda eſt. Dic laltum Andrea Laurentio negaui ſemen perfectè ali, quia neque perfectè viuit. Ergo alitur, non dico perfecta nutritione (trāſeat) in qua tua nunc fuga ſita eſt, nec proinde de perfecta vita. Subiungis „ Propoſitio illa, quod viuit nutritur, debet intelligi, quod eo modo, quo aliquid viuit nutritur etiam. hoc idem eſt, videlicet non perfectè: ergo nutritur vt viuens. Sequeris, ſemen globuloſum per me non perfectè viuit, ergo non perfectè nutritur.

Perſona deponitur.

Semē nutritur.

Idem eſt, nempe nutritur ſemē, quidcunque poſtea ſit. Eſto, ſeu dato & non conceſſo, tua vt verba vſurpem, quòd nō perfectè viuat, nec perfectè nutriatur: quoniam & multi homines non perfectè nutriuntur, vt cachetici, & ægrotantium alij: ita ſemina generatim quædam ob deficientia imperfectè, aucta & perfecta perfectioni modo. ſicuti etiam plantis plantanimalia, hiſce animalia perfectiori modo aluntur. Sat mihi quòd ſemen nutriatur, quoniam ſi alitur aliquo alitur, ſecus nutriretur & non nutriretur, quod implicat. Igitur quum aliquo alatur, ſemine nutricitur, vt optimè Galenus, de cuius ſententia mox in ſequenti contactu, quo loci luculenta veſtra interpretatio ſplendeſcet.

Mund. Tactus 162.

Dicis nonne calor aſſiduè humorem abſumit & nunquam eſt otioſus? fateor ergo perfectè nutritur. Nego. Calor in ſemine contentus dum ſemen in vtero receptum eſt, non debet ali, debet exſiccare ſeminis corpulentiam ſi ex hac partes ſpermaticæ formandæ ſunt ab ipſo, vt diuinè Galenus primo de tuenda ſanitate cap. 2. & 3. explicat. Et quando docet ſemen ſanguine ali & augeri, per ſemen intelligit ſemen iam formatum. Qua ratione contra Licum, & alibi dicebat, calidum noſtrum innatū eſſe ſemen & ſanguinem menſtruum. Semen enim & mēſtruum calidum innatum eſſe non poſſunt, niſi in partes noſtrorum corporum iam conuerſa ſint.

Pariſani Contact. 162.

Dij veſtram fidem, quando neſciam qua facie, quo ore, quo calamo hæc dicantur ſcribantur, ab alijs recipiantur,

lauden-

Digitized by Google

laudentur (ſi modo recipiuntur) maxima
Repertuntur unde malitia pateat. abſque erubeſcentia. Quo modo reperiantur, in album mittantur ex luculentis
ſuperioribus allatis horreſco: Propterea
vt ab vno reliqua diſcas lector, in tui gratiam paucula repetamus, quæ in Pari &
San. Iudicio ſcripſimus, pag. 602. & ſequent.

Ex Ariſt. 2. de an. c. 3. ,, Certum eſt nobis Axioma, idque omnibus probari exiſtimamus, & eſt. Quicquid viuit nutritur, & è contra. Quodque ex Ariſt. colligi facilè poteſt, quum
,, ait, Naturalium corporum quædam habent vitam, quædam non habent, ſed vacant. Vitam autem dicimus nutritionē,
,, accretionem, atque decretionē, quæ quidem per id ipſum fit, quod viuere dicitur.

,, Igitur (addimus nos) ſi tuum ſemen
,, anima præditum eſt, & viuit, vtique nutritur, ſecus abſque vita viuet, quod nobis implicat. Quod ex eodem ſic ſcribente confirmatur. Vita eſt manſio al-
In lib. de ſpiras. ,, tricis animæ cum calore. Alibi, inquit,
,, At verò quum hoc in officio tria ſint, hęc
,, neceſſario quæ concurrant, id; inquam,
,, quod nutritur, quo nutritur, quòd nutrit: id quidem quod nutrit, eſt ipſa anima: id autem quod nutritur, corpus eſt,
,, quod ipſam animam habet: at id quo nutritur ipſum eſt alimentum.

Expreſſa Galeni ſententia. ,, At ſemen nutriri ex ipſo Galeno diximus & patet aduerſus Eraſiſtratū, quando inquit. ſemen competentem ſibi ſanguinem attrahere, facilè euincere, & celeriter aſſimilare, & ſibi alimentum facere,
,, moxque ſecundo, & tertio quo ſcilicet
,, molem ſibi magnitudinemque iuſtam ex
,, nutritione adijciat. An tua principia cum
,, Galeno ſtabunt, vt profiteris? Tu propterea vt ſubterfugias & tergiuerſeris, hiſce verbis ſatiſtacis, non lege, ſeu authoritate, non ratione, ſed iure cerbellotrico
pag. 246. ,, iudicium ſic fers. Mundini verba,

Nimia Mundini fides. ,, Conceduni multi innixi authoritati Galeni ſemen maſculeum nutriri, ſed vt etiam d xi 1. parte cap. 14. cum auctio
,, fiat cum nutritione accedente ſemine fœminæ ſemini maris, ſit aggregarū quoddam ſeminale maius & ob id dictum eſt à

Galeno ſemen maris nutriri ſemine fœminæ, ſemper enim actio nobiliori tribuitur. nobilius eſt autem ſemen maris ſemine fœminæ. Dixit ergo ex illo augumento ſeminis ſemen fœminæ eſſe veluti ,,
nutrimentum maſculeo, non quòd ſit verum nutrimentum, Vbi nos, ,,

Siccine Mundini agis? Siccine doctiſſimum Galenum doctiſſimè & luculentiſſimè ſcribentem præpoſterè & perperam loquentem & indoctum nobis affers? an ,, *Meritò de medio tollentur.*
ita cum bardis & craſſioris Minervæ hominibus negotium tibi credis, vt de Galeno tibi, talia credere velint poſſintque? ,,
Bone Deus tu qui paulò ſupra, &c. ,,

Saltem niſi Galenum, quæ nos ex Galeno ad verbum ad hanc quod attinet rem ,,
diximus nullo negotio vidiſſes. lib. 2. Exercit. 1. cap 4. pag. 85. & ſunt ſequētia. ,,

Maris ſemen in vtero proiectum fœminæ ſemine nutriri. Quod & alibi repetendo rationem reddidit hiſce verbis ,, *2. de ſem. c. 1 et 4. 14. de V. p. c. 11.*
Maris ſemen initio ſtatim & fœminæ ſemine nutritur tanquam id natura familiare magis, quā ſanguis, & omne quod ,,
nutritur à ſimilibus augeri facilius poſſit. ,,
Alibi, ,, Verum quoniam (inquit) exiguum eſt ſemen, quod in vterum proijcitur ex ſanguine alitur & augetur &c. ,, *In lib. Hipp. de natura hum. com. 1. ſent. 27.*
Quid quod Mundini? ſtatim ſaluæ res ſunt? An, certò colligis iniqua te ſtatera pendere ex cerebro tuo, atque examinare ſapientum dignitatem? Hæc eo loci habuimus. Sed iam ad lapidem redeamus ,,
Lydium. ,,

Non dico vobis calorem in ſemine cōtentum perfectè nutriri, neque ali quidem aſſeuerare audeo. Sed ſi in ſemine contentus alcretur, ſi dum ſemen in vtero receptum eſt (vt dicis) ali non debet, quando aleretur Mundini? Si tua ſubtiliter pertractanda & ad viuum reſecanda omnia eſſent, liber nimis excreſceret: propterea breuitatis ſtudio reliqua miſſa faciamus Galeni authoritate rationi innixa contenti. quæ quia luculentiſſima nulla proſus declaratione eget. Abſit quam longiſſimè tua Gloſſa, quam Recentiores tibi neceſſitudine coniunctiſſimi poſt nos ſcribentes damnarunt (vt bene noſti) & *Mundini Gloſſa omnino inepta.*
omnino

Digitized by Google

Bronzerius. omnino ineptam declararunt veſtra abſque erubeſcentia. Ad rem

Quod te rogo dic ſodes, quid ex Galeni mente intelligis per hæc tua verba?

" Per ſemen, inquis, Galenus intelligit
" ſemen iam formatum.

Si ſemen per te viuit & eſt animatum: ergo eſt formatum, quia viuere eſt habere animam: habere animam eſt viuere, & vtroque modo eſt eſſe formatum.

Ceterùm in ſuperiori tactu dixiſti te cum Laurentio negare ſemen perfectè ali: propterea ex te concluſimus ali ſaltem *Laurētij fuga.* imperfectè. At Laurentius nec perfectè, nec imperfectè nutriri vult; ſed virile ſemen muliebri foueri & cõſeruari ait: quod nullo modo nutriri eſt, & puta fuga, ex Galeni mente potiſſimum ridicula. Quare affirmat ſemen animatum eſſe & viuere: ſed non nutriri, non nutriri perfectè, dum in vtero receptum eſt ali non debere. *Pugnantia omnia.* Pugnant hæc anima præditum eſſe viuere & augeri, ſed non nutriri, non nutriri in vtero: itaque extra vterum; & ſic vel antequam ingrediatur, vel poſtquam egreſſum eſt nutrietur, quod eſt nuſquam, *Mūdinus, nec & ſibi, nec alijs conſtat.* & nunquam. Vt nec tibi conſtes, nec cū Laurentio ſis: nec cum Galeno facias: minime nobis aſſentiaris. Quo modo autē iuis a conſilijs creaas, & ipſi tibi ſubſcribant, vos tantummodo ſcitis, ſi modo ſcitis, hui apagete. Sed quo digreſſa eſt reuertatur oratio. Ad Galenum præceptorem.

Expendūtur Mūdini nugæ. Quando dicis Galenus docet ſemen ſanguine ali & augeri per ſemen intelligit ſemen iam formatum (miſſo quòd à te ipſo deſciueris & ſententiam mutaueris, ex ſupra nunc dictis patet) Credo quòd intelliges ſemen auctum & membris iam apparentibus, & nos de ſemine. Loquimur donec primis diebus teſtium ſemine nutritur Galeni iuxta ſentētiam.

At priuſquam perueniat ad illud tuū, *Iam formatum*, ſi ita eſt, quibus aletur augebiturque, antequam ſanguine nutriatur, alique poſſit, quo alimento nutrietur? Semen in vterum proiectum, animatum formatum vt concedis, augeri nequit niſi alatur. primum alimentum quod nam? Sanguine nutriri non poteſt, tum quia ſemen & feminea ex ſemine aluntur & augentur: quandoquidē ex quibus conſtamus ex eiſdem nutrimur, communi ex recepto axiomate. Tum vt ſemen ſui ortus initiò ſanguinem in ſemen ac in ſe ſe conuertere impoſſibile eſt: ergo ab alio agente præparato: non ab vtero, à quo ſeparatum eſt, & aliud non adeſt præparans: igitur ex ſemine ſecum in eiaculatione aſportato & præmiſſo neceſſario ſimpliciter nutrietur, quod eſt proſtatum ſemen.

Quare Galeniſtæ (quæ ſupradiximus aduerſus Eraſiſtratum iterum audite) audite, inquam,

Maris ſemen initio ſtatim (An intelligitur poſtquam iam formatum eſt iure tuo?) ex fœminæ ſemine nutritur, tamquam id natura familiare magis (An ex ſanguine initio? an hoc eſt foueri & conſeruare Laurenti?) ſit quàm ſanguis: Et omne quod nutritur à ſimilibus augeri facilius poſſit. 14. de Vſu part. cap. xi. quid quod ſubtiliſſimi Gloſſatores? hui *Ridicula.* quàm malè, ineptè, ridicule.

Vt interim mittam te pag. 239. admittere & probare plantarum ſemina à plātis ſeparata viuere, nutriri & augeri, atque etiam terræ nondum commiſſa germinare: at cur alia ſemina non ſic viuūt, aluntur, augentur? ex tuo & tuorum captu loquimur: Nos quid de illis ſenſerimus, diximus quod videlicet, non vere ſemina, ſed plantæ, vt embryones in vtero. vos neſcitis.

Pepo itaque ſim ego ſi credo crediturusue ſim ſemen conceptum augeri ſine nutrimento, & ſi alimento augetur: ſi abſque ſemine ſui ortus initio, cum dictas à Galeno & à nobis ob demonſtrantes cauſas: tum propter manifeſtas ex cœnoſa *Sic Hypergalenus fugat.* materia ortis nobiſcum facientes: quando ijs in ſui fabricæ initio ſanguis cauſæ effectus eſſe nequeat, quia non adſit: quia cauſa hepar non præſit: ergo nō ex ſanguine, ſed alia ex materia æque diſpoſita ac ea eſt, ex qua anima educitur, aut paulo minus elaborata & perfecta, ſemini in vtero præparato reſpondenti. Ita

tu

tu Galeneus cum Galeno optime ratiocinanti, & Hypergalenus tuus.

Mundini Taſſ. 163.

His contra meas reſponſiones, & cōtra mea præcepta remotis, breuibus oſtēdo quā facile ſit ſatisfacere nonnullis quæſitis, quibus vt ſatisfaciam me interpellas.

Apparet ergo ex dictis quo modo copia ſpiritus generatiui in teſtibus ex ſpiritibus aliūde accedentibus gignatur. emanat quippe ab alijs membris materia, ex qua fit generatiuus, at ipſe à teſtibus emanat. Apparet quo modo ex etherogeneo ſpiritu anima educatur. quo modo copia ſpiritus gignitiui eſt cauſa, non quod ipſe vniatur inſito ſpiritui, vt tu dicis, ſed quo modo vnitus inſito teſtium ſpiritui cōtinuus ſit ſibi vſque ad paraſtatas. Si enim parū illius gigneretur tot receptacula nō occuparet. hæc tamē copia poteſt eſſe maxima, & minor & tamen continuitatem illius ſeruari, ob vaſorum continentium ſubſidētiam. Apparet quo modo ſpiritus generatiuus vniuerſum verū ſemen à teſtibus infra exiſtens perfundat, non vniuerſum ſemen qualecūque ſit, ita vt etiā aqueū, & cauſa quoque reddita eſt, vnde nō cogor, vt dicis palinodiam canere. Explicatū quoque eſt, quo modo ſemen eſſe animatū intelligi debeat. quia cōtinet ſpiritū animatū, & quo modo ipsū in ſe cōtineat. quo modo ſemen non ſit diuiſum, ſed cōtinuū, neque ceu funiculo aut velo, aut rete, vt dicis, tot ſeminis guttulę in teſtibus, in deferētibus, ac proſtatis contineātur, arctenturue. Declaratum quoque cōtra te eſt ſpiritum generatiuum, licet ſit contentum non continens, animatum per me eſſe: quando verò concluſi aduerſus te, ſi ſemen tuum eſt contentum, animatum non eſſe, ex tuis arguebam, non ex meis, quare non eſt, vt tot admirationes capias, & me in contradictionem, fingens mea non intelligere, trahere coneris.

Pariſani Contadi. 163.

Mūdino potius tacuiſſe, ſemper.

Hic epilogus tuarū fugarum eſt, quas ſilentio prætexiſſe potius fuiſſet, nedū repetijſſe: quoniam quæ nō bene olent quo magis miſcentur, eo diutiùs & longiùs malcolentiam ſuam diſſeminant, & propterea nunc eum maximè tuo periculo ſapies, & tua vana & caſſa expertus omnia & vbique velis noliſue recantabis.

Mundini Taſſ. 164.

Arguebā igitur. Si ſemen tuū in poris minimis ſpermaticarū cōtinetur, ergo eſt contentū nō cōtinens. Patet ſequela, quia ſi cōtinēs, pars habēs minimos poros factū eſſet nō quid contentū in poris eſſet.

„ In lucem editis, inquis, poſt multos mēſes oſſa bregmatis ſunt mēbranea, neque ibi ſpōgioſa oſſiū corpora ſunt, atque pori apparēt. Si igitur in lucem editis poros videre inuenireque nō ſit, vt quid vis, & quæris ſimulatque recepta in parte eſt anima, illico ac è veſtigio eidem poros ineſſe? „ „ „ „ „ „ „ „

Profectò tua pace dixerim, impertinēs eſt quæſitum. Sed pace tua dictum ſit ineptiſſimū & audaciſſimū te in hac adducta inſtātia præbes. An membraneū corpus, quod os deinde euadit, nutritur? ſi ſic, ergo habet poros in quibus alimētum recipitur, ex quo os paulatim emergit. ſtatim verò ac os genitū eſt, animamque recipit poros habet. Quia viſui in membraneo illo corpore, quod os euadit, pori nō apparēt, ergo pori in ipſo non adſunt?

Pariſani Contadi. 164.

Declarā tur obtuſis.

Ain tu Mūdini? An quia tuos garritus, & tuorū cōſilia ſufficere non videas, quin res tuę in anguſtū redactæ ſint, & ſoluēdo nō ſis, ad conuiciū te cōfers? Semen noſtrū nō eſt vt tuū in vaſe contentū, nec cōtiguū; ſed ſimul contentū vt in poris: cōtinēs, vt (diximus) ceteræ corpori partes cōtentæ & ſimul cōtinentes. Continuum quatenus aſſimilatæ ſui parti continuū, à qua anima. Quocirca vt in poris eſt, non eſt quid à generante (vt toties diximus) indiuiduo ſeparatū, nec quid ab eo diſtinctum, ſed idem cum illo, quia continuum & eadem numero anima præditū eſt. Quę niſi quis intelligat, craſſæ nimis mineruæ erit, patiatur dicam. Eapropter quum in poris, & quamdiu ibi eſt, ſemper eiuſdem partis & corporis alimentū eſt: In alimēto poros quærere impertinēs eſſe tua pace dixi, & dicto docti ſubſcribent omnes ſi ſanus ſum. Bene ſimulatque in vterum prolapſum eſt, primum ac è veſtigio pori fiunt, quia anima non dormit, oriaturue, quia ſimpliciter neceſſarij, vt quod præſto eſt alimentum teſtium ſemen, attrahat, nutriatur, augeatur. Ad lapidem.

Hîc quod ſupra (tact. 149.) effutiuiſti clarè colligitur, quis noſtrum, inquam, furijs agitetur.

Impertinens reſponſum, quid ſignificet.

Apud me, Impertinẽs rẽſponſum idem eſt & ſonat, quod non pertinens non attinens ad rem non faciens: quo vocabulo mihi, & bene morato cuique vti licet, potiſſimum ſi vera loquamur. Sin verò in tuo idiomate aliud, & quid conuicij tibi ſapit, tu doctiſſimè nos tuæ excellentioris doctrinæ ignaros abſque furore docuiſſes; & abſtineremus. Quod quum non feceris, quia cum tuis neſcias, & ita res ſe ſe habeat, (propterea cauſa cadens calidè & cautè ad conuicium te confers: quia certò belliſſimè actum, ſic bene ſoluitur) dicemus confirmantes, nil tuo quæſito (tua abſque excandeſcentia) impertinentius eſſe, hoc eſt ad rem minus faciens: quia irrationabilius dictu, quàm aliquid ſimulatque animatum eſt, à proprio animante nondum ſeparatum, perfectum eſſe, & poros habere. Quòd ſi verè Galeneus extitiſſes id ſciuiſſes, & minimè furijs actus fuiſſes etiam poſt ortum. Audi Galenum, & diſcite bene morati ſapientes, ne dicam Rache, quia Euangelium prohibet. Matth. 9.

1. de ſanit. tuenda. c. 12 1. de ſimpl. med facult. c. 12.

Ceterùm (inquit) in primo ſtatim ortu omnis cutis ſibi eſt continua; at temporis ſpatio perforatur, ac plurima naniſcitur ſpiramenta inſtar cribrorum. Diſcite Sapientiores.

Et ſi de Cute id ſentit, quantò magis de ſemine? quantò magis magiſque de ſemine in poris, & nondum eiaculato? de quo tu quæris. intelligis ne Galeniſta doctiſſimè, ſed nimis incapax?

At à noſtro non recedamus exemplo, vt promiſſis ſtemus oculata ex fide & ſenſata ex ratione. ſi bragmatis oſſa nouem poſt à ſui in vtero formatione menſes ſpongioſa ſui parte carent: immo quum nec poſt totidem, menſes dico, in lucem edita ſpongioſa foramina oſſeos poros conſequuntur, (Non membranæ poros quærimus, vt tu perperam) vt quid ſemen in poris, ac etiam (addo) ſimulatque in vterum prolapſum eſt, poros habere contendis? Nõne ex ſenſu, ratione, & authoritate, quæſitũ eſt impertinens, hoc eſt extra rationẽ & ad rẽ minimè faciẽs? Quòd ſi ita luculenter res ſe ſe habet, vt quid furijs agitatus (tuis vt verbis vtar) me ineptiſſimũ dicis? An forſam quia ad veſtrã ſubtilem doctrinam & audacem minimè aptus ſim? Docti Viri ſecus ſentiunt, aliterque charta cãtat. Cur Audaciſſimũ me vocas? An quia nimis mihi fidens viſus, maximũ opus te & ſapientiũ protectorũ cateruã aduerſum ſumpſerim? Secus res ipſa loquitur. Nihilominus tamen meis pro moribus nec cumulatius tibi reddam, nec par pari quin etiam vobis referam. Immo dicam vos aptiſſimos, maximè idoneos, ſubtiliſſimos, Sapientiſſimos, Prudentiſſimos, Doctoris Gentium iuxta doctrinam; ſic enim nobis conſulit.

Quæſitũ omnino impertinens.

Authoris lamẽtatio.

Authoris modeſtia.

Ex Diui Pauli cõſilio ad Romanos.

Maledicenti bene dicens, eius ſuper caput carbones congeret. Pergite Doctiſſimi Sapientiſſimi.

Mundinij Tact. 165.

Cum oſtẽdiſſem in mea diſputatione, ſemen teſtibus ratione ſpirituũ eſſe cõtinuũ, & illinc vſque ad paraſtatas continuum. Dixi, licet ſemen teſtibus non eſſet continuũ (intelligebam ratione ſpirituũ) ſibi tamen eſſet à teſtibus ad paraſtatas continuũ, ſequi duas animas in eodẽ animali eſſe; at hoc mihi non videri incõueniẽs, dummodo duo diuerſa ſubiecta animẽt, animal ſcilicet generãs, & ſemen generatũ. Arguis, ſi non eſt tibi incõueniens in eodem animali duas adeſſe animas, duo ſubiecta animata. Ergo tibi non erit inconueniens canem plures eſſe numero canes actu, ac ſimul, & ſemel, & plures canes eſſe vnum numero canem.

Vnde hæc, & quo modo deducis? adeſt pro data, at non conceſſa à me in cane propria illius anima, & alia anima ſeminis. Ergo canis eſt duo canes? Ergo duo ſunt vnus? Nõ valet, ſed bene, Ergo canis in ſe habet aliũ canem. Ergo canis in cane cõtinetur. Sed qui canis in cane continetur? canis imperfectus, vt cõtra Fernelliũ à quo argumentũ es furatus, pag. 244. in mea diſputatione dixi, & qui canis neque propriè eſt. neque propriè canis dici poteſt. vnde nõ ſequitur etiam vt dicis, quod canis mas ſit prægnans ſi ſuũ ſemen ani-

mam

Digitized by Google

mam habet. canis.n.in prægnantis vtero habet omnia membra formata & omnia organa, quibus omnes actiones vitæ neceſſarias obire poteſt, quibus ſemen in generante caret, & ideo eſt animal imperfectum & potentia, non actu eo modo, quem in mea diſputatione declaraui.

Recordare verò Pariſane me ſupra in ſecũdo pronunciato oſtẽdiſſe ſecundũ tuã poſitionem ſequi quamplures animas in corpore generantiũ neceſſario reperiri. Ergo per te nõ duas animas in generãti animali, ſed plures adeſſe, eſt ne cõueniens?

Pariſani Contrad. 165. Hæc tua ex cõceſſione æquè manifeſta ac ridicula ſunt: & perinde ridicula ac manifeſta extant. Quandoquidem hic canis communi omnium (veſtro excepto) conſenſu vnus eſt canis, quia vna eiuſdem ſpeciei anima præditus eſt. At tibi & tuis à cõſilijs duabus (eiuſdẽ dico ſpeciei) animatur animis. Ergo hic canis vniuerſis hominibus & peritis & imperitis vnus eſt canis, vobis duo: ergo vnus vobis duo; *Pulchra auditu.* & duo vnus ceteris hominibus ſunt. Pulchra ſanè res. Pulchrior ſi plurimos ex vobis conſtituamus: quoniã nõ ſolùm qui in vnius glandoſi proſtratis cuniculo continetur ab alio diuiſus eſt, & ſic nouem decemue ſimul & ſemel canes. Verũ etiam quia quum ſemen globulentum (tuo more loquor) guttatim generatur & tuo animato ſpiritui vniatur, atque in deferentibus ambobus vaſis priuſquã ad glãdoſos proſtatas deſcendant, quamplurimæ guttæ animam conſequentur: eumque à dextris in dextro deferenti vaſe, tumque à ſiniſtris in ſiniſtro, à glandoſorum proſtatũ ſeminis guttis diſtinguantur, ac etiam à ſe ſe inuicem omnes dextri & ſiniſtri deferentis loco & poſitu diſtinguũtur. Numera modo tu contentas guttulas, cõtentos canes. *Pulcherrimis pulchriora.* Pulchris adhuc & pulcherrimis iſtis pulchrior res erit: ſi ſpiritus in ſpuma & bullulis vt tu teris (nã certum eſt ſpiritum ſemini non miſceri niſi in alimẽtum tranſeat, aut corporum penetrationẽ admittas) continetur & ſpumæ bullulæ ab inuicem vtpote neceſſario diſtinctæ, innumeræ ſint (ſi modò vlla inuenitur: ita tranſeunt & ſoluuntur tua ſomnia) innumeræ animæ: quia bulla quælubet ex ſemine eſt à quacunque alia diſtincta, & intus ſuam continet animam, ſpiritum ſcilicet animatum. Quibus me Hercule nil auditu ſuauius, nil ſubtilius, celebriusue. *Nil hiſce auditu ſubtilius celebrius.*

Quid ſi dicamus ſemen diuiſum eſſe, itidem & ſpiritus, qui in ſingulis bullulis incluſus eſt? quando bulla à bullula ſeparata eſt: & bullula animata quælubet: ſemen nõ bullatũ minimè: & ita motus facit bullas (per te) & deinceps animas, & canes: è contra quies canicida, deſtruit omnes. ò peſſimum infortunium; & è contra belliſſimum inuentum. *Subtiliſſimis ſubtiliora.*

Ad alias, quas affers nugas: ergo non valet, &c. Si non valet, dicat aliquis, ergo ægrotat, aut eſt corpus neutrum. Sed extra iocum. Si habet in ſe alium canẽ: ergo ſunt duo canes: ergo canis mas prægnãs eſt. Quòd ſit canis imperfectus nõ obſtat, nihil refert, quòd membra non obtineat, vt in prægnantis vtero etiam contingit: quoniã ſimulatque in vterum proiectum ſemen eſt, canis illa eſt prægnans, & licet per dies nullum conſequutum ſit membrum, nihilominus ſemper eſt prægnans, & illi ſemper in vtero canes ſũt, quia ſemper animati, ſemperque eadẽ anima præditi ſunt. Quis tecum inficiabitur hæc, & ſapiet? tuos appello Protectores. *Acuta ſequela.* *Appellat.*

Animal initiò imperfectum nemo neſcit. At animal actu, quod ſcilicet animã actu habet, eſſe animal potentia, contradictoria ſunt: vt quę tu profers nemo proferre auſus ſit vnquam.

Ego recordor quæ tu ſupra ſcripſiſti, & nũc (qua facie neſcio) annuas; ſed memini quoque ſi recordaris tu, quòd ſubſcripſi ea monſtra fuiſſe maxima: At eo loci & dixi & demonſtraui etiam tui intellectus extitiſſe opus. pag. 609.

Recordare tu Mundini non quid dixeris, ſed quid veri protuleris: quoniam vana & caſſa tua omnia ſpongiæ exemplo dilucidè tibi oſtendi. Quare non propterea quia ex meis falſum quid exiſtere falsò crediderís, inane & chimericum tibi admitti perſuadeas velim.

Addis „ Verùm tui innati teſtium ſpiritus anima quo modo vnitum conti- *Mund. Tactus 166.*

„ guum ſpiritum, & ſemen ingreditur, ſi „ animare debuit?

Lectores benigni vidimus Pariſanum in ſecundo pronunciato aſſeueraſſe, portionem alimenti ſpermaticarum aſſimilatæ proximam quæ eſt gluten, & huic proximam quæ eſt cambium, & huic proximam quæ eſt rorida humiditas, animam ſuſcipere, animataſque eſſe. doceat ergo me, quomodo anima ſpermaticarum portiones illas alimenti ingrediatur. Sine dubio enim reſponſio, quam pro ſe afferet, erit pro me accommodatiſſima.

Pariſani Contact. 166. Admirādum ex Mūdino & Cōſultoribus.

Hui Mundini Diſtin'non miror hîc, quòd me non alloqueris, ſed tuos benignos Lectores, quos tuos Conſultores exiſtimo, quos ſemper conuocas & iudices tibi conſtituis, & proinde ego ſanè lubentiùs eoſdem doctiſſimos tuos fides Achates appello, & nunc cum maximè, vt quæ cum illis adulatus voraſti, hîc & nunc in lydio lapide ſolus digeras: quodque quum non poſſis, manipulum præbeas, & tuarum Sphingum eorumdem conſilio meam ſolutionem ſciſciteris: quia & ipſi quo ſe ſe vertant amplius te duce neſciant: quoniam te vera tueri id nequitis propterea mirandū ſummopere eſt, quòd ipſi acerrimi tui à conſilijs & protectores doctiſſimi tuū hoc acatalepton laudauerint, & tecum modò à nobis reſponſum quærant promittentes id ratum ſe facturos, & aptiſſimum fore. Quocirca integrum mihi eſt vobis & pro vobis reſponſum quodque libuerit ferre, etiamſi bardū afferre placeat, & deinceps vos bardos (patiamini dicam) ſtatuere: quod non cōmittam, abſit. Sat mihi quòd tandem ad nodū Gordium perueneritis, & noſtram opem quærētes herbam detis.

Confeſſa tandem Victoria.

Defendi nequeit, & Cur.

Tantummodo dicam, me vobis prodeſſe & præſto eſſe non poſſe, vt ſcire poteſtis: quoniam veſtra opinio meæ ſententiæ ſoror germana non ſit, vt opinati videmini, quum nihilominus toto Cœlo ab inuicē & diſtent & differāt, & proinde, vt aliàs dixi mea ſubtilia calciamenta veſtris craſſioribus pedibus aptari nō poſſe.

Rationes plurima.

Quandoquidem ſpiritus ſemini continuari nequit, quia duo diuerſa diſtincta corpora ſunt, & deinceps nec animari. Neque in ſemine etiam ipſe ſpiritus continuus ſibi eſſe poteſt, niſi in ipſo ſemine canale conſtituas: Nec alio modo continuari poteſt, quia alter alterum nō ingreditur, niſi, inquam, corporum penetrationem admittas. Minimè in alterum (vel te iudice) conuertitur. Vt contiguum tantummodo eſſe poſſit, ſiue alterū altero adhæreat: ſiue ſpiritus in ſpumoſo ſanguine, hoc eſt in bullulis exiſtat & contineatur: & tunc prætereà multa ſequētur abſurda. Potiſſimū, quòd ſpiritus animatus in ſpuma, in bullulis incluſus à ſe ſe multas & innumeras in partes diuiſus ſit, & ita non vnus, ſed innumeri animati gignitiui ſpiritus: & ſpumæ corpuſcula, bullulæ ſpiritus cōtinentes ab inuicem ſeparatæ innumeræ ſeminis partes actu diſtinctæ animatæ erunt. Quas nugas, alia præter ſupra allata abſurda ex alta veſtra ſpecula vos ſpeculatores maximi nō videtis: præterquam quòd ſpiritus viuentes inſiti & vobis gignitiui pura eadē de cauſa extāt ſomnia: quia alia diſtincta & omnino diuerſa à teſtibus corpora ſunt, & minimè continui, animari nequeunt: quia anima vtpotè informans de ſubiecto in ſubiectum non tranſit, & ſi tranſiret, plura & non vnum animatum corpus eſſet.

Modus animationis ſeminis.

Meum autem ſemen gignentis partis alimentum eſt, quod ſecundum ſui intimiorem partem dū animatur continuum eſt parti ſemineæ & pars ſeminea euadit. Proxima pars illi animatæ continua, quia illi tunc continua, animatur, quando animæ in ſymbolum tranſitus facilis ſit, in continuum potiſſimum & maximè diſpoſitum ſubiectum, & ſic in aliam huic continuam ſimiliter optimè præparatam, vt aliàs expoſuimus.

Spiritu minimè quadrāt.

Videte modo Vos acutiſſimi, an hic animationis (vt ita loquar) modus veſtro ſpiritui, immo ſpiritibus, inſito & gignitiuo vobis animatis, aptiſſimus ſit, vt vultis & ſubſcripſiſtis: quoniam nec ſymbolcitatem (vt ita dicam) nec continuitatem, nec talem diſpoſitionem, neque etiam finem pars animans obtineat. Ratiocinamini modò vos, & veſtrę ſubductioni nos

ſub-

ſubſcribemus, vobis prius inuitis, modò ſponte veſtra recantantibus.

SOlutiones rationum, quibus Pariſanus putauit ſe demonſtraſſe neceſſarium eſſe ſemen à toto decidere.

DIſſolutiones ſolutionum Mundinij, & Dictorũ Pariſani Confirmatio.

COLLATIO SEPTIMA.

Mund. Tallus 167. CIgnitur, inquit, Pariſanus filius referens patris cicatricem in eadem parte, in qua cicatrix in patre erat. Ad cicatricem gignendam neceſſarium eſt vt cutis diuidatur, portio illius deſtruatur, in cuius locum ſuccedit caro, induratur & fit cicatrix. In fętu in vtero, quod nam ſoluit continuum? an natura? & quo inſtrumento ſoluit? quo fine? an dedita opera, vt perfectum imperfectum reddat? An ex induſtria diuidit? vt deteriùs vniendo laboret, & ſtulta appareat, ſicaria? quæ tamen ſemper ſapiens, ſemper melius agit, nil fruſtra.

Huic iam in capite 6. verſus finem reſponſum dedi, & oſtendi veſtigium cicatricis, non cicatricem, animam in ſemine reſidentem in fętum inſculpere, & non de *Mūdinij de ſigmatibus opinio.* induſtria: propterea neque eſſe ſtultam, neque ſicariam. aſſignauique modum, iuxta quem non conſultò hæc agat. neque te mihi Platonis reminiſcentiam poſſe exprobare. Addidi imaginationem poſſe ad gignendam cicatricem facere, ad gignundum næuum, &c. Si enim valde vxor maritum amet aſſiduè illius imaginem in mẽte reuoluit, & ideo imaginatur cicatricem, næuum &c. vt effingatur poſtea in fętu cicatricis, næui &c. veſtigium. Hæc ex mea mente protuli.

Dini & Forolin. Ex mente Dini & Foroliuienſis addidi pag. 298. de genit. quod à parte, in qua eſt in patre cicatrix, decidit ſpiritus materiam cutis determinatæ partis taliter diſponentem, vt ex ea generetur cutis cicatrizzata, & calloſa ſicuti in parente prę fuit.

Pariſan. Contact. 167. Hîc pede ſiſtendum non fugæ ſtudendum conſulendumque, vt ſub cortice nugis, & frondibus abſconditus tuis benignis amicis blandiaris. Tu ſupra ad fugam ſtimulatus pedibus alas addidiſti, ſed ex velocitate defeciſti (manifeſtè ibidem in Par. & San. Iud. pag. 623. & hîc ſupra loco à te citato cap. 6. contact. 113. affluenter ſatisfactum eſt) quoniam rei parum peritus tres per ſemitas iter terendiſti tuum, & nulla peruia inuenta, ſed omnibus penitus clauſis, quo te vertas neſciens, eadem reprobata repetis.

Mūdini titubātia & inconſtantia. Tres quatuorue friulas & ridiculas opiniones nutris, ceu titubans & callẽ ignorans. Primùm cicatricis veſtigium in filio imprimi, dicis, ex vi formatricis patris. p. 296. Ego autem credo & omnes credent, *Primū.* quod ſeminis anima, non patris fabricet. Secundo ex matris imaginatione: ergo 2. non ſeminis anima, non patris. Tertio à 3. ſpiritibus ex Dino, Foroliuienſ. & Conciliatore, quam ſententiam recipis, & infra probare niteris. Ergo nec patris, nec matris, nec imaginatio. Et ita à næuo fabricator, *Sequẽtia illius abſurda.* næueus ſpiritus, à cicatrice cicatriceus, à veruca veruceus, & ſic de ſingulis; vt ſpirituoſior doctrina imaginari nequeat, & deinceps nec vobis doctiores.

At quomodo cicatricis veſtigium dicis, ſi cum Dino Foroliu. & Concil. intelligis cutim cicatrizatam, & calloſum, & ſicuti in parente præfuit? Si eſt cutis cicatrizzata non eſt veſtigium. ſi calloſa. non eſt veſtigium. Si vt in patre, non veſtigium. niſi modò dicas cicatriceus ſpiritus talia præſtare poſſe, vt veſtro ſpiritu nihil ſpirituoſius imaginari poſſit, & ſic vos ſpirituoſiſſimi.

Simi. Si Natura ex homogeneo (arbitratu tuo, & iure etiam communi) ſimilari atque indifferenti ſemine corpus ſibi fabricat. Cui ſanæ mentis homini dubium eſt, quin ſua ſponte & conſultò conſtruit? & ſi lubens & dedita opera componit, quis anceps eſſe queat, quin vtpote ſapientiſſima perfectum architectabitur? Non igitur mancum, mutilum, imperfectum, curuum, claudum fabricabitur, niſi maximè ſtulta fiat: At patri ſimilẽ hominem mo-

dò mancum, modò mutilum, nunc imper-
fectum, aliquando curuum, quandoque
claudum progignit: ergo nisi maximè
ſtultam ſtatuatis, quod impium eſt dictu:
à toto formatum ſemen totius formas &
qualitates conſequutum prolabi pro cer-
Hic pede ſiſtendũ. to habendum eſt, quod demonſtrans eſt
argumentum, quod pluribus in primo &
proprio tractatu. Secundo in Par. & San.
Iud. decreuimus: nunc demum hic con-
firmamus nuſquam à vobis ſolutum. Ea
propter hîc hîc veſtros illaqueatos pedes
ſoluite.

Mund. Tactus 168. Hanc reſponſionem tu damnas. ſed
oſtendam ego ex tua doctrina eſſe proba-
bilem. Dicis ergo, ſpiritus, qui à partibus
decidunt, mutationem ſubeunt, dum alijs
in tranſitu miſcentur, ſemini præceteris,
quod calidiores illos reddet. teſtes eos
immutant, vt nõ amplius vitales ſint, quo
modo ergo figuras, temperies partium à
ſua propria diuerſas ſecum portabunt,
conſeruabunt? Audi ſemen tuum, quod
per te eſt portio alimenti agglutinata, nõ
aſſimilata & decidit in venereo congreſſu
à partibus ſpermaticis miſcetur alijs in
tranſitu & partibus & ſemini alimentali,
& tamen ſeruat temperies, figuras partiũ.
Quid ni ergo ad partes miſſi pro nutritio-
ne & fotu illarum inſiti calidi, non aſſimi-
lati, temperies & figuras partium ſecum
apportabunt, & conſeruabunt?

Pariſani Contact. 168. Aduerſ. Ignota. Prim. Audio te neſcientem: ſed audias tu
mihi rationi conſentanea docenti. Quia
in primis tibi non licet, ex meis tibi (ſed
falsò) falſis & re & modo, eadem ratione
& modo tua vera oſtendere & probare:
quoniam ſicuti mea tibi falſa, ſic & tua ti-
bi & omnibus eaſdem ob rationes falſa
2. extabunt. Secundò tuum ratiocinium ſic
bene currit.

Si Pariſani ſemen propriam ſuam for-
mam animã & qualitates ſeruat: & Mun-
dini ſpiritus ſuam formam & qualitates
ipſos ſeruantes conſeruabunt. At Mun-
dini ſpiritus propriam influẽtis formam,
& proprijs ſui qualitatibus, quibus talis
eſt, & ſeruatur, & conſeruat: ergo non a-
lia à proprijs geret: & ita machinatus pa-
ralogiſmus corruit, & tu cauſa cadis, ſi
ſapis. Tertiò quomodo vultis ſpiritũ qua 3
ſpiritus eſt, alia, aliena vi indui forma?
quonam pacto calidus, & ſiccus, tẽpera-
tas aut excedentes contrarias qualitates
ſuis ſeruatis recipiet, quatenus talis ſpiri-
tus, inquam, eſt? Non vides, quòd im-
plicat? Non animaduertis quòd vnum
ſubiectum duarum formarum & contra-
riorum multiplicium qualitatum ſimul &
ſemel non eſt capax? Si proprijs deſti-
tuitur interit. Neſcis etiam, (præter ta-
le eſſe cõſtituentia ijs repugnantia) quòd
intus exiſtẽs prohibet extraneum? Quar- 4.
tò ad rem propiùs, audias tu Mundini.
Semen meum eſt animatum & viuentis
qualitatibus ſeruantibus præditum, & à
partibus ſeparatum in alimentum tranſi-
re nequit; ſed benè à partibus in tranſitu
ſeruari, nec ſemini alimentali miſceri;
quoniam hoc vtpotè in portæ limine exi-
ſtens, primum egreditur, illique præcedit,
illud in vterum ſubſequitur. Spiritus
autem vbique alterantur, & continuò in
partium alimentum tranſeunt, nec eſſen-
tialem mutationem ſpiritus permanẽtes,
nec potiorem formam aſſequuntur niſi
in proprijs fontibus corde, cerebro, teſti-
bus. Tibi verò ſi à cicatrice, à næuo, ve-
ruca, ab vngue, à pilo albo, rufo, nigro,
caſtaneo: quia & ab iſtis ad parentes ſi-
militudo, & conſequẽter à qualubet car-
nea parte, à quauis ſpermatica, & dein-
ceps innumeri ſpirituum tibi fontes. Vt
interim mittam, ſpiritus membrorum fi-
guras, formas, facultates ferre maximè
ridiculum eſſe, quod in proprijs de ſubti-
litate eorumdem tractatibus aliàs de-
monſtrauerim.

Ceterum Mũdini, Cur adeò duræ cer-
uicis es, vt Veritati dicto audiens eſſe
nolis?

Audi candide Lector quæ ſupra in no- *Surdis ce*
ſtro Par. & San. Iudic. diximus pag. 627. *cinimus*
vt bonam in frugem rediret; ſed omnia, *vbique*
verba ad Epheſios fuere. *& ſẽper.*

Et hæc quoque Mũdini fraterna egẽt „
correctione. Quomodo vitales, natura- „
leſque ſpiritus, qui nil aliud ſunt, quàm „
ſubtilior ſanguinis cordis & iocinoris „
pars ſpermaticas quaſque corporis par- „
tes

tes petere, ibi aliquamdiu morari, poſtea in paraſtatum vaſa ad teſteſque ſe ſe recipere ſtatuis?

Neſcis. Neſcis quòd ſanguis & ſpiritus extra vaſa non egrediuntur, à partibus niſi trahantur, non attrahuntur niſi alimenti neceſſitate, (laborante fonte, calore, dolore, vacuiue fuga) attracti concoquuntur, & apponuntur?

Neſcis. Neſcis, quòd ſanguis è venis egreſſus ſuapte natura eaſdem non ingreditur, regrediturue?

Neſcis. Subtiliter quæritur. Neſcis, quòd vitales, naturaleſque ſpiritus ſpermaticis in membris non immorantur, quin concoquantur, atque in ſemen proprium alimentum vertantur? Quo modo vt vitales & naturales à membris contractam poſt ſecum moram reuertuntur? Quî inquam, poſt moras, poſt acceptas diſpoſitiones, conſequutas impreſſiones, adeptas (vt ais) ideas, qua vitales & naturales remeant? Aſt quo nam pacto, quatenus, vitales, vtque naturales ſpiritus partiũ proprietates, temperationes, atque vt doces, ideas recipiunt?

Craſſa. Pugnantia. Quod ſemen, ſi noſtrum optimè concoctum & ſemineis in partibus perfectè elaboratum atque parti agglutinatum tibi tẽperiem & ſimilitudines aſſequutum nequaquam eſt: qui tibimet poſtea ſic vitales & animales ſpiritus, ſubtilior videlicet ſanguinis portio, quà talis, inquam, partium proprietates, & ideas adipiſcentur? quæſo Mundini te ipſum collige.

Et ſi poſtea vagantur, & oberrant, atque tandem proſtrata in vaſa ſe ſe recipiunt, & ibi ſemini miſcentur, vt tradis, & proinde dealbantur, concoquuntur, atque elaborantur: ergo non amplius vitales & naturales ſunt. Et ſi in partibus contractam ob moram partis ideas recipiunt: ergo tandem ſeminalibus in vaſis, paraſtatis, teſtibus, proſtatibus, ante ſeminis animationem, primis amiſſis proprietatibus, atque ideis, alias vaſorum acquirent, & coleonum tantummodo ideas retinebunt, & conſequenter tota tua fabrica ruit. ſi ſic, vt verè, quo modo ſtabitis vos catervatim procedentes?

Mundinij Tact. 169. Dicis in eiaculationis tantùm actu, & motu ſemen meum à toto mouetur & effunditur, & ideo breuiſſimam moram trahit cum ijs quibus permiſcetur, idcirco non alteratur, non immutatur. Ego pro illis dico, qnòd in eiaculationis actu ſpiritus illi decidunt à partibus, qui ſunt proprij illarum, non communes, vt ſunt qui in communibus vaſis continentur (arrige hic aures.) Ergo non immutabuntur, vt tuum ſemen non immutatur.

Pariſani Contact. 169. Mũdinus & mundus & nuaus. Tuum eſt bene Mũdini noſtra ad ſubtilia arrigere ſi poſſis aures, mentis potiſſimum: quando nos arrigimus quam maximè, ſed fruſtra: quia huiuſmodi tua craſſa internæ auris cochleæ. antrum non attingunt quidem, nedum myringæ poros permeent ad auditus cochleæ iudicem ventura, vt auditus ſuffragia cõſequi nequeant, nedum communis ſenſus, tantum abeſt mentis, ſubtiles ſemitas ſi nouiſtis, nequaquam puto.

Mũdini ſpiritoſa Vanitas. Proprij partium tui ſpiritus ſunt vanitas vanitatum: quia non reperiuntur in rerum natura, nec alios à quatuor præcipuarum corporis partium ſpiritus reperire eſt. qui in alimentum omnes, ad vitã, ad robur, ad ſenſum & motum facti sũt: idcirco vt purior ſanguinis & ſeminis pars ad totius conſeruationem tranſmittuntur, & vt continuò a proprijs fontibus, ſeu præcipuis membris procreantur, vt ſibi ſuperflui, alijs in præcipuum alimentum tranſmiſſi ad vim ad robur in partium ſubſtantiam tranſmutantur.

Pugnantium Iudices appellat. Cercium ſi iſti tui ſpiritus, inſiti ſpiritus alimentum ſunt, (vtrunque inficiamur) vt modò ſupra in 168. tactu dicebas, quomodo ſunt partium proprij? & ſi in inſitum ſpiritum tranſeunt, quo modo à parribus tuum illum in modum immutantur, & in eiaculationis actu in ſemen tranſmittuntur? An tibi conueniunt hæc, vobiſque ſpiritoſioribus in vna ſede morantur? vos Conſultores, vos protectores iudices appello. *Appellat.*

Quæruntur. Præterea quo modo minimarum, (næuorum, cicatricum, verucarum &c.) omnium partium ſpiritus innumeri circũ circa

ca ſemen verſantur multos per dies ſeruantur, nec euaneſcunt, non miſcentur, & vnus quiſque minimæ ſeminis homogenei portioni talem partem (e.g. cicatricem, næuum &c.) euaſuræ, quaſi Aedipus adhæret & ſingulus quiſque ſuam agnoſcens partem ſeruat, iuuat, fabricat? Hæc reſerare veſtri ſpirituoſi eſt ingenij.

Subtilia ſpirituoſorū ingentorū.

Quoniam quo nam pacto iſti proprij innumerarum partium ſpiritus e.g. à cicatrice ſpiritus in ſeminis homogeneam portionem, naſum e.g. euaſuram tranſmiſſus, eam quo modo inuenerit, (& ceteri quilibet ſuam) ei adhæret (non ingreditur, quia non datur corporum penetratio, & quia in eius bullulis ſpiritus animatus tibi reſidet) diu conſeruatur ante cutis fabricam aſſiſtens & expectans: ac demū dum naſus fabricatur, ipſe cicatricis ſimilitudinem ad naſi ſummitatem e.g. percurrit, ibique reſidens vt pictor, aut cælator cicatricem paternæ ſimilem cælat, format. Bella ſanè, tua ratiocinatio, ſi ſperſpicaciſſimi ſapientiſſimi profectò tui conſultores, protectores eam probant?

Bella Mūdiniana & ſequaciū.

Verum enim verò, quum iſti tui ſpiritus, innati ſpiritus (te authore) alimentum ſint: ergo ab ipſo trahuntur, vel ad ipſum (à quibuſcuuque tibi placet) tranſmittuntur: quum innatus ſpiritus ſemineis tantum inſit, vt pote illis inſitus connatus, in patris cicatrice, quæ caro indurata eſt, in næuo, in veruca &c. ex ſemine haud genitis, non ſit: ergo nec iſti tui ſpiritus ad illa corpora peruenient: quia nec ab inſito trahentur, nec ab alijs tranſmittentur: ergo inde non cicatricis ſimilitudo &c. & proinde vt diximus, vanitatum vanitas. aures ſi arrigatis ſapientiſſimi.

Vanitatum vanitas.

Mund. Tactus 170.

Sed pag. 233. tentas deſtruere ſpiritus ali. Nam quibus inſtrumentis, quibus facultatibus attrahunt? quo modo in ſe recipiunt ſpiritus, quibus nutriri debent? quibus ductibus? in quibus poris, & alia ſubiungis, quæ Deum teſtor, intelligere nunquam potui. Neque mirum, aliqui enim docti viri mihi dixerunt in quam pluribus locis tuam mentem non potuiſſe penetrare. Ad ea quæ iam attuli reſpondeo, vim partium attratricem magneticæ virtuti ſimilem in ſpiritu inſito partium vigere, calor enim in ſpiritu inſito reſidens virtuti attractriei famulatur. Ductus & poros inſeruientes nutritioni craſſæ ſubſtantiæ partium, inſeruiunt ſpiritibus alentibus, vt per eos attrahantur, & in ipſis recipiantur.

Nec Mūdinus nec eius Conſultores.

Pariſanum intelligūt.

Refugiū ad magneticā vim.

Sed melius, ſtatuis (vt in vltimo huius apologiæ addit. cap. videbimus) a ceraſo, frago eleuari vaporem, &c.

Pariſani Contactꝰ 170.

Non erat Mundini, quod Deum teſtareris, vt fides tibi adhiberetur, quia manifeſtè viſitur, quòd mea non intelligas. Quod multi tui docti viri mea multa non intelligant, quod ſcribis, abſque iureiurando tibi crediderim. Quoniam ſi verum eſt, quod in libri calce fateris, tua hæc priuſquam imprimerentur legerint, diu perpenderint, probauerint, laudauerintque, mea profectò non intellexiſſe aſſerendum eſt: cui dubium, niſi tibi blanditi adulatique ſint? quod poſtea vos met nouiſtis, & nunc temporis potiſſimum facto periculo quo tempore ſapiſit omnes eſto. Quo modo poſtea Conſultores, Protectores? quis riſum continere poterit?

Luce clariora.

Modò vide quàm in anguſtum res tuę coactæ ſint, quando in commune neſcientium Aſylum te conferre coactus fueris, ad occultas inquam proprietates, ad magneticam vim confugere.

Cōmune neſciētiū Aſylū occulta proprietas.

Cæterùm admitto fugam, quòd ſuo calore ſpiritus attrahat, trāſeat in tui gratiam; ſed quo modo in ſe ſe attrahat, in ſe ſe recipiat, hic tibi inſudandum eſt. Quippe ſpiritus quilubet corpus quum ſit ſanguineum ſemineumue & poris deſtitutū, quia poris incapax: & quicquid nutritur ex alimēto in ſui poros & ſubſtātiam recepto, & ibidem prius ac vlteriùs cōcocto elaboratoque nutriatur: quo nam pacto ſpiritus ſine poris alimentum in ſe ſe recipere queat, & nutriri poterit? te docere nos oportuit, ſecus inquam, niſi in ſe ſe recipiat, niſi contineat, niſi vlteriùs concoquat, niſi in ſui ſubſtantia elaboret, nō conuertet, non nutrietur. Vos hęc non intelligitis? Proh Deus.

Admiſſa tollitur fuga.

Obſtupeſce Lector. Sapientū ſapiētia.

Mitto interim quibus re vera facultatibus

tibus

tibus attrahatur, facultatum ſedes, (ijs ſi prædíti eſſent, quod prorſus inficior & facultatum media, ac inſtrumenta, atque alia vt ſupra, & in Pari San. Iud. quæſita breuitatis ſtudio.

De Ceraſo, fragis &c. quum huius nō ſit loci nec temporis, vt tu infra locum ſtatuis infra opportuniùs & conſultiùs fiet ſatis.

Mundini Tact. 171. Ex his probabile eſt à capite bene valente generantis in coitu magnā copiam ſpirituum in ſemen decidere, materiamque occupare, ex qua brachium fœtus generandum erat, & ita fœtum bicipitem brachio carentem oriri, dum occupant autem materiam alterius brachij, dixi eos materiam eripere alijs ſpiritibus decidentibus ab alio membro, non quòd propriè arripiant, & ideo friuola valde eſt tua erga me de hoc dicto reprehenſio. poſſem tibi exprobare te pag. 22. teſtes iubere aſſeuerare. Et ſine dubio hæc non eſt propria locutio. Sunt hi modi quidē dicendi. Hinc corruunt multæ nugæ à te contra ſpirituum vim prolatæ, vt lector facilè colligat.

Mundini ſententia tota biceps.

Pariſani Contact. 171. Si hæc tua opinio probabilis eſſet Mūdini, ex eiuſdem tuæ hypoteſi neceſſario veriſſiſima mea eſſet ſententia. Videlicet quòd quum tu (alios quos tales noui innumeros mitto) bene valeas magno capite bene valente prædítus, (non infitiaberis certò) hilaris, lætus & promptus atque ſatis ſalax vt infra gloriaris: omnes tui filij bicipites eſſent, vt omnes qui te norunt ſubſcribent; ſed quum hoc falſum cōſtet, & huiuſmodi nullum hac maxima in Ciuitate naſcatur tale mōſtrum: hoc tuum monſtrum erit maximū, quod & tuis ſapientioribus protectoribus dictum velim.

Ex Mūdino homines vt plurimū bicipites eſſent.

Quas meas ſubtiles rationes nugas vocas, quia ſoluere neſcis, propterea nec deſcribis, (tantum abeſt ſoluas) vt nec ceteras reliquas vbique paſſim. Videbit lector apud nos pag. 627. Tua verba, tua intentio de ſpiritibus ſemen alijs arripiētibus clarè (pag. 627.) conſtat vt non ſit purgationis locus, quemadmodum nec excuſationis noſtris ex verbis: quia eo loci pag. 22. vt videre eſt, teſtium iuſſu, vt ita dicam, protuli: quæ obiter tacta ſint; vt experiaris quod nihil boni, nihil veri nos aduerſus collegiſti vnquam vſpiamque.

Mundini Tact. 172. Addis à cicatrice ſpiritum non decidere. quoniam vt carneus callus ſpiritum non admittit. veluti ſcyrrhus ſpiritum animalem non admittit, & ideo nō ſentit. Nolo nunc de cauſa, qua ſcyrrhus nō ſentit diſſerere. Solùm dico ſi caro calloſa, cicatrix ſpiritum vt ſcyrrhus, non admittit, quo modo puncta ſentit? ſi alitur penetrat in ipſam ſanguis, & non penetrabit ſpiritus? At alitur abſque dubio. A ſcyrrho ergo ad cicatricem non eſt arguendum.

Dixi & Foroliuienſis reſpōſum ita probabile reddi ex tuis poteſt. vnde quę cōtra illos inculcas in te retorqueri poſſunt. Neque, vt tu, quot quot hucuſque extatunt ſcientiſſimus putas, pro bucephalis habendi ſunt.

Pariſani Contact. 172. De cicatrice iam ſatis ſuperque, idcirco omnibus exploſis miſſam faciamus, ne diutius lectoris aures obtundamus. Sat ſi dixerim, quod credebam te ſcire, cicatricem induratam ſcilicet carnem neue neruum, neque arteriam habere. Quòd credebam quoque te non ignorare eamdem innato tuo viuenti calore deſtitutā orbatamque eſſe, quo (aliter tamen à nobis accepto) ſola pars ſpermatica, cui cōnatus eſt, prædita eſt. Et conſequenter te etiam ſcire, poſito calidum innatum illud eſſe corpus & nutriri vt tu credis, (falſiſſimum pluribus oſtendimus) eo loci & intra pluribus quum non adſit, eò eidem pro nutritione arbitratu tuo ſpiritum tranſmittendum non eſſe, nec quin etiam poſſe abſque arteria, ſine ductu; Et deinceps tibi ſciendum oportere valde obtuſum ibidem ſenſum ineſſe, idque parui, coniunctarum partium adminiculo, quemadmodum dentibus &c.

Cicatrix ex ignoratis à Mundino quo modo ſentiat.

Pag. 19. tergo. In reliquis ſuſtine abſtine & ſapias, quoniam alibi vt ſcis diſtinximus bucophalos ab hominibus vt ſuo loco optime nocti. De Dino Foroliuienſ. doctiſſimis hæc habuimus. pag. 629.

Quod

Digitized by Google

„ Quod de ſpirituum vi in imprimendis
„ cicatricibus, & alijs ſimilitudinibus Dini
„ & Forliuieſis authoritatem referas & pro-
„ bes, & proinde oculatiſſimos voces, eſto
„ vos oculatiſſimos eſſe viros, reſponſio ta-
„ men ex dictis vt patet, nobis cæca eſt. par-
„ cant eorum manes, &c.

Quare Mundini Veritati ſtudeas, niſi in ſtimulum calcitrare velis, etiã tua ſtante caterua.

Mundini Text. 172. In ſecunda ratione quæris, quo modo à Podagricis podagrici naſcantur, & concludis niſi ſemen ab articulis decidat, hoc non poſſe contingere. Verſus finem cap. 6. ex mea mente filiorum podagricorum & epilepticorum cauſam reddidi, abſque eo quòd ſemen à toto decidat. Sic etiam iuxta Dinum & Foroliuienſem poſſumus cauſam referre in ſpiritus ab articulis, & capite in actu eiaculationis delapſos, vt tu de tuo ais ſemine.

Dices, quo modo ſpiritus in coitu ab alijs partibus ad genitales confluunt? an naturaliter ad inſtrumenta actionum, ob quas excitatur appetitus, ſpiritus & humores mouentur? Hinc viſo cibo appetitus commedendi excitatur, & ſaliua ad os mouetur. Viſa pulchra muliere coeundi appetitus excitatur, & penis erigitur, ad ipſum ſpiritibus communibus miſſis à partibus & in coitu vigente appetitu, præter communes, etiam ſpiritus illi, qui à partibus immutationem ſuſcepere, & proprij quodammodo facti erant illarum, ad genitalia mouentur. Appetitus quidem excitatur ab imaginatione, ipſe non mouet immediatè ſpiritus & humores, ſed excitat facultates naturales partium, quæ immediatè abſque vllo inſtrumento corporeo ſpiritus, & humores mouent. Semineæ portiones per te ad genitalia tendunt, quia teſtes iubent ſpiritibus vt ad partes accedant, partes illis ſemen committunt, illi ipſum ad genitalia ducunt. Comparate lectores benigni hunc modum cum meo iam aſſignato; & iudicate quis probabilior ſit.

Pariſani Contact. 173. Quæ de podagricis ex tua mente ſupra capite 6. tradidiſti ibidem decuſſauimus, & decem rationibus penitus diluimus, breuitatis ſtudio hîc & nunc minimè repetenda.

Communis eſt ſententia, quòd influentes ſpiritus fluant & refluant: hoc eſt vel à proprijs fontibus mittantur, aut reuocentur: vt vel à corde per arterias ad ſingulas partes, vel ab eiſdem ad cor ipſum retrahantur. à cerebro ad neruos, & per neruos ad ſentientes partes, & mouentes muſculos, vel ad ipſum principium aduocentur. Sic à teſtibus ad ſpermaticas partes acceſſus fit, & ab eiſdem ad teſtes receſſus. Sed quòd vitales extra arterias in partes quaſque, ibidem alterari, immutati, ſpurij nec acceſſu, nec receſſu, nec à corde per arterias, nec à partibus ad cor proprium fontem, gaudeant: ſed contrario motu ſua ſponte, te ſic volente, à partibus ſic iure tuo alterati, immutati & proprij earundem partium quodammodo (inquis) facti recedant, inanimes, materias aliorum membrorum arripiant, vt procreent, monſtra faciant, eſſentiales, accidentaleſque ſimilitudines deferant, imprimant, & cælent, ſpirituoſa tua ſpeculatio, & mirabilis eſt philoſophia. Quando quæ ſpiritus iſti tui in partibus ſemicocti dumtaxat tam bellè agant, nec mali ſpiritus Demones præſtare quidem poſſent, ſubtilis inuentionis tuæ, adiuuantium, protegentium doctiorum tuorumue eſto. *Spiritus quomodo à proprijs fontibus, & ad eoſdem acceſſus receſſus.* *Mũdini ſpirituũ opera mirabilia.*

Mund. Textus 174. Tertio arguis niſi ſemen à qualibet parte corporis emanare decernatur, non poteſt reddi cauſa diuerſitatis calidi inſiti vnius partis corporis: ab alia, ventriculi e.g. à veſica, huius à vena, &c. Nam quum ſemen à teſtibus genitum ſit vnius temperamenti vnam temperationem omnibus partibus tribuet, non diuerſas, quũ nullum det quod non habet.

Summum malum, opinione, quæ ſemel placuit inebriari. Heus bone vir, oſſa, venæ, arteriæ, ventriculus, veſica, pinnæ, &c. quarum certè partium calor inſitus diuerſus eſt ab anima in ouis piſcium contenta generantur. ergo in ouis illorum eſt ſemen deciſum à qualibet corporis parte? Orta ex putri ſimiliter non ne ex diuerſis partibus conſtant, in qui-

bus

Digitized by Google

bus diuerſitas eſt calidi inſiti, & quæ diuerſis tẽperamentis prædita ſunt? Sicuti ergo virtute in piſcii ouis per te quoque contenta, regulante calorem in ouis contentum diuerſi calores inſiti proueniunt. & ſic etiam ab anima diſpoſitæ materiæ putri accedente. cur non ab anima in ſemine perfectorum contenta? Ex diuerſitate ergo calidi inſiti partium diuerſorum maximè licet arguere ſemen à qualubet illarum emanare. Aut licet ergo in piſcibus, in quorum partibus diuerſitas calidi inſiti manifeſta eſt, ſemen decidit à toto. Tu verò non hoc ſolùm negas, verùm neque ſemen in ipſis admittis, vt ſequent. cap. videbimus.

Pariſani Conciliat. 274. Summum ſanè malum opinione, quæ praua nimirum ex intelligẽtia, ſemel placuit, inebriari. quod tibi bone Mundini contigit, qui ſummis labris rerum ſuperficiem deguſtas, intimiora non attingis, vel quia non curas, vel quia non poſſis. à Nullo philoſophantium in dubium vertitur, quin piſcium ſpinarum, pinnarum, cerebri, inteſtinorum, &c. ex cœnoſa materia ortorum ventriculi, oſſium, vaſorũ, cutis, &c. diuerſi innati calidi ſint: quia ſcilicet ex diuerſis diuerſi caloris ſubiectis materiebus fabricatæ ſint partes, non ex homogenea & ſimilari materia, quemadmodum teſtium ſemen eſt, & communiter creditur.

Sed vt in piſcium, & in ex putri ortis priuſquam anima è materiæ potentia educatur, alia ſubiectę materiæ pars prò cerebro, alia pro oſſe (& ſic de ſingulis) diſpoſita eſt. In piſce à calore procreãtis matris: in ex putri à ſolis calore alterante & diſponente diuerſam reapſe exiſtentem materiam; vt quum anima ex ijs educitur omnia iam præparata, ab anima poſtea perficiantur: & ſicuti in illis, quæ in parentis corpore diſponuntur & abſque coitu eiuſdẽ ſemper ſpeciei, & quam ſimilima perpetuò: ita & in ijſdem ex cęnoſa materia ad bufonis, ranę, muris, &c. formam diſpoſitis fit; vt vnus calor generantis piſcis, producentis ſolis, diuerſarum partium calorem fouens augeat & cõſeruet, vt proprius dein & cõnatus fiat. *Vera ſolutio ger manis exẽplis.*

Quod in genito ex homogeneo ſemine fieri nequit: quia homogeneum fouentis & iuuantis, ſiue generans ſit, vt piſcis: ſiue conſeruans, vt Solis vnus totius ſemper calor eſſet, & non plures & diuerſi cutis à membrana, neruo, vena, arteria, ligamẽto, oſſe, &c. potiſſimum quia & matris, & Solis calor æque partes omnes calefaciunt, & conſequenter colliges, noſtrũ ſemen homogeneum non eſſe, vt teſtium commune ſemen. Anima in iſtis niſi diſpoſita alieno externo calore ad omnia materia ſiue interno generantis matris, ſiue externo ſolis non educitur; ſed bene ijs varijs & diuerſis medijs hęterogenearum partium caloribus opus dein perficiat; vt ſi ranæ anima educitur, ranæ mẽbra proprijs caloribus prædita progignit. Si muris anima, muris ſibi domicilium fabricat & perficit diſpoſitis caloribus & partibus, eaque eiuſdem ſpeciei ſibi inuicem per quam ſimilima omnia procreat: non tamen calores: Quæ tibi ſatis. Sed non mihi funditùs & radicibus hæc quærenti: proptetea & tui & tuorum gratia ad rem propius, quoniam, ex cæco amore, quaſi nectat, inde ſuxerunt. Inextricabilis nodo Gordiano magis.

Niſi à toto ſemen proueniret, ratio reddi non poſſet, inquam, quam ob rem ex coeuntibus calor inſitus huius ventriculi validior & ſimilis, hoc eſt proprius calido ventriculi procreantis patri eidemque quam ſimilimus, nequaquam alijs, neque matris. Sic imbecillior connatus ventriculi filij & proprius & ſimilimus calido inſito ventriculi matris alijs diſſimilis. Clariùs, vt intelligas. Eſt ſimilitudo & ſympathia ventriculi filij cum patris vel matris ventriculo, vt vinum, caſeum, &c. abhorreat; quæ alioquin antypathia nec alterius parentis nec aliorum eſt: quæ proprietates à ſimili & eadem alterutrius ventriculi temperatione proueniunt. *Dilucidioribus luculentius.* *Sympathia & antypathia cauſa.*

Similiter huius filij cerebri innatus calor robuſtior vegetior alterius parẽtis calido ſimilis, alterius valde diſſimilis: quæ ſimilitudo & calidi gradus, ab alterius ſimilimo ortum ducit, alijs haud ſimilis: quod & de veſicæ, & aliorum huiuſmodi

par-

partium calidis innatis, à quibus ſimilitudinis gradus haurire poſſumus, dictum velim.

Quemadmodum de luxato membro patris femori ſimili diximus, de naſo aquilino, & ſic de ſingulis. Quæ tu animæ in tui ſeminis homogenei gignenti ſpiritu exiſtente tribuis talia parentum recordanti aquilinitatis, ſimitatis, gibbeuatis, luxationis, ſtigmatis &c. & tamen iuxta recordationem, quia, inquis, parentis animæ pars, quæ talia membra nutrire ſolebat, (qua de re, de recordatione, inquam, reprehenſus lamentaris, & immeritò) propterea talia generat: & nos propterea diximus, (pag. 630.) quòd nimis gibbea, nimis claudicans tua philoſophia eſt, protectorum pace.

Mundini claudicans philoſophia.

Soluat qui poteſt hoc quartum inquit Pariſanus. Vaſa præparantia in emiſſione ſeminis valde intenduntur ex doctrina Galeni primo de ſemine vltimo. At à reſeruato ſemine in proſtatis hæc intentio non poteſt fieri, vt patet. ergo à ſemine à toto delabente, & ſpiritibus ductoribus.

Mund. Tactus 175.

Galenus tuos ductores ſpiritus, neque tuum ſemen agnouit, & tamen vaſa illa intendi ſcripſit. à quo ergo intendi credere potuit? à ſpiritibus qui in maxima copia ad genitalia confluunt, & qui ſicut penem fecundum omnes dimenſiones augent, ita & intendere vaſa illa rationabile eſt.

Adeò fugæ ſtudes, vt quò fugiês tendas ſæpius frequentioribus additis calcaribus non videns deuius & auius in vepres & dumeta præcipites, & Mercatoris (vt dicitur) tibi fictis auribus, multa nec audire nec ſubodorari velis, multa præpropere intelligas, & plura leuiora ſeligas, & etiam parum ad rem tuam tuorũque protectorum.

Pariſani Contact. 175.

Mundinus non digerit.

Nihil mea refert, quòd Galenus meũ ſemen & ſpiritus ignorauerit. Sat mihi quòd & ſenſu & ratione motus à ſemine & ſpiritibus cirſoides paraſtatas intendi voluerit hiſce verbis. „ Eiaculatur autem ſemen vaſorum (nota) ſeminalium „ intentione compreſſum, (non dicit

5. Aphoriſ. 63.

proſtatum, vt nec dici poteſt) non ſpiri- „ tus occurſu (nota) propulſum. Etenim „ in ſemine ſubſtantia ſpiritualis cum hu- „ more miſcetur, quæ & ipſa indiget exprimentibus, ſicuti & humor. Quod tu bonus (vt tibi videris) Galeneus, ex ipſo nõ recipis, & ſpiritibus vitalibus id tantummodo fieri ſtatuis: (alibi copioſos, coitus tempore in cirſoides paraſtatas prouenire pluribus reprobauimus) tametſi paulò infra Galen. reprobationis, tui, & tuę fugæ oblitus contrarium affirmes, nimirum cirſoides paraſtatas intendi à copioſo collecto ſemine (tuo inquam) tactu 178. quod (inibi falſum penitus demonſtrabimus) mendacij proprium eſt, loco ſtare non poſſe, ſi ſapitis acerrimi ſpeculatores.

Senſu ratione autoritate patent.

Confluat & irruat quanta vis ſpirituũ copia, (tu repplicas) vaſa non intendentur, ſed ſimularque materia à toto mouetur, & accedit, motus intentio & veluti ſpaſmus in abdomine fit, quum ante ſeminis acceſſum omnibus etiam æſtuantibus & turgentibus genitalibus tale quid non perſentitur.

Mund. Tactus 176.

„ „ „ „ „

Hic cogor me ad ridicula transferre. Ex facie tua certè non poteſt colligi te me ipſo pluries coiuiſſe. tu attamen hũc motum intentionis in abdomine inter emittendum obſeruaſti, ego non. Lectores quid vos obſeruaſtis. Magnus obſeruator Pariſanus, qui in emittendo minimè deditus delectationi obſeruauit motum illum. Sed maximi obſeruatoris eſt obſeruare tunc in toto corpore, dicis, *fieri grizzolos.* qui quidem ſunt horror quidam & motus paruus extenſionis & contractionis cutis ad aliquid noxium, & infeſtans expellendum. quid nam verò cutem in coitu infeſtet ignoro. alimẽtum enim illi agglutinatum, quod eſt tuũ ſemen minimè infeſtare poteſt, cum illi ſimile redditum ſit.

Mundinus verè ridiculus & ridendus.

Nil vnquam melius dixeris ad remque magis loquutus fueris, quàm ad ridicula te conferre, ad tua & tuorum ſi placet: quia ego homo & ſapientes coeunt ne coeant. At quod frequentiori ex tali brutino actu id me melius obſeruare potueris

Pariſani Contact. 176.

tueris non facilè iſtinc colligo. Quandoquidem brutino furori minus deditus, alijs ab hoc, ſenſationibus intentus meliùs & acuratiùs iudicium feret ſi ſanus ſum, teor. Verùm ni mihi, Galeno ſaltem fidem abhibuiſſes, qui motum illum, vehementiſſimam contentionem, intẽtionem, & veluti ſpaſmũ, & cõuulſionem in epilepſijs vocat. Vt ex hiſce efficacioribus ipſum ſẽſiſſe taliaque obſeruaſſe credere potueris: ſicuti & Fernellio, & alijs doctiſſimis fides adhibenda fuit, quod aliàs tibi dixi & vitio verti, tu tamen de more.

5. aphor. 63. 14. de Vſu p. c. 10. et 16. & 1. de ſem. c. vltimo.

Ad proprios caſus cæca Sybilla taces.

Mũdini vanitates plurima.

Ceterùm eſto arbitratu tuo, non æquè falax ſim, nec libidinoſiſſimus vt iactas, abſitque à me hoc: vnde propterea colligis, me perinde ac tu talem motum obſeruare non poſſe, potuiſſeue? Vnde præterea colligis, niſi ſpiritus tibi nunciauerit, me in emittendo (tuis vt verbis vtari minimè deditum? An quicquid in buccam venit effutiuiſti? Vt quid Grizzolos deſcribis Vir doctiſſime?

Dixi tibi aliàs & ad rem, mulieres in excernendi ſeminis motu, motum (veluti cõuulſiuum vocat Galenus) illum in corpore perſentire, & Deum teſtatus ſum (quod ſuperfluum, tui nihilominus gratia neceſſarium fortaſſe) à ſcortis mulieribus, ceteroquin modeſtis & prudentibus nõn garrulis, medicinam dum facerem, me accepiſſe, ſed quia motum illum proprio exprimere vocabulo neſciuerunt, quemadmodum nec tu, nec Galenus exprimere ſcitis, (& à ſcortis requiris?) Grizzolos, ſeu veluti grizzolos dixerũt. Et tu de grizzolis ſermonẽ habes? & ſic tergiuerſando calumnijs tempus conteris, & grizzolorũ magiſtrũ agis? ò vanitas. ò miſerũ, ò perditũ Pariſanum ſi errantem alicubi, dormientemue inueneritis, ò Cõſultores Protectores? Dij veſtram fidem.

Appellat.

Noui quid in tertio ptonunciato dixiſti. nempe „ ſua vi æſtuare partes calore, & ſibi ſimile generandi deſiderio ſua pte natura ardere. Sed hæc pura ſunt verba, nil ſignificant. Vbi ſuauitas eſt & deſiderium, ibi abſque dubio ſenſus. ſed in offibus, cartilaginibus, ligamentis, cerebro, medulla, nulla ſenſatio. Ergo nullus calor in illis ſuauis, nullum deſiderium: ergo neque ſemen ab illis decidet. attamen per te decidit.

Mund. Tactus „ 177.

Vt certum eſt per tactus ſenſum animalia eſſe, & pro comperto haberi, oſſa, ligamenta, cartilagines, &c. tactus ſenſu deſtitura eſſe. Non proinde arguendum eſt, iſtæc animalis non eſſe partes: quoniam quum alia ad munia fabricata fuerint, tale temperie & opportunis ad ſenſum inſtrumentis non fuere donata, & proinde talis ſenſus participia eſſe non potuere: ſed ſat illis fuit communior appetitus, ſenſus, quo aſciſcant & commune ſibi neceſſatio ad vitam ſenſu gaudere poſſint, iuuantis ſcilicet & lędentis cognitione; vt hoc noxium reſpuere, illud in ſui conſeruarionem attrahere, attracto, retento, concocto vri frui valeant. Ita & pari paſſu hic & nunc, licet eædem partes, oſſa, ligamẽta, &c. ea in coitu delectatione & voluptate nõ afficiantur, qua tactus ſenſus prædita, non propterea ſui in ſpecie conſeruandi, vt alimento neceſſario indiuidualiter, ita ſuperfluo, vt ſemineæ ceteræ partes coitus tempore effuſo perpetuitati non ſtudeant; vt vel in plantis (nota) obſeruare eſt. Et conſequenter iſtæc rationi maximè conſentanea dictis verè ſignificantia erunt, ni tibi Mundini nodum ab re in ſcirpo quærenti, & tibi conſulentibus.

Pariſani Contact. 177.

Ratioui innixa.

At Galeni verba. 5. aphor. 63. adducis „ Eiaculatur autem ſemen vaſorum ſeminalium intentione compreſſum, non „ ſpiritus, non ſpiritus occurſu propulſum „ (hoc voluit Ariſt. 7. de hiſt. 7.) Etenim in „ ſemine ſubſtantia ſpiritalis cum humore „ miſcetur, quæ & ipſa indiget exprimentibus, ſicut & humor. „

Mund. „ Tactus „ 178.

Vaſa ſeminalia ſunt paraſtatæ cirſoides, intenduntur à copioſo collecto ſemine. Exprimunt villis tranſuerſis collectis. Exprimitur quoque ſemen in his collectam ab vrinarij meatus muſculis, qui in vtramque partem ipſum diſtrahendo, ad eius dilatationem faciunt, vt Aquapendens præceptor me docuit. Oriuntur hi carnoſo principio ab ani ſphinctere, ſub-

S tus

tus penem feruntur & ad meatus vrinarij latera circa penis medium vnti inſeruntur. Facere autem hos ad ſeminis expreſſionem clarè ex eo conſtat. quia obſeruatur poſt abſolutum coitum nos voluntariè ſemen aqueum exprimere, & motus muſculorum contractionis circa radicem membri perſentitur. Cremaſteres quoque in coitu contrahuntur & teſtes ad penem trahunt, & cum ſint proximis vaſis deferentibus credo ea comprimere, vt ſpiritus & ſemen ad proſtatas ſic exprimantur, & ſic harum expultrix magis irritetur ad exprimendum ſemen.

Pariſani Conatt 178.

Dij veſtram fidem. Quo modo vos quæſumus pluſquam doctiſſimos ſeminalia vaſa cirſoides paraſtatæ intenduntur à copioſo collecto ſemine, ſi iſta vaſa ſanguine partim, partim ſemicocto, partimque ſemi elaborato ſemper referta ſunt? Adde quòd ſic perpetuò ferè intenderentur. Sed quid, ſeu ad quid (vt loquuntur) iſto ex ſemine intentio iſta, ſi ſemen inibi collectum tunc non excernitur, niſi prius diu inibi, & in teſtibus poſt elaboretur, niſique multas ac multas poſt coitiones eiaculationes ſeminis glandoſis in paraſtatis exiſtentis, quod octo nouemque coitiibus, vt creditur abſoluitur, vt deferentibus in vaſis, teſtibuſque contentum ſemen mittam? Ego quorſum tu iſtæc neſcio, quando ad tui ſeminis in proſtatis euacuationem intentio iſta nihil. At qui amabo vos Sapientiores Anatómicos cirſoides paraſtatæ collectis tranſuerſis villis exprimunt ſemen ſui extra vacuum, teſtium, deferentium. que vaſorum inquam? Aſt dic ſodes ex dictorum vaſorum tranſuerſis collectis villis talis tibi vehementiſſima intentio fit veluti ſpaſmus vt Galenus docet? Proh Deus. Amplius quo nam pacto in hiſce cirſoidibus paraſtatis contentum ſemen ſupra teſtes & in abdomine exiſtens ab vrinarij meatus ani ſphincteri innatis muſculis exprimitur? quæſo vos docete, nos ſciolos veſtrarum ſubtilitatum incapaces.

Errata quamplurima.

Quis rationis capax non admiretur non ſtomachetur.

Mundinus fuga.

Ceterum dicat aliquis ex tuis à conſilijs, Te confundere cirſoides paraſtatas glandoſis cum proſtatis: proinde de proſtatis hiſce dictum voluiſſe: tranſeat inſcitia prius ignota.

Admittatur cōfeſſa ignorātia in Conſiliarij gratiam. Sed glandoſi proſtatæ loco dimoueri nequeūt ſi noſtis, ea propter retrahi conuellique non poſſunt. a copioſo collecto ſemine non intenduntur: quia caſti homines nec menſium ſpatio effundunt. impetu & conuulſione veluti non emittūt vnquam, niſi ex ſomnio, quo tempore ex coitu veluti ſemen excernitur, non à copia. Quare nullus nec fugæ locus, ò doctiſſimi.

Quòd vrinarij meatus muſculorū prima actio & vtilitas ſit vrinā in virgæ canali contentam exprimere. Secūda in eodem canale poſt coitum cōtentum ſemen (vos aduerſus manifeſtum argumentum) necnon ad canale irrigandum ne exſiccetur, ſeroſum ſemē expellere ex Galeni rationi conſona ſententia, vltro cōcedimus, & Aquapendentis ſic admittimus. Sed quod ſemen in proprijs cellulis exiſtēs ab iſtis muſculis exprimatur educaturque vaniſſima ſententia eſt, quādo neutiquam contactus ſit, vt etiam vnuſquiſque abſque coitione quandolubet, quantumque placet exprimens experietur.

Inſcij & muti ſibi deſtrunt.

Ex fabrica ignorātia omnia.

Cremaſteres teſtium ſuſpenſores muſculi teſtes dum ſurſum trahunt, donecue contractos cōtinent à ſuo munere recedere nequeunt, nec deferentes comprimere poſſunt. Adde, quòd non adeſt cōtactus, fabricam ſi noſti. Præterea ante coitū & in coitu vaſa deferentia tibi non eiaculāt, quia tuum ſemen in glandoſis proſtatis reſidet. Ea propter expergiſcere, vt quo te agas videas, & doctos conſulens vt ſcias, vtque ne balantum more ſaltetis.

Ex Balantū more.

Mundinij Tact. 178.

Vbi autem pag. 299. in mea diſput. legitur, Compreſsis autem proſtatis a cremaſteribus muſculis ſemen reſeruatum in illis eiaculatur, legendum eſt ab vrinarij meatus muſculis.

Dicit caſtratus taurus Ariſt. vaccham impleuit. carebat cremaſteribus, quia caſtratus. Reſpondeo, ꝙ emiſit expreſsione facta à villis trāſuerſis paraſtatū cirſoidū, & à muſculis meatus vrinarij, & propulſione

ſione facta ab occurſu ſpirituum, vt docet Ariſt. ſi modo fabula eſt vera. Iterum ergo tibi dico, me non videre quo modo hoc tuum quartum argumentum habeat tantam vim, vt credas ipſum demonſtrare. Si quidem & in doctrina Galeni, & abſolutè facile ſolui poteſt.

Pariſani Contact. 179.

O Bone Deus, ò Benedicte Deus. Nonne melius (quia verius) dixiſſes Mũdini, quia ex Pari & Saniori Iudicio certior doctiorque de cremaſteribus teſtium muſculis factus recantaueris? permittentibus tamen tuis reuiſoribus conſultoribuſque. Quos quam ob rem iterum tu, & tibi illi ita conſuluerint hiſce ſic ſe ſe habentibus rebus, quis ſciet? niſi in noſtros de ſubtilitate libros conſultò deſtruendos, haſce ſaltem materias difficiliores & obſcuriores, conueneritis: Secus inquam, quis affirmare audeat doctiſſimorum cateruam ex tuis vt colligitur, hæcce non intellexiſſe?

Errata plurima ex oculata fide deteguntur.

Quam ob rem iterum vt reprehendaris repplicas, vrinarij meatus muſculorum compreſſione ſemen in penu reſeruatum eiaculari, vt cremaſterum erroris notam reprehenſus, tollas? quum contactus non detur, & comprimi cellariola ab ipſis nequeant vt oſtendimus, vtque anatomica adminiſtratio docet, quòd & auius & deuius etiam quantumuis muſculos illos comprimas ſeminis nihil emitti experietis ſalaciſſime parum ſagax.

Quis prætcrea ignorat cirſoidum paraſtatum trãſuerſorum villorum expreſſionem, ſeminis expreſſioni nihil conducere exectis teſtibus? An neſcitis teſtes in coitu ex Ariſtotelis mente vt teſtricum in texendis telis vt pondera inſeruire? Et in hoc optimè quidem Ariſt. vt ſuo in loco docuimus, quibus abſque nihil fit, & vt non tela, ita nec ſeminis eiaculatio.

An neſcitis vos ſapientes, quod exectis teſtibus ſecti ſunt ſuſpenſores muſculi? quo modo igitur vobis comprimentur? Secti deferentes ductus, quo modo comprimentur? Sectis ijſdem cirſoides paraſtatæ teſtibus iunctæ quo modo vobis intendentur, vt emiſſio fiat? At fac emittant (impoſſibile pro poſſibili conceſſo) oculis non videtis, mente non percipitis, quòd cirſoides paraſtatæ exectis teſtibus nec deferentibus vaſis, & conſequenter nec glandoſis proſtatis: & deinceps cirſoidum paraſtatum ſemen, & ſpiritus non in glandoſos proſtatas, nec ſubinde in penis canale, ſed in ſcrotum, vel in abdomen, ſeu in aqualiculum potius illorum contractione effundetur? An adhuc pluries, an pluribus Conſultores, Protectores acutiſſimi?

Hyperariſtoteles docet.

Hæc Hyperariſtoteles veſter oculata ex fide ob oculos obijcit, & maximè miratur, quòd ſubtilitatem ſibi profitenti craſſium Ariſtotelis mendacium, & veſtrum dein factum, à ſe prius luculentum ſic redditum, etiam nunc pertinaciſſimè craſſioribus mendacijs perſuadere velitis, & poſſe credatis, ſi modo hæc luculenta intelligitis, & luce capaces eſtis.

Mũdinij Talus 180.

Quinto arguis. Pueri qui ſemen non eiaculant venereâ delectatione afficiuntur, non à genitalium ſemine, ſed a toto delabente. Reſpondeo neque ab vno, neque ab alio, quia pueri ſemen emittendum non generant. & dixi à motu titillatiuo à ſpiritibus circa partes ſeminales facto delectationem in pueris oriri.

Dicis modò, in pueris me voluptatem ſtatuiſſe, non ex ſeminis, ſed ex ſpirituum effuſione ſubſequi, & cõtendis falſum eſſe ſpiritus per viam ſeminis egredi. multis omiſſis dico, hæc eſſe verba. nam non dixi ego ſpiritus effundi, ſed eos motum titillatiuum efficere ſcripſi.

Pariſani Contact. 180. Expendũtur exploduntur.

Video quòd hîc hæſitas ac ſi ferulam pertimeſcens nec in venereo coitu egreſſum nec fateri nec admittere audeas: quia in alio iudicio, ac etiam prius pluribus confutauimus in & ex venereo congreſſu vitales ſpiritus egredi.

Sed non poteſt Mundini motus titillatitius fieri ſine ſeminis & ſpirituũ egreſſu, non vitalium, vt tu putas, quia egredi nequeunt, quemadmodum oſtendimus, ſed ſeminecorum ſpirituum ex teſtibus ortorum egreſſu, vt pluries explicuimus.

Hoc ſatis cõſtat, quia proximè (potiſſimum) ante coitũ ſpiritus sũt in partibus,

& circa partes ſemineas fluunt, & niſi coitus abſoluatur nec ſtillatio nec delectatio perſentitur, vt pateſcit. Liquet quia adulti venerea illa delectatione afficiuntur nunquam, niſi ſemen & ſpiritus effundant, itidem & pueri. Patet quia vt adulti, ita & pueri à coitu languent. Conſtat quia vterque ex coitu emaciatur. Maniſeſtiſſimè pateſcit quia turgens, maximè calens, & omnes ſecundam dimenſiones auctus penis illico & immediatè à coitu flacceſcit: nequaquam abſque coitu, abſque ſeminis & ſpirituum effuſione, quoties & quandiu lubet erigatur & tendatur penis, vt probatione non egeant.

Si itaque in pueris oculi & ceteræ ſentientes potiſſimum partes languent & emaciantur, vt ſenſu pateſcit, id paſſo ex detrimento continget, ex ſubrepto nimirum proprio ſemineo alimento, non multo copioſiori & craſſo: quia creſcentes ſuperfluo & affluenti non abundant, ſed ſubtili pauco, & partim ſubtiliſſimo ſpiritu dicto diſſipato. Quæ propterea, quia pueri vt pote creſcentes plurimo alimento egent, & plurimo calore abundant, illico præparant, illico eo inſtaurantur, & abſumunt: propterea nec colligitur nec affluit, nec craſſius, nec ſufficiens aptumque ad ſimilem animatam partem conſtituendam adeſt, & deinceps pueri continuum ob incrementum coeuntes procreare nequeunt: quia ſcilicet ſufficiens ſemen non ſuppetit.

Pueri q. re nõ generent.

Sed cur ad noſtra quæſita hanc ad rem pertinentia pag. 632. ne verbum quidem? an quia fugam tantummodo ſpectaſtis? An quoniam quid dicatis non habetis?

Mundin. deficiens.

Sexto loco ais. Statim ac ſemen eiaculatur oculi concidunt, cunctique articuli debiles redduntur, quæ ab allo, quàm à ſeminis ab illis receſſu contingere non poſſunt. Breuiter. Quæ quantitas ſeminis in coitu cum delectatione ab homine effunditur? Quantitas ſit, quatuor dragmarum. ſed cum per te ſemen alimentale verum ſemen præcedat, quantitas veri erit trium dragmarum. diuide has per omnes venas, arterias, neruos, cartilagines, membranas, oſſa, ligamenta, tendones, inteſtina &c. dicaſque mihi, quæ ſeminis veri quantitas poteſt eſſe illa quæ ab oculis coeuntis, & ab articulis ſecedit. Iudicio meo quantitas, quæ ab oculis ſecederet, hoc modo rationem ſubducendo, erit quantitas cuſpidis paruæ acus, quæ à ſingulo articulo, magno etiam non erit quantitas grani milij. Et ob hanc quantitatem alimenti ſubreptam oculi concident concaui fient? articuli debiles reddentur? Qui poteſt ad hoc credendum induci inducatur: Quo modo enim ob præſentiam rei tam paruæ oculi in tumeſcentia naturali conſeruentur, & ob abſentiam illius concidant & caui fiant intelligere neſcio. Oportet ergo oculorum naturalem tumeſcentiam, & concidentiam ex coitu in aliam cauſam referre. Lectores iudices eſtis.

Mund. Tactus 181.

Nunquam ita acuti aſpectus te eſſe, adeò oculorum acie valere te credideram vt ſe minis portiunculam parui acus cuſpidis intuereris: quemadmodum neque putaui iamnum tam acuti ingenij te eſſe, vt poſſes quatuor ſeminis dragmas in quinquaginta partes diuidere, & (dictu maximum) ex minimis quadraginta guttulis ſeminis ponderis quatuor dragmarum quadraginta homines conſtituere. O per quam maximus noſtræ tempeſtatis Deucalion, quamuis ille nihil ad Mundinium: quandoquidem ille vno ex proiecto lapide vnum hominem: tu vno ex eiaculato ſemine, quadraginta homines procreas.

Pariſani Conatt. 181.

Deucalio nihil ad Mundinum.

Ex magno, reſpectiue, minimum facis, ex ſeminis (minimum) gutta parui acus cuſpidem conſtituis, quæ vix perſpicitur, ex minima guttulula hominem conſtituis, proinde maximus omnium, & vt tuus amicus, ſeu tu tibi ipſi initio tuæ huius Apologiæ dixiſti,

Editus es Mundo. Mundi tu ſemina pandis,
Nil debes Mundo. Debet at ille tibi.

Vanitatum Vanitas.

Tu qui adeò phantaſticus es, ita imaginatione potens & valens induci nõ potes,

tes, quòd ex ſubrepto à partibus alimento ex ſeminis à toto prolapſu, oculi concaui, & articuli debiles reddantur, & pluribus potiſſimum ex eiaculationibus? Siſte propterea hîc gradum, & collato pede ſta, vt noſtro in hoc congreſſu & contactu videamus te induci poſſe, vt hæc credas & ſcias etiam inuitus cum tuis à ſecretis, & conſultoribus.

Vide in oſtendē.

Coeuntium corporum ex tali congreſſu certa emaciatio, aut ex altero, genitalium videlicet ex euacuato ſemine: Vel ex altero, ex totius ſcilicet ſubrepto proximè ſemine alimento ſequitur. Non primum: ergo alterum. quod paucis & certis agentes oſtendemus.

Per quam certum eſt cõmuni omnium authoritate, communi experiẽtia, & ſenſu comprobante, ex coitu & frequentiori Venere, dicta non ſolùm accidentia, ſed artritem, ac totius emaciationem (cœcitatem, appoplexiam, paralyſim, mortemque mitto) ſubſequi; Modò vnde iſtæc ſenſata ratione & manifeſto exemplo planum faciamus.

Semen à toto demonſtrās exemplū.

Perquam certū eſt, ſanum corpus Veneri indulgens ex alimenti defectu emaciari, ſiue quòd omnino deficiat, ſiue quòd idoneum præſto non ſit. Modò coeat e.g. homo pletoricus probo ſanguine affluens decies in nocte, (vt quidam ſolent) quum iſte emacietur ob coitum experientia & ſenſu comprobantibus, emaciatio iſta ex ſubrepto & deficiente alimento fiet. Hactenus, ni fallor, vobiſcum mihi conuenit. Sed quo deficienti ex alimento? non ex defectu & euacuatione ſeminis glanduloſorum proſtatum, quod ad 8.9.x. ve eiaculationes ſatis eſt, vt fertur. Neque etiam ex teſtium ſemine ſi vlteriùs euacuaretur: quia nihil capitis, oculorum, manuum, crurumque &c. refert, quoniam eo ſemine vaſa præter cõtinentia nulla pars nutritur; vt ridiculum dictu maximè ſit, oculos, caput, &c. emaciari iſtius ex ſeminis egreſſu. Igitur ex proprio & proximo ſibi ſubrepto ſemine alimento: Ergo quandocunque animal coit ſemineis partibus præparatum & elaboratum ſibi ſemen ſubripitur. quo defraudatæ partes, priuſquam attractum denuò ſanguinem conficiant in ſemen vertant, & optimum ſibi alimentum elaborent earumdem calor propriam humiditatem abſumit, vnde emaciatio & conſumptio, quòd ſi paulò poſt, & tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, &c. in nocte contingat, oculi concidũt, vires languẽt, &c. ſenſu & experientia docentibus. Ergo ex coitu ſemen à toto prolabitur. Hoc mihi demonſtrans argumentum eſt, an vobis quoque Sapientioribus?

Dices corpus immediatè non emaciatur euacuato ex genitalium ſemine; ſed mediatè quatenus ad tãtumdem euacuati ſeminis generandum ſanguinis magna quantitas ad genitalia deſcendit, & ita totius & à toto ſeminis materia, ſanguis videlicet ſubripitur. *Obiectio.*

Hoc vanum & falſum eſt: quoniam corpus pletoricum eſt, quia ſanguinis ſemilibra (maximùm) vacua cellaria omnia pluribus vicibus replet & affluenter. Et idem eſt, ac ſi pletorico in nocte decies, decem ſanguinis ſemunciæ, ſingulis vicibus & horis ſemuncia euacuaretur: Eſto etiam ſemuncia vnaquaque hora. Patet, quia ſi a pletorico per ſectam venam, vna, duæ, treſque ſanguinis libræ educerentur (tantum abeſt ſemilibra) dici noctiſue ſpatio non emaciaretur: quoniam vena caua ſanguine plena, minimè exinanita nequaquam à magnis venis, magnæ à mediocribus, & hæ à minimis ſanguinem extorqueret. *Solutio.*

Nec præterea dicas ad generandam ſeminis ſemilibram quamplurimæ ſanguinis libræ requiruntur, vt cum Auic. ſupra ſtatuiſti. Tum quia ibidem id tibi falſum oſtendimus. tum quia vnius noctis ſpatio ſeminis tantumdem non regeneratur, & conſequenter tantumdem proximi ſanguinis, aut paulò plus duntaxat requiritur, & ſupplet. *Obiectio.* *Solutio.*

Non inficior tamen (vt omnes tollantur ſcrupuli, ſubtiliter & ratione concludantur omnia) quin ad conficiendam ſeminis vnciam, hoc eſt donec ſeminis vncia conficitur & generatur duæ circiter ſanguinis vnciæ requirantur: quoniam quo

quo tempore ſeminis vncia fit, hoc eſt elaborata in penaria tranſmittitur, tãtumdem ſeminis, & conſequenter ſanguinis à cirſoidibus & à teſtibus ſemen generantibus abſumitur.

Sed hoc non facit, quòd in vnà nocte, in qua ſeminis non tantum generatur, vt omnia vaſa ex coitus exceſſu ſemine repleantnr, & proinde partium ſanguis venis non ſubripitur in pletorico corpore. Adde quòd vt ex ſeminis generatione ſanguis minuitur, ita ex chylo ſanguis fit, augetur, & creſcit.

Vt induci facilè poſſis ad ſciendum & credẽdum eiaculatum genitalium ſemen nec immediatè, nec mediatè emaciationis, &c. in cauſa eſſe, ſed bene & reapſe ſemen à toto prolapſum.

Quòd ſi paruam vnius excretionis huius à toto ſeminis quantitatem obſeruaſti, ſcias velim te facilè deceptum fuiſſe, cum tui propter aſpectus obruſam aciẽ; tum quia ſemen in terram proiectum, vt tu (non in vterum iactum & ſeruatum) intuitus es, (ex tuis colligere eſt, tua ex obſeruatione & triplici diuiſione) cui tenuiorem ſecũdum partem euanuit, quod tibi parum oculato animaduertendum fuit: tua vt probantibns.

Quæſo te candidè Lector noſtra ad hæc omnia Mundini reſponſa raptim ſaltem percurras nõ ingrata, nec craſſæ Mineruæ in noſtro Pari & San. Iudicio, cribratione ſeptima.

Mundini Tact. 182. Dum autem huic rationi in diſput. de genitura reſponderem, dixi. Licet in actu venereo ſpiritus ab omnibus partibus ad genitalia confluxerint, attamen ex motu totius corporis, ex accenſa libidine calorem in toto corpore excitari; vnde oculi tumidi conſeruantur; & reddidi mox cauſam, cur abſoluto coitu mox concidant, vt etiam iam iam præſtabo.

Inſtas ergo. Quo modo ſi ſpiritus ad genitalia receſſerunt, calor in toto excitatur? Non omnes ad genitalia receſſerunt, dico ego, vnde motus, qui fit à mare omnium membrorum in coeundo, labor qui fit à fœmina in ſuſtinendo mare, non potuerunt calorem excitare? Calore autem tumeſcere partes clarum eſt rarefactis, quæ in ipſarum poris locantur humiditatibus. In actu eiaculationis, cum ob mutuum conſenſum totius, partes omnes, delectationi, quæ excitatur in partibus genitalibus, conſentiant, ſicuti retentricis munus in his aufertur, ita in omnibus alijs partibus diminuitur, quare fit & humorum & ſpirituum, qui in poris membrorum continebantur, euaporatio, vnde oculi concidunt, & articuli debilitantur, & hæc concidentia, & hic languor aliquantiſper à coitu perſeuerat, quia licet poſt coitum ſpiritus iterum ad partes remeant, non tamen in ea copia, qua prius, & iam eſt facta humorum & ſpirituum, qui in partibus permanſerũt euaporatio.

Hæc tua vana omnia, nugæ ſunt omnes ad rem minimè facientes, quia obiectionibus & quæſitis neutiquam ſatisfaciunt, vt in Par. & San. Iud. cribratione ſexta & ad hunc contactum quod attinet pag. 634. patet. Solùm propterea experimentum hic addam, vt tua euaporationis cauſa de medio tollatur. *Pariſani Contact. 182.*

Coeat quis per dimidiatam horam, atque etiam per dimidiam, vt nonnullis contingit, abſque ſeminis eiaculatione. Is defatigabitur quidem, vt alios ob corporis labores vſu venit; ſed neque in longiori motu, nec poſt, oculi tali languore afficientur: neque articuli ſic debiles redduntur: neque corpus ita emaciabitur, vt ex breui labore ex coitu, & ſi multis vicibus & ſingulis diebus noctibuſque id cõtingat; vt propterea hiſce & illis de cauſis tuum reſponſum nullum ſit: date veniam ſi lubet perſpicaciſſimi à conſilijs. *Mundini præ. euane. ſcit.*

In timore affatim oculi concidũt, facies cadaueroſa fit, articuli debilitantur, vt vix ſtare homo poſſit, & ſæpe cadat. An hæc ex alimento oculis & articulis ſubrepto? *Mundini Tact. 183.*

Cur ergo oculorum concidentiam & articulorum debilitatem poſt coitum cõtingentes in receſſum, & diſſipationem ſpirituũ tamquam in cauſam referre non poſſumus? An nonnullos in actu venereo ex nimia voluptate interijſſe conſtat? Cornelium Gallum. Q. Heterium. Bel-

trandum

trandum Feretrium? Cauſa quæ nam? Alimenti agglutinati ſubreptio? an nimia ſpirituum diſſipatio?

Pariſani Contact. 183.

An vis dicam te à ſocco ad coturnum? An ad rem te non loqui? fugæ timor, & timoris phantaſma in timoris ſermonem duxit te, vt inde tibi ſalutem quæreres; ſed timor non facit tibi ad fugam, ſed ad caſum.

Fugax inudis ſemper.

Non ex ſpirituum ad fontes regreſſu, ex & in coitu tales iacturæ ſubſequuntur, noſque loquimur; ſed de ſeminis à partibus & ſpirituum à fontibus receſſu ſermo nobis eſt, & noſtrum ratiocinium currit, quod aliud, & tuo contrariū eſt, capis ne?

Ex timore Mundini, vt paucis agam partes refrigerantur ſpirituū ad proprios fontes ob receſſum, necnon quia optimo mediato & propinquo alimento arterioſo potiſſimum ſpiritu ad cor ad Aortam recedente priuantur: ex ſubita refrigeratione languor: ex refrigeratione imperfecta concoctio, ſi diuturnior, & cōſequenter vitiata nutritio: vnde praua ſymptomata, & quādoque etiam & ſubita ſuffocatio & mors.

Corporis magni labores omnes, necnon animi pathemata corpus deſtruunt, de quibus non eſt hic dicendi locus nec tempus, & proinde nec ſermo nobis habendus. Sed de venereo coitu, qui breui abſque labore & cum voluptate abſoluitur. Vide quam bene cum illis coitus, & mihi tecum vobiſque conueniat.

Mūdinij Tactus 184.

Vltimò arguis & te demonſtrare credis. Cum ex ſeminis genitalium quaque guttula per Philoſophum & cōmunem opinionem animal gigni poſſit, & vna quæque guttula ad generandum ſit ſufficiens, nunquam monſtrum fiet ex materiæ defectu mancum. contra quum pluries perpetuò guttulæ eiaculentur, plures fœtus ſemper præſertim in caſtis, viceni, quadrageni, aut ſuperfluæ partes generabuntur.

Reſpondi me non admittere iuxta Ariſt. & Galeni quamlibet ſeminis guttulam eſſe ſufficientem illius quantitatem pro animalis generatione, & ideo vanas eſſe conſequentias à te illatas.

Tu Ariſtotelis & Galeni cuſtos & propugnator acerrimus eoſdem etiam hic deſeris & cum illis te ipſum quin etiam derelinquis, & perdis? Facinus ſanè patum dignum, illos tuo patrocinio priuare, ac à te ipſo diſſiſcere. At dic ſodes Mundini doctiſſime, nō recordaris te ſupra tuum ſemen, ſeu ſeminis eiaculationem 20. 40. 60. 100. 300. homines progignere ſtatuiſſe, & me reprehendiſſe quòd (in miraculo) ad miraculum confugerim in Schenchij abs te citata hiſtoria? qua igitur hîc facie illatas à me ſequelas vanas affirmare audetis? ò Conſultores, ò protectores maximi. *Pariſani Contact. 184.* *M. Ab Ariſtotele, Galeno, communi opinione, à ſe ſe rebellat.* *Appellat.*

Mund. Tactus 185.

Fulminans contra me inſurgis, me ad te acerſis dictis tuis ſolitis Terentianis comicis relinquendis & circulatoribus, minime vis vt ſub Ariſt. & Galeni pallio me abſcondam, ac ſi nugator aliquis comicus eſſem. Et hæc contra ſummatim contra me, putans de more te demonſtrare affers. quæ tamen omnia ad Herculis inſtar meo iudicio profligabo. *Mundinus lamētatur.*

Pariſani Contact. 185.

Nimis bilioſus es Mundini, vt potè qui nos aduerſus lites & iniuſtè tua ſpontè quæſiueris: & quod vrgentius eſt, aliquibus etiam in nos iurgijs & prorſus quidem immeritò egeris: nunc non pateris (vel tuis miſſis conuicijs, quia non literati, ſed literatoris ijs agere ſit) nos in ſerijs conuicij loco opportunè quandoque iocati? Quam ob cauſam & doctiſſimum Terentium ira percitus peroſus es: quaſi non literatus, ſed circulator extiterit. Comicos proinde vlteriùs damnas, quaſi comicum agere nobilis non ſit viri: quum & dominos, principes, & Imperatores olim comicum egerint, & nūc temporis etiam in quaque Vrbe Ciues id muneris peragant, animi, & humanæ vitæ exempli gratia. *Iniuſtè & immeritò & abrè.*

Ego ſicui, nullo excepto, excepto celeberrimo Peripatetico, Galeneoue dicerem, quòd ſub eorum pallio ſe ſe abſconderet, eoque tueretur, profectò haud iniuria, ſed honore illum afficere crediderim: quippe reapſe id profitentur. Cur igitur tu, qui eorum aduocatus tibi videris & cuſtodem profiteris ita nunc dedi-

cationis

catioris ſenſus guſtus es? Sed non dixi te ſub eorumdem vexillis pugnare, ſed non eſſe, vt ſub eorumdem pallio iniuſtè & perperam (ibidem patet pag. 634.) te abſconderes. Hoc opus, hic labor eſt. Hic ſta, hic molire, & quod auſus es ſi potes præſta. Vt ſat ſuperque tibi ſit pro conuicijs iocos, & noſtræ humanitatis ſales recipere ſiue Terentij, ſiue Teruntij arbitratu tuo ſint, pro illorum tibi luenda pœna. Interim tuis miſſis nugis, videamus nos an Herculis clauam (poſtquam Herculem profiteris) extorquere poſſimus, & num tuos per Alcides dabitur?

Mund. Tactus 186. Primum monſtrũ ex Mundinia.

Primum monſtrum. ſemen dicis, vt guttatim generatur, ſic guttatim animantur, & guttatim, & ſeparatim reponitur, diuiditur à feminis aquei portionibus, interpoſitis inter vnam & aliam portionem ſeminis globuloſi. In eiaculatione pariter per me diuiditur, vt in ſecundi. Ariſt. argumenti examine viſum eſt. Ergo ſemper, plures, ac plurimi fœtus in qualubet prægnatione excludentur.

Aſſumpta tua Bone Pariſane nego, oſtendi in ſuperiori capite ſemen guttatim & ſeparatim non reponi. A portionibus aquei ſeminis non diuidi, non ſemper in eiaculatione & in attractione in vterum diuiditur. Ergo non ſequitur concluſio, quòd ſemper ex qualubet prægnatione plurimi excludantur.

Pariſani Contact. 186. Quam longiſſimè ablegatur.

In quas lubens omni nixu omni arte ad fugam foueas tibi paraſti, in eaſdem modo inuitus & victus te cecidiſſe animaduertens illaqueatus, inquam, & captus ſecus nugando fugæ te committis ita & aliter nunc omnia negando euadere ſtudes. Sed ſerò ſapiunt Phryges, quãdo ob frequentiùs ad mota calcaria fuga tibi vbique tarda eſt.

Mera monſtra.

Ex Ariſtotelis abs te allata authoritate, & quia tibi ſemen triplex, plurimæ muliebris matricis cellulæ, quia ſemen aliud & ſeparatum ab inuicem teſtium, deferentium vaſorum, glanduloſorum proſtatum, vt, in matricis collo, ac in eiuſdem corporis vacuo, &c. diuidi, & proinde ex te ſequitur concluſio (in ſuperiori capite, necnon pag. 635. primæ partis) ex qualubet prægnatione plurimi ſẽper fętus excludantur. Sed an ex quinquagenis millibus Venetiarũ fœcundarũ mulierum partubus, vnum quatuor fœtuum, ne dicam ſex, decemue (nobis ex ſuperfętationibus) reperies? Quocirca mulierculis primum hoc monſtrum, & hæ tuæ decantandæ ſunt fabellæ. Ad ſecundum pulchrius deueniamus.

Mũdin. Tactus 187. Secundũ monſtrũ.

Secundum monſtrum pag. 305. meæ diſp. de genit. ſtatui. Si debent plures fętus ex vno coitu gigni neceſſe eſſe, vt ex ſeminis diuiſionibus illi generentur. Ergo quoties diuiditur ſemen plures generabuntur.

Hanc etiam conſequentiam nego. Et cauſa negationis eſt: quia poteſt diuidi ſemen, & partes diuiſę nõ erũt ſub ea magnitudine, quæ in ſingulo homine à natura præſcribitur, ad hoc, vt ad generandum ſint aptæ. Cum tamen plures generantur, neceſſe eſt ſemen fuiſſe diuiſum, ita tamen vt partes diuiſæ fuerint certæ cuiuſdam magnitudinis à natura præſcriptæ ad hoc vt generationi ſufficiant. Pu-ctum difficultatis, bone Vir ſtat in hoc: ſunt enim nonnulli quorum ſemen, ſi in vtero diuidatur, multi fœtus generabuntur, nonnulli, quorum ſemen ſi in vtero diuidatur, nullus generabitur.

Pariſani Contact. 187.

Ego tuam non ſolùm probo, ſed aliam portiorem & magis neceſſariam ſequelam infero.

Radices tolli-tur.

Ergo in & ex qualubet parte plures ſemper. Etenim ſat ſuperque mihi, quòd pluribus ſupradictis tuis de cauſis, & alijs pulcherrimis diuiſionis ſeminis tuis inuẽtionibus tuum ſemen multiſuriam diuiſile ſit, & neceſſariò conſequenter ſemper in vno quoque coitu ſemen multiplicitet & quam plurimas in partes diuidatur, & deinceps perpetuò tua ex doctrina ex ſingulo quoque coitu ſi conceptio fiat, in vno quoque partu perquam multiplices fœtus; quod quam vanum ſit, omnibus in apertum monſtrum eſt; vt per verbum, Nego, euadere nequeas etiam ſi omnes protectores vna ſimul auribus obtundatis noſtris.

Sed

Hæc doctrina ex quibus ſcholis.

Sed ad tuum bellum difficultatis punctum deueniamus; viſuri quæ ad miſera aſyla confugiatis. Quis te docuit, vnde ne accepiſtis, & ex qua academia eiuſdem ſpeciei & rationis diuiſionum ſeminum alia multos fœtus generare, alia nullum? In primis falſiſſimum eſt, ſemen in vtero diuidi, diuidique poſſe impoſſibile pluribus rationibus oſtendimus.

At cur diuidens (ſi reperiretur in vtero) non ſemper diuidit? Et quam ob rem ſemen ſic diuidi non patitur? Aſt cur ſemen tuum homogeneum animati corpus quandoque in 20. 40. 100. 200. tercentaſque partes & fœtus diuiditur, aliàs eiuſdem rationis, eiuſdem ſpeciei, atque interdum eiuſdem indiuidui, diuidi non patitur? & diuiſum nullum procreat? Quo modo ſcis tu diuidi quum nihil progignit? & quando, à quo, & quo modo diuiditur? Quo modo inibi diuiſum, ibidemque diuiſum ſeruatur quin illico iterum in vteri fundum in decliuiorem partem vt graue fluidum non deſcendat iterum miſceatur & continuetur? Ceterum niſi 300. cur ſaltem non triginta, decem, tres procreat? Dicendum, reddendaque abs te cauſa fuit bone & docte vir. quam ob cauſam diuiſum eiuſdem rationis ſemen, & cur tuum potiſſimum copioſum & ſpirituoſum diuiſum quamplurimos non generet. quid perſpicaciſſimi protectores?

Appellat.

In ouis ſemper diuidi ſtatuis & vtranque chalazam petere affirmas, ſed vnum tantummodo pullum generare, in qua copioſum ſemen recipitur. Sed cur interdum non eadem quãtitas vtrique chalazæ tranſmittitur, vt bini ſaltem generẽtur pulli? An certo caperis laqueo? Cur alia ſemina (vt auium) non ſemper diuiduntur? An quia chalazæ non adſint? quæſo perſpicaciſſimi Protectores.

Vnde emerſerit chimera quæretur.

Hæc pulcherrima difficultatis puncta abs te nouiter inuenta, nouiterque verè chimerizzata in lucem egreſſa vnde emerſerunt? An à tuo cerebro an Conſultorum ortum duxerunt? & proinde merum, purum, hoc eſt vanum (vllo, abſque fundamento) ens rationis ſunt: veſtra parcat Excellentia.

Mund. Tactus 188.

Tertium monſtrum. Aliquando 300. fœtus vno partu fuiſſe editos à Schẽchio recipio. Certè 300. guttulas, ſemen ex quo fuere geniti non tranſcendebat. Ergo ex qualubet guttula fœtus & plures fętus. Profligo hoc etiam. Ex 300. partibus ſeminis 300. fętus ex diuerſis coitibus in paucis diebus facti fuere geniti. Verum ſingula illarum partium fuerit magnitudinis guttulæ neſcio, ſed aſſero fuiſſe illius magnitudinis (nota quia in hoc ſtat difficultatis punctum, & poſtea ad arbitrium tuum chimerizza) in qua virtus generans poteſt conſeruari, & quę requiritur ad hoc, vt ſemen fętum inſtituere poſſit.

Tertium Mundini monſtrum.

Ego chimerizzandi munus vobis relinquo, quemadmodum illa tibi prompta verba.

Pariſani Contact. 188.

Nego, Neſcio, per quæ bellè & faciliimè omnis ſoluitur quæſtio.

In nibilum redigitur.

Oportet vt fatearis Mundini priuſquã terga des: & te ſcire neceſſe eſt antequam te abſcondas, quòd quum vna ſeminis eiaculatio plures, ſed, ſummum (me iudice) 25. guttas contineat, ad tercentos cõſtituendos fœtus 12. requiruntur eiaculationes eiuſdem ponderis, menſuræ, virtutis, quod vt fieri nequit: ita peridiculum dictu ſed eſto: Ergo tercentæ guttæ: rationis ſubductio non fallit: Ergo ſcis, quod ex guttulæ ſeminis magnitudine homo gignitur. O felix & ſummè ferax Mundini, & protectorum & ingenium & ſemen. Sed iſtud ſemen quis diuidit? Quo modo ad æquilibrium ducuntur, an pondere & lance, an menſura?

Felix Mundini ſemen & ingenium.

Sed diuiſas tercentas partes per vteri vacuum, quis ſuſtinet & continet quin fundi centrum, vt pote graues, petant & miſceantur? Equis indumenta inuolucra, duas, treſue membranas quoſque fœtus veſtientes ſubminiſtrat? Ad ſexcentas, nouem centaſue vt in brutis tunicas progignendas non parum ſeminis requiritur. Ecquis vlteriùs primum alimẽtum, quod ſemen eſt initiò trecentis fętibus prouidet & ſubminiſtrat? Hæ boni oeconomi partes ſunt, & rectè ſubducentis

Felici à Conſultorum.

certæ

certæ rationes extant, non chimerizzatio, ſi bene ratiocinamini.

Id miracul[ũ] cur ex Pariſano.

Ea propter vos chimerizzantes animaduertens, & iſtæc mera monſtra & impoſſibilia certò colligens, firmiter miracula aſſerui, quæ vos negaſſe admiratus ſum valde. Miraculum initiò dixi pluribus de cauſis, & rationibus. Potiſſimum quod Naturæ vi id fieri potuiſſe mihi impoſſibile fuit. Reprehendiſtis me irridẽtes, quòd ad miracula confugerim: proptere vlteriùs admiratus Schẽchium adiui, & in fonte vidi miraculum, & miracula adnotata fuiſſe non ſine veſtræ audaciæ ſtupore, vt nunc quam maximè admiratione efficior, quòd nec à vobiſmetipſis, qui in fonte vidiſtis, id falſũ & admiſſum fuerit, voſque ipſos corrigeritis; Sed quod nec primò à me admitti miraculum eſſe volueritis: nec modò ſecundo admittatis perquàm moleſtè fero veſtri gratia: quando mihi diſpliceat haſce malè ſonantes chordas tangere. Sed Veritas loquitur, quæ fucum non patitur, oppreſſa potiſſimum, & maximè conſultò. Quare vobis ipſis melius conſulite, & vos corrigite: quia ipſe vobis ignoſco, quia compatior: quoniam ſummum malum (vt conſcius ipſe tibi bene tactu. 174. dixiſti) opinione quæ ſemel placuit inebriari. Ceterùm hanc citra ebrietatem recordamini, quòd amicus vſque ad aras, vbi Veritas agitur.

Nota lector & obſtupeſce.

Ignoſcit compatitur Pariſanus.

Mund. Tactus 189.

Dices ſine dubio illæ particulæ ſeminis diuiſæ minores fuerunt particulis ex quibus vel 3. vel 4. fœtus generantur. Fateor, ſed ſemen ex quo 3. vel 4. geniti ſunt aptum erat diuidi in tot ſolùm, non in plures partes, & generationi ſufficere. Semen ex quo 300. aptum fuit in 300. partes diuidi & adhuc generationi ſufficere, præterquam quòd quamplures coitus generationem trecentorum præceſſiſſe iam poſuimus. Semen autem quamplurimorum congreſſuum in multo plures partes diuidi poteſt, quàm vnius vel duorum.

Dices in quo conſiſtit hæc aptitudo? vnde prouenit? Hoc ego credo vnum ex Naturæ arcanis eſſe. Dicimus nos ratione & experientia edocti, plures vno coitu non niſi ex diuiſione ſeminis fieri; ſed in quot partes ſemen ab vno quoque effuſum diuidi ſit aptum, ita vt quælibet diuiſionis pars generationi ſufficiat fœtus, & vnde ſit, quòd alicuius ſemen etiam ſi copioſum non poſſit in plures partes diuidi, ſi ſufficiens generationi eſſe debet, Credo nos ſcire non poſſe.

Pariſani Contact. 189.

Ego non ſolùm credo, ſed certò ſcio te hæc ſcire non poſſe, quia repugnat ſemini in muliebri vtero diuidi abſque diuidente, à quo nam? Repugnat vno in leui rotundo continenti corpore (falsò tu plures cauitates ponis cap. 7., & apud nos videre eſt in Pari & San. Iud. pag. 641.) quomodocunque attractum ſemen non miſceri, & vnum non fieri.

Mundiniana fabula muliercul[is] & dydimis narranda.

Nunquam vos doctiſſimi ad hæc reſpondiſtis, ſed ſubterfugiſtis ſemper, quod Philoſophi non eſt. Facilè quidem tibi fabellulis, quæ mulierculis ad ignem animi gratia recitantur & credulis ſuadẽtur, veritatem in puteum mergere, coactus dein ad verbum neſcio, ac ad Naturæ arcana confugere fuit: atque abſque erubeſcentia affirmare illud homogeneum animatum eiuſdem ſpeciei ſemen aptum diuidi in 300. fœtus, aliud & vt plurimũ nullam admittere diuiſionem. Cur ita? quia ſic, quia non, reſpondes, optimè ſanè & ſubtiliſſime tua cum Conſultorum bella caterua.

Mũdini Tactus 190.

Quum igitur Pariſanæ rationes, quæ in vniuerſali tuam poſitionem de ſeminis à toto prouentu demoliuntur, & chimericam eſſe demonſtrant, confirmauerim; pronunciata, ex quibus, conſtat chimerica eſſe manifeſtauerim; multis quæſitis ex noſtris principijs ſatiſfecerim, quibus tu credebas me non poſſe ſatiſfacere: rationes, quibus tua poſitio innititur, ſoluerim: monſtra, quæ contra me adduxiſti debellauerim, remanet, vt palinodiam canere, Parque & Sanius amplecti iudicium te non pudeat.

Pariſani Contact. 190.

Ex falſis tuis præmiſſis, quis dubitat quin falſa inferatur concluſio abſque epilogo? Vbi opus eſt facto pura verba & nugæ non ſatisfaciunt. Quod ita de mo-

re

Mutua germana gratia refertur. re loquaris & præpoſterè, ratiocineris admiratione non amplius me afficit: quia quum ſupra auius & deuius vbique fueris, quid mirum quòd illinc & hinc, totis & via & cœlo aberres, atque peius ſubducas? Par. & Sanius Iudicium factum eſt: nunc eo maximè ex Lydio Lapide, ex malleo, ex trutina fulcitur, ſanciturque bene tibi, ſed tuis potiſſimum à Conſilijs, vt illud vulgatum firmetur, Malum conſilium Conſultori peſſimum. Mitto interim (quòd ſupra) me alia argumenta, & plurium authoritates mecum facientes, attuliſſe, ad quæ tu ne gri quidem. Quod tibi tua adamanti & vtpote duræ ceruicis probentur (vt bene dixiſti replico, quia ad rem & opportune, ſummum malum opinione, quę ſemel placuit inebriari) eſto, ſed *Maxima admiratio. Cauſa Reſponſi.* doctiſſimos illos (vt vocas) tuos conſultores hæc tua probaſſe, recipiſſe, laudaſſe, admirationem auget. propterea pudet me quidem bene actum (ex præacto Iudicio patet) agere tempus conterendo; ſed vt tuis doctiſſimis viris ſatisfacerem hoc ſuſcepi munus & exequor, vt vobiſmet ipſis inuicem & mutuò ac cateruatim gaudeatis, gratuleminique, & vna ſimul veſtrorum laborum dulces & meritò veſtro fructus colligatis. Modò reliqua populari trutina, immò perperam à vobis examinata, aurificis ſtatera ponderemus, atque vt cetera ad lydium lapidem perducamus, vt nobiſcum lectores lectionis & laboris præmio pauliſper rideant omnes, vt vos riſu ſardonico diiudicetis.

Nonulla Ariſtotelica & mea de ſexu, & coitu piſcium, deque aſperſione ſeminis ſuper oua. De oſtrearum ſemine, diuiſioneque illius. De impregnatione Perdicum ex voce marium: De natura ſeminis aquea. De oculorum & cerebri ſimilibus partibus.

Ariſtotelis & Mundini prædicta tãquã caſſa & maxime vana reprobantur deleantur, decuſſantur omnia, vtpote quæ nunquam fuerint, nec vllatenus eſſe poſſint: Et conſequenter noſtra dicta confirmantur omnia.

COLLATIO OCTAVA.

Aggredior quintum, de quo tractatu promiſi. *Mund. Tactus 191.* Negas ſexum maſculinũ & fœminium in piſcibus, eſſe. affirmas eſſe piſces promiſcui generis, vt ſunt conchilia, & per conſequens negas coitum piſcium, & aſperſionem ſeminis, quam ſuper oua à maribus fieri tradidit Ariſt. & confirmat experientia. Iuratem te ne aureum quidem nũmum impendiſſe, vt cognoſceres an re vera mas, & fœmina in piſcibus adſint. Sed perſuaſum à chimeris, quas in mente fixiſti tua hoc negaſſe, nullam adhibẽdo fidem Ariſt. qui diuerſa maria petijt, tot ſumptus, fecit, quot facere cum auro, argentoque Alexandri Magni poterat, vt de hoc certus fieret. Claræ Ariſt. in piſcibus diſcrimen inter marem & fęminam. 6. de hiſt. anim. à cap. 10. multa affert. Acurate 5. de hiſt. an. 5. & 6. illorum coeundi modos deſcribit, modos inquam coeundi. Videte lectores ſi obſeruator diligens in hoc fuit. Quanto tempore in vtero gerant; & qua anni tempeſtate pariant docet. Incertum eſſe, an mas, & fœmina in quibuſdam ſpeciebus piſcium adſit, vt tubellionibus, hiatulis, &c. admonuit.

Ego quamplurimos, piſcatores, qui piſces fluuiatiles capiunt interrogaui de ſexus piſcium diſcrimine, de coitu, de aſperſione ſeminis ſuper oua, mihi affirmarunt tinchas mares, quos rulos vocant, circa pinnas abdominis prope orificium, per quod, feces excernunt, habere duas eminentias longas, & ita Lucios, quas teſtes eorum eſſe à ſuis maioribus acceperunt, & credunt. licet non cognouerit Ariſt., vt neque viperarum teſtes. Aquapendens ſimiliter credidit eſſe teſtes, ita & Plazonus eius diſcipulus. Piſcatores ſimiliter Veneti raiæ, ſquatinæ piſcis, quem vulgo ſtramazzum vocant, mihi teſtes oſtenderunt, & dixerunt hos teſtes habentes nunquam oua intra ſe genere, neque ſcilicet & tempore, quo alij eiuſdem

eiuſdem ſpeciei piſces ouis pleni ſunt. Affirmarunt ſimiliter piſcatores fluuiatiles marem ſequi fęminam & ſe ſe mutuo fricare, & tempore veris, quando piſcis oua edit, alium inſequi hæc oua edentem, & ſuper illa lac ſpargere. Ego verò in confirmationem hoc experimentum habeo. Tempore, quo lucij ouis ſunt pleni à piſcatoribus clauduntur in quibuſdã cimbis perforatis lucij lac habentes, vt amicis ſuis dono illos dent. illi nũquam oua generant. quia ſunt mares.

Pariſani Contact. 191

Cur Pariſanus in Ariſtotelem Mũdinus cõtra ſentiat.

Supra ſæpe me pupugiſti, ſæpiuſque infra mordes, quòd in pluribus ab Ariſtotele receſſerim, contraria ſuſtinuerim; necnon aliquando ipſum reprobauerim caſtigauerimque, quaſi indignum facinus patrauerim. Quod ni fallor cõtingit, vel quia ei maximè deuotus, vel quia paruæ lecturæ ſis, & proinde hiſce tãtùm nominibus meas ſubtilitates execrationes credideris, neſciens quid ſibi Veritas velit, quidque Sancti Patres, quid bonique & doctiſſimi de ipſo Ariſtotele, deque eius doctrina etiam iam nunc ſenſerint: quod ſuperius in Pari & San. Iudicio modeſtiæ gratia aggredi noluì, vt in ſuperioribus collationibus abſtinui. Modò coactus continere me nequeo, quin te certiorem faciam, tametſi eadem de cauſa inuitus id aggrediar: quoniam non eſt mihi cum Ariſtotele lis, nec cum laruis luctandum, nec mea intereſt quid ſentiat, niſi prout obiter meis in pertractandis nobilibus exercitationibus de illius doctrina occaſio ſe ſe obtulit.

Mundino monitum.

Ea propter ſi primum, tibi caueas, meliuſque tibi conſulas, quoniam periculum imminet maximum illius lolacea farina intingi, quippe & caput & intellectum petit, vt iam iam addiſces eum acerrimis tuis commilitoribus.

Si ſecundum, ſcias te de præſtantia falli, quod que hiſce ex deſcribendis teſtibus & probationibus deprehendes & certus fies, vt quo quo modo ſentẽtiam mutes & reſcipiſcas, atque ſimul fatearis me rectè ſcripſiſſe, quia verè: & ſi quid peccati admiſerim, ex nimia id mea ſcribendi modeſtia ortum duxit, quando magis ad viuum reſecare potuerim & certo exemplo ſancire, quoniam quod doctiorum Philoſophorum & Sanctorum potiſſimum exemplo fit, inte fit. Miſſis interim conſultò Ariſtotelis encomijs à Laertio Diogene, Ammonij Hermiæ, ſeu Philopono Ioanne, Guarino Veronenſi, & Ioanne Nebriſenſi Riuirio, ne ex riuulis amplius, ſed ex claris & limpidis fontibus bibamus.

Interim diſce tu Ariſtotelem amans, & per te & ipſum mihi liceat ei cicatrices refricare, vt tua & tuorum ex clientela quid lucri aſſecutus ſit ſciat ſi poteſt miſer à ſuis diabulis aſſequi.

VERA

VERA ARISTOTELIS
VITA ET GESTA EX SANCTIS, ET PROBATISSIMIS AVTHORIBVS SAPIENTIBVSQVE DESVMPTA.

AGE dum inquam, in medium Sanctorum & Sapientum ſententias & authoritates proprijs ex verbis in medium afferamus periculum certò facturi, quo modo à Sanctis Patribus & Sapientibus audiuerit, & conſequenter pateat, quod quærimus, An nos in maledictis, An de more in nimia erga ipſum Ariſtotelem modeſtia peccauerimus, atque deinceps, quid tu cum tuis effutieris.

i. Quaſitum. In primis, quæras Ariſtotelis Ortum Patrem Patriam? paucis audi.

Ariſtotelis. Patria. Parẽtes. Ariſtoteles Patria Stagira, Macedoniæ, ſeu vt Suidas, Thraciæ Oppidum: quod nunc potius vicus, Macri à Barbaris illius regionis, Græcis appellatur. Filius Nicomachi & Phæſtiadis, *Ortus.* Natus, anno primo Olympiadis nonageſimæ nonæ, tradentibus Diogene Laertio ac Suida. Is fuit annus ante Chriſti natalem primus poſt trecenteſimum ſeptuageſimum.

ij. Quaſitum. Secundo quæras ad rem illius animi firmitatem, ſtabilitatem, conſtantiam?

Miles. Ariſtoteles in militiam profectus, diſſipatis paternis bonis, pharmacopolã egit. multa quoque habens dicere circa quæ delirauit *Pharmacopola.* Pharmacopola ceſſo, Quemque ſciens Epicurum hæc de eo dixiſſe in Epiſtola de Studijs, quod paterna deglutiens in militiam eſt profectus; Et quod in ea malè agens ad pharmacopolium venit, vt victum quæreret. Atheneus libro octauo Dipnoſophitarum.

Ariſtoteles obliguritis omnibus pecunijs, quæ ex hæreditate patentis ad eum deuenerant in militiam profectus eſt: deinde cum finiſtris maliſque auibus hoc ei procederet, pharmacopolam egit. Aclianus variæ hiſt. lib. 5.

Ariſtoteles vt Philoſophorum Scholas peteret, celebre pharmacopoliũ clauſit. Suidas ex Thimæo hiſtorico.

Ariſtoteles iuuentam luxurioſè egit patrimonioque dilapidato in militiã profectus eſt, ibique quicquid ſupererat decoxit, tandem ad Philoſophiæ ſtudia animum applicuit. Ioannes Nebrilenſis Riuerius.

Hanc totam rem & Diogenes, & Ammonius, & Guarinus ſubticuerũt. Franc. Patric.

Quæras Philoſophandi occaſionem? *iii. Quaſitum.* audi vanitatem.

Ariſtoteles quam vanus fuerit in Philoſophia inde colligi poteſt, quòd non *Vanitas.* Deum, ſed malum Demonem ſui ſtudij ſuaſorem habuit: Pythiæ enim iuſſu Philoſophari cepit. Io. Franciſc. Picus Mirand. in ex vanit. doctr., gent. libro 4. cap. 1.

Ariſtoteles poſt adeptas liberales diſciplinas Athenas iuſſu Oraculi miſſus decimo & ſeptimo ætatis anno ad Socratem audiendum Ammonius, & tres annos audiuit. Laertius ex Apolodoro.

Quamuis ſi Diogeni adhibenda fides, Socrates ante natum Ariſtotelem annos ſexdecim obijt.

Sciſcitatis Præceptorem, prçter Socratem, ſi modo audiuit. *iv. Quaſitum.*

Ariſtoteles cõtinuis viginti annis Platonem audiuit. Beſſario Cardinalis in *Præceptor.* Calumniat. Platonis lib. 1. c. 3.

Quæris erga Magiſtrum præſtitum *v. Quaſitum.* præmium, & mutuam redditam gratiam? Accipe.

Ariſtoteles ſic in omnibus Philoſophiç

partibus in Platonem eſt affectus, vt cum eo tamquam cum hoſte de doctrinæ philoſophicæ imperio certare videatur. Iacob. Carpentarius in Alcinoi præfat.

Iuſtam indignationem in nobis commouet tam malignũ, tam acre, tam acerbũ perſecutionis ac lacerationis ſtudium ingratiſſimi diſcipuli contra optimum ſenem, deque illo optimè meritum. Idque non ſolùm arrogãs, deluſorium, ſed etiam falſum apertiſſimè. Ea falſitas, &c. Franciſc. Patrit. de Ariſt. in Plat. Diſcuſſ. Peripat. tom. 3. lib. 4.

vi. Quæſitum. Diſſidia. Ariſtotelis mores. Quæris hoſtilitatis & odij cauſã? Audi.

Antequam Plato è viuis cederet, magna inter ipſum & Ariſtotelem diſſidia oborta ſunt: quod Aelianus lib. variæ hiſtoriæ, ſic cõmemorat. Primum diſſidium Ariſtotelis aduerſus Platonem ex his ferunt initium cepiſſe. Non probabat eius vitam Plato, neque corporis habitum & ornatum. Nam Ariſtoteles veſtibus & calceamentis magnificis vtebatur, & contra Platonis morem crines abradebat anuliſque ferendis ſe exornabat: vultu cauillationem & irriſionẽ quandam præſeferebat, & intẽpeſtiua loquacitate in ſermone, ingenium eius mores redarguebat. Hæc omnia Philoſopho eſſe indigna manifeſtũ eſt. Quæ cum videret Plato, non admittebat hominem, ſed ei præponebat Xenocratẽ, ſpeuſippum, Amiclã & alios, quos tum alijs honoribus proſequebatur, tum diſputationum ſuarũ participes eſſe patiebatur. Aelianus. Vnde odium.

vij. Quæſitum. Quæris aliud grauius diſſidium.

Quum, poſt quoddam tempus Xenocrates in Patriam iter ſuſcepiſſet, Ariſtoteles cum ſuorum diſcipulorum caterua, inter quos erat Mnaſon Phocenſis, & alij, Platonem oppugnabat de induſtria. Laborabat tum morbo Speuſippus, quam ob rem Platoni adeſſe non poterat: Plato octuageſimum annum agebat, ita vt iam propter ætatẽ deſtitueretur memoriæ viribus. Intendens igitur in eum, & adoriẽs ex inſidijs Ariſtoteles, magnaque cũ ambitione quæſtiones nectens, ac ſophiſticè eum redarguens, iniurium ſimul & ingratũ ſe ſe præbebat: Proinde Plato deſiſtẽs exteriore deambulatione domi cũ familiaribus priuatim ambulabat. Aelianus.

Ariſt. artes. Iniurius. Ingratus.

Quæris huiuſmodi Ariſtotelis victoriæ præmium? accipe.

viij. Quæſitum. Exactis tribus menſibus Xenocrates à Peregrinatione reuerſus inuenit Ariſtotelẽ deambulantem, & docentem vbi reliquerat abiens, Platonem: Vidẽs autem cũ familiaribus ſuis nõ ad Platonem cõmeare, ſed aliò in ciuitate ſeorſum ex auditorio veſtigia ferre, interrogabat quemdam in Peripato, vbi nã eſſet Plato, exiſtimãs eũ decumbere: at ille reſpõdit non malè habet, ſed Ariſtoteles ei moleſtiam faceſſens, effecit vt è Peripato diſceſſerit, & in horto domi Philoſophiã tractet. His auditis Xenocrates repentè ſe ad Platonem cõtulit & offendit eum diſſerẽtem cũ his, qui ſimul aderãt: erãt autem frequẽtiſſimi, & ſummæ exiſtimationis viri, & adoloſcẽtes aliqui illuſtriſſimæ famæ. Qui quũ loquẽdi finem feciſſet, perhumaniter pro more ſolito Xenocratem ſalutauit: rurſuſque illum ſimiliter Xenocrates. Deinde cõuerſatione dimiſſa, Xenocrates nullum verbũ hac de re cũ Platone loquutus, neque audiẽs, collectis ſuis cõmilitonibus, vehementer obiurgauit Speuſippũ, quòd Ariſtoteli ceſſiſſet ex Peripato: & ipſe quã potuit inſtructiſſimis viribus contra Ariſtotelem pugnauit, eoque contentionis progreſſus eſt, vt eum ejceret & in conſuetum locum Platonem reſtitueret. Præmiũ

Hæc quidem res cauſa putãda eſt, cur poſtea Ariſtoteles odio ſit Xenocratem perſecutus: cur Lyceum cõtra eũ aperuerit, ac denique cur Plato Ariſtotelem Mulum appellauerit, Quod Laertius his verbis refert. *Ariſtoteles in nos recalcitrauit, veluti muli ſtatim geniti matrem*. Quod idem quoque Aelianus lib. 4. narrat. Plato, inquit, Mulum etiam Ariſtotelem appellabat, vt re vera poſtquam ab eo per viginti annos omniũ ſciẽtiarũ dulciſſimũ lac ſuxiſſet, eoque impinguatus ceũ mulus calcibus matrem impetiuit, viuentem de ſchola eiecit, & mortuum ſuis ſcriptis pluſquam alium quemquam dilacerauit in omnem poſteritatem. Aelianus. Mulus.

ix. Quæſitum. Quæras vnde Ariſtotelis authoritas & no-

nomen, & num eo ex Antiquioribus doctior, celebriotque fuerit? Audi.

Ariſtotelis authoritas vnde. Ex Arabũ ignorãtia & arrogãtia.

Ariſtotelis tanta authoritas tributa eſt ex ignorãtia Arabum & Maurorum quoqne ruditate, qui deletis Athenis, & Roma in prædam Barbaris data, viſis quibuſdam libris Græcis, Arabes reliquis vel priuari libris voluere, vel malè perſuaſi, ipſi ſoli operam dedere. Io. Franc. Picus ibid. cap. 2.

Ab Auen Rois ſeculo, qui circa M.C. ſcripſit annum, ad hanc vſque ætatem neſcio quo malo fato, totius Europæ ingenia ſoli vni Ariſtoteli, ſe ſe alligarent, & apud eum in compedibus, altercãdo tantùm, ſedere, & ætatem malint conſumere, quàm liberè per orbem per naturæ miracula contemplando vagare, quàm naturæ authorem Deum cognoſcere, & in eius contemplatione, & amore, & veneratione, & adoratione verſari.

Maximè perpendẽdas

Hæc nobis ingenerauit vnius Arabis, tum ignorantia, tum etiam ignauia noſtra, vt eo, quem nobis liberum Deus donauit intellectum, neque ſciamus, neque audeamus, neque velimus vti. Quàm autem perperam, quanto damno, quanta pernicie noſtra id à nobis fiat, facillimè & agnoſcet, & cognoſcet is, qui ex eo ergaſtulo, mente à vinculis ſoluta libros Panarchiæ noſtræ, omnes quidem, ſed præcipuè priores octo acuratè perleget. Franc. Patritius in epiſt. dedicatoria Petro Vincẽtio Lauro Montis Regalis Cardinali.

Latro maximus.

Ariſtoteles quia Antiquorum ſcrinia cõpilauit & omnia ferè furatus eſt à quibus ſumpſerit dolosè non meminit: quia iniuria & mendaciter vt plurimum antiquos taxauit.

à Noe mos antiquiſſimus occultãdarũ diſciplinarũ. à Græcis corruptus.

Quia omnia abſque figuris, fabulis & numeris docuit cõtra quàm ab alijs actum eſt. Mos enim diſciplinarum occultandarum antiquiſſimus fuit, à Noe inde in vniuerſas gentes emanatus. Quem Græci omnium primi gloriam inde quærentes videntur corrupiſſe. Non ita ſtatim à principio, ſed paulatim.

Orpheus.

Nam Orpheus doctrinas ſuas tradidit fabulis obuolutas.

Pythagoras.

Pythagoras numeris; quas primum omnium profanauit Hipparcus eius diſcipulus, quem ea de cauſa, è ſchola atque conſortio eiecit, in eiuſque locũ lapideam columnam in gymnaſio erexit.

Plato ſecretò tradiderunt. Ariſtot. apertè docuit.

Plato partim Orphicum, partim Pythagoricum morem ſequutus & fabulis & numeris ſacretiores doctrinas tractauit. Ariſtotelis omnibus velaminibus dẽptis apertè tradidit. Vnde Alexãder Magnus conqueſtus fuit, quòd vulgo ediderit, quum tamen iſti quamplurimi Ariſtotele doctiores, vt Zoroaſter apud Chaldeos, Hermes ſeu Mercurius Trimegiſtus (de quibus Plato, Iamblicus, & Cicero ſermonem faciunt) apud Ægyptios omnes doctrinas docuerunt, quorum prior omnes adinuenit, vt traditur. hic libros 36525. omnibus referſit, vt Iamblicus tetulit, & Patritius in ſuo Hermete.

Zoroaſter & Magos orũ doctrinas, &c.

Zoroaſtro laudes.

Zoroaſter vt ex Plinio conſtat, ex Medicina, religione & Aſtrologia Magiam id eſt nouam quandam ſapientiam conflauit, & proinde naturæ rem, cœleſtium motionum & diuinorum notitiam perfectè calluit: vt qui ex ijs nouam excogitare potuerit ſapientiam.

Ariſtoteles præponitur.

Rectè igitur Ariſtoteli illum prætulimus, quando ex Ariſtotelis ingeniolo noui nihil habeamus: ille verò & nouam adinuenit ſcientiam, & ita ſummè extitit Vates, vt de ea vicies centum millia verſuum conſcripſerit: & medica facultate, & mathematicis diſciplinis fuerit imbutus, quarum nullam vix attigit Ariſtoteles. Er à Plinio quamplurimis in locis, & à ceteris quam multis optimis ſcriptoribus copioſiſſima extant de Zoroaſtro teſtimonia, quibus illum rei cuiuſque ferè naturam, effectumque intrinſecus inſpexiſſe legenti facile probatur. Vt Aegyptios prætercam, quibus ita animalium natura inſpecta erat, vt per eam mentis conceptus pro ſcripturæ loco ſignificarent. Patritius Angelutio.

Pythagoræ laudes.

Pythagoras, de quo Plato, Laertius, Macrobius & Cicero diuina ſcribunt. Et Valerlus Maximus, hæc de Pythagora habet, Enixo Crotoniatæ ſtudio ab eo petierunt, vt Senatum ipſorum, qui mille hominum numero conſtabat, conſilijs ſuis vti pateretur, opulentiſſimaque Ciuitas tam frequenter venerari, poſt mortem, domũ eius Cereris ſacrarium fecerũt

T 2 quan-

quandiuque illa vrbs viguit, & Dea in hominis memoria, & homo in Deæ religione cultus eſt.

Democriti laudes.

De Democrito Laertius magna refert. Hic doctiſſimus vir Democritus quinque certaminum victor ſummo cum honore eſt habitus cum in Phyſicis, Philoſophia morali, mathematica, liberarum diſciplinarum rationibus, artiumque omnium excelleret. De quo ſic Cicero in Lucullo. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre poſſumus, non modo ingenij magnitudine, ſed etiam animi, qui ita ſit auſus ordiri? Hæc loquar de vniuerſis. Nihil excipit de quo non profiteatur. Quid enim omnia poteſt extra vniuerſa. Quis hunc Philoſophum non anteponit Cleanti, Criſippo, reliquiſque inferioris ætatis? Qui mihi cum illo collati quintæ claſſis videntur. De eodem plura Valerius Maximus, & Plinius multa. Eo ingenij acumine præditus fuit, vt mortuorum etiam reſurrectionem, quam Ariſtoteles irriſit, diuinitus præuiderit. id teſtante Plinio lib.7. cap.55.

Mortuorum reſurrectionem prævidit.

Xenocratis laudes.

Xenocrates præterea Ariſtoteli præferendus, longèque magis admirãdus: tum quia cum præceptor Plato Ariſtoteli antepoſuit, ab eoque in re literaria deuictus fuit Ariſtoteles, tum quia etiam tanta fuit Xenocratis ſapientia morumque probitas, vt Alexander Magnus cum ingenti pecunia ad eũ legatos miſerit, quam tamen pecuniam (vt Valerius Maximus ſcribit) Xenocretes animi magnitudine reſpuit, affirmans ſe ea non indigere. Athenis autem tanti erat, vt de eo hunc ſermonem habeat Valerius Maximus lib.2.

Quantum porrò honoris Athenis Xenocrati ſapiẽtia pariter, ac ſanctitate claro tributum eſt; cum teſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, vt more eius Ciuitatis iuraret omnia ſe retuliſſe: vniuerſi iudices conſurrexerunt proclamaruntque, ne iuſiurandum diceret, quòd ſibimet ipſis poſtmodum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erant, ſinceritati eius concedendum exiſtimarunt.

Laudes Anphairai.

Quid de Anphairao, (reſpectu Ariſtotelis) cuius cineres idem honoris habebant, quod Pythicæ Cortinæ, quod aheno Dodonæ, quod Hammonis fronti, donatum fuerat?

Gorgia Leõtino. Statua aurea.

Gorgiam Leontinum, cui vniuerſa Græcia in Templo Delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit, quum ceterorum ad id tempus auratas poſuiſſet, nonne magis quam Ariſtotelem honorauit Antiquitas? Hic tam multiplici ſapientia erat inſignis, vt primus in conuentu poſceret, qua de re quiſque audire vellet.

Anacarſi laudes.

Anacarſus etiam Ariſtotelem cũ morum præſtantia, & fortitudine, tum quoque ſapientia longe excelluit; de cuius diuina lingua hunc ſermonem habet Valerius Maximus.

Multorum etiam aures illa lingua & in primis Alexandri Regis admiratione ſui attonitus habuerat, dum terræ conditionem, ambitum maris, ſyderum motus, totius denique Mundi naturam prudentiſſimè & facundiſſimè exprompſit.

x. Queſitum.

Quæras, An aliquis (præter me, quam ob rem in furorem altus es) Ariſtotelem improbauerit, expugnaueritque, quod propterea & tibi (tuo ex furore) & tuis literatis fortaſſe ignotum.

Ariſtotelem excelluerunt.

Hic (mitto Ariſtotelis maiores & antiquiores doctiſſimos & propè diuinos habitos, qui omnes ſcientias inuenerunt & docuerunt, vt ſupra nonnullorum, Zoroaſtrum dico, Hermetem, Orpheum, Pytagoram, Socratem, Democritum, Platonem, & à Platone Ariſtoteli præpoſitos, Xenocratem, &c. à quibus Ariſtoteles ſuperatus, in re literaria & deuictus, & expugnatus eſt) tibi pulcherrima dabitur occaſio aduerſus quoſque doctiſſimos pro Ariſtotelis patrocinio tui & tuorum acuti ingenij (ſed vide luculentum, non craſſum, vt in me) ſpecimen præbere.

Deuicerunt.

Galenus & innumeri.

Primum aduerſus Galenum, (à Medico vt exordiar, quem tueri profiteris) qui nõ rarò & meritò Ariſtotelem redarguit, Et longè prius ex ſuo Ariſtotelis tempore Hermias Eunuchus, Hipparcus, Dicearchus, Eudemus, Theophraſtus, Strato Lampſacenus, Demetrius Phalareus, Hieronymus Rodius, Licon, Critolaus,

laus,

Digitized by Google

laus, Andronicus Rhodius, Boethus Sidonius, Ariſto, Eudorus, Athenodorus, Zenardus, Ptolomæus, Plotinus, Aſinius Pollio, qui decem integros libros edidit contra Ariſtotelẽ de animalium hiſtoria. Cornutus Lucius, Nicoſtratus, Atticus, Herminus, Achaicus, Appollonius, Porphyrius, Iamblicus, Magnus Syrianus, Olimpiodorus, Proclus Lycius, Hermias Syriani auditor, Simplicius, Philoponus, Auicenna, Algazel, Auempaces, Geber, Sextus Cheronenſis Plutarchi nepos, Iunius Ruſticus, Claudius Maximus, Cinna, Catulus, & alij quàmplurimi, nec minor iuniorum turba (vt omittam nũc tot Philoſophorum factiones) cõtinuata temporum ſerie, quiſque pro ſua Minerua Ariſtotelem liberè arguit, emendauit, expugnauit.

Ariſtoteles peſſimus, etc.

Diogenes Philoſophus & Alexander Magnus apud Lucianum vocãt Ariſtotelem omniũ peſſimũ aſſentatorem & ambitioſum, ſicuti Valerius Maximus. Ægidius in multis Ariſtotelem impugnauit. Scribit Lactãtius Ariſtotelẽ ſecũ de Deo pugnare. Iuſtinus Martir Ariſtotelicam doctrinã euertit toto primo, opere ad hac dictato titulo Ariſtotelicorum dogmatũ euerſio. Idẽ Iuſtinus Martir incuſat Ariſtotelem, quòd in compendio ſuæ philoſophiæ ad Alexandrum dixerit, Deum eſſe quintum quoddam æthereum corpus, falsò & inſulsè Homeri teſtimonio inductus, & quod in ſecundo de Cœlo Deum ſtatuerit. D. Thomas contra gentes nonne vehementiſſime Ariſtotelem obiurgat? D. Auguſtinus ſemper ei prætulit Platonem. D. Hieronymus Ariſtotelem ebrioſum fuiſſe tradit. D. Baſilius ſordidum Ariſtotelem appellat, eumque etiam arguit, quòd ad felicitatem neceſſarias duxerit externas diuitias, eique antepoſuit Stoicorum grauitatem, qui nullo impedimento ducunt res externas ad felicitatem. Theofraſti opinio (referente Pico) Ariſtotelicam ſententiam de animæ motu explodit, eiuſque rationes æquiuocationis fallacias non effugere, & quod magis mirandum eſt, affirmauit etiam contra Ariſtotelem, à Deo ex nihilo fuiſſe creatum Mundum.

Impius.

Ebrioſus.

Sordidus.

Theofraſti opinio.

Maginitinus.

Maginitinus Mitylenæus Archiepiſcopus vniuerſum reiecit modum Ariſtotelicæ doctrinæ, & nulla docuit methodo fuiſſe perſcripta. Franciſcus Maroneus in 3. quæſt. diſtinct. 47. conflati operis, non ſolùm redarguit Ariſtotelem peruicaciæ & inuidiæ in Platonem, cuius dogmata ritè, propriéque non retulerit, ſed etiam de ignoratione abſtractionis, deque peſſima rerum mathematicarũ traditione: improbauitque ſui temporis Philoſophos, & Theologos, qui pro ſe eam pertinaciter Ariſtotelis teſtimonia citarent.

Franciſcus Marra.

Io. Canonicus.

Ioannes Canonicus de ſubiecto ſcientiæ naturalis, eam ipſam Philoſophia naturalem, & erroneæ & inſufficienter (vt eius verbis vtar) agnouit fuiſſe ab Ariſtotele traditam.

Olchot.

Robertus Olchot eiuſdem de Mundi vnitate, rationes excludit in 2. commentario in ſententias Theologicas.

Herueus.

Herueus de ſeparatis ſubſtantijs multifariam Ariſtotelem taxat.

Gerſon.

Ioannes Gerſon modum Ariſtotelicæ cognitionis per ſolam inſpectionem phantaſmatum, & æternam illius rerum progignenda ſcientia aptitudinem reprebauit.

Petrus Alliacenſis Ariſtot. philoſophiam magis opinio quam ſcientia. Felicitas vmbraticè ſomniata.

Petrus Alliacenſis Cameracenſis Cardinalis 3. quæſt. in 1. ſent. ſcribit, in Ariſtotelis Philoſophia nullas, vel paucas reperiri rationes euidenter probantes, magiſque eam nũcupandam opinionem, quàm ſcientiam. Nec multo poſt de felicitate loquutus, eam prodidit fuiſſe ab Ariſtotele vmbraticè ſomniatam, valdeque increſcat qui ei nimis tenaciter adhæſerunt.

à Cuſano impugnatur.

Nicolaus Cuſa S.R.E. Cardinalis vniuerſam Ariſtotelicam doctrinam impugnauit, nec eam attingi veritatem affirmauit.

Ex Baccone cecus et & ſibi cõtradicit.

Ioannes Baccon Carmelita non ſemel in primo commentario in ſententias: item in 2. tradidit Ariſtotelem cecutiſſe contra principia philoſophiæ, & ſibi ipſi contradixiſſe.

à Durando confirmatur.

Durandus quoque in 2. volumine commentariorum in theologicas ſententias diſtinct. 1. quæſt. 3. apertiſſimè ſcribit Ariſtotelem non ſolum citra fidem, ſed etiam contra rationem naturalem errauiſſe, & eius rationes 4. Phyſic. nullo negotio diſſolui poſſe, atque in ipſo quæſt. fine protulit Ariſtotelem in

T 2 ijs,

ijs, quæ de infinito dixerit tertio Phiſic. libro, ſibi in octauo eiuſdem operis contradicere.

à Scoto Obiurgatur de inconſtantia. Contradictionib. Vulgar. dog.

Io. Scotus in 4. commentariorum obiurgauit Ariſtotelem, quod minimè perſtiterit in ſententia de anima, & quòd modò hoc, modò illud aduxerit, Itē quòd minimè naturali ratione firmata, ſed à vulgo, & opinione petita ſua protulerit dogmata. Et in 2. commentario ſcribit Ariſtotelem multa contradictoria & pugnantia latenter conceſſiſſe, & alia multa aduerſus eum, cum in libris ſentētiarum, tum alibi ſparſit.

Ex Gregor. Ariminenſi ſimiliter.

Gregorius Ariminenſis ſcribit etiam in quamplurimis & erraiuiſſe, & ſibi contradixiſſe Ariſtotelem.

A multis de Anima reprehēditur. Homines impios facit. ab Alberto reprehēditur. à Lactantio Deuxippo irridetur. Lactātur.

Henricus, Gulielmus, Herueus, Origenes, Adamantius, Theodoretus Epiſcopus, præter alios multos relatos, vehemēter incuſant Ariſtotelis de anima ſententiam, quòd eam corruptibilem ſtatuerit: quare meritò ſcribit Aelianus, Ariſtotelis Philoſophiam homines impios efficere vt etiam Picus Mirand. Albertus reprehendit Ariſtotelem, quòd animal Cœli motorem nuncupauerit. Lactantius in multis arguit Ariſtotelem. Deuxippus in quæſtionibus quas in ipſa Ariſtotelica prædicamenta elucubrauit, Ariſtotelicam ſapientiam irridet. Petrus Apponenſis dū diſputat, nū ſint teſtes ad generandū neceſſarij Ariſtoteli aduerſatur.

Olympiodoro falſa & pugnantia. Simplicius. Alexander.

Olympiodorus cum eius libros meteorologicos exponit, in eis multa falſa & pugnantia contineri docet. Item Simplicius in commentarijs de Anima multa ſcribit aduerſus Ariſtotelem. Alexander Aphrodienſis iuratiſſimus Ariſtotelis interpres ſcribit in commentarijs in primum metaphyſic. Ariſtotelem fundamēta ſuæ doctrinæ iacere in plurimorum opinione, & multitudinis iudicio.

Axeraeus.

Axeraeus Ariſtotelis rationes, quibus ad probandum vtitur cęlum natura eſſe ab elementis diuerſum, manifeſtiſſimæ falſitatis conuincit.

Philoponus falſitatis conuincunt. Plethon acriter impugnat. Ex Aſſyrio maximè impius.

Idem quoque facit Philoponus. Plethon acriter Ariſtotelē impugnauit de virtutis mediocritate, ac quòd vitio dandum putauerit, ſi quis ad terræ motus & fulmina non expaueſceret: Item de vltimo fine. Aſſyrius Tacianus carpit & ipſē quoque Ariſtotelis ſententiam de fine vltimo, & quod ædificandos Idolis, & Heroibus aras in politicis cenſuerit, quòd ſtatuas Ioui ſeruatori, & Iunoni, ſoſpitæ pro Nicanoris ſalute vouerit.

Arguitur à multis. Etiā de Vacuo et materia prima.

Item Euſebius, Epicurus, Timæus, Alexinus, Caphiſiodoras, Democares Ariſtotelem arguunt. Vleterius Tauromitanus, Rabi Haſdei pro vacuo aduerſus Ariſtotelē eleganter ſcripſit quemadmodum & Franciſcus Patritius & de Vacuo & materia prima doctiſſimè.

à Mundino Gregorio de impietate.

Gregorius cognomento Magnus lib. moral. in Iob xxxij. refellit impiam Ariſtotelis de animali rationali diuiſionem, quam refert Iamblicus in libro de ſecta Pythagorea, nempè, quòd animalis rationalis aliud ſit Deus, aliud homo, aliud autem ſicut Pythagoras.

à Io. Frāciſco Pico de Iride.

Io. Franciſcus Picus de eo ſic ſcribit, In metheoris ſcribit Ariſtoteles, fieri nō poſſe, vt Iris inueniatur major figura ſemicirculi, quem errorem proprijs oculis ab hinc annis quindecim compertum, retuli in eo libro, qui inſcribitur de ſtudio Diuinæ, & humanæ Philoſophiæ, Et alium quoque errorem de Iride nocturna quis defendet? quam negat poſſe contingere niſi ſtatutis quibuſdam lōgiſque temporibus, cuius delirij Magnus meminit Albertus.

Explodītur, ablegaturque. à Nizolio. Teleſio. Saraceno. Georgio. Patritio.

Plura videbis apud Recentiores quāplurimos apud Marium Nizolium in lib. 4. contra Pſeudophiloſophos. Pulchiora apud Bernardinum Teleſium Conſentinum, apud fratrem Morum Saracenum, vt apud Franciſcum Gorgium Venetum. Plura quin etiam & pulcherrima & ſcitu digna apud Franciſcum Patritium in Diſcuſſionibus Peripateticis, ſed & alia multa in eiuſdem libris Panaugiæ, Panarchiæ, Panſychiæ, Pancoſmiæ, & ſequentibus;

Reſcio. Pater omniū errorū vocatur. Mazzonio.

quam ob rem Reſcius Poloniæ Regis Orator ipſum in ſuis epiſtolis ſummopere laudat, & Ariſtotelem patrem omnium errorum vocat. Alia præterea plurima apud Iacobum Mazzonium, videbis, necnon haud pauca apud Lucillū

Phila-

Phylathao. & alijs innumeris.

Philathæum, necnon apud alios, quos breuiratis ſtudio miſſos facimus: alios innumeros, quos non vidimus, quoſque ignoramus nos, obſeruarunt, & ſciunt alij. Et præter ceteros omnium maximè Franciſcus Patricius.

Peripatenis Momitum.

Sanè ſi Theodorus Angelutius non fateatur Ariſtotelem à Theologis noſtris & oppugnatum, & expugnatum, ac de ſede deiectum, id forte non fuerit de fide Orthodoxa rectè ſentire.

In quod peccatũ eum non arbitror lapſum, nec optem labi. Franciſcus Patritius.

ni. Quaſitum. In Antiquos Ariſt impetus.

Quæras quã bellè erga Antiquos, & ſui tẽp. Ariſtoteles non tam ſua dogmata explicare, quam philoſophorum veterũ omnium dogmata profligare in propoſito habuit. Qui eos, à quibus dogmatum ſuorum omnium latices hauſiſſet, acertimo quodam odio proſequutus eſſe videatur? Quos pluſquam CCL. locis nominatim carpſit? ſine nomine pluſquam mille? Antiquiores, ſuique temporis philoſophos atque alios authores nobiles, reprehendit pluſquam XLVI. recenſet, &c. & pluſquam alium quemquam, Platonem, præceptorem, quem LX. & forte amplius locis nominatim eſt inſectatus: ſic enim placuit homini iſti. omnium vt Aelianus tradidit irriſori immeritò vexare venerabilem illum ſemen, cuius doctrinæ vberrimis lactibus impinguatus fuerat, è ſchola eijcere, & procacibus ſcriptis in omnem æternitatem damnare. Franc. Patritius Diſc. Patip. Tom iij. lib. 1.

Ariſtoteles balbutientem Empedoclis atque omnium antiquorum Philoſophiã appellat. Xenophanem & Meliſſum agraſtiores vocat. Parmenidem oculatiorem, tamquam alij cæci fuerint, nominat, pueriles eorum opiniones nuncupat. Anaxagoram & alios nimis ſimpliciter & inconſideratè pronunciaſſe pronunciat. Sæpiſſimè ſtolidos, ſimplices, deliros dicit, ignorantiã craſſam illis obijcit, denique etiam furioſos fuiſſe aſſerit.

In tantum licentiæ illum in tantos viros, certè vel odium, vel nimia ſui perſuaſio euexit. Archelai Athenienſis, neſcio qua de cauſa nomini pepercit. Hippocratis Coi (cuius doctrinæ commentaria tantùm ſui libri ſunt, vt author eſt Galenus) nomen conticuit. Xenocraris condiſcipuli quidem, ſed hoſtis ſui, à quo de ſubſellijs Platonicæ Scholæ fuerat deturbatus, nuſquam meminit, fortè quòd timeret ſeueriſſimi illius viri authoritatem (qui illi etiam aliquot annos ſuperuixit) vereretur que ne ſibi æqua lance rependeretur, quod iam Cephiſodorus Iſocratis auditor, quatuor libris fecerat. At Ocelli, à quò multa etiam ipſis verbis dogmata tranſcripſerat. Theagis. Meropi. Hippodami. Perictiones. Euryphami. Callicratidæ, nulla ab eo mentio facta, nullæ gratiæ redditę, nulla nominatione dignos cenſuit.

Si quid illi antiquiores in homœomerijs, atomis, alijs in philoſophiam deliquerant, arguendi fortè fuerant nulla mordacitate, ſed philoſophica & modeſtia, & ingenuitate, ſemel fortè ac paucis verbis, nõ autem 35. locis Anaxagoram. 15. Parmenidem. 50. Empedoclem. 40. Democritum. 30. Pythagoram, Pythogoreosque. 60 Platonem.

Indicanda potius eorum errata, quam pluſquam dimidia ſuorum librorum parte, integris non ſemel voluminibus inſectandi; ita vt ſi quis, ex eius omni philoſophia antiquorum reprehenſiones demat, quod illi Epicurum obieciſſe ſcribit Laertius, longè minima eorum voluminum pars ſit remanſura.

Ariſtotelis propria ſciẽces minima.

At eſto. maximis in rebus illi errouerant, inſectandi acerbiſſimè fuerant, infantia, balburies, ſtoliditas, ignorantia, inſania illis obijcienda.

Immemor & Ingratus.

At cur Occlio. Theagi. Meropo. Archytæ. Hippocrati, aliquid grariarum agendum non fuit? Cur faſſus nõ eſt philoſophico animo veriraris amore, & quæ ab illis muruabarur. Franc. Patrir. Diſc. Perip. tom. 3. lib. 1.

Præter dicta collige Ariſtotelem antiquorum opinionem rectè non fuiſſe interpretatum aiunt, & ſui Peripaterici Franciſcus Patritius ibid. libro quarto, cap. 11.

Ari-

Digitized by Google

Ariſtoteles Parmenidem, Empedoclē & Democritum falsò criminatus eſt Picus ibid. cap. 14.

Ex Simplicio nō ex fide.

Simplicius magnus Ariſtotelis interpres in primo de Cælo comment. Ariſtotelem veterum non recenſuiſſe ex fide opiniones, planè ſignificat. Idem inquit, Euſtatius in primo Ethicorum libro, & cum eo Acciaiolus. D. Thomas in 4. maximè de regimine principum, ſcribit Ariſtotelem non rectè Platonis & Socratis opinionem retuliſſe de promiſcua mulierum communione. Franciſcus Mairo in conflat. primo diſtinct. 47. quæſt. 9. prima & tertia ad hunc ſcribit modū, Plato fuit loquutus de Ideis, & huiuſmodi ſicut Theologus, & ſic Auguſtinus Ideas ponit in Deo concors Platoni, & rationes quibus Ideas improbat Ariſtoteles non concludunt contra Platonem, quia arguunt ſupponendo, ſi ſic dixiſſet, cum tamen non ſic dixerit Plato, vt ei falſo imponitur, vel fortaſſis per inuidiam, vel quia Ariſtoteles fuit peſſimus Metaphiſicus, quia neſciuit abſtrahere, & ideo peſſimam Metaphiſicam fecit. Præclarè Beſſario Cardinalis & Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſecundo volumine contra calumniatorem Platonis, multa recitans Parmenidis carmina, & Meliſſi verba falſo ab Ariſtotele eorum ſententias fuiſſe relatas, & falſiſſimè & peſſimè fuiſſe exprobaras oſtendit. Idipſum præſtitit Magnus Syrianus, qui antiquiores penè omnes, præcipuè Pythagoram, Pythagoricos, Parmenidem ſcilicet Meliſſum, Empedoclem, Platonem, Platonicoſque ab ijs, quæ falsò eis ab Ariſtotele adſcribuntur ſincerè vindicauit multis in locis, potiſſimum in commentarijs in ſecundum metaphyſices librum, vbi ſic ſcribit.

Eustratio. Acciaiolo. D. Thomas nō rectè Maironus.

Inuidia abſtrahēdi inſcitia. Beſſarione.

Falſiſſimè peſſimè. Magnus Syrianus ſincerè vēdicat.

„ Sed etiam vnum dicamus eſſe omniū
„ principium & Deum ipſum, aut bonum,
„ aut vnum appellemus, aut finem, & infi-
„ nitatem, vt in Philebo Plato, & ante ip-
„ ſum Timolaus, ipſum nominantes: aut
„ vnitatem & binarium, vt plurimi Py-
„ thagoreorum, aut ætherem, vt Orpheus,
„ aut factorem & dualitatem, vt ipſe Py-
„ thagoras in ſacro ſermone. Subnectēs.
„ Videtur autem mihi neque Empedo-
„ cles aliud quid amicitiā ſupponere quàm
„ ipſum vnum verùm, non quod eſt omni-
„ bus compoſitum, ſed vt componitur in-
„ terminata dualitas, quam litem ille ap-
„ pellat, à quibus & primum ens ſubſiſtit,
„ & intelligibiba omnia, & ſenſibilis diſtin-
„ ctio. Si enim ynitatis ipſi ſphero, quem
„ poſt primum ens ordinamus, amicitia
„ cauſa ſit ſecundum hunc, multiplicatio-
„ nis verò & diuerſitatis, & ſecundorum
„ proceſſuum ipſa litis cauſa eſt: cur non ſe-
„ cundum ipſum vnum quidem amicitia,
„ ſecundum verò dualitatem ipſa lis aſſū-
„ pta eſt? quoniam & Pythagoricus exiſtēs
„ Empedocles quo modo Orphica, aut Py-
„ thagorica principia adulteraſſet.

Et in lib. 12. 13. id clarius multis in locis manifeſtauit, Ariſtotelem ſcilicet falsò Pythagoræ, Empedoclis, Parmenidis, Meliſſi, & aliorum ſententias retuliſſe peſſimeque redarguiſſe.

Ariſtoteles ſeſe mēdacij conuincit.

Et ipſe Ariſtoteles ſe ipſum mendacij conuincit. In 4. enim libro primæ philoſophiæ quum de Anaxagora alijſque ſimul antiquioribus Philoſophis mentionem feciſſet, ſubiecit illos omnes exiſtimaſſe ſolùm reperiri entia ſenſibilia, quū tamen & alibi, & in ipſo eiuſdem operis libro tradat, Mentis, intellectuſque meminiſſe.

Mūdus à Deo cōditus ex Antiquioribus.

Protulit falſo à ſolo Platone Mūdum, tempuſque factum „ quum Chaldei, Trigimeſtus, Egiptij omnes, Vetuſtiſſimi Vates, Pythagoras, & nobiliores Græciæ philoſophi Mundum protulerint à Deo conditum. Nullus etiam, inquit, terram ſolam principium poſuit, Pherecydes autem ſyrus (authore ſexto Philoſopho) terram vnicum dixit eſſe rerum principium, idemque (vt Theodoretus refert) aſſeruit Xenophanes Colophonius. Franciſcus Patritius.

Saracenus.

Antiqui Philoſophi ab Ariſtotelis calumnijs conſultò defenduntur à Fratre Moro Saraceno Fotolempronienſi in ſuo compendio Phyſico.

Mercurialis.

Ariſtoteles quicquid de cunctis animalibus memoriæ mandauit, id totum

vel

vel à rudibus anatomicis, quales tunc erant, accepit, vel à venatoribus, quos iuſſu Alexandri ad componenda ea cōmentaria alloquebatur. Infantem autem fuiſſe interdum Ariſtotelem in rebus muliebribus tractandis & cognoſcendis præter alia, quæ ſuis locis pedetentim videbimus. Illud poteſt penè ridiculum illius dictum docere, quo affirmauit mulieres vt plurimum alterò tantum menſe purgari, quum nullus ſit vſque adeò à mulierū conſuetudine alienus, quin perſpectum habeat omnes mulieres bene valētes ſingulo menſe purgationes habere. Immo ſi quid boni Ariſtoteles dixit ab ipſo Hippocrate accepit, & ſi nunquam ipſum nominauerit, præter quam ſemel in Politicis. Hieronymus Mercurialis de hominis generatione. *Mercurialis.*

Ariſtoteles malè cenſuit & ſcripſit lib. 1. & 3. de hiſt. animal. cap. 7. mulierum ſuturas à virorum futuris differre, quod illæ circulares & pauciores ſint. Hieronym. Mercur. in adnot. de capitis vulner. adnot. 2.

Ariſt. perperàm lib. 3. de hiſt. animal. cap. xx. & 3. de part. animal. cap. vlt. ſcripſit, lac eorum animalium, quæ vtrinque dentata ſunt, & vnum ventrem habent, non coagulari, præterquam daſypodis: quando Hippocrates lib. 4. de morbis, & lib. de aëre aq. & Herodotus Hippocratis contemporaneus teſtatur, ſcythas equino lacte coagulato victitaſſe & coagulandi modum Herodot. fusè narrauit, & nos in varijs lectionibus.

Sed in libris de animalibus multa ſunt Ariſtoteli condonanda, quæ mentitus eſt, dum potius rationi, aut quod perhibet Plinius, & alij, relationibus aliorum, tam anatomicorum, tam venatorū, quam experientiæ adhærere ſtudiat. ſed vbi ſenſus (dicebat is 8. Phyſ.) fidem facit, rationem quærere infirmitatis intellectus argumentum eſt. Hieronym. Mercur. in adnot. in Hipp. lib. 4. de morbis adnot. 14.

Ariſtoteles prima parte problem. 19. Hippocratis doctrinam ſummopere æſtimaſſe patet, etſi eius nominis parum memor, & ieiunè, & parum honorificè ſemel dumtaxat 7. Polit. nominauit Hieronym. Merc. in adnot. in Hipp. de Aëre, aquis & loc. adnot. x.

Ariſtoteles magnam naturalis philoſophiæ partem ab Hipp. accepit. Hieron. Merc. in adnot. in Hipp. de Nat. humana. adnot. 1.

Ariſtoteles in lib. de hiſt. animal. & in lib. de gener. animal., omnia Hippocratis de natura pueri enarrat, & ingratus eius nomen ſemper tacuit. Hieron. Mercur. in adnot. de Nat. pueri Hipp. adnot. 29. *Ingratus.*

In Ariſtotelis doctrina nihil noui continetur, quum eius dogmata aliena eſſe re vera dignoſcantur, & res ipſas integraſque ſententias, quibus pro ſuis vſus eſt Ariſtoteles alienos eſſe labores conſtat Franc. Patrit. in 2. diſcuſs. tom. & alibi optimis quibuſque teſtimonijs oſtendit.

Si quid boni Ariſtoteles dixit à Platone deſumpſit. Pompeius Caimus in lib. de Calido innato. *Caimus.*

Quinimò certo traditum eſt, Ariſtotelem veterum plerorumque libros igne cōbuſſiſſe, vt dogmata, quæ ab illis ſubreptuerat ſua inuenta viderentur, quod bellè Teleſius diſtico perſtrinxit. *Antiquorum dogmata cōbuſſit. Teleſius.*

Doctorem calamo ingratus, Dominumque venenum
Perdidit, igne patrum dogmata, nos tenebris.

Venerabilem virum Platonem diſcipulus iſte ſæpius, acrius, acerbius, quam antiquorum quemquam vexauit exagitauit, ſycophantiaque in eum egit. tantū potuit in Xenocritis ab illo ſibi in Schola prælati indignatio, vt non vereretur ea in doctorem ſuum ſcriptis mandare, quæ ſtatim lecta & cum illius ſcriptis collata manifeſtè falſitatis cū coarguere poſſent. Quod ne ſi viuo fieret vitans libros, ferè omnes ſuppreſſos tenuit. Quia viuerent multi optimi illius ſenis & auditores, & amatores, qui poſſent Sycophantias illas & detegere & etiam conuincere. Poſt obitum eius libri centum & amplius annos latuere, quo temporis ſpacio, & diſcipuli illi *Ariſtotelis suae gnationis vis.* *Cur Ariſtotelem condiſcipuli non abolerint.*

illi abierant, & ſucceſſorum eorum alia dogmata induxerunt. Poſt quos nemo ex profeſſo; non defuerunt tamen Plotinus, Porphyrius, Iamblicus, Syrianus, Proclus obiter aliquid pro Platone interponere,&c. Franciſcus Patritius tom.3. diſcuſſ. lib.4.

xij. Quæſitum. Quæras de illius libris?

Libri. Ariſtotelis an aliquem librum habeamus dubium eſt. Omnes enim interpretes in vno quoque libro quærunt, an liber ille ſit legitimus Ariſtotelis, an ſuppoſitiuus. Primò quia multi fuere Ariſtoteles. Secundo cauſa eſt, idem titulus. Tertio imitatio cauſa eſt, quum multi Ariſtotelem immitati ſint. Quarto præmia à Philadelpho Ptolomeo propoſita ijs, qui Ariſtotelis librum attulerint. Io. Franciſ. Picus ibid. cap.3.

De his fuſius à Franciſco Patritio in Peripatet. diſcuſſionibus actum eſt.

Nicomachi libri. Nicomachus Ariſtotelis filius Theophraſti diſcipuli naturalis auſcultationis lib.8. ſcripſit, moralium verò 4. vt Suidas narrat, & Cic. quinto de finibus videtur eum & præceptori & patri cōferre.

Ariſtotelis libri Attalicorum motu regum fuere defeſſi terræ, qui deinde ſæculis poſterioribus laceri, ita tineis & blatis roſi, & humiditate terreſtri labefactati extracti ſunt, & Athenas prolati ab Appelicone Teio empti & poſtea Romā Syllæ tempore vecti à Tyrannione grammatico emendati, & in componendis ipſis Andronicus Rodius operam nauauit. Io. Franc. Picus ibidem cap.5.

Hæc eadem ex Stratone, ſeu Strabone fuſius lib.5. Geografiæ.

xiij. Quæſitum. Quæris illius virtutes, ſeu defectus & vitia?

Effigies. Ariſtoteles fuit balbus, cruribus tenuibus & paruis oculis. Plutarchus, Laertius.

In omnē aulam et ſcenā inſilijt. Ariſtoteles promptus, audax, procax, non tamen ſapiens, tardi ingenij, & odibilis.

Gula deditus. Qui Platone vita defuncto ſpeuſippoque eius ex ſorore nepote in ſchola ſurrogato, clauſo medico in omnem aulam & ſcenam inſilijt. Adhæc vaſti ventris obſoniorum conditor ore ad omnia propenſus. Suidas ex Timæo hiſtorico.

Theocritum ſic in eum fuiſſe inuentum, Abyron refert.

Hermiæ Eunuchi ſimul Eubuliique ſepulchrum Taxatur.

Mente vacans vacuum ſtruxit Ariſtoteles.

Timon ſic eum agit

Sed neque Ariſtoteles leuitas miſeranda loquacis.

Diuus Hieronymus in epiſtola quadam ebrioſum fuiſſe tradit.

Auaritia. Auaritiæ quoque duo celeberrimi Piripatetici cum notarunt, Lyco ſcilicet & Ariſtocles, ille in ſchola tertius ſucceſſor, hic Aphrodiſei Alexandri præceptor, ſiquidem ambo referente Theodoreto paſſionum Græcarum lib.12. memoriæ prodiderunt: poſt interitum ipſius inuentas ei fuiſſe ollas 300. vel vt alij 70. Plinius ait 60. oleo plenas, quo ſe ſe lucre ſolebat, ac poſtea diſuendere cuius rei etiam Diogenes meminit.

Gloriæ cupidiſſ. Gloriæ fuit cupidiſſimus, vt ex ea cum Platone, cum Speuſippo, cum Xenocrate obtinendæ ſcholæ contentione patet; ac magis etiam apparet ex ea, quam contra omnes tum antiquos, tam coetaneos ſuos emulatione exercuit, quæ omnibus ſuis libris ad faſtidium vſque ferè inſerta ſunt. Franciſcus Patritius.

Turpiſſima vitia. At quod turpius dictu, turpiſſimum factu, dici liceat, imitari & agere nōn lubeat, immo maximo cum Peripateticorum rubore vix memorare liceat: Hermiam Eunuchum pro amaſio habuit, Aeſchrionem etiam & Palephataum Abydenum, vt author eſt Suidas.

Pythiadis amore iam prouecta ætate exarſit: Poſt cuius obitum, Herpydam Stagiritem in concubinam accepit, quam quoad vixit ſecum habuit, ex eaque Nichomacum filium ſuſcepit.

Pueros etiam habuit in delicijs ea ipſa ætate qua è viuis deceſſit, annorum ſcilicet 73. Eos teſtamento vetuit vendi, & adultos liberos honorificè dimitti. patent ex eius teſtamento ex Laertio.

Vitium peſſimum Naturæ (ò ſcelus maxi-

maximum) tribuere viſus eſt, quod infra ex eius praua doctrina innoteſcet.

xiv. Quæſitum.

Quæris Vitæ progreſſum? Audi

Mortuo Platone eius Scholæ princeps Speuſippus (cuius poſt mortem libros nõ ita multos Ariſtoteles emit tribus talentis, id eſt duobus millibus ſcutatis aureis) eius ex ſorore nepos eſt ſuffectus, cuius fortè rei indignatione Ariſtoteles Pharmacopolio clauſo, vt Timæus ait, Atheniſque relictis ad Hermiam Eunuchum Atarſenſium Tyrannum nauigauit, annum quadrageſimum agens: Si quidem ætatis ſuæ annorum 17. tres annos Socratem, & viginti Platonem audiuit, vt Laertius ex Apolodoro refert. Fuerat Hermias olim Athenis, primum Platonis auditor, poſtea Ariſtotelis, & auditor & amaſius, vt Diogenes refert, ac Suidas. Ab hoc Hermia vt Strabo lib. 13. narrat, honorificè habitus eſt; ita vt illi Pytiada eius vel filiam, vt Suidas, ſeu neptem, vt Strabo & Demetrius Magnes, ſeu etiam pellicem, vt Ariſtippus narrat, cuius amore flagrabat, in vxorem duxit, Tantaque eſt perfuſus eius rei lætitia, vt gaudio exultans vxorculæ ſacra eo more, quo Eleuſinę Cereri ſacrificabant Athenienſes, fecerit. Pocanaque in Hermiam tãquam Appollo eſſet, conſcripſit, qui integer apud Diogenem.

Peregrinatur.

In hæreſim decidit.

Tres annos cum Hermia verſatus eſt; eo autem à Memnone Rhodio (vt author eſt Strabo) comprehenſo, & ad Perſarum regem miſſo, Ariſtoteles inde aufugit, & vt Appolodorus tradidit ad Philippum Macedoniæ Regem profectus eſt; ab eo (vt Plutarchus ſcribit in Alexandro) acceſſitus, Alexandroque filio 15. annorum puero, præceptor eſt conſtitutus: in cuius gratiam non ſolùm Stagiritarum Vrbem, ex qua Ariſtoteles erat, à ſe dirutam iterum exedificauit, & ciues fugatos, aut ſeruos factos reſtituit in integrum, infinitas pecunias ſuppeditauit. Aelianus lib. 4. Et Alexander ob animalium conſcriptam hiſtoriam octinginta talenta dono dedit, vt Atheneus lib. 9. refert.

Aufugit.

Gratiæ ex Alexandro.

xv. Quæſitum.

Quæris Ariſtotelis erga Alexandrum gratias?

Ariſtotelis munera in Alexandrũ gratia.

Ariſtoteles poſtquam ſeptem ferè annis cum Alexandro fuiſſet, poſt mortem Philippi anno, & ante Aſiatticam expeditionem itidem anno Calliſthene Olynthio ſuo ex conſubrina nepote, Regi, & Philoſophiæ ſui loco, & itineris ſocio tradito, Athenas eſt reuerſus. Diodorus author eſt.

Ariſtotelem Alexander principio (inquit Plutarchus) admiratione proſequutus, & amore non minori (vt ipſe dicere ſolebat) quàm patrem, quòd ob hunc viueret, ob illum verò bene viueret, poſtea ſuſpectionem habuit, non quòd ei quicquam mali faceret, ſed quòd beneuolẽtia illa ſua non amplius vehemens illud, ad amatorium haberet erga eum, inditium abalienationis ab eo cuiuſdam fuit. Quæ abalienatio poſt Alexandri in Aſiã profectionem in dies magis ac magis in animo Regis, creſcens, tandem, Hermolai contra Regem coniuratione in odium eſt verſa. Ita vt etiam eius rei pœnas per literas ad Antipatrum Ariſtoteli minaretur, quod cum eius coniurationis per Calliſtenem, authorem crediſſet, atteſtante id Plutarcho, cum in Alexandro ita ſcribit. Vltimò ad Antipatrum ſcribens, & Calliſtenem reum faciens, ait. Pueri quidem in maioribus ſunt interempti; Sophiſtim verò puniam ego, & eos, qui cum miſerum, & qui in vrbes eos recipiunt, qui mihi inſidiantur. Clarè in his contra Ariſtotelem ſe ſe indicans. Quarum pœnarũ fortè timor, ſeu odium ex Calliſthenis morte in Regem contractum, vltimis deſiderium Ariſtotelem induxit, vt Antiparo, qui Macedoniæ Regnum affectabat, author fieret veneni illius, quo Alexander extinctus poſtea eſt. teſtante id eodem Plutarcho his verbis. Alij vero Ariſtotelem dicunt cõſortem conſilij Antipatro fuiſſe, & omnino per eum venenum delatum Agnothemin quemdam narrare aiunt, qui id ab Antigono Rege audiuit. Quam rem Arrianus quoque libro ſeptimo confirmat: Et venenum quod Antiparro, Ariſtoteles inuenerit, timens iam Alexandrũ ob Calliſthenẽ. Quod etiam Plinius lib. 30.

Veneno Alexandrũ interimit.

cap.

cap. vltimo teſtatur reliquit. Vngulas tantùm mularum repertas, neque aliam vllam materiam, quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret memoria dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum.

Quæſitũ Præmiũ. Quæris huius digni facinoris præmiũ? Vt tot errorum conſultor in cauſa fuit Pythię ſcilicet oraculum, ſic ſcelerum vltor Deus, audi.

Impietas accuſatur. Porrexit Athenis docere vſque ad ſexageſimum ſecundum ſuæ ætatis annum, quo tempore ab Eurimedonte quodam Hierophanta, vel Sycophanta impietatis eſt accuſatus, ſiue vt Phauorinus ait (in Omnimoda hiſtoria) à Demophilo. Laertius. Eo ſcilicet, quod Hermiæ Eunucho iam olim, veluti Apolini Pœana cecinisſet, ac Pythiadi Hermiæ prius concubinæ adamatæ, mox vxori (ex Ariſtippo libro primo de antiquis delitijs) tamquã Eleuſinæ Cereri, vt Athenienſes, ſacrificaſſet. Itaque timens ne ſibi tunc quod olim Socrati accideret, ſolũ vertit: Chalcidemque Eubocæ ſe recepit. *Solũ vertit.* Et dum in Chalcide moratur orationem in ſui defenſionem ſcripſit, eamque iudicibus tranſmiſit: quæ oratio ad iudices miſſa, quum nihil profeciſſet, ad iudicium nihilominus vocaretur, cicutam bibere elegerit, cuius ſucco 43. anno ante Socrates extinctus fuerat. *Cauſa mortis Ariſt.*

Ariſtotelis violenta mors q. Sed Ioannes Vallenſis tradidit, Ariſtotelem quum in Eubœa Euripi illius cur ſus atque recurſus diu noctuque ſæpe iteratos diu contemplarus eſſet, nec cauſam inueniret, hæc verba pronunciaſſe. Quandoquidem ego te comprehendere nequeo, comprehende tu me: Et cum his dictis ſe in mare proiecisse.

Ariſtotelem aiunt quum naturam Euripi Chalcidici, id eſt, pelagi eius, quod ſepties in die mirabili modo conuertitur comprehendere non potuiſſet, ſe ipſum in eam maris partem præcipitaſſe, alij ipſum aconito ſumpto interijſſe, Ioan. Franc. Picus Mirandu. in ex van. doctrin. gent. lib. 4. cap. 1.

Quæſitũ. Quæras de illius doctrina fideles teſtes? audi

Quæ Hippocrates lib. de Natura humana, lib. de Carnibus, de ſemine, de fœtus natura, de Corde, de Glãdulis, de natura oſſium, de inſomnijs, de Viſu: Retulit Ariſtoteles in libris de Partibus, de Ortu animalium, de Vitæ longitudine, de Reſpiratione, de Somno, complexus eſt ſumma capita ac dogmata. Qui libri ſi non oſcitanter conferantur verè dixiſſe Galenus cognoſcetur. Ariſtotelem non aliud quàm Hippocraticorũ dogmatum fuiſſe expoſitorem. *Ariſtot. Expoſitor Hippocratis.* Quæ verò lib. de Senſu ſunt ab eo conſcripta, fuerant ante à Platone in Timæo omnia diſtincta, colores, voces, odores, ſapores, tactiles omnes qualitates. *Doctrina Platonis.* Hiſtoriam verò animaliũ, Ariſtoteli, non hic author, aut ille, ſed hominum multa millia, vt Plinius loquitur, ſuppeditarũt, ex quorum relatu, eam conſarcinauit. Sed ante eum Linus, multis annorum centurijs vetuſtior animaliũ & ſtirpium generationis cantauerat. *Lini.* Et quæ libris de Anima continentur, præterquã quòd Primus, nihil aliud, quam Veterum redargutiones continet. Secundus idem re & ſubiecto eſt cum libro de ſenſu, omnia Plato Timæo ſuo complexus eſt. Dimidio 3. de mente agitur. Ad quam doctrinam humanarum doctrinarum omnium præſtantiſſimam atque excellentiſſimam ſi cõferantur ea quæ à Pythagora, Pythagoreiſque, Tymeo, Brotino, Philolao, Archyta, alijſque multis, *Pythagora &c.* Platone quoque in Phædone, Thæteto, Philebo, Menone, 6. & 7. Reipub. noctuarum oculos ad Solis lucem attuliſſe videbitur, tam exiliter, ſpinosè, cõfusè nomen Mentis huc atque illuc iactat, dianoeæ, *Spinoſus.* phantaſiæ, & ſi dijs placet, etiam brutis, libris de hiſtoria attribuens, vt nemo vnquam de tot millibus eius ſectatoribus ſententiam ſuam ſine ſpinis potis fuerit percipere. Id ſtudio neſcio quo porius factum arbitror, quam vlla ingenij tenuitate. Reliquo 3. eadem eſt materies, quæ libro de animalium motu. Franc. Patr. Diſcuſſ. Perip. tom. 2. lib. 6. ſic de omnibus libris, & cunctis in ijs contentis materiebus dixeris, de quibus omnibus & ſingulatim in ſuis aureis diſcuſſionibus

Digitized by Google

bus Peripateticis Franciſc. Patritius.

Animalium Hiſtoriam Veteres Græci non conſcripſerunt, quia octingenta auri talenta illis non tradidit Mag. Alexander, neque multa hominum millia iuſſibus illorum paruere, vti Ariſtotelicis iuſſit, qui quæ cognita & obſeruata ex venatu, aucupio, piſcatu, viuarijs, armentis, aluearijs, piſcibus, auiarijs haberent Ariſtoteli ſcribenda deferrent. Sed Antiquis non defuiſſe auiditatem ac ſtudium rerum naturas cognoſcendi, ac quantum opes eorum ſufficerent perquirendi, totumque illis temporibus orbem cognitum ſapientiæ cauſa peragrandi, vt multis laboribus, ac proprijs ſumptibus, id addiſcerent, quod Ariſtoteli in otio ſedenti, alienis & opibus, & laboribus allatum eſt. Quod Thales, Pythagoras, Empedocles, Anaxagoras, Democritus, Eudorus, Plato fecerunt, omneſque eorum opes effuderunt, vt barbararum (vt Græci appellabant) gentium ſapientiam in Græciam tranſportarent; vnde haberet Ariſtoteles, quæ aliorum inuentis adderet, ſuamque Philoſophiam augeret, eoſque authores locupletiſſimos eo modo ignorantiæ carperet, quo poſtea patebit. Franc. Patrit. Diſcuſ. Perip. tom. 2. lib. 6.

Antiquorum. ſtudi auiditas. Studiũ. Labores. Sũptus.

Gẽtium ſapiẽtia.

Ariſtotelis doctrina ab ijs, qui ſimul cum eo vixere, & ab ijs, qui poſterioribus & ſæculis floruere non eſt habita certa. Io. Franc. Picus ibidem c. 3.

Ariſtotelis in doctrina, ſcribit Petrus Alliacenſis, nullas vel paucas eſſe rationes euidentes demonſtratas. Io. Franciſc. Picus ibidem c. 7.

Doctrina incerta.

Ariſtotelis doctrina incertam eſſe manifeſtauit Porphyr. Io. Frãc. Picus ibi. c. 6.

Ariſtotelis doctrina tam incerta eſt, vt ab omnibus non ſit exiſtimanda. Idem ibid. c. 9.

Ariſtotelem, Atticus Philoſophus ſepię ſimilem dixit, quæ cum iam præſentit admoueri manus, attramentum cõgenitum ſpargens, inficit aquam, vt ab oculis mox, & à manibus piſcatorum aufugiat. Sic & Ariſtoteles in quibus redargui dubitat, ſermonis vel breuitatẽ, vel obliquitatem, vel diuerſitatem ſpargebat, vt aciem eorum, qui ſe deprehendere vellent aufugeret. Io. Franc. Picus ibid. lib. 4. c. 7. Hoc idem Themiſtius affirmat.

Sepia.

Alexander Aphrodiſeus lib. 12. Metaphyſ. c. 5. hæc de illius confuſa & obſcura doctrina habet. Confusè admodum & indiſtinctè, nullo ordine, nulla ſerie ſeruata, quæ in hoc libro traduntur inducit. Idque nil ob aliud, quàm propter obſcuritatem, quam ab initio videtur affectaſſe.

Themiſtius habet Ariſtotelis omnia ſcripta quaſi de cõpoſito caligine offuſa, oppletaque habentur, tum ob elocutionis genus, tũ etiam quia capita nullo ordine diſpoſita. Hæc & ſimilia Cicero de Natura Deorum, &c. Nicolaus Damaſcenus, Plutarchus Chæroneus in lib. de virtute morum, in Alexandro, &c.

In Ariſtotelijs proprijs & germanis libris, quos Aleſſandri iuſſu compoſuiſſe ſcimus, non antiquorum & præceptorum ope, latrocinioue, de Hiſtoria, de Partibus, & Generatione animaliũ, præter verborum ſuperfluitatem, tot taliaque leuia, inepta, & ridicula viſuntur, vt non ſolùm admiratione afficiaris maxima, ſed etiam certò inde affirmes ipſum non ſublimis, ſubtiliſue, ſed tardi obtuſique ingenij extitiſſe.

Ariſtoteles de animæ immortalitate tam variè & obſcurè loquitur, vt non immeritò dictum ſit ab Attico Sepiæ piſci ſimilem eſſe, quod vt illa attramento aquam conturbat, vt capi non poſſit, ſic ille magna obſcuritate inuoluit, vt cum vna parte prematur in alteram euadere poſſit: ideo eius opinionis de animæ immortalitate variè varij interpretantur. Ioannes Carpentar. in Alcinoi parte poſt digreſſ. 10.

De Anima.

Ariſtoteli qui ſe toti dedunt cauẽdum eſt, ne impietatem exhauriant, vt qui Platoni, ne ſuperſtitioſi fiant. Io. Franc. Pic. Mirand. de prænot. lib. 7. c. 4.

Peripateticis monitum.

Ariſtotelis Philoſophia homines impios facit. Aelianus.

Impia.

Ariſtoteles ait aliqua eorum quæ fiunt ſine cauſa fieri, quod nullus vnquam ſapiens,

Nec plebeius quidem.

Digitized by Google

piens,vel plebeius affirmaret. Georgius Gemiſtus de Platonis & Ariſtotelis Philoſoph. different. cap.18.

Sed omnino ſcias velim in ijs breuitatem omnium conſenſu æmulatum fuiſſe Ariſtotelem,quæ ſatis accurata, diligenti,enucleata,longa,atque clara indigebat expoſitione; tardi enim erat ingenij,& in abditarum difficiliorumque rerum arcana quibus in contemplandis prodendiſque omne conſiſtit acumen: penetrare nō poterat; qua de re effectum eſt, vt ea aut ſilentio præterierit, vt dubio,obſcuro, incertoque verbo obuoluerit, ſibique fugā pararet, quod vnico declarabo exemplo. Iſte tuus Ariſtoteles futilibus atque inanibus & à nobis iam reiectis rationibus; Cælum neſcio quam quintam ſibi ipſi incognitam eſſentiam,cum duo inter cetera,quæ hominem quantumuis peruicacem ſatis conuincere poterant; ob oculos res ipſa obijceret, ſtellarum nimirum, ac maximè Solis ſplendorem,& calorem, quibus firmiſſimè ſenſus ipſe oſtendit lucidum, igneumque cælum eſſe,quod antiquioribus omnibus eſt viſum, & ipſi etiam aliquando Ariſtoteli & ex noſtratibus ſanctiſſimis propè cunctis patribus, tum præcipuè D.Ambroſio,qui toto decurſu Hexameron multis in locis inanem hanc quintam eſſentiam explodit,& cum eo D.Auguſtinus 7.ſuper Geneſim,quū, inquam, hæc obijceret ſenſus,cælumque ipſum ab Ariſtotelica reclamaret aſſertione, accipe quampaucis falſiſque verbis fugam arripuit.

Maxima aſtutia.
Tardi fuit ingenij.
Exemplum.
Cælum igneum.
Cæli quinta eſſentia explo ditur.

„ *Calor autem & lux fit attrito aere eorum lationibus.*

Satis putans vt apud Theodorum, ſuique compares, ita apud ceteros tam friuolis nugis ſuam poſſe celare barditatem. In rebus autem adeò manifeſtis, vt nulla egeant probatione, adeò claris, vt nullo opus ſit lumine; inanium verborum flumina fundit, quo ſanè vitio ferè ab omnibus incuſatum fuiſſe Ariſtotelem; ſic teſtatur Ioan. Franciſc. Picus lib.4.exam.c.7. Franciſc. Patritius Theodoro Angelutio.

Ariſtot. enim neque ſemel tantum vnius rei meminit, nec ſemel eamdem pertractat, ſed omnia ferè problemata ac theſes, ſæpè ac multis locis, vel longa vel breui oratione repetit:ac pleraque ad faſtidium vſque propemodum refricat, inculcatque. Franç.Patrit. tom.1.lib.13. Diſcuſ.Per.

Ariſtotelis magnam de hemiſphærijs in Pythagoræos incōſtantiam notat Lucilius Philathæus in lib.4.de Cælo comm. in tex 4. In comm. tex. 148. lib.2. de Cœlo contradictionem in viſione notat. In comm. tex.51. lib.2. de Cælo Ariſtotelis erratum de Lunæ macula oſtendit. Et ſuper contex.18. 2. de Cælo admiratur Ariſtotelem ignoraſſe Syenem, & Meroem famoſiſſimas vrbes incoli, vlterius eūdem neſciuiſſe Libyam, & Aphricam partim interiorem, partim inferiorem eſſe, atque quod magis eſt, inquit, non nouiſſe vnde Nilus emergat, quum tamen de illius ortu in meteoris diſſerat, quæ omnia in torida ſunt Zona; vnde maximum illius erratum oſtendit.

Philathæus Ariſtotelē. de Inconſtantia. Cōtradictione. Errato. Ignorātia Inſcitia in multis.

Et eo magis incuriæ nota inurenda, ait, quo non potuit animo conſequi de Meroe ad æquatorem, mediumque parallelum regionem habitari, quum facilè illi eſſet emetiri curſum Solis, & videre æquinoctio calorem diurnum mitigari gelo nocturno, atque temperari ſalutariter ad vitam degendam, vbi multa notabis alia ab Ariſtotele ignorata. Et lib. 4. de Cælo cap.7. ſuper contex. 33. in Ariſtotele contradictionem colligit, Mirum inquit pilas, quibus ludunt iuuenes aere ſolli, & leues fieri dicente Ariſtotele, plus oneris habere, qui in libro problematum 25. ſectione tenuit par pondus eſſe vtri inflati & non inflati, &c. Vbi relicto Ariſtotele, adhæret Archimedi, Ptolemæo, Themiſtio interpreti Alexandro ad cauſam videlicet leuitatis & grauitatis quod attinet,qua de re errores colligit. In 2.de Cælo ſuper contex. 46. Ariſtotelis erratum oſtendit, Stellas videlicet orbis motu moueri, vt nodi in tabella contra Pythagoræum, So-

cra-

eraticum, Platonicum dogma, & veritatem, quam ob rem Aſtronomi excentricos, epicyclos adinuene,& Eudoxus, Calippus homocentricos auxere numero, & nonnulli circitores poſuere, &c.

Genebrā do vt cæcus de coloribus. Ariſtoteles in meteorologicis,& alibi de terrarum regionibus,locis fluuijs, &c. loquitur vt cæcus de coloribus. Gilbertus Genebrandus lib. 2. Conegraphiæ.

De lactea reprēditur. Ariſtoteles docuit lacteam eſſe multæ & continuatæ exalationis incenſionem. Sed Ariſtotelis admirator omnium maximus Auen Rois,quique eum nihil ſine forti dixiſſe ratione contenderat plerunque, in hoc dogmate eum deſeruit, & transfuga eſt factus. Franciſcus Patrit. in libello de lactea, vbi inquit, quid igitur huic homini, Ariſtoteli videlicet, faciamus, qui eadem ſemper & diligentia, & negligentia Philoſophatur. pluribus ipſum confutat in proprio capite vbi pulchra & ſe digna docet.

Sed quo modo quæſo Ariſtoteli & Ariſtoteleis exalatio ad lacteæ poſitionem & locum peruenit, quin ſimulatque ad ignis ſphæram acceſſerit, accendatur, & illico comburatur, in ignemque è veſtigio vertatur, nedum in tam maximo per maximam ignis ſphæram tranſitu? vt non poſſit quin etiam credi per calidiſſimum tertiæ regionis aërem,& ſolares radios pertranſire & conſeruari poſſe; tantùm abeſt per decem ignis paſſus progredi, nedum per pluſquam decem millia millium paſſuum (ſi ignis talis ſphęra ſub Lunæ orbe eſſet ex Ariſtotelis commento, quod non recipimus; ſed bene Cœlos igneos eſſe ex Antiquis credimus,vt pluribus S. Ambroſius in ſuo Examer.& D. Augnſtinus probant,& nos aliàs ſi Deo placebit oſtendimus) penetrare,& eadem ceu in magnitudine,& eodem modo ſemper conſeruari atque noſtris oculis ſe ſe obijcere. Pariſanus.

Cacodæmon. Dolor lacrimæ. Non erubeſcam cum Scoto ab Ariſtotele diſcedere eique aduerſari, quamuis eius aſſeclæ damnabunt. Hinc dolor,hinc lacrimæ, poſtquam (heu indignum facimus) magis timent Ariſtotelem, Cacodæmonem Græci vocant, negare, quàm etiam Paulum, Sāctos Patres, & Prophetas: quum tamen etſi ſagaciſſimus & ſtudioſus Lector aliorum dogmatum & diligens collector, verſutus nihilominus criminator priſcorum fuit,quorum ſentētias malè adductas, nequaquam impugnat, procedens potius (vt Simplicius eius auditor ait) contra verba,quam ſenſa, multaque occludens,vt ſolus videatur ſapiēs. *Doli mali.* Quid ergo mirum ſi iuſtiſſimè carpatur, qui tot pręclaros viros iniuſtè criminatus eſt? Parmenidem,Meliſſum,Democritū, Pythagoram, Platonem, cuius doctrina tanto Ariſtotelicam excedit,quanto diuina eminent terreſtribus, quibus deprimitur Arif. Frāc. Georg. Cāt. 1. Tom. 1. c. 17. *Platonis doctrina.*

Ariſt. de Ideis perperam. Ariſtotelis Platonis Ideas irriſit contēſitque,qui Ariſtoteles ſemper ad apparēs contradicere conatus eſt inquit Themiſtius, & quia arguit potius ad verba, quā ad ſenſa dicit Simplicius,& quia peſſimus Metaphyſicus addit Franciſcus doctor illuminatus.

Georgius. Ariſtoteles nec piè,nec iuſtè,ſed ingrati diſcipuli more magiſtrum,irridēdo ait: Valeāt Ideæ Platonis,quia nihil ſunt,aut monſtra ſunt: ſuperfluum,ridiculū,inconueniens & falſum illas admittere. Quæ Ariſtotelis hæreſis & Peripateticorum sētentia & dicta erronea à Franciſco Georgio in primo Tom. oſtenduntur, & rationibus,authoritatibus non ſolùm Chriſtianorum, & Sanctorum Theologorum, verum etiam veterum ſapientum cum ante, tum poſt Ariſtotelem, ac quin etiam ipſiuſmet Ariſtotelis comptobantur.

Patritius. Ariſtotelis ſtultè irriſit Platonem appellantem Dei filium ideam,ideam boni. Franciſc. Patrit. Panarch. lib. 10. pag. 23.

Ariſtoteles perperam in Platonē inuehitur de Ideis. Patr. Panarch. lib. 12. p. 25.

Nos quoque innumeris in locis Ariſtotelem correximus(iuratorū pace dixerim) nō cōſultò,quoniam illius errata nō quæſiuimus, ſed prout in materiebus à nobis pertractatis ipſe obuiā venit, in omnibus redarguimus caſtigauimuſque, quid tū?

Ariſt. reprobatur de ſemine. A primordijs ad finē vſque, videre eſt à ſemine, quod Excrementum vocat & iudicat, eius ſententia à nobis repro-

 batur

batur in parte prima nobil. noſtrarum Exercit. de Subtilit. pag.5.& ſeq. Capreolaria vaſa illud idem conficere pluribus tradit, ſicuti ſequaces. p.10. reprobatur. Serpentes teſtibus carere docet. ibidem, falſum eſſe demonſtratur. 13.14. Taurum caſtratum generaſſe docet. 12. ridiculum & implicans oſtẽditur. 14.15. Piſces coire tradit x. fabuloſum declaratur. 13.14. Teſtes vt pondera cordi inſeruire,& vt pondera voci facere ſcribit, & exploditur. 20. Fœmineum ſemen fœtui, ſeu procreationi neceſſarium inficiatur. 24.& ſeq. falli eumdem oſtenditur, & lapſus cauſæ aſſeruntur. 25. Muliebre ſemen in vteri capacitatem effundi ignoraſſe Ariſtotelem oſtenditur ibid. Et ſimiliter muliebria fœminea inſtrumenta, necnon fęmineum ſemen ignoraſſe declaratur. 26. Fęminæ menſtrua ſemen aſſerens Ariſt. turpiter mentitur. 27. Mulieris ſemen vteri eſſe proprium, & ab vtero, Ariſtotelis ſomnium. 82. Abſque delectatione ex parte mulieris in coitu conceptionem fieri, proinde abſque eius ſemine docet Ariſtoteles 29. ſed eum falli oſtenditur. 30. Semen in ſedem & anum confluere docet, & ex partis natura. 33. Sed quod turpiter allucinetur oſtenditur. 34.

Semen maſculeũ vt coagulum lac cogit in menſtrua agere,& compoſitum minimè ingredi docet. 48. & ſeq. Exploditur 50. Similiter coagulum vitalem calorem continere, vt ridiculum reijcitur. 53. De ſubuẽtaneis ouis, ac de piſcium coitu ſententia euertitur. 57. 58. Menſtruum ſanguinem primam eſſe fętus materiam vt falſum reijcitur. 58.& ſeq. Semen minimè animatum eſſe ſtatuit. 65. & ſeq. abſurdè concludit. Exploditur omnimodè & oppoſitum ſtatuitur, atque eius contradictiones afferuntur. 74. & ſeq. Ariſtotelis animæ definitio non probatur 79. & ſeq. vt infra ad Cremoninum. ſemina nõ miſceri,& maſculorum gignere docet. Vtrumque euertitur. 81. Ariſtotelis lis & vafrities. 87. Ariſtotelis de hominis procreatione erronea ſententia. 90. Ariſtotelis aduerſus antiquos triginta argumen-

de Capreolaribus. de ſerpentibus. de Tauro caſtrato. de Piſciũ coitu. de Teſtiũ vſu ponderis. de Fœmineo ſemine. de Eiuſdẽ effuſione. de Sem. itidem. de Illius inſtrumẽtis. de Menſtruis. de Vteri, &c. de Cõceptu abſq; ſem. fam. de Seminis ad partẽ deſcenſu. de Semine nõ ingrediente cõpoſitũ. de Coagulo. de Subuẽtaneis ouis. de Piſciũ coitu. de Menſtruo ſanguine. de Seminis anima. de Cõtradictionib. de anima definitione. de ſeminum miſcella, etc. de Vafritia, &c. de Hominis ortu. de Seminis caſu à toto.

tis probat, ſemen à toto non decidere. 92. Reprobatur eius ſententia. 101. Eius fuga,& tergiuerſatio. eius recantatio. 102. 113. Similitudines & ſigna caſu redire docet. Exploditur. 103. Eiuſdem famis definitio euertitur. 108. 253. 511. Helidis ſimilitudo vt puerilis fabula non recipitur. 116. Ariſtotelis & antiquiorum Philoſophorum, & verè ſequacium cum Platone manſio eſt. 118. Vno initu plura gigni animalia aſſerit, quod falſum oſtenditur. 120. Piſces ouis ſemen aſpergere quod aſſerit, ridiculum. 123. Piſcium lac non eſt ſemen ibid. Piſces incurrentes coire ridiculum eſt. 124. Fęminam pro generatione ſemen non præbere pluribus probat. 132. euertuntur omnia. 134. 137. 139. Perdices ex maris maſculi odore, & audita illius voce impleri. 136. vt fabula recipitur. ibid. 155. Fęminam monſtrum eſſe docuit. 146. Damnatur. ibid. par.2. contact. 70. ad Mund. & 76.

Talpam oculis carere perperam tradidit. 147. Marem in dextro, fęminam in ſiniſtro vtero progigni docet. Exploditur eius ſententia. 148.150. Hominis ſiniſtra pars non eſt omnium animalium maxime refrigerata vt ſcribit. 153.

Aquam & Ventum fęminas progignere, quod ſcriptum reliquit, euertitur. 154. De ſimilitudine fictitia multa habentur. 156. multis reprobantur. 158. Venarum ſub lingua arietis colorem fętus ſimilitudinem præſeferre docet. 158. reijcitur. Diſcrimen, quod inter hominis & brutorum innatum calidum ponit, euertitur. 219. Eiuſdem de inſito calore ſententia reprobatur. 233. Totum corpus ex ſanguine procreari docet. 242. ſed quod perperam oſtenditur. 243. Eiuſdem recantatio. ibid. Cur ſpermaticæ partes deperditæ non regenerentur ignorauit. 145.146. Ridicula eius de oculis regeneratio damnatur, & lapſus cauſa adducitur. 249. & contact. 47. ad Mundinium. Retexit,& pugnãtia ſcribit, eaque pluribus cõprobare nititur. 267.& ſeq. cuius omnia & pluribus confutãtur. ibid.& vlter. Dextrum cordis vẽtriculum

de Fuga, recantatione. de ſimilitud. &c. de Famis definitione. de Helidis ſimil. de Manſione etc. de Plurium ortu. De Piſciũ ſemine. de Piſciũ lacte. de piſc. incurſ. de ſemine fœminæ. de Perdicũ impregnatione. de Fœmina mõſt. de Talpa oculis. de Maris ortu, &c. de Siniſtra partis hominis temperie. De Aqua & Vento vi in ortu. de Similitudine. de Venarũ, &c. de Calor. diſcrimine. de Innato calido. de Totius procreatione ex ſanguine. de Recantatione. de Inſcitia ſpermat. par. regimine; de Oculorũ regeneratione. de Recantatione et pugnãtib.

cali-

de Cordis ventric. caliditate. de Tertio ventriculo. de Liene & viſc. ignorantia. de Auie ortu ex cepribus oui. de reſpirationis cauſa. de Cauſa riſus. de Erratis circa cerebrũ pluribus.

calidiſſimum, & calidiſſimum continere ſanguinem, contra ſiniſtrum, proinde ſiniſtrum frigidiſſimum,&c.vt falſum euertitur. 284. De tertio cordis ventriculo fallitur,& lapſus cauſa, & ſimul eius vafrities reſeratur. 284. Ariſtotelis de liene,& viſceribus ignorantia. 295. Ex oui albumine auem fieri, ex luteo verò nutriri pluribus docet. 304. Euertitur eius ſententia, & rationes ſoluuntur. 308. ſpumificationem ebullientis in corde ſanguinis, reſpirationis in cauſa eſſe ſtatuit. 317. Ablegatur eius opinio. 320. Reprehenditur de cauſa riſus ex diaphragmatis ſauciatione reddita. 326. Ariſtotelis quo ad cerebrum, & illius fabricam multa deteguntur errata. 333. Ariſtoteles neſciuit ſe cerebro ſapere & ratiocinari. ibid. Vnde ex cerebri ignorantia peſſimè de anima ſentit. ibid. Aduerſus cuius ſententiam cerebrum nequaquam frigidum eſſe,minimèque cor refrigerare oſtenditur. 441.

de Soni cauſa. de Confuſione de oculi præcip. parte, &c. de Viſionis modo. de recantatione. de Viſus defectu in ſene. de Viſus cauſa. de Recãtatione necnõ de multis erratis,etc. de Lumine, &c. de Euſdẽ confuſione.

Somnus non quia vitalis calor in cor reuocetur,vt Ariſtoteles voluit, ſed quia in cerebrum ſpirituum reuocatio fiat cauſatur. 349. Ariſtoteles membrum cum inſtrumento confundit. 367. De præcipua viſus parte, deque obſcuritate, ambiguitate taxatur. 400. Aſpectum per intus ſuſceptionem docet, extramiſſionem improbando. 420. Eius ſententia euertitur. 421. Platonis opinio probatur. 422. Eiuſdem recantatio. 432. Senex non ideo non videt, vt docet, quia eius cornua craſſa rugoſa ſit, ſed ex radiorum defectu id euenire oſtenditur. 426. Cauſam viſus aquam eſſe quod ait, improbatur, & Empedoclem melius ſenſiſſe oſtenditur. 429. Pluribus orationem retexendo,explicat exemplis & in Platonis ſententiam inuitus vadit de radiorum extramiſſione. 433. & ſeq. & vlterius in erroneam de extramiſſione ſententiam tranſit, & pluribus confirmat. 435. vt tueri à factioſis minime poſſit, ratio redditur, quamobrem ſic palinodiam canat. ibid. Non bene lumen per lucidi præſentiam in diaphano innoteſcere docet. 437. Et perperam lumen eum radijs confundit. ibid.

de Auris fabrica. de Illius meatu, &c. de Senſitorio. de Mendacio,etc. de Cauſis mala auditionis ĩ oſcitatione.

De Auditus fabrica eius ſententia. 448. Auris fabricam non calluit. Ignorauit meatum ab aure ad cerebrum, proinde & neruum à cerebro ad aurem. Hallucinatur præter alia,quod aer auditus ſit ſenſiterium,& conſequenter idem ſenſiterium ad cor tendere. 457. De mendacio notari poteſt, quod in quacunque animalis accretione animal augeatur omnes ſecundum partes. 449. Oſcitantes non quia audiendi facultas tollatur, vel quia ſoni ingreſſus prohibeatur ex membranæ inflatione vt tradidit, ſed alijs de cauſis perperam tunc audimus. 481.

de Amiſſis oculi recuperatione ridicula.

Deperditos oculos regenerari, amiſſum viſum recipi ait, & rationem ridiculam reddit. exploditur cum ſequacibus. p.248. & ſeq. & in ſecunda parte contact.47. ad Mundinium.

de Cauſis vniparitatis, paucip et pluri p. animalium fabula. de Pedũ biſulcitate ridicula. de Auiũ matrice. de Ouorũ fœcunditate. de Auditus præcipua parte,&c. de Inconſtãtia obſcuritate, cõtrarietate. de Tactus ignorantia vbi multi errores. de Cutis ſiccitia & lenitate. de Pilorũ ortu, & recãtatio. de Superciliys hirſutis, etc.

De cauſis pluriparitatis,paripaucit.& vniparitatis ex ſemine animalium exploditur. in 2.parte in lap.lydio ad Mund. contact. 59.

De ſolipeditate, & biſulcitate animalium cauſa variæ procreationis ridicula. 2.part. contact. 59. ad Mundinium.

De Galinæ matrice ſemen recipiente notatur. 2.part. contact. 65. ad Mundinium.

Ex vno galli auis coitu ſemine plura oua fœcundari,& albumina aſſerit. reijcitur. 2. parte contact. 63. ad Mundin.

Auditus præcipua pars, ſeu præcipuũ inſtrumentum Ariſtoteli eſt aer,&c. 485. Exploditur,& de inepto loquendi modo redarguitur, necnon de inconſtantia,ob ſcuritate, & contrarietate notatur. 489. De Tactus inſtrumento perobſcurè agit. 501. Tactus ſenſorium ignorauit. 504. Sepiæ aſſimilatur. ibidem. Sui oblitus ſibi minimè conſtans eſt. ibid. Perperam in aqua aquam, in aere aerem ſenſus tactus medium poſuit. 509. Cutis naturam ignorauit. 506. Eiuſdem lenitas circa dicta oſtenditur. ibidem. De pilorum ortu ſententia. 529. Euerſio & eiuſdem recantatio. 533. Supercilia cur quibuſdam hirſuta in ſenectute reddantur, ratio 529. Sed eiuſdem ſomnium eſt. 535.

de Dentium raritate. de Cornibus, &c. de Pilorũ colore.

Ex Dentium ratitate friuola & abſurda colligit. 534. Cornua non gignuntur ex cute, nec caſtrati bouis cornua maiora, ex non emiſſo ſemine fiunt, vt aſſerit. 343. Pilorum coloris cauſam in homine non eſt curis tenuitas, quod aſſerit. 546.

de Tauri coitione.

Ariſtoteles de caſtratione tauri & coitione ſententia improbatur. pag.584. in Par.& San. Iud. ad Mũdinum cont.179. De piſcium coitu pluribus damnatur. 590. & vlterius. Pugnantia aſſeruntut, & ſcitu pulcherrima. 591.& ſeq. Ariſtotelis de aqua ſomnium, aliud de vento, aliud de voce de coitu per os. ex lapide lydio contat.206.ad Mund.594. Ariſtotelis ſentẽtiam & verba peſſimum demonem ſcribete pudetet.660. Ariſtoteles cerebri fabricam & naturã ignorauit. 662.

de Piſciũ coitu. de Pugnantib. de Aqua, Vento, Voce ſomnijs. de nefandis, &c. de Cerebri fabrica & natura.

Ariſtotelis peſſimum erratũ & vitium ex craſſa inſcitia (niſi ex praua etiam voluntate mauis, quia certò vitioſus, vt patet) admittit & Natutæ tribuit: & quum de ijs, quæ à Natuta ſunt nec meteamur, nec demereamur, vr in Ethic. docuit, de peſſimis moribus, & nefandis pœnas ſumi nõ poſſe ex ſecta quis diceret? ò ſcelus maximum, &c. In lapide Lydio ad Mundinium. contactu 3.

de Peſſimo vitio, ac doctrina.

de Humana fabrica inſcitia.

Ariſtoteles humanam ſabricam non calluit, & quilibet minimus anatomicus eo peritiot oſtenditur. ibid.cont.5.& 6.

de Exempli vanitate.

Atiſtotelis argumentum & exemplum à planta deſumptum aduerſus Antiquos, quòd ſemen à parte, non à toto promanent, vanum & caſſum oſtenditur ibid. contact.18.& 24.

de Seminis anima, partibus, etc.

Atiſtotelem ſemen animatũ fore ignoraſſe, proinde perperam in animæ definitione ſe geſſiſſe: Quemadmodum nec à toto decidere aduerſus antiquos exiſtimaſſe, & conſequẽtet in plantarum ſemine partes actu eſſe, & ſub ſenſum cadere neſciuiſſe, & quo modo, ratione, ac ipſo ſenſu, demonſtratur in lapide lydio ad Mundiniũ contractu 18.19.24.31.35.37.

de Craſſa credulitate.

Ariſtoteles falſo ſcripſit & credidit 4. de gen. animal.6. quædam animalia ſuos fœtus imperfectos, inarticularos, & cęcos parere, rarione & ſenſu demõſtratur. contact.47. ad Mundinum.

de Ridiculis hiſtorijs ſeu fabulis.

Ariſtoteles de animal.hiſt.cap.vlt.murium ridiculæ hiſtoriæ, nec mulierculis recitandæ, exploduntur. Quod videlicet, nec centenos ſemel patiant, nec ſine coitu ſal lambentes impleãtur, minimè omnium in reſciſſa prægnante fœmina, prægnantes fęmininos fœtus repetiri potuiſſe. hiſtoriæ non eius nomine, ſed cacchinno dignæ. ibid. cont.50.

de Ridicula fœcundatione.

Vno galli coitu plura oua, & eorum albumine fœcundari, vt repugnans oſtenditur. ibid. cont.63.64.

de Ridicula oui accretione.

Ridiculum & repugnans itidem oſtenditut, quod 3.de gen. animal. c.2. docet, ouum per vmbelicalis membtanulæ patticulam augeri veluti per fiſtulam ab vtero peracuminatam oui partem ad vitellum. cont.65.

de Piſciũ coitus vanitate.

Ariſtotelis piſcium coitus vanus & mendax colligitur, & pluribus oſtenditur, cont.191.& ſequentibus.

de Perdicum ridiculis.

Perdicum coitus & impregnatio ex maris voce, cantu, odore, ſpiritu, vento, oris coitu, examinantur, & ridicula colliguntur, demonſtrantur. Contactu 203.& ſequent. & cont.206.

Æmylius Patiſanus.

de igne elemẽto.

Ignem elementum ſub Luna & ſupra aẽtem primus omnium Ocellus Lucanas Pythagoræ auditot ſtatuit, cuius Ocelli verbis, nulla eius facta mentione ſententiam tranſtulit, & ſuam fecit, quam pluribus demonſtrantibus argumentis. Frãciſcus Patrit. lib.22. ſuæ Pancoſmiæ de Ignis elemento de medio tollit p.112. & ſeq. vbi abſurdas, fatuas, tidiculas Ariſtotelis de igne & alijs elementis rationes, oſtendit omnes.

Paralel. Platonis & Ariſtotelis.

1. Plato multis in locis, ſed præcipuè, in Sophiſta, in ſexto de Republica, & in Parmenide aſtruit.

Deum eſſe vnum.

Ariſtoteles vnum primum motorem: Sed & LVI. alios Deos orbium Cœleſtiũ, motores ſtatuit. Deinde primo de cœlo cap. nono ait ſupra extimũ cœlum (vbi Deum alligatum ſtatuit) multa eſſe ordinata à quibus pendeat aliorum eſſe, & viuere, & quæ beatiſſimam degant vitam. Igitur ex Ariſto-

telis

telis Philoſophia Exoterica, nulla eſt mundi monarchia, ſed vel Polyarchia, vel Anarchia. Quas D. Gregorius Naziãzenus magnopere impugnauit.

2. Plato in ſecũda Epiſtola. tres nominat reges. tria ſcilicet rerum principia, nimirum Deum trinũ, & vnum.
Ariſtoteles in ſua vel amarchia, vel polyarchia perſiſtit.

3. Plato ſummum Deum, patrem appellat in Timæo, & epiſt. 6.
Ariſtoteles nullũ agnoſcit Patrẽ Deũ.

4. Plato Deum eſſe ſimpliciſſimum affirmat. 2. de Rep.
Ariſtoteles, ζῶον animal eum facit. 12. Metaphy.

5. Plato, Deus eſt ſummum bonum, inquit. 6. de Rep.
Ariſtoteles vt Bonum orbe primo expeti. 12. metaphyſ.

6. Plato, Deus eſt ſapientia ſumma. S. de Rep.
Ariſtoteles Deus eſt intellectus, ſed ignorat particularia. ibid.

7. Plato, Deus eſt omnipotens. Timæo.
Ariſtoteles, nihil poteſt, præterquam cęlum mouere.

8. Plato, Deus incorporea entia omnia fecit. Philebo, Sophiſta, Parmenide.
Ariſtoteles, Deus nihil fecit, neque facit, ſedet ſolum in cęli culmine. 2. de cęlo.

9. Plato, Deus mundum corporeum fabrefecit. Timæo.
Ariſtoteles, Deus non fecit mundum, qui æternus eſt. primo cęli.

10. Plato, Deus mundum fecit ex nihilo, quia ex nulla materia præcedente, quam & ipſam creauit. Timæo.
Ariſtoteles, ex nihilo nihil fit. 1. Phyſic.

11. Plato, Deus mundum fecit ante tempus. Timæo.
Ariſtoteles, mundus & tempus ſemper fuere. Phyſ. & 1. de Cœlo.

12. Plato, Mundus quia corpus finitam habet potentiam. Timæo.
Ariſtoteles, Mundus & cęlum infinitam habent potentiam ſe ſe mouendi. 1. cæli. 12. metaphyſ.

13. Plato, Mundus & Cœlum, quia corpora finita, finitam habet motus actionem.
Ariſtoteles cęlum eſt quidem corpus. Sed actio eius motus infinitus eſt. 8. de cœlo. 12. metaphyſ.

14 Plato, quia cęlum, & mundus corpora finita ſunt, & potentiam & actionem finitas habent ſui natura, & eſt, corruptibile. Timæo.
Ariſtoteles neque cœlum neque mundus ſunt corruptibiles.

15. Plato, quia Mundus ſui natura eſt corruptibtilis, corrumperetur aliquando, niſi Deus ipſum ſeruaret. Timæo.
Ariſt. Mundus non corrumpetur, neque Deus mundum non ſeruat, ſed cęli motus. 8. phyſ.

16. Plato, Deus ſupra omne ens, & ſupra omnem & eſſentiam. Soph. Parme.
Ariſt. Deus eſt ſubſtantia metaphyſ.

17. Plato, Deus eſt ſupra omnem intellectum. 6. de Rep.
Ariſt. Deus eſt intellectus. 12. metaph.

18. Plato. Deus, nec mouetur, neque mouet. 1. de Rep.
Ariſt. Deus non quidem mouetur, ſed primum cęlum mouet. 8. phyſ. 12. metaphy.

19. Plato, Deus omne corpus ſuperemicet. Soph. Timæo, Parmen.
Ariſt. Deus in cęli culmine ſedet. 2. de cęlo.

20. Plato, Deus eſt ab omni corpore liber. Soph. Tim. Parm.
Ariſt. Deus primo orbi eſt alligatus. 8. phyſ. 1. de cęlo.

21. Plato, Deus vniuerſi, prouidentiam habet. de Regno & alibi.
Ariſt. Deus à cęlo tantum appetitur. 12. metaphyſ.

22. Plato, Deus omnia nouit. 1. & 2. Alcib. & alibi ſæpe.
Ariſt., Deus non cognoſcit particularia. 12. metaphyſ.

23. Plato, Deus mundum regit vniuerſum, & partes eius. de reg. & Tim.
Ariſt. non Deus. ſed natura, caſus, & for-

fortuna, regunt mundum. 2. phyſ.

24. Plato, Deus in mundi regimine vtitur, vti miniſtris, minoribus Dijs. Tim.

Ariſt. Deus neque regit, neque miniſtros habet. 8. phyſ. 1. de generat.

25. Plato, In mũdo ſunt dæmones. Symp. Tim. & alibi.

Ariſt. nullibi hos agnoſcit Dæmones.

26. Plato. Deus animam vniuerſi produxit. Timæo.

Ariſt. Deus non produxit animam vllam vniuerſi, ſed cœlum tantum eſt animatum, & aſtra.

27. Plato, Deus produxit animam humanam. Timæo.

Ariſt. Eſt actus corporis, hoc eſt è materia aducta. 2. de Anima.

28. Plato. Anima humana diuina eſt quędam forma. Phędo, alibi.

Ariſt. Anima eſt forma corporis Phyſici. 2. de Anima.

29. Plato. Anima humana eſt immortalis. Phædro, Phędone, alibi.

Ariſt. Vt forma corporis anima eſt mortalis.

30. Plato, Animæ cõnatus eſt intellectus. Phædo. 6. de Rep. Tim.

Ariſt. Intellectus de foris venit. 2. de animal. gen.

31. Plato, Anima a corpore ſeparatur. Phædone alibi.

Ariſt. Anima a corpore non ſeparatur, quia eius eſt forma.

32. Plato. Anima diuino afflatur ſpiritu, & futura prænunciat. Apol. Phædro.

Ariſt. Anima humore melancholico prædicit. de diuinit. per ſom. & Problem.

33. Plato. Hominis felicitas eſt, quando Deo fit ſimilis. Alcib. Theęt.

Ariſt. Homo, bonis fortunæ fit beatus. Moral.

34. Plato. Hominis felicitas à Deo venit. 1. & 2. Alc. Men. Theage.

Ariſt. Homo ex ſuis bonis actionibus, & ſuo arbitrio fit felix.

35. Plato. Deus eſt præcandus, vt nos bonos efficiat. 2. Alcib. ſæpe alibi.

Ariſt. Deus particularia non intelliget, non ergo præcandus.

36. Plato. Veniet Homo, qui nos Deum præcari doceat. hic Chriſtum innuit. 2.

Ariſt. Præces omnes fruſtraneæ, quia Deus non intelligit particularia.

37. Plato. Bonus vir, Deo eſt charus Euthyphr.

Ariſt. Cum particularia Deus non intelligat, nec præces audit nec hominum vllum amat.

38. Plato. Bonus vir, poſt mortem Deo fruetur. Phœdo. 10. de Rep.

Ariſt. Poſt mortem nulla voluptas.

39. Plato. Animæ poſt mortem purgantur. Phædro. Timæo.

Ariſt. Animæ cum corpore pereunt.

40. Plato. Animæ malorum poſt obitum pœnas dabunt. Phædro. Tim. Phæd.

Ariſt. Animæ cum corpore corruptæ, nihil patientur.

41. Plato. Homines mortui reſurgent. 10. de Rep.

Ariſt. A priuatione ad habitum non fit regreſſus.

42. Plato. Bonorum animæ, beatum locum poſſidebunt. Phędone.

Ariſt. Nullus eſt talis locus.

43. Plato. Et corpus & animæ malorum, in inferno cruciabuntur. Phæd. 10. de Rep. Phædone.

Ariſt. Nihil tale nouit.

Quæ quidem omnia capita, & plura etiam alia non pauca, quæ colligere poteſt quiſque paulò diligẽ ntior, cum Platonica ſint & Philoſophice veriſſima, & cum fide Catolica conſona: Ariſtotelica vero, & fidei aduerſa, & philoſophicè falſiſſima, quis iam vel tã impius erit Chriſtianus, vel tam bardus Philoſophus, qui Platonem, & pietatis, & philoſophiæ ergo Ariſtotele non præferat? &c. Quæ res cum ad Chriſtianam fidem maximè conferat: & ad phyloſophicam veritatẽ faciat maximè: cur non poſthac in omnibus Europæ gymnaſijs publicis? Cur non in monachorum Cœnobijs Platonis lectio, ſtudiumque introduceretur? Cur non Ariſtotelis Exoterica philoſophia ex hiſce locis in exilium ammandetur? Quid enim opus *Quis tã impius.*

amplius

amplius habebunt ex ea impietatis tam mortiferum venenum biberè. Quo veluti Lethargo, anima in Dei cognitione obdormiat, anima nunquam lætali, hoc ſomno expergiſcatur, & in æternis damnetur cruciatus. Hæc & alia quàm plurima Franciſcus Patritius in ſuo Ariſtotile exotorico.

Ariſtoteles falsò finito corpori cœleſti actionem infinitam, infinitum nimirum motum tribuit Franc. Patrit. Panarch. lib. 2. pag. 3.

Ariſtoteles non ſibi conſtans modo vnum dicit eſſe primum principium, modo pluta. Franc. Patrit. Panarch. lib. 3. part. 5.

Ariſtotelis principia, forma, priuatio, & caſus, ſeu fortuna euertuntur. Patritius ibidem.

Ariſtoteles peſſime ſubſtantiam triplicem eſſe dixit materiam, compoſitum & formam Franc. Patrit. Panarch. lib. 13. part. 28.

Ariſtoteles ineptè vniuerſam de intellectu quæſtionem confundit. Patrit. Panarch. lib. 15. part. 34.

Gregorio XIIII. Pont. Max. & Succeſſoribus futuris Pontificibus.

Laudes Triſmegiſtri. HErmetis libellus, de pietate & Philoſophia, plus philoſophiæ, quam vniuerſa Ariſtotelis philoſophia continet. Pimander creationem mundi & hominis, cum Moſaica ferè eamdem, cõplectitur. Et Trinitatis miſterium longe apertius, quam Moſes ipſe, enarrat. Multi apud eum, & vera pietate, & vera philoſophia ſunt pleniſſimi libelli, qui pro Ariſtotelis impijs ſubrogari, & poſſint, & debent. Aegyptia verò illa, tam firmis pietate erga Deum demonſtrationibus fulſit, vt vix apud Chriſtianos Theologos, vllæ tales demonſtrationes inueniãtur, aut vllæ apud Mathematicos tales extent. Sunt apud Platonem multi dialogi, qui ſine impietatis periculo vllo, pietatis adiumento multo, publicè doceri poſſint. Philebus, Timæus, Sophiſta, Parmenides, Pædo. Plotini libri omnes ſactam quandam continent verius Theologiam, quam Philoſophiam. Neque argumentorum viribus Philoſopho vlli cedit, alios omnes acutie ſuperat. *Plotini* Theologica Procli elementa ad inſtar mathematicarum demonſtrationum ſunt contenta. Et cum ijs ipſis de certitudine certant. *Procli theologica.* Deus Bonæ, quàm Sacroſancta, quàm admiranda eſt apud Damaſcium, Opere de Principijs, de Deo, de Trinitate, de diuinis ordinibus Theologia? *Damaſcij maxima.* Platonicos hoſce Philoſophos. D. Auguſtini Theologorum columen & culmen, Philoſophorũ omniũ nobiliſſimos, ſemper in ore habet, & ceteris omnibus anteponit. Et tantus Theologiæ pater, cœnobitarum animos nõ mouet? Ariſtotelicam, pro nephas, manifeſtiſſimam impietatem eis præferũt. Sed pręferũt ignorantia. *Ignorantia qua pariat.* Neque enim quantum venenum, iuuentus inde bibat animaduertunt, aut norunt. Hos verò nobiliſſimos, hos diuinos, proh dedecus, de nomine etiam ignorant. Profecto Theologi veteres omnes, qui & ſacroſanctæ fidei iecerũt fundamenta, & Eccleſiam tam altè ſtruxerunt, D. Dionyſius, Iuſtinus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Cyrillus, Baſilius, Euſebius, Theodoretus, Arnobius, Lactantius, Auguſtinus, Ambroſius, alij plerique omnes, *Theologi Eccleſiæ fundamenta.* qui ſcirent paucis mutatis, Platonicos facile Chriſtianos fieri poſſe (Auguſtini verbis vtor) Platonem eiuſque ſectatores hoſce, Philoſophis reliquis omnibus antetulerunt: Ariſtotelem non niſi cum infamia nominarũt, &c. *Ariſtotelem cum infamia nominarunt.*

Quadringentis verò ab hinc circiter annis, Scholaſtici Theologi in cõtrarium ſunt annixi. Ariſtotelicis impietatibus pro fidei fundamentis ſunt vſi. Excuſatos eos habemus, quòd quum Græcis literas neſcirent illos cognoſcere non potuerunt. Nos verò eos excuſamus, quod impietate pietatem adſtruere conati ſint. Franciſcus Patritius in epiſtol. dedic. ad Gregorium XIIII. Pont. Max. Franciſc. Patt. in Epiſtola dedicatoria.

Digitized by Google

Vincentio Lauro Montis Regalis Cardinali.

Fama et Gloria olim florentis.

SVnt Sciolorum & reprenſorum plena omnia, qui non niſi ſuas quiſquilias, qui non niſi Ariſtotelica amant, laudant, efferunt. Efferunt autem ignari, & philoſophiæ multam falſitatem, & impietatis, magna copia venenum. Iam diu enim in orbe noſtro, in publicis omnibus gymnaſijs deſijt liberè ac philoſophandi ratio, quæ tanta olim apud Chaldæos, apud Magos, apud Brachmanas, apud Aethiopas, apud Libios, apud Aegyptios, apud Hebręos, apud Phęnices, apud Phrygas, apud Thraces, apud Græcos, apud etiam Romanos, in Platonicis denique ſcholis ingenti fama & gloria floruit. *Ab Auerroe.* Ab Auen Rois autem ſæculo, qui circa M.C. ſcripſit annum, ad hanc vſque ætatem, neſcio quo malo fato totius Europæ ingenia, ſoli vni Ariſtoteli, ſe ſe alligarent, vt apud eum in compedibus altercando tantum ſedere, & ætatem malint conſumere, quàm liberè per orbem per Naturæ miracula contemplando vagare, quàm naturæ authorem Deum cognoſcere, & in eius contemplatione, & amore, & veneratione, & adoratione verſari. Hæc nobis ingenuerunt vnius Arabis, tum ignorãtia, tum arrogantia, tum etiam ignauia noſtra, vt eum, quem nobis liberum Deus donauit intellectum, neque ſciamus, neque audeamus vti. Quàm autem perperam, quanto damno, quanta pernicie noſtra id à nobis fiat, facillimè & agnoſcet, & cognoſcet is, qui ex eo ergaſtulo, mente à vinculis ſoluta libros Panarchiæ noſtræ, omnes quidem, ſed præcipue priores octo acuratè perlegat, &c. Franc. Patrit. in Epiſt. dedicat. Vincentio Lauro Montis Regal. Cardin.

Henrico Cardinali Caietano.

Pernicioſa.

ARiſtotelis philoſophiæ partes, quæ in gymnaſijs perleguntur, quædã fidei atque Eccleſiæ hoſtes acerrimæ ſunt, vt Phyſici 11. pars de fortuna & caſu. pars 3. de infinito. pars 4. de tempore. Sextus, & ſeptimus, Hi omnes ad mundi impiam æternitatem, callẽ ſtruũt. Octauus verò, & prima de cęlo, & 2. pars magis, falſarum rationum machinis eam ſtabiliunt, Omnipotentiam Deo auferunt. 12. verò Metaphyſ. omnem Dei tollit prouidentiam. primus & tertius de anima animæ immortalitatem, vel prorſus negant, vel maximè faciunt dubiam. Vt neſciam quo malo facto, vel conſilio peſſimo, in gymnaſiorum ſtatutis ſtatutum ſit, vt ferè non niſi hi publicè doceantur. Et impietas omnis iuuenum mentibus indatur, & inculcetur, &c.

Franciſcus Patritius in epiſt. dedicat. ad Henricum Caiet. Cardinalem.

Quæras de Diuina prouidentia, de hominis fine, ſeu felicitate. Audi *Quæſit. xviij.*

Nicomachi porro filius Ariſtoteles Luna tenus putauit Dei prouidentiam rebus præeſſe. At ea omnia, quę infra Lunam ſubſidunt minus Deum curare, ſed eorum gubernationem tradidiſſe fatorum neceſſitati, cui quidem tantum tribuerat, vt non ſolùm diuitias, paupertatem, proſperam valetudinem, morbos, ſeruitutem, bellum, pacemque diceret ab hac mortalibus diſpenſari; ſed virtutem quoque, vitiumque contribui. Theodoretus lib. 5. Græcarum paſſionum. *Fatorum neceſſitati omnia accepta refert.*

Cicero quoque lib. de Fato ſimilia de Ariſtotelis mente retulit. *Ariſt. felicitas.*

Huiuſmodi enim rebus felicitatem Ariſtoteles finiebat; quippe qui ſolitus eſſet dicere, non alia fermè ratione poſſe quemquam fieri beatum, quàm proſpero, ac iocundo corporis ſtatu, externarũque rerum affluenti copia. ſine his enim aiebat, virtutem nihil vtilitatis adferre. Theodoretus lib. 12.

Et tamen Ariſtoteles in lib. de bona & mala fortuna, bene fortunatum, inquit, qui dirigitur à Deo. Sed quomodo dirigit, quem (ex Ariſtotele) non intelligit?

In Meteoris docet Ariſtoteles, quòd Deus ſuppoſuit ignem purum ſub orbe Lunæ; ſed quomodo (ad cognitionem quod attinet!) diſpoſuit & ordinauit, quod non fecit, non cognoſcit?

Ariſtoteles Anaxagoram ſequutus, eſſe

ſe

Athæos & impios facit.

ſe Mentem quandam entia extra primũ, ſed vt ille neſciens, quid operis illi daret in res, Eum in ſummo cœli vertice ocioſum ſedere iuſſit. Vt ibi vti bonum appeteretur, & ad ſe cœlorum ſubſtantias motrices inuitaret. De reliquis nihil ageret. Longe melius Plato in tribus methodis, negatione, analogia, & motu, quem tantummodo Ariſtoteles ſumpſit, ſed inuertendo, & peruertendo, & de veriſſima methodo, falſiſſimam fecit, hoc falſiſſimo fundamento: Omnia quę mouentur ab alio mouentur. Hac enim falſitate pro principio poſita, quæ nam potuit eſſe conſequutionum veritas? per quas tantum & motum cœli, & ipſum denique mundum æterna eſſe deduxit. Patritius lib. 1. Panarch. parte 1. Vbi multa & pulchra Ariſtotelem improbantia.

Ariſt. pessimum fundamentum.

Ariſtoteles falsò ſummum Deum orbi alligauit, & eius prouidentiam negauit. Patrit. Panarch. lib. 15. part. 35.

Contra Platonici.

Et tamen ab Orpheo ſic loquuto didiciſſet,

Orpheus paulo prior Homero Gedeonis tempore annis circiter 300. poſt Moſem cum ſuis ſacris floruit.

Dei perfectus oculus, atque Iouis mẽs, quæcunque apud nos fiunt, inſpicit omnia. Et iterum in Apollinis hymno: Tu habes mundi vniuerſi terminos, tibi eurę eſt principium, atque finis: Per te vireſcunt omnia: tu ſphæram totam, cithara reſonante contemperas; omnia videlicet ſuauiſſimè & armonicè diſponens. Et libro quem de verbo ſacro ſcripſit, decantat Orpheus,

Vnus perfectus Deus eſt, qui cuncta creauit;
Cuncta fouens, atque ipſe ferens ſuper omnia ſe ſe,
Qui capitur mente tantum; qui mente videtur;
Qui, nullumque malum mortalibus inuehit vnquam:
Quem præter, non eſt alius: tu cuncta videto.
Hic ipſum in terras melius, quo cernere poſſis.
Hic etenim video, ipſius veſtigia; fortem
Hicque manum video: verum ipſum cernere, quis ſit,

Orpheus.

Nequaquam valeo; nam nubibus inſidet altis.
Nemo iſtum niſi Chaldæo de ſanguine quidam
Progenitus vidit: quem cœlorum aurea ſedes,
Sublimiſque tenet; cuius, ſe dextera, tendit,
Oceani ad fines; quem de radicibus imis,
Concuſſique tremunt montes: nec pondere quamuis
Immenſo ſint, ferre queunt; qui culmina Cœli
Alta colens; terris, nunquam tamen, ille ſit abſens.
Ipſe eſt principium, medium quoque, & exitus idem.
Priſcorum nos hæc, docuerunt omnia voces;
Quæ binis tabulis Deus olim tradidit illis. Et vlterius
Iupiter eſt ſummus vertex, atque infima planta:
Ipſe eſt æternus, ſemperque ſimul, ac totus vbique
Terra fundus. Et iterum
Iupiter eſt quodcunque vides, quocunque moueris.

Id eſt Moſi ſanguine Chaldæo genito.

Et cetera multa, quæ pluribus carminibus proſequitur. Quæ Anaxagoras, Democritus, Zeno, Theophraſtus, Hierchas cum ſuis Brachmannis authore Philoſtrato, Platonici quamplurimi de huiuſmodi ſcripſerunt.

Obſeruaſſet miſer diuinos Mercurij Triſmegiſtri libros, præcipuè de Diuina Voluntate Aſclepium; & de Dei poteſtate & ſapientia Pimandrum, in quo priſcæ religionis ruinam præuidit, nouæ fidei ortum; in quo Chriſti aduentum, futurum Iudicium, reſurrectionem ſæculi, beatorum gloriam, nec non peccatorum ſupplicia. Quo factum eſt, vt D. Aurelius Auguſtinus dubitauerit, peritia ne ſyderum, an Demonũ reuelatione multa prætulerit. Ea propter & Lactantius illum inter ſybillas, & Prophetas enumerare non dubitat.

Triſmegiſtri diuina.

Triſmegiſtrus in ſuo Pymandro, Orpheus,

Digitized by Google

Aliorū. Alia ſimilia. pheus, Thales ex ſeptem Sapientibus vnus, Pythagoras, Democritus, Mundi opificem Deum & rerum Patrem profitentur. Et Plato ſæpiſſimè & potiſſimum in epiſtola ad Hermiam Eraſtum, & Coriſcum loquens, &c. vt cognoſcatis Deum omnium rerum, quæ fuerunt, quæ ſunt, & quæ futura ſunt, Principem, & principis, opificiſque cauſæ Patrem & Dominum.

Sed à D. Magiſtro Platone docente in decimo de legibus audiuit. Qui Deum prouidere negant rebus humanis, certè euenire ita neceſſe eſt fateantur; vel quia non vult, vel quia nequit, vel quia officium ignorat. Non primum, &c.

Quæſtiū xix. Ariſtote. animam mortalē ita Plutarchus. Quæras ſpeciatim, quid de Rationali Anima ſentiat præter dicta, perpende.

Ariſtoteles & Dicæarchus eam ſolam, ſcilicet diuinationem inducunt, quæ per furorem fit diuinum, & quæ per ſomnia. Namque immortalem eſſe animam non cenſent. Plutarchus lib. 5. cap. 1. de Diuinatione.

D. Greg. Niſſ. Aut igitur mortalem dicat (de anima loquens) vt Ariſtoteles, qui in corpore genitam eſſe cenſuit. D. Gregor. Niſſenus lib. 2. de anima.

Aeneas Gazæus. Ariſtotelem enim, qui nimia quadam ſua, atque intemperata ſapientia falſus, animarum immortalitatem è medio omnem tulit, ſilentio prætereo. Aeneas Gazæus ſatis antiquus ſcriptor Græcus in dialogo de immortalitate animæ.

Plato omnem animam immortalem eſſe clamat, Contra Ariſtoteles, Entelechiam eam nominans, (hoc eſt continuatam, vt Cicero interpretatur quandam & perennem motionem, ſiue vt alij exponunt actum & perfectionem, adeoque perfectihabiam) non immortalem, ſed

D. Iuſtinus Martyr. D. Claudianus. Nemeſius. mortalem eſſe vult. D. Iuſtinus Martyr in oratione ad Gentiles.

Non ſecus ſcribit Diuus Claudianus lib. de ſtatu animæ. Idem quoque Nemeſius Græcus ſcriptor. lib. de natura hominis.

D. Greg. Niſſ. Ex his alios animam eſſe ſubſtantiam manifeſtum eſt aſſerere. Ariſtotelem autē & Dicæarchum ἀνούσιον. Diuus Gregorius Nyſſenus lib. 2. de anima.

Nemeſius. Ariſtoteles & Dicearchus (de anima loquentes) eſſentiæ expertem putauerūt. Nemeſius ibidem.

Ariſtoteles animam Entelechiam appellans, nihil magis animæ confert, quàm qui ipſam qualitatem putant. Idem Nemeſius, quod firmiſſimis rationibus confutat.

D. Greg. Niſſ. Hoc ipſum ita improbat D. Gregorius Nyſſenus cap. 4. lib. 2. ſuæ philoſophiæ.

Porro Ariſtoteles animam dicens Entelechiam nihilominus cum his, qui qualitatem eam aſſerunt concordat. Exponamus autem prius quid Entelechiam vocet. Subſtantiam enim triplicem eſſe ait, hanc vt ilem, id eſt, materiam ſubiectam, quæ in ſe ipſa nihil eſt, poteſtatem

Entelechia qd. autem ad generationem habet. Aliam formam, & ſpeciem, à qua ile eſſe recipit. Tertiam verò, quæ ex vtraque, ex ile ſcilicet, & forma, conflata eſt, quod eſt ipſum animatum. Eſt igitur ile potentia, forma verò Entelechia, quæ quidem bifariam intelligi ſolet, aut ita vt ſcientia, aut ita vt ſcientiæ agitatio, commentatioque. Vnde poteſt animam eſſe entelechiam perinde atque ſcientiam. Ex eo enim quod anima ineſt in nobis, vigilia, ſomnuſque accidit. Et vigilia ceu contemplatio, conſiderationque eſt, ſomnus vti animæ habitus operatione vacans: prior autem ſcientia eſt, quam meditatio, ſcientiæque agitatio. Hac de re primam Entelechiam vocat formam, & ſpeciem alteram verò actum. Verbi gratia, ex materia & forma conſtat oculus, & eſt hæc in eo ſicut in ſubiecto: quod verò ſuſcipit viſum, oculi materia eſt, diciturque & homonyme oculus. Species autem & prima oculi entelechia, ipſe viſus eſt, qui poſſe videri, ei tribuit. Secunda verò, actus oculi, ſecundum quem videt. Sicuti enim recenter editus catulus neutram quidem entelechiam habet, ſed eam ſuſcipiendi potentiam: ita & de anima accipere oportet. Nam quemadmodum illic genitus viſus perficit oculū, ita hic genita anima in corpore animal abſoluit, ac perficit, vt neque ſine corpore

re ſit vnquam anima, neque item ſine anima corpus. Ceterum & in primis zeloticam animæ partem animam vocat, rationale ab eo ſeparans. At omnem ſimul hominis animam accipere debebat, non autem à parte præſertim imbecilliſſima de toto enunciare. Deinde ait, antequam generata ſit anima, corpus poteſtate in ſe ipſo vitam habere: Atqui corpus, quod poteſtate vitam poſſideat, prius actu corpus eſſe oportet. Actu autem exiſtere corpus nequit, antequam ſpeciem & formam ſuſcipiat. ile enim ſine qualitate eſt, & non corpus. Impoſſibile ergo quod actu non eſt, poteſtatem habere, & vt ex eo quicquam fiat. Si autem corpus poteſtate ſit, quo pacto tale vitam in ſe ipſo habere poteſt? In alijs enim potentiam poſſidere, attamen ea non vti poſſibile, velut viſum habentem non videre: in anima autem nequaquam. Neque enim qui dormit ſine animali actu eſt, etenim nutritur, augetur, imaginatur, & reſpirat, quod maximè eſt vitæ argumentum. Ex his igitur, quod poteſtate viuere cuipiam ineſſe nequeat, ſed omnino actu, manifeſtum iam euaſit. Quod enim principaliter anima ſpecificat, nihil aliud exiſtit, quam vita. Nam animæ complantata eſt vita, corpori autem ſecundum participationem. Quod inquit, ergo ſanitatem vitæ eſſe proportionalem, non animæ vitam, ſed corporis dicit, & ita cauillatur. Nam corporalis ſubſtantia ſecundum partem contrariorum eſt ſuſceptiua, ſpecies autem & forma nequaquam: Si enim formæ differentia tranſmutata fuerit, & animal tranſmutabitur: quare ſubſtantia, quæ forma eſt minimè contrariorum capax exiſtit, ſed ea, quæ eſt ſubiectum, hoc eſt ſubſtantia corporalis. Non poteſt igitur vllo modo entelechia corporis eſſe anima, ſed αὐτοτελής, incorporea. Secundum partem enim cōtraria vitium, & virturem ſuſcipit, quod non poterat forma ſuſcipere. Poſt hæc ait, Cū anima ſit Entelechia immobilis ſecūdum ſe ipſam exiſtit, ex accidenti verò mouetur, nullum autem inconueniens, immobile exiſtens mouere nos. Etenim pulchritudo immobilis exiſtens nos mouet, At quāquam immobilis hæc exiſtēs mouet, id tamen, quod naturā habet vt moueatur, mouet, & non quod eſt immobile. Si ergo ex ſe ipſo corpus motū poſſideret, ipſum ab immobili moueri minimè repugnaret: nunc autem immobile ab immobili moueri impoſſibile. Vnde itaque corpori eſt quod mouetur, niſi ab anima? non enim per ſe mobile eſt corpus. Quare primariam motus generationem commoſtrare volens, non primariam, ſed ſecundariam oſtēdit. Nam ſi immobile moueret, primum cōſtitueret motum. Si autem à ſe ipſo motū. alia quoque ſimul mouet, ſecundarij motus generationem declarat. Vnde igitur prima motus generatio corpori ineſt? Dicere enim elementa hæc quidem grauia, & illa leuia natura à ſe ipſis moueri, veritati obluctatur. Nam ſi leuitas & grauitas cauſa motus eſt, nūquam ſtabunt leuia & grauia. Conſiſtunt autem proprium nacta locum: quare grauitas & leuitas minimè primi motus cauſæ ſunt, ſed qualitates elementorū. Quod ſi hoc dabitur, quo pacto exiſtimare, & manus compleſione geſtientes aſtruere poſſunt, grauitatis & leuitatis opera eſſe. Si autem non harum, neque elemētorum, & ſi non elementorum, neque corporum. *Inconuenientia.* Amplius ſi ſecūdum accidens anima moueatur, corpus ex ſe ipſo, & non exiſtente anima, mouebitur. Quod ſi ita, & animal erit ſine anima. Inconuenientia autem ſunt hæc: abſurdum ergo quod à primordio. Sed neque omne, quod natura mouetur, etiam vi moueri dicendum eſt, neque omne, quod vi mouetur, natura item moueri. Mundus enim, qui natura mouetur, vi non mouetur. Neque ſi quid ex natura moueatur, id ſecundum naturam quieſcit: Nam Mundus, Sol, & Luna ex natura moti, ſecundum naturam quieſcere nequeunt. Eodem quoque modo ex natura ſemper mobilis anima, ſecundum naturam quieſcere non poteſt (quies enim corruptio animæ exiſtit) & omne iugiter mobile. Præterea quod iam à principio prætactum eſt, vnde

ſcilicet corpus diſpergi corrumpique natum, contineatur, adhuc inexplicatio manet, Animam tamen neque entelechiam eſſe, neque immobilem, neque item in corpore genitam, vel hæc ex multis demonſtrauerint.

Ariſtotelis impia ſententia. Ecce quàm paucis, doctis, veriſque verbis Sanctiſſimus ac Sapientiſſimus Vir vniuerſam Peripati animæ ſententiam reiecit, & velut impiam è ſapientiæ theatro explodit. Quam manifeſtè, dilucidè falſam eſſe conuincit verboſa illa, ſophiſtica de motu, & quiete dogmata? Quis vnquam è Paripateticis melius Ariſtotelis *Alex. Aphrodiſeus.* ſenſum percipit, quam Aphrodiſeus Alexander? qui quidem ſic ſcribit.

Ceterùm ſi anima ſpecies eſt, ſicut oſtendimus, neceſſarium eſt, illa à corpore inſeparabilem eſſe, talis enim eſt entelechia & perfectio, quæ abſque eo, cuius eſt, eſſe non poteſt: quemadmodum neque terminus abſque eo, cuius eſt terminus.

Parrisij opinio de Ariſtotele. Ariſtotelis anima eſt à corpore inſeparabilis; ergo ipſi mortalis. Inania enim ſunt, quæ de intellectu de foris aduenien te iactant, qui Ariſtotelem putidum, & impium, & apud æternas vmbras pro tam deteſtanda doctrina dignas dantem pœnas fidelium pœnæ cœtui adiungunt. Humanum namque intellectum Ariſtoteles (vt patet) in corpore genitum facit, & ex mutua elementorum miſtione deductum, quem materialem intellectum appellat, organum diuinæ mentis. (2. de gen. animal c. 3.) extrinſecus aduenientis, à qua in actum producitur. Et liceat Alexandri verba referre.

Quoties itaque ex corpore temperato, ignis genitus fuerit, aut aliquid eiuſmodi ex miſtione procreatum fuerit, vt & organum poſſit huic intellectui (diuino nimirum de foris adueniente) ſuppeditare, qui eſt in eiuſmodi miſtione (quoniam eſt in omni corpore: corpus autem etiam hoc eſt) id organum. Intellectus poteſtas dicitur, apta ſcilicet quædam poteſtas ad excipiendum intellectum, qui in actu eſt. Quoties igitur conſequutus fuerit hoc organum, tunc & tamquam per organum, & tamquam circa materiam, & tamquam per materiam agit. Et tunc nos dicimur intelligere. Noſter enim intellectus compoſitus eſt, tum ex poteſtate, quæ eſt organum diuini intellectus, quem intellectum in poteſtate Ariſtoteles nominat, tum ex illius actu, quorum altero abſente, impoſſibile eſt, vt intelligamus. Vna enim cum prima ſeminis (In ſemine diuina pars comprenditur, qualis eſt, quæ mens appellatur ſeparabilis à corpore, &c. Ariſtoteles 2. de generat. animal. c. 3.) emiſſione eſt intellectus in actu, qui per omnia penetrauit, & actu exiſtit. Velut in aiio quodam corpore quorumlibet. Poſtquam verò etiam per noſtram poteſtatem agit, tunc & noſter intellectus is nuncupatur, & nos intelligimus. Quemadmodum ſi quis cogitatione complecteretur artificē; qui nunc ſine feramentis ageret ex arte, nunc cum ferramentis, cum etiam actus iuxta artem circa materiam in ipſo eſt. Eadem quoque ratione diuina mens, ſemper quidem agit, quam ob rem & eſt actu, & per organum etiam, vbi ex collatione corporum, ac temperatura factum fuerit inſtrumentum eiuſmodi. Tunc enim materialem quemdam actum agit, &c. [illegible]

Sic voluiſſe Ariſtotelem affirmarunt etiam nobiliſſimi recentiores Peripatetici, Thomas Gaietanus, Pomponatius, Magius, Pendaſius, Zabarella, Benintendius & alij quamplurimi.

Franciſc. Patrit. In Peripato creatio de nihilo non datur, ſed tantum generatio, corruptio alteratius. Oportet igitur ſecundum hanc fatuam doctrinam, animam aut quandam quintam eſſentiam ſempiternam (veluti cœlum facit, immobileſque motores) ab alterius corruptione eſſe genitam. Et ſi gignitur ſecundum ipſum, corruptibilis erit. Cuncta namque genita corruptibilia appellat. Vnde in primo de Anima Ariſtoteles manifeſtiſſimè talem eam facit ſcilicet mortalem, & à corpore inſeparabilem, penituſque materiæ immerſam, & vnam factam.

Nam eodē libro inquirens, vtrū à corpore ſeparabilis ſit anima, ſiue nō, concludit, quod

quod ſi anima aliqua ſibi germanam & propriam paſſionem, aut operationem vendicat, ipſam à corpore ſeparari continget: ſi vero actio nulla, nullaque paſſio animæ eſt propria, cum corpore perpetuò erit, & numquam ab eo ſeparabitur. Quare peſſimè demum affimans propriæ operationis omnis, omniſque paſſionis, & actionis animam eſſe penitus expertem; clariſſimè eam à corpore inſeparabilem, & vna cum corpore corruptibilem facit. Quod ne commentitium forte putes, hæc ipſius Ariſtotelis verba lege. Inquit igitur libro eodem tex. 13. & 14. ſic.

Si igitur eſt aliquod animæ operum, aut paſſionum proprium, continget vtique ipſam ſeparari. Si verò nullum eſt proprium ipſius. non vtique erit ſeparabilis: ſed ſicut recto, inquantum rectum, multa accidunt, vt tangere æneam ſphæram ſecundum punctum: non tamen tanget hoc, ſeparatum ipſum rectum. Inſeparabile enim ſiquidem ſemper cum corpore quodam eſt. Videntur autem & animæ paſſiones omnes eſſe cum corpore, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, adhuc gaudium, & amare, & odire ſimul enim cum his patitur aliquid corpus.

Et in tex. 64. eodem libro primo ſcribit.

Dicere autem iraſci animam, ſimile eſt, ac ſi quis dicat eam texere vel ædificare. Melius enim fortaſſe eſt, non dicere animam miſereri, aut adiſcere, aut cogitare, ſed hominem anima.

Patet ergo Ariſtoteli animam eſſe vna cum corpore corruptibilem, ab eoque inſeparabilem, ac de humana rationali anima cum loqui, cum de ea ſuum exemplificet ſermonem, & non de ea, quæ in brutis, vt aliqui non erubeſcentes ſputidè effuderunt. Non inficias tamen imus his brutorum etiam animam comprehendi poſſe, ac de humana præcipuè & explicitè habet verba. ex quo in tex. 32. obiurgat Alemæonem, qui animam immortalem eſſe dicit. Et eiuſdem lib. tex. 41. negat mortuos reſurrecturos, quum id ante affirmarint Democritus, omneſque Magi. Negauit etiam animam contra Diuini Platonis ſententiam eſſe mobilem, motumque ab ea animantibus tantum per ellectionem & intellectum tribui voluit, ſic ſcribens eiuſdem lib. tex. 44.

Obiurgat Alemaeonem, qui immortalem dixit.

Negat mortuorum reſurrectionem.

Omnino autem non ſic videtur anima mouere animal, ſed per ellectionẽ quandam & intellectum.

Hui, animalia bruta, quæ (vt ſcribit Propheta Dauid in Pſalmo) intellectu carent, quo modo mouebuntur ab anima? Qua diuinitate præditam oportebit animam, vt nutu corpus ab ea moueatur. Non poſſe autem per ellectionem, & intellectum moueri corpus ab anima, ita eſt in aperto, vt nulla indagine ſit opus, ſolùm enim Deus, cuius imperio cuncta obediunt id efficere poteſt: humana verò & Angelica creatura nequaquam per ſimplicem voluntatem & intellectum extrinſeca opera poteſt moliri, quod teſtatur D. Thomas in expoſitioni primi capit. Geneſis ita ſcribens.

Franc. Patrit.

Iſtæ autem actiones intelligere, & velle, ſunt actiones extrinſecæ, ideo nulla creatura, nec Angelica, nec humana per illas exterius aliquid facit. Vnde decipi eos puto, qui dicunt, quod Angeli cœlum mouent ſolum per actus intellectus, & affectus. Patritius.

Didiciſſet miſer infelix à ſuis Præceptoribus.

Triſmegiſtrus ait, Deus (quem Naturam nominant) homini ſeſe immiſcens miraculum attulit, quod omnium miraculorum ſuperat rationem. In quo effigiem propriam intuens, illi amore ingenti ſubriſit; & ſibi tamquam filio congratulatus, opera eius omnia vſui ſuo conceſſit; vt omnia in ſe reduceret per eum, cui immixtus erat, ſed ipſum in primis: dummodo expurgatus, & genus ſuum diuinum recognoſcens dignus Deo efficeretur.

Triſmegiſtri au ſta.

Iſdem Merc. Triſmeg. inquit, Vos, quibus, mentis portio conceſſa eſt, genus recognoſcite veſtrum; veſtramque naturam immortalem conſiderate. Non igitur mortalis.

X 2 Iſdem

Notatu digniſs. Iſdem Triſmegiſtus à ſuo Pymandro edoctus, & in mentem erectus, dum moreretur (Chalcidio referēte) dixit, Hactenus fili, pulſus à patria vixi peregrinus & exul; nunc verò patriam repeto; Quumque paululum à vobis vinculis corporeis abſolutus abſceſſero, videte ne me quaſi mortuum lugeatis: nam ad illam optimam beatamque ciuitatē regredior, ad quam vniuerſi ciues mortis concione venturi ſunt.

Aurea ex Pythagoria. Pytagoras, cuius ſententia ad metrum redacta, hoc ſonat,

Corpore depoſito liber ad æthera perges
Euades hominem factus Deus ætheris almi.

ex Platone. Plato (in Phædone) alias manſiones tā pro bene, quàm pro malè merentibus eſſe ait, Et vlterius ibidem in Phædone.

Qui piè præ ceteris vixiſſe inueniuntur, hi ex his terrenis locis, tāquam è carcere ſoluti ad altiora tranſcendunt, puramque ſupra terram habitant regionem, vbi præmium pulchrum eſt; & ſpes ingens.

Plato philoſophantium magiſter adeo cum Moſe conſentit, vt Numenius Pythagoræus dicat, Platonem nil aliud eſſe, niſi Moſem attica lingua loquentem.

ex Merc. & Xiſto. Vlterius Plato in Ione, & in Parmenide. Mercurius in Pimandro, & Xiſtus Pythagoricus, dicit, hominem Dei tēplum, Deum autem hoſpitem, quod & Poeta ſic,

Eſt Deus in nobis, ſunt, & commercia cæli
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

ex Platone. Plato in Sympoſio docet, quod intellectus noſter cum diuina luce vnitus & effectus mens, dicitur Sol: ſibi ipſi autem derelictus, eſt Luna; immixtus autem cum paſſionibus animalibus eſt terra producens inferiores fructus. Hinc cæcutit Ariſtoteles.

ex Georgio, qua Ariſt. Vt non malè dixerit Franciſc. Georg. Venet. Plato à rebus diuinis exorſus, deſcendit ad ſenſibilia, vltra quæ Ariſtoteles (veluti pecus ad pra ſepe) non eſt progreſſus.

Ariſtoteles quum dixit, ſi eſt aliqua forma veniens de foris, ipſa eſt anima intellectiua, Didiciſſet à Pythagora (Alexandro, & Laertio referentibus) dicente, anima eſt immortalis, quum illud quidē, à quo auulſa eſt, immortale ſit. *ex Pythagora.*

ex Clearcho. Clearchus in libro de Somno inquit, quum Ariſtoteles cum Hyperochide diſputaret (Iudæus erat) qui ab altioribus Aſiæ locis ad maritimas ciuitates deſcendens, & lingua & animo Græcus fuit; quumque accidiſſet, vt eo tempore nos quoque maritimis Aſiæ locis verſaremur Philoſophiæ amore ad nos ſponte venit, qui multo plura nobis attulit, quam acceperit. Ad quę loca Idem Ariſtoteles nauigauit ſuaſus Platonis epiſtolio ex Aegypto in Iſraelitarum ſapientum commendationem conſcripto, vt, in Hebræorum monumentis reperimus. Megaſthenes vero in tertio Iudaicarum rerum, non tantùm Ariſtotelem, ſed Philoſophos omnes diſcipulos Hebraicæ ſapientiæ declarat. Omnia inquit, quæ de natura priſci Græci ſcripſerunt, alij etiam ante ipſos, tradiderunt; Brachmannæ apud Indos (qui & Iudæi vocantur) multo prius philoſophati ſunt. Iudæi, vt Ariſtoteles apud Clearchum ſunt Calani ex India. Cui adſtipulatur Numenius in primo Volumine de Bono. Plato inquit, & Pythagoras expoſuerunt Græcè quæ adinuenerunt brachmannæ Aegyptij, atque Iudæi. quod multi Philoſophi hiſtoriographi plæclariſſimi aſſerunt. *Megaſthenes.* Quibus & Gentilium oracula addi poſſunt, niſi inſignibus Scriptoribus adductis teſtibus credat. Perhibet Porphyrius, Appollinis oraculum hæc de Iudæis tradidiſſe. *ex Porphyrio.*

Dura, via illa nimis, gratis clauſaque portis,
Quæ, vitam nobis, aperit, donetque beatam.
Nec verò, verbis, facilè enarrarier vllis,
Exponique queas; illo, quo ſemita ducit,
Quam primi ante omnes, cęperunt tradere, pulchras
Qui Nili, epotant Lymphas; phęnicibus, inde,

Pre-

Digitized by Google

Proximaque Aſſyrijs, ea cura, ſed, inclyta longe
Gens Hebræa illam venit, notamque recepit.

Et item alio oraculo

Chaldeis, quæ vera eſſe ſapientia, ſolum,
Hebræisque ipſis, conceſſum agnoſcere: pura
Aeternum qui mente colunt, regemque Deumque.

Quæſtiō inx. Quæras ſpeciatim quid de Deo ſentiat miſer. Nota

Creationem excluſit. Ariſtoteles quum Cœli generationem negauit, Opificem excluſit. Georgius Gemiſtus de Platonis & Ariſt. Philoſoph. different. c. 1.

Impiiſſime omnia. Malè de Religione ſanxit. Nam Athenagoras oſtendit eum putaſſe Deum eſſe animal ex anima & corpore conſtitutum. Idem Galenus ait Ariſtotelem putauiſſe, & eius in ſcriptis religionem non contineri, ſed ſuperſtitionem clarum eſt. Io. Frāc. Pic. in Exam. vanit. doctr. gent. lib. 4. c. 1.

Ariſtoteles ſcripſit librum de Philoſophia Pythagoræ, qui expoſitus fuit à Iāblico, in quo ait animalis rationalis, aliud eſt Deus, aliud homo, aliud vt Pythagoras. Io. Fran. Pic. ibidem lib. 5. c. 8.

Ariſtoteles in tertio de Philoſophia libro multa turbat à Magiſtro Platone diſſentiens. Modò enim menti tribuit omnem diuinitatem: modò mundum ipſum Deum dicit eſſe: modò quemdam alium præficit mundo; eique eas parteis tribuit, vt replicatione mundi quadam totum regat, atque tueatur: tum cœli ardorem Deum dicit eſſe; non intelligens cœlum mundi eſſe partem, quem alio loco ipſe deſignauit Deum. Cicero lib. 1. de natura Deorum.

Ariſtoteles forma Dei intelligi non poſſe ait, dubitans omnino, an Deus ſit animans, necne. Franc. Georgius.

Ariſtoteles ſupremum Deum, formam ſeparatam inſidentem ſpheræ vniuerſi eſſe ait. Vnde eſt ęthereum corpus, quod ipſe maximum cenſet; diſtinctum ſecūdum proprias diſtinctiones, naturę noſtrę coniunctam, ſed ratione ſeparatur: Ita vt ſit animal compoſitum ex corpore & Deitate, & æthereum circulo mobile. Animam verò rationalem immobilem, cauſam efficientem motus. Actius in hiſtoria philoſophica cap. de Deo.

Hæc impiiſſima ſententia non videtur admodum ab ea, quæ xi. Metaphyſ. ſecundum Alexandri enarrat. comm. 27. habetur, diuerſa eſſe. Inquit enim ibi Ariſtot.

Dicimus autem ipſum Deum animal perpetuum, optimum eſſe.

Quæ verba ſic exponit Alexander.

Cum ſint alia ſempiterna animalia, ipſe tamen primus intellectus ſolus eſt optimum. Si Deus ergo animal eſt ſempiternum: & omne ſempiternum in continentia conſideratur (nam ſi fieret intermiſſio non eſſet ſempiternum) nimirum Deo vita, Acuumque ſuppetir.

Multa ergo (Patritius Angelutio inquit) ſempiterna animalia tam diuinus iſte Græculus pro ſuo arbitratu formauit: vnumque ex eis Deum eſſe, & corporeum quidem naturæ noſtræ coniunctum effutire non erubuit, quo quid inanius, aut magis impium excogitare licet? Sed quid te moror, Eodem libro, qui à Peripateticis ſolet inſcribi, De primo eodēque immobili principio; inquiens Ariſtoteles cauſam primam, primamque ſubſtātiam immobilem, quam Deum ibidem appellat, vt etiam tuus Alexander his verbis ſcribit in comm. xx. *Nihil excogitata impium magis.*

Iam hic ad diſputationem aggreditur de prima cauſa, primaque ſubſtantia, quam Deum etiam hoc in loco interdum appellat.

Tot Deos, quot ſunt cæleſtes orbes inuenit, nec pauciores. Vnde in eiuſdē libro comm. 25. negat hanc primam immobilem ſubſtantiam eſſe vnam. quod exponens Alexander inquit, „ His verbis obiectioni cuidam, quæ opponi poſſet occurrit, quæ huiuſmodi eſt.

Si prima, & immobilis ſubſtantia ſimplex eſt, ſimplex autem eſt vnum, ſubſtantia igitur mimobilis eſt vna. At ſunt aliæ immortales ſubſtantiæ, vt ipſe hoc in libro docebit. Hanc igitur dubitationem amplificat.

Et in comm. 29. inquiens Ariſtoteles.

QVoniam autem id quod mouetur ab alio moueri, & primum mouēs immobiles eſſe,atque perpetuum motum à perpetuo, vnumque ab eo vno prodire neceſſe eſt.

In ſequenti comm. manifeſtiſſimè tot finxit primos immotos, ſempiternoſque motores, quot mobilia ſunt. Verba Alexandri hæc ſunt.

» Si ergo cauſa ſimplex vnus,ac ſimpli-
» cis motus, eſt motrix, vt eſt demonſtra-
» tum, & vnus ſimplexque motus ab vna
» & ſimplici cauſa naſcitur, ſatis intelligi-
» tur quot motus, ſeu mobilia ſint, totidē
» eſſe motores, natura ſempiternos, ac per
» ſe immobiles, quorum hic eſt primus, il-
» le ſecundus, alius tertius: quippe quum
» motores ſic ſe habeant, vt ea quæ ab ip-
» ſis mouentur.

Quare comm. 34. ſic concludit Ariſtoteles.

Multitudo igitur ſphærarum ſit tanta. Quare & ſubſtantias ipſas, & principia immobilia, atque etiam ſenſibilia tot eſſe exiſtimare conſentaneum eſt rationi.

Tādem rem abſoluens gloriatur ſe diuinè dixiſſe, quòd tot excogitauerit Deos natura ſempiternos, & immobiles, inquiens ſic.

Impia, et vitiana ſanè gloria. Primas inquam antiquas illas ſubſtantias Deos eſſe exiſtimare, putabit diuinè dictum fuiſſe ſanè.

Et Alexander ſcribit ibi.

Quæſitū axi. Poſtquam docuit Deos eſſe, & tot eſſe numero, quot ſphæras.

Quæras de Mundi creatione, ortuue? Audi

Dei Theſauri nō ſtultis, ſed paruulis ſapientibus reuelati. Dei theſauros, quia nulla propria noſtra cognitione attingimus ſilentio veneremur, non ſolùm inquam, quia humana philoſophia, tam altè non ſcandit, verum quoniam Conditoris iudicium id fuit: quod ſtultis & duræ ceruicis Philoſophis omnino inſerutabile, purioribus tantummodo & paruulis etiam natura ſcitu facilius; ſi Cœlorum & Aſtrorum exempli gratia motum & effectus, ac ſummum totius ordinem ſummè admirandum humiliter perpendas. Quæ quum non caſu, conſultò certè creata ſummo perpetuò ſeruato ordine ſtultis ſapientibus ignota, Ariſtoteli potiſſimum Græcis Cacodæmoni quippe ſua malitia & impietate humanam ſpeciem Pythiæ conſilio & ſuaſu omni ſtudio, conatu, viribuſque ac neruis omnibus perdere contendit, tametſi à Chaldæis, Hebræis, & Græcis præceptoribus Mundum creatum à Deo audiuit, & edoctus eſt, ab Orpheo, Mercurio Triſmegiſtro, Pythagora, Democrito, Heſiodo, Thalete & ceteris antiquis. Vt ceteros, mittamus eorum diſcipulos, ſequaces, interpretes: nec non verè Sapientes, Moſim inquam, Prophetas, Sybillas, omniū ſapientiſſimum Salomonem.

Et poſt Euangeliſtas, Apoſtolos, & innumeros ſanctos id verè ſcientes. Qui doctrina, ſapientia, moribus, vaticinijs, oraculis, prodigijs & omnimoda ſanctitate, tamquam ardentiſſimæ faces coruſcant. Qui quod dicunt de diuinis, aſſeuerant, vitæ diſcrimine probant, prodigijſque confirmant. De humanis verò & inferioribus ſupra homines loquentes, omnia ſecreta, ſancti numinis radio penetrantes; illa poſteris clara luce patefaciunt. De quibus, Euſebius ad verbum; *Euſebius.* Philoſophorum errores, non à me ipſo, ſed contradictione & pugna inter eos mirabili cognoſces: quos quando inter ipſos, aut cum alijs comparo, non facile negauerim illos, claros fuiſſe viros. Quando verò Hebræorum philoſophis, atque Theologis confero, & doctrinam doctrinæ illorum comparo, caduca, & friuola omnia, quæ Philoſophi excogitarunt, mihi videntur. Nec mirum: illa diuinitus edita ſunt: hæc humanitùs.

Poſſem etiam in teſtes Moſi Hebraicæque doctrinæ afferre Apionem Alexan- *Teſtes.* drinum Alexandrum Polyſtorem, Porphyrium, Eupolemonem, Theophraſtū, libros ſybillinos, Oracula Appollinea, Clearcum peripateticum, Megaſthenem, Strabonem, Iuſtinum, Cornelium Tacitum, Demetrium Phalerium, Ecathæum Abderitam, Orpheum, Solinum, &c.

Sed

Sed breuitatis ergò miſſos facimus.

Quod ex Ariſtotelis falſis ſuppoſitis: quia ex nihilo nihil, & quia cœli motus æternus, Mundus ſit æternus: multas præter certas authoritates, necnon Theologorum rationes, ex rerum inuentoribus falſum colligitur.

D. Auguſ. Macrob.

Euſebio. Clem. Alex. Beroſo. Ariſt. Auer. Theoph. Epigene. Critod. Philoſtr. Suphano. Egeſia. Archimac. Damoſt. Au. Gellio. Plinio. Polyd. Verg. Gilb. Geneb.

Quo modo cum D. Auguſtino, Macrobio, Franciſco Georgio & alijs quamplurimis Mundi æternitas ſtabit cum tam parua, immo nulla rerum geſtarum memoria, & cum artium, & rerum multarum adinuentione, celebrata ab Euſebio Pamphilo, Clemente Alexandrino, Beroſo Chaldeo, Ariſtotele, Auerroe, Theofraſto, Epigene, Critodemo, Philoſtephano, Suphano, Egeſia, Archimacho, Demoſthene, Aulo Gellio, Polydoro Vergilio, Gilb. Genebrardo, & alijs innumeris diuerſorum idiomatum, ſed diffuſiſſimè à Plinio in ſuo de naturali hiſtoria, vbi multa ex ſupradictis authoribus ſe colligiſſe fatetur. Quibus fauet authoritas ſacrarum Literarum: quæ diuerſarum rerum inuentores declarat.

Diuerſ. rerũ inuent. e Moſ. Beroſ.

Clemẽt. Alexã. Geneſ.

Si igitur ab initio, imo ante initium, fuit Mundus (vt Philoſophi aſſerunt) cur per innumerabilium ſæculorum ſeriem non fuerat cultus, quo nunc vtimur, inuentus? Non literarum vſus, quo ſolo, memoria efficitur æterna. Non multarũ rerum experientia. Vitis cultum, Noë tradidit, vt Moſes narrat, qui Ianus fuit, ſi Beroſo credimus: ſed Bacchus, ſi à figmentis poëticis, aliquid mutuari placet: per quem ſolarem virtutem, qua vinum refertum eſt, veri poëtæ intellexerunt. Sed Roma iam adoloſcente, Galli, vini cultum didicere. Frugum verò cultarum, & vſum, Ceres docuit. Græci literas à Cadmo paulò ante Troiæ excidium, ſuſcipere. Aegiptij (qui Mizraimi Hebraicè dicuntur à Mizrai filio Cam, nepote magni Noe (Clemente Alexandrino teſte) medicinam conſequuti ſunt: quam, Apollo, & Eſculapius ampliarunt: ordinauit, Hippocrates coites: diſtendit, Galenus Pergamenus auxit & Auicenna Arabs, vel Perſa, vt alij dicunt. Herbaria medicamenta Chiron Saturni, & Philyræ filius. Muſices, Pythagoram authorem, aliqui tradunt, alij Amphionem. Sed Iubal, inuentor & pater canentium cithara fuit, vt in ſacris literis habemus, Pythagoras autem malleolorum pondere, chordarum, & fiſtularum longitudine conſonantiam ſub numerorum proportione collocauit. Marſias geminas tibias: obliquam tibiam, Mydas in Phrygia: Pan fiſtulam: Monaulum, Mercurius reperit. Chaldęi & Aegiptij aſtrologiam adinuenere, vt dicunt nonnulli. Sed ante illuſionem aquarum, Enoc, in ea peritiſſimus fuit: poſt quem Noe: quam poſt illuſionem, Italos docuit: qui à Chitim, ab nepote Noe traxere originem: ſed à Thubal filio Taphet (vt alijs placet) Hieronymo referente. Turres adinuenere Cyclopes, vt Ariſtoteles: Phœnices, vt Theophraſtus: ſed & Nembrot: vt ſacræ literæ perhibent. Aegiptij item lucernas, & textilia: Inficere lanam, Lydij: fuſum in lanificio, Cloſter filius arachnæ: linum & retia arachnæ: fullonam artem, Nicias Megarenſis: Aes conflare, & temperare Ariſtoteles: Lydum Scythe, Theophraſtus, Delam Phrygem putat. Aerariam fabricam, alij Chalybas, alij Cyclopas: Ferrum in Creta, eos, qui vocati ſunt Dactyli Idæi. Sed ſacræ litteræ, Tubalchain, qui fuit malleator, & faber in cunctis operibus æris, & ferri, ante aquarum illuuionem per multos annos. Argentum, Erichthonius; vt alij, Ceacus: Auri metalla, & conſtaturam Cadmus Phœnix, ad pangæum montem; vt alij, Thoas & Eadis, in Panchaia; aut Sol, Oceani filius. Plumbũ ex Caſſiteride inſula prius aſportauit Midacritus. Fabricam materiarum, Dædalus, & in ea, ſerram, aſciũ, perpendiculum, terebrum, glutinum, lithocallam, normam, & forcipem; & libellam, & tornum & clauem. Theodorus Samius, menſuras, & pondera; Phidon argiuus, aut Palamedes, vt maluit Gellius. Ignem è ſilice Pyrodes Silicis filius: Mercanturas Pœni: Culturam arborum, Eumolpus Athenienſis: Bouem & aratrum, Biges Athenienſis, vt alij Tripole-

Hieron. Ariſtot. Theoph.

Au. Gel.

ptolemus: Loricam, Midus Miſſenius: Galeam, gladium, haſtam, Lacedemonij: ocreas & criſtas, Ceres: arcum & ſagittam Scythen Iouis filium, alij, ſagittas Perſen Perſei filium inueniſſe, autumant. Lanceas Aetolos: Iaculum cum amento, ferunt inueniſſe Actolum Martis filium. Haſtas velitares Tyrrhenum, & Pilum: Pentaſileam amazonem, ſecurim. Piſeum Venabula; & in tormentis ſcorpionem, Cretenſem. Catapultam, Syros phœnicas: Baliſtam & fundam, Aeneam. Iubam Piſeum Tyrrhenum: Teſtudines, Artemonem Clazomínum: Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam. Equo vehi, Bellorophantem: Frena & ſtrata equorum, Pletronium: pugnare ex equo, Theſſalos, qui centauri appellati ſunt. Bigas prima iunxit, phrygum natio: Quadrigas, Erichthonius: ordinem exercitus, ſigni dationem, teſſaras, vigilias, Pallamedes in bello Troiano: ſpecularum ſignificationem, eodem bello Sinon. Inducia, Lycaon: fœdera, Theſeus: Ventorum rationem, Acolus filius Heleni: Biremem, Damaſthenes, Erythæos feciſſe teſtatur: Triremes Thucydides. Amoclem Corinthum. Quadriremen Ariſtoteles, Carthaginenſes, quos, alij Charchedonios dicunt; cuius architectus, Voſporus fuit. Quinqueremes, Neſigeton Salaminius extruxit: ſex ordinum, Zenagoras Syracuſius: ſed Alexander ad duodecem; Ptolomæus Soter, ad quindecim, Ptolomæus Philadelphus ad triginta, Ptolomæus Philopater, qui Triphon cognominatus eſt, ad quadraginta; Onerariam, Hippius Tyrius inuenit; Lembum Cirenenſes. Cymbam, Phœnices. Celocem Rhodij. Syderum obſeruationem in nauigando, Phœnices. Demum Copæ. Vela, Icarus; Malum & Antemnam, Dædalus: Hippagium Salaminij. Anchoram Tyrrheni. Adminicula gubernãdi, Typhis. Omitto innumerabilem aliarum rerum inuentores, quos ſupra adducti authores deſcribunt. Et ad vos, qui Mundum Æternum aſſeritis, loquar; Quid, ante hæc breuiſſima tempora, quibus rerum inuentores aſſignantur, faciebant illi mundi incolæ ſine Cerere, & Baccho, ſine terræ cultu, quos non mercatura, non literarum ſtudia, non diſciplinæ, non militia, nõ nauigatio, nõ fabricandi ars, non texendi, non ſuendi, nõ tela, non lanificium exercebat? Quibus veſcebantur? Vbi habitabant? Quibus veſtiebantur? Quid agebant artium penitus ignari? Ridiculum quippe eſt, vt iſti qui Mundum æternum aſſerunt, artium: & victus humani inuentores, deſcribant, cum eadem ſimul ſtare nõ poſſunt. Franciſcus Georgius Venet. Cant. p. Tom.p. cap.14.

Damaſ. *Thucy.* *Ariſt.* *Ridiculum.*

Quæ etiam omnino vrgeant aduerſus impios hæreticos, infideles longius præactum tempus, quam Moſes ſtatuit, diffidium quærentes commentos.

Abſurda & impia ex ſtolidiſſi-ſent.

Sed quę abſurda & impia non ſequuntur ex veſtra ſtollidiſſima ſententia, qua Sophiſticè mundum æternum eſſe contenditis, quia cœli motus eſt æternus? Si negas Theodore rationem, qua Ariſtoteles mundo æternitatem tribuit non eſſe ſophiſticam, ſcito, quod anathema es. Patritius.

Monitū Peripateticis. *Anathema ſit.*

Pariſijs inter ceteros Paripateticos errores ſub Stephano Epiſcopo damnatos tamquam hæreticos, hi quoque damnantur. Anathema ſit, ſi quis dixerit, ſcilicet, quod, ratio Philoſophi (videlicet Ariſtotelis) demonſtrans motum Cœli æternũ, non eſt ſophiſtica. Quintus error, quòd mundus eſt æternus: Sextus, quòd nunquam fuit primus homo. Item quòd anima eſt inſeparabilis à corpore.

Quod nullo modo eſt mobilis ſecundum locum, & ſi ponatur alicubi ſecundum ſubſtantiam ſuam nunquam mouebitur de vbi ad vbi. Quod nunquã moueatur, niſi corpus moueatur. Quòd eſt verum, quòd aliquid non fiat ex nihilo.

Accuſatur.

Quinimo & à Græcis malè ob id etiam audiuit Ariſtoteles, & pœnas dedit, vt Lucillus Philalthæus ſcribit 1. de Cęlo cõſil.30.pag.92. Ariſtotelem accuſatum fuiſſe apud Hierophontem Sacerdotem, quòd in Lyceo mundum ſempiternum

pulbi-

publicaſſet, quem conditum plebs totius Græciæ putauiſſet.

Hac de re & veritate plurima & pulcherrima diuerſis ex peritis (alijs multis miſſis) leges apud Franciſcum Georgiū, quæ exſcribere nimis longum eſſet.

Finis laudū ex Sapientibus.

Verùm vehementer doleo, quòd ad tot tantaque ſcelera, ad tam improbas, impuras, omnemque religionem fœdantes & auferentes Ariſtotelis tui ſententias lacerandum, pio magis, quàm valido affectu rapior. Sed quo impetu mentis, quibus indignationis viribus, quo nimbo, qua procella verborum tam impium caput obrui poteſt. Franc. Patr. Theod. Angelut.

Quæſtiū xxj.

Quæris præmiſſarum concluſionem? Accipe, ſuſtine, & abſtine.

Hæc ſunt Mundini doctiſſime de Ariſtotele teſtimonia aliqua (innumera non deſunt alia, etiam recentiorum) tamquam præmiſſa, quę ſi vera & germana ſunt; vt perquam veriſſima, vtpote ex Sanctis, Sapientibus, ex Veritate enata, ſecus ſi quis audeat, anathema ſit, in tui gratiam (vt tuis cum Conſultoribus & Protectoribus reſcipiſcas, & velis, noliſue vbique recantes) hanc neceſſariam ex ijs aliorum pręmiſſis, inquam, ſubducemus concluſionem. Ex hypotheſi replico, quando nihil cum Ariſtotele habeamus, nec cum Larua meum eſt colluctari, obluctariue.

Subducitur.

Igitur irriſorem immeritò reprehenſorem, omnium in verbis carptorem, vt & Sancti, & doctiſſimi colligunt, quis æquo animo ferret? An ne nos, hæc ſi vera ſunt, nimia vſi ſumus modeſtia? Quis furtem non horreat? Quis occultum ſurreptorem odio non habeat? Qui erga optimum magiſtrum, probos & doctos antiquos pręceptores, & condiſcipulos inſignes, atque maximum optimèque meritum Imperatorem, peſſimum nō excandeſcat? Certè is non homo, ſed ligneus homo, Patritius inquit, eſt exiſtimandus. Humana ſiquidem natura, Viri ſapientes, vobis ſi placet, tantam animi non fert ſtupiditatem; Vt catholicæ fidei acerrimi hoſtis memoriam mittam, qui ſuis dogmatibus latiſſimam ſpargit impietatem, & incautis etiam perſuadet, addictorum perditorum manes, & ignorantiam lares parcant.

Concluditur.

Igitur Ariſtotele nil flagitioſius, iniquius, impurius, improbum, impiumque magis creatum eſt. Quia Pythiæ electum ſibi inſtrumentum, eoque ſceleſtior in Diuinum magiſtrum (& antiquos Sapientes) vnde animi bona omnia (vt in condiſcipulos & amicos) ingratus, iniurius, & hoſtis. Imperatoris, vnde cuncta & ingentia fortunæ bona, & maximi honores, trucidator, & carnifex. Naturæ & humani generis proditor. Sui & animæ & corporis interremptor & carnifex. Omnium mendaciſſimus, vitioſiſſimus, ambitioſiſſimus: vnde Diuinarum rerum corrupter, potiſſimum Creatoris, Gubernatoris inficiator, græcis cacodæmon. Vt in Inferno nil eo ſceleſtius reperiri poſſit. Quoniam Iuda, quia Satan nihil ad Ariſtotelem. Vt propterea ſi vllæ vnquam creaturæ nomen è viuentium libro delendum fuit, ſit ve, dubio procul (quid Eraraſtri Dianæ Epheſinæ templi deſtructoris eo vt facinore nobilitaretur?) huius vnum omnium maximè, omni merito, omni iure, & ipſe extra mundum abigendus: Vbi ſi non eſt, vbi, nec locus, in ſuo (ex Diuina Iuſtitia) loco, in infimo Inferni centro ſuo cum duce Oraculo maneat; quando inter natos mulierum eo non ſurrexit peior, & omnium, qui fuerunt, ſunt, & erunt, nequiſſimus extiterit, ſit, ac erit. quid? Patiſanus Veritatis amator.

Iuda, Satā nihil ad Ariſtotelem.

Imperatoris & Pōtificis in Veri ignaros odium.

Vt mirum non ſit Theodore, quod Diuus Antonius Caracallus prudens Imperator rectè Ariſtotelem, eiuſque ſectatores veri ignaros ſummo odio habuerit, cum ob veſtram in Deum improbam, impiamque doctrinam, tum quia ille optimum Principem de ſe bene meritum, & à quo omnem exiſtimationem ſuam, omnemque honorem & diuitias traxerat; per ſummam iniuriam iniuſtiſſima veneni morte multauit. Nec tantum Caracallus Peripato infenſiſſimus, ſed Alexander Magnus, maior iam factus, & doctiſſimis Athenienſes: & præcipuè Sanctiſſi-

mus

mus Pater Paulus IIII. Pontiſex maximus, ſub quo vos propè expulſos & deiectos vidimus. Fr. Patr. Theod. Angel.

Vide, audi, intellige Mundini, quàm prauè machinatus & loquutus ſis, & ſubinde quàm bonos & doctos habueris Conſultores, impulſores, protectores? Proinde æquò, pacatoque animo hæc accipias, perpendas, & boni conſule, nec diſcere dedigneris: quando vt bellè Eſiodus habet, proximus ſapienti eſt, qui neſciens addiſcere auet.

Impijſſimi Auerrois execrationes. Ex dictis certis, & veris, quæ non fallunt, colliges, quàm mendaciſſimè, & nefarijſſimè impijſſimus Auerroes (& conſequenter nimiam noſtram in de ſubtilitate libris in eum peſſimum canem, modeſtiam) de Ariſtotele loquutus ſit. quando

In Proemio phyſ. ſic

Nvllus in Ariſtotele error inuentus eſt vſque ad hoc tempus, quod eſt, mille, & quingentorum annorum, & talem eſſe in vno indiuiduo potius eſt miraculoſum, quàm humanum.

Et in tertio de anima.

O maximè mendaciſſimè dictum, & homo nequam. Ariſtoteles fuit regula & exemplar, quod natum inuenit ad demonſtrandum vltimam perfectionem humanam in materijs.

Item in primo de gen. animal.

Laudamus Deum (dicendum ſibi fuit ſuum Pythiam) qui ſeparauit hunc virum ab alijs in perfectione, & appropriauit ei vltimam perfectionem humanam, (magni ignorantis maxima execratio) quam nullus homo poteſt in vlla ætate attingere.

Vltimò in lib. deſtruct. ſcribit.

Ariſtotelis doctrina eſt ſumma veritas, quoniam eius intellectus finis fuit humani intellectus (dictu impijſſimum) Quare bene dicitur de illo, quod ipſe fuit creatus, & datus nobis diuina prouidentia, vt non ignoremus poſſibilia ſciri. Mentitur nefarijſſimus cum adherentibus omnibus.

De Auerroe quid ſentiendum, multos, vt Sanctos Patres, & ſapientes Viros mittam quoniam nec huius loci, nec temporis, nec è re noſtra eſt, multis nominibus, & potiſſimum tuas, & laudantium ob ineptias, tali de perditiſſimo Scytha fari; Abundè pro occaſione hac videbis apud Franciſcum Georgium Venetum, de Mundi Armonia. Vbi animaduertes eum, Auerroem, inquam, in Dei ſanctiſſimas leges blaſphemum. pag. 14. capit. 12. Diuinitate plena criminari, & quæ ſapientes omnes negarent præaccipere. ibidem. Perfidum canem non Ariſtotelem iuterpretari, ſed corrumpere: blaſphemum alios etiam blaſphemare faciẽtem, & mentiri, Deum permanentiã dare non potuiſſe niſi in ſemine. pag. 16. cap. 13. Blaſphemum de mundi diſpoſitione. cap. 10. pag. 12. Impium de Cœli ſempiternitate. cap. 13. pag. 16. A ſuo fido interprete damnatum & fatuum habitum, & appellatum. cap. 12. pag. 14. Eius argumenta puerilia, & annilia figmenta eſſe. cap. 12. pag. 14. Eiuſdem de intellectus opinionem oppugnatam. pag. 357. cap. 7. Eiuſdem doctrinam falſam & impiam. pag. 14. cap. 12. Demum (ne tempus in manifeſtis conteram) colliges, quòd illius anima maleola, in quam Dei ſapientia intrare contempſit. pag. 14. cap. 12. *Auerroes qd.*

Vt non poſſim, niſi ſummopere mirari te ſceleſtorum & impiorum hominum partes ſuſcipere, & deinceps eo quin etiam quam maximè, quòd ob id parum ſubtilis, parum perſpicax, vſu parum peritus, & quin etiam paruæ lecturæ ſis; ſi verum verè loqui & abſque fuco, vt Philoſophi eſt, fari licet, & conſequẽter tuos Conſultores, Impulſores, Protectores ſuperquam maximè admiror, & ſic admiratus cum maximo Viro concludam. *Pariſani admiratio.*

Vos qui Virtutem colitis, vos ad mea tantùm

Di-

Dicta aures adhibete, animoſque intendite veſtros;

Orpheus. *Contra qui Sanctas leges contemnitis, hinc vos*

Effugite procul ô miſeri, procul ite profani.

Perditũ Alex. edictum. Colliges ſimiliter maximè prauum illud Alexandri Aphrodiſei fore, cuiuſcũqueue fuerit edictum, & ſcholis inſcriptum.

Quique in Ariſtotelem ſcribunt, & ſi tota diſciplina ſapienter inſtituta ſint, tamen propter criminandi audaciam, à Philoſophorum cœtu excludantur.

Ariſt. nomen & laudes vnde. Vt hactenus luculentiſſimè pateat, quòd Phœnix Illuſtriſſimus Princeps Picus Mirandulanus ſupradixit, Ex Arabum ignorantia, & prauitate, impietateque, laudes (bonis & doctis execrationes) Ariſtotelis & nomen. Quibus ſequaces & addicti imbuti, & potiſſimum qui ex Ariſtotelis & Saracenorum libris nauigant in ſententia permanent. Alij verò non illorum mancipia, ſed ex Naturæ libro nauigantes eos innumeris erroribus ſcatentes obſeruantes nuntium illis remittunt: quia ſcilicet, vt ſupra dicebamus catelli apparuere oculos. Quod tibi (coronidem huic digreſſioni impoſiturus) exemplo demonſtro.

Appoſitum exemplum. Olim noſtrum Auguſtiſſimum ſapientum Venetum Collegium ſanciuit, vt in ſtatutis eſt: Anatomem publicè adminiſtrari quotannis, & legi ſpeciatim Mundini Celebrem tũc temporis amatomem; vt diu id præſtitum ſcimus; At Celebres poſt Anatomicos, & Matthæum Curtium Papienſem, & Iacobum præcipuè Carpenſem, qui longè doctiores Mundinum, peſſumdederunt; abijt, euanuitque Mundinus, vt nullius numeri anatomicus ſit, ac ne nominetur quidem.

Hæc ſi vidiſſes, legiſſes, audiuiſſes ue, & percepiſſes tuis cum ſcientiſſimis Mũdini, tuum Hyperariſtotelem non irriſiſſes, nec permiſiſſent tui celeberrimi; ſed in alia omnia ſecum tuis cum conſultoribus, impulſoribus, protectoribus iuiſſes.

Religio ei. Reſtat, audi, ſi ratione ſola, ratio humana ducitur, Rationem ratio, libens ſequitur: A ratione, ratio volens nolens etiam trahitur. A rationibus igitur præmiſſis, & Sanctorum ſapientũmque authoritatibus, vos colla rationabiliter ſubiecturos nunc, & in poſterum alios ſecus credentes certò credo ſi valeatis, & per nos valere velitis, ac per vos poſſitis. Itaque veſtris cum eximijs valete.

Sed motos præſtat componere fluctus.

Mundini norũ Nænia. O Bellum argumentulum, ò ſubtilis ratio, & maximè demonſtrans ratiocinium. Ariſtoteles, inquis, diuerſa maria petijt, magnis ſumptibus & impenſis Magni Alexandri auro & argento, piſcium diſcrimina attulit, acuratè piſcium hiſtorias, & piſcium coeundi modos deſcribit. Videte lectores ſi obſeruator diligens in hoc fuit.

Iupiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis,

Aſpice nos, hoc tantum, &. ſi pietate meremur,

Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma.

Igitur plaudite Conſultores, protectores rideatis.

Exẽplis oſtenditur. Ariſtoteles Mundini, Protectores quique, docet ſerpentes teſtibus carere, & quam ob rem non habeant, & habere nequeant rationes reddit. An propterea non habent, & tu ſingulo quoque anno pluries Venetijs Theriaca dum paratur in viperis teſtes non obſeruas, & non vides?

Ariſtoteles ſcribit taurum caſtratum vaccam impleuiſſe, & quo modo oſtendit ex arbitrio: ergo illi credendum, vt hactenus omnes addicti & ex libro nauigantes crediderunt, & tu potiſſimum ſemel & bis mordicus ſuſtinere putaſti, tuorumque concilio & auxilio tentaſti. Ego & illis, & tibi acerrimò duci ſomnium & purum delirium demonſtraui, quinimo implicare Id dilucidè oſtendi.

Ariſtoteles docuit & multis rationibus oſtendere conatus eſt, mulierem ſemen non effundere, & quod eiaculat ſemen, quodque videmus, vteri humiditatem eſſe aſſerit; & teſtatur mulieres alternis menſibus menſtrua effundere, & huiuſmodi

modi innumera ob oculos verſantia mendacia & deliramenta, vt ex dictis ſatis conſtat. Et tu in ſui & tui gratiam vis vt aurum & argumentum impendam, diuerſa maria petam? tempus vt tu & tui ſic perperàm & fruſtra conteram? Nondum veſtro periculo ad riſum, & cacchinnum didiciſtis?

Si quæ præ manibus, ante pedes, & ob oculos ſunt (certò nos ſcimus, vulgares norunt) ignorauit, apageſis bone tuis cum conſultoribus præclariſſimis.

Ridicula alia. Sed audiamus aliud tuum perbellulũ argumentulum. Interrogaui (inquis) quamplurimos piſcatores ne ſexus piſcium diſcrimine &c. qui affirmarunt tinchas mares & lucios habere prope orificium, per quod feces excernunt duas eminentias longas, quæ teſtes ſunt. Ergo Mundini, quia piſcatores tibi affirmarunt, & tu credis? imperas, vt ipſe id certum habeam? Sed quo modo tibi perſuadent? quia (inquis) à ſuis maioribus (piſcatoribus ſcilicet) acceperunt diſtinẽ? ò bone Deus quàm credulus philoſophus es, ò Sapientiſſimi Conſultores, ò protectores, acerrimi quo ioco iocamini? *Appellat.*

Mitto tamen interim, quòd ſimul & ſemel Ariſtotelem, ad teſtes quod attinet, defendis, & illos ignoraſſe affirmas. Quare nec Ariſtoteli, nec piſcatoribus, nec tibi, neque tecum facientibus quicquam credo: quia pugnantia ſunt omnia, vt aliàs oſtendi, & infra paucis iterum demonſtrabo.

Bella quæ ſunt. Ceterùm iſtæ tuæ longæ antiquorum piſcatorum eminentiæ quid ſunt, piſcis ne, an caro? extra iocum, vaſa ne huic actioni conſultò fabricata, an corpus aliud craſſum & cauum hoc ad generandum ſemen? Vaſa non cernuntur ſubtiliſſimam præter membranam: cauum aliud corpus non exſtat: & tamen adeſſent ſemper, & quandoque ſanguine (quod nunquam viſum eſt) ante lac referta, quia ad hoc lac facta, quod ſemen dicitis: quodque (vide quam ridicula colliguntur) lac vtrinque corpus eſſe viſitur, quæ æque ac abdonem oblongæ ſunt: à ſiniſtris alterum, alterum à dextris à principio ad finem æqualia continua, & tenuiſſima mẽbranula areneæ telæ inſtar obducta. Qui veſtri teſtes neque præparantia, neque deferentia habent, neque ſeruantia, & vobis officialia ſunt membra: quum tamen matrices verè & lactæ plenæ ſint, vt ex forma & figura videre eſt in paſſeribus &c. in quibus principio paruæ & latæ ad triangularem figuram vergentes poſtmodum omnes ſecundum dimenſiones augentur & deorſum angulum longiorem porrigunt, & donec paruæ & mediocres, lacteæ ſemper ſunt, dein nec lacteæ, nec oueæ ſunt, poſtea oueas ſe ſe promunt: quando inquam, ex lacte oua fiunt, & quæ matrices (quia oua creſcunt) maiores euadunt eadem ſeruata figura. Quæ matrices inquam, modò totæ lacteæ, modo partim lacteæ & oueæ demum tote oueæ; vt ſæpius hic Venetijs in paſſeribus & gobijs piſcibus obſeruauimus vt tibi & omnibus obſeruare integrum eſt. Quod lac quum vobis & Ariſtoteli 5. de hiſtor. animal. cap. 5. & Hieronym. Fabr. Aquapend. magiſtro, ſemen ſit.

Lucius Lacteuus e. g. initiò vobis mas erit: quum partim lac, partim oua gerit, mas & fœmina: quum nec verè lac neque oua præſeferat, neutrum: quum ouis plenus, fœmina vobis erit. Et ita idem numero piſcis hodie mas, cras mas & fœmina, poſtridie neutrum, demum penitus fœmina: quis vnquam pulchriores vidit, audiuitue methamorphoſes? *Inaudita Methamorphoſes.* Itidem veſtræ longæ eminentiæ, vobis teſtes: modo teſtes, quum lac, vobis ſemen continent, erunt. Modò matrices quum oua geruut, quid admirabilius à ſapientibus? At docendum vobis fuit, quo modo longæ iſtæ eminentiæ ſemen progignant. An aranea veluti continens membrana id præſtabit? quibus ductibus trahunt, in quæ receptacula reponũt, vt officialia membra, & quibus inſtrumẽtis in Galeni, Ariſtotelíſue, ſeu veſtra ſubtiliori doctrina, longiùs, vt dicitis, ac impetu eiaculantur? Quandoquidem teſtium hæc non ſunt muneris, vt vos ſcire crediderim. Et quo modo etiam per

anum

ſnum in matricem,ſeu in anum eiaculant, vt aqua frangi (veſtrum abſque erubeſcẽtia affirmantium) poſſit? quia nobis craſſioris Mineruæ iſtæc obſcura immo omnino ignota ſunt,quinimo impoſſibilia.

Aquapendentem meritò plurimi facio, quia perinde ac tu mouerim quanti valuerit,plurimi inquam, & quia per anni ſpatium Patauij audiui, & ſubinde quia ſuſi Amatones munus mihi enixè renuntiare pertentauit tempore Sereniſſimi Ducis Leonardi Donato aſſentientis, & Excellentiſſimorum Procuratorũ Antonij Priolo poſtea Venetiarum Ducis, & Procuratoris Molini ſtudij Moderatorum probantium & requirentium.

Quod muneris non ſuſcepi, quia Pariſanus Pariſanus Venetus medicus nemini ſecundus meus patruus non probauit aſſentitruſue fuit.

Aquapẽdens parũ ſubtilis. Hieronymus fabritius ab Aquapendẽte vir quidem doctus & probus eleganſque ſcriptor; ſed vt tardi motus ita etiam parũ ſubtilis extitit,parcant eius manes:quoniam etſi magiſter & amicus, magis nihilominus amica veritas. Vos autem creduliores diſcipuli, vllis abſque periculis lubentius ſubſcribitis, quod proſit. miror tamen. Verùm ſanè vlteriùs ſtupeo,quòd adeò creduli & fideliores Ariſtoteli ſitis de lacte, illi,Magiſtroque Aquapendenti, ac vobis ſemen: quod dubio procul in teſtibus fiet & reſidebit, vel in deferẽtibus & continentibus, quæ nullibi ſunt, & lac in toto ventre ſit, & hæc non videatis animaduertatiſque, quod nec in ſerpentibus ſimilibus,teſtibus prædictis,nec vllo in coeuntium genere reperire ſit.

Quod fictum experimentum pariter affers inde falſum manifeſtò colliget lector, quòd piſcatores (valleſanos vocas) non agnoſcunt, oua lacue gerentes (præter tumidiores ventre) lucios, niſi quatenus abdomen exprimunt, vt iuxta mecum in foro piſcario centies vidiſti, ſi fateri vis.

De Coitu, & ſeminis ſuper oua eiaculatione, Ariſtotelis & tua ſententia infra paſſim.

Mund. Ta.192. Ad hæc dicis te in foro Piſcario Venetijs piſcatores interrogaſſe, nil certi ab illis te expiſcatum eſſe. Sed illos riſiſſe de teſtibus tinchæ, & lucij, & te cum illis. Ego verò de te rideo, qui non animaduertiſti,me interrogaſſe piſcatores, & piſcator piſcatoris,ſignificat illum,qui capit piſces, non qui vendit. in foro autem piſcario Venetiarum morantur qui tenchas & lucios vendunt, nõ qui capiunt. ita quòd & deceptus es, & alios decipere non es veritus.

Pariſani Cõt.192. *Riſũ mouentia.* Sanè materia hæc vndequaque ridicula eſt, quia in omnibus & per omnia omnibus riſum mouet, non ſolùm piſcatoribus & audientibus,& mihi & tibi loquẽtibus & ſcribentibus, ſed etiam ni fallor & omnibus hæc legentibus. Non dumtaxat quod doceas nos, quid hoc verbum piſcator piſcatoris ſignificet. quod ita me imprudentem credas, quod piſcem vendentes venetos, non valleſanos (tuis vt verbis vtar) interrogauerim. quòd piſcatorem quum dico decipiat: verùm etiã quòd neſcias,aut ignorare te fingas,quòd in Sanctorum vigilijs,in Veneris & Saturni ſeu Sabbati diebus, Valleſani, ſeu vallium piſcatores Venetias petunt, vt à ſe captos piſces tinchas, lucios & aliarum ſpecierum piſces vendant. Non inficior tamen quin vendentes etiam ſint non piſcatores.

Ecquid hoc verbum piſcari, vel piſcator,ad cognoſcendum piſcium ſexum tibi confert? Ecquid tua ex doctrina,quilubet tuus famoſus piſcator mihi de piſciũ teſtibus ſciſcitanti reſpondiſſet,niſi ſe ſe ignorare & ridere, niſi illos piſces eſſe mares, hoſce fœminas (vt tradis) à ſuis maioribus accepiſſe? Vt quomodocunque res vertatur vbique & ſemper riſum moueat, vel tuis conſultoribus, niſi peniteat hæc tua prius non irriſiſſe, & eo magis ac potiſſimum, quia & recantes, & tibi contradicas, vt mox & in ſequenti contactu oſtendam.

Mund. Tactus. 193. Dicis te lucium & tincham diſſecuiſſe & nil inueniſſe. chimeræ, quas in mente habes ad oculos penetrarunt, eiſque tenebras effuderunt. Alij inuenerunt vt iam ſupradixi.

Y Tu

Pariſani Cōt. 193.

Tu pereas piſcari videris, & cancros ſemper capis Mundini, & quòd peius crabrones perpetuò irritas. Et quid ego dein poſſum, quia honor agitur, niſi te vbique vanitatis arguam?

Mundinus loco ſtare neſcit.

Tu piſcis teſtibus præditos eſſe teſtaris, & nos id credere cogere tentas magno illo tuo argumento, quia Ariſtoteles diuerſa maria perijt, magnos ſumptos fecit, &c. & mox in eodem tactu, illos Ariſtotelē ignoraſſet dixiſti. Tu præterea in libro de genitura pag. 12. in viperis, in tincha, & lucio teſtes manifeſtiſſimè obſeruari tradis, & parte 2. cap. 7. pag. 109. hæc verba habes, quæ nos in noſtro Par. & San. Iudicio excripſimus pag. 588.

" Opponit (ideſt Pariſanus) marem & fę-
" minam in piſcibus nō adeſſe. Hoc eſt ma-
" ximum mendacium clarè in piſce lucio, &
" tinchas mares ob teſtes conſpicuos à fœ-
" minis diſcernuntur, vt piſcatores omnibus
" fidem faciunt. Ergo Mundini ſi conſpicui teſtes ſunt vt in viperis ais, vtque piſcatores teſtaris, & conteſtis es, conſpicientur. Et tamen in tacta ſuperiori 191. à tuis cōſultoribus ad fugā adiutus eminētias longas ponis, quas Aquapendēs teſte (inquis) eſſe credit, quoſque Ariſtoteles ignorauit. Et ſic teſtes cōtra teſtes: & teſticuli interim nulli nullibique inueniūtur, quod tuarum chimerarum proprium eſt, ſi bene capis.

Sed à quo hāc fugam nactus es, ab eodem tibi coniunctiſſimo amico iudicium accipias. Interim (inquit Bronzerius) haud ſilebo in doctiſſimorum virorū gratiam, me neque in tincha mare, neque in lucio piſce teſtes expreſſos vnquam vidiſſe; ſed meatus ſolùm inueniſſe, (de his tibi ſupra:) neque alium in his cocundi modum præter memoratum (in dialogo modus afferetur) intellexiſſe, quamuis diligenter ex piſcatoribus fuerim ſciſcitatus.

de Princip. effect. ſem. inſit. ſec. 1.

Sed quibuſdam demōſtrationibus deſtruis piſces non coire. Si lucij cocunt, an ſupini? Maximè dico ego ventrem ventri apponentes. Barbulæ, inquis, & quaſſatio caudæ ſe ſe impedient. & intus exiſtens prohibet extraneum. nullam piſcium anatomes cognitionem habes, pinnas, quas credo te barbulas vocare, piſces attollunt & deprimunt, ita vt depreſſæ abdomini adhæreant, & nil emineāt, non eſt ergo ab his impedimentum. Cauda nil impedit, quia & dilatatur & conſtringitur, vt pinnæ, & abdomine eſt anguſtior, vnde abdomen in quo vuluæ foramen adeſt, prominet.

Mund. Tactus 194.

Sed quod nam eſt, quod in vulua exiſtens ſemen maris ingredi prohibeat? An aqua ingrediter ante ſemen, & vuluā omnino replet? cur ita ante ingrediturqua à nullo tracta, à nullo impulſa, & ſemen poſt, à vulua tractum à mare impulſum? cur ſaltem ſemen & aqua ſimul vuluam non ingredietur?

Heus Mundini? Hui ſubtiliſſimi Conſultores? Vos vidiſtis lucios piſces ſupinos cocuntes? e chu? Ego centies veris tempore & quando lactis pleni in canalibus, in riuulis, in fluminum gurgitibus piſces gregatim incurrentes & natantes, ſed ne vnum quidem vnquam vſpiamue ſupinum nec incurrentem nec ſic quieſcentem (niſi mortuum) vidi. Impoſſibile eſt vt ſupini agant & quieſcant, nedum incurrentes cocant Ariſtoteli, atque vobis etiam eorum motus collectis inſtrumentis. Sed peruicaces implicantia potius conceditis, quam herbam dare velitis.

Pariſani Contact. 194.

Maxima Peruicaces.

Iam pronos non coire, noſtris ex demonſtrationibus conceditis, quem iuxta modum barbulas, pinnas, & caudam contactui & coitui impedimento fore, propterea & iure protuli tales ſupinas chimeras vos allaturos admiſſuroſque haud vnquam imaginatus.

Sed tuis hiſce etiam ſupinis poſitis chimeris, audi quàm ſcitè loquaris. Pinna prope anum vel vuluam etiam arbitratu tuo agens & mota deſcendit in prono piſce (in mare iure tuo) aſcendit agens pariter & mota in ſupino in fœmina, & ita vtrique cocunti impedimento eſt, quia pinnæ vt barbulæ incurrentium agunt, non quieſcant, & ita tu peritiſſimè anatomicè (non ego vt experiris & tuo periculo diſces) anatomes inſcius, quod implicans in te quadrat, vt ſupra, infraque periculum facies.

Implicātia.

At eſto ridiculum monſtrum, coeat fœ-

mina

mina iure tuo (meo arbitratu neutiquam nec fęmina, nec mas quidem) ſupina, adhuc caudæ inferior pars piſces maris, ſeu proni, ſuperior caudæ pars ſupinæ fęminæ impedimento erunt, vt nec tangi, nec confricari illa in parte poſſint. Itidem & pinna eminentior prope foramen vtriuſque ſi noſti vt mota certò impediet talem coitum; animaduertis ne hæc ſpeculator maximè? Qoo modo abdomini adhærebunt pinnæ natantium & incurrentium? adhærent quieſcentes, minimè, motæ incurrentibus & natantibus: intelligis ne tua hæc implicantia?

Miranda Mundiniana.

At apertum foramen vuluam (ſi vulua daretur) cur non vis aqua impleri priuſquam ſemen effunderetur? Ego ſtupeo hęc abs te dici, magis magiſque, à tuis conſultoribus admitti, & comprobari. Et quo modo vis ſaltem (vt ais) ſimul ſemen & aquam vuluam ingredi, ſi prius & ſemper vulua quà vulua (ſi daretur, inquam, & niſi muſculum conſtrictoriũ illi apponas, qui nec impedire quin etiam poſſet) aqua plena eſt? Nonne (quod perperam quæris) aer abſque tractione ſine impulſione vacuum quodlubet ingreditur? quid quæris? an non idem de aqua? an iſtæc nos vlterius admiratiõem in tui gratiam, tum maxime in Protectorum?

Auſculta, certiſſimum habeo, quod tu, (nec acutioris viſus tuus compar & conſpecillis quin etiam) penicillo conniuente oculo, & ducente agenteque manu incurrentis piſcis anum, vuluam tu dicis, attingeres vnquam: numquam dico, niſi fortuitu. Et quod tu manu tuo iudicio, & medio oculo agere, & conſequi nequiris, piſcis culus incurrentis infallantur præſtabit? O felices piſces (ne Ariſtoteles dicam) qui tales tibicines inuenerunt, & Conſultores, & Protectores.

Albertus Magnus.

Albertus Magnus confirmans ea Ariſtotelis, dicit taliũ ſe nihil credere de coitu piſcium (vt apud ipſum & Sueſſanum videbis.)

Mund. Tallus 895.

Teſtes, addis, retardant ſeminis emiſſionem, vt in auibus videre eſt, in quibus caleſtio requiritur. Quare ſi incurrentes coeunt, teſtibus carent. ſi teſtes habent, incurrentes coire nequeunt. Teſtes ad ſeminis remorationem facere non credo, vt p. 12. in mea diſput. licet videre, quòd ſi piſces incurrentes & ſe fricantes coeant, an putas quòd in vnaquaque incurſione & fricatione, quas peragunt emittant? Ego hoc non credo: ſe enim per multos dies & ferè aſſiduè fricant, ſed inter infricandum emittunt velociter, vt non poſſit diſcerni in qua fricatione & incurſione effundant. Quare mi doctiſſime Pariſane mendacij patrocinium, vt mihi imponis ſuſcipiſſe non credo.

Pariſani Contradi. 195.

Quis piſces in omni fricatione effundere quærit? quorſum hæc? ſi numquam effundere credimus, vt quid ab re quæſitum iſtud?

Si in qua fricatione effundant videri nequit: ergo nec quando, nec quòd eiaculent ſeu eiaculentur (vtroque modo dicitur) viſitur: quia quum eiaculatur, ſi effunderetur in illa eademque incurſione effundi emitti certò cerneretur. Aſt non videtur, igitur numquam effundunt.

Claudicans.

Ceterùm ſi iure tuo multorum dierum fricatio requiritur, quo modo (ſcis tu) dic ſodes; & quando fœmina ſit ſe ſupinã gerere, vt mas promptus eſſe poſſit? & ſimiliter mas quando incurrens priuſquam tranſeat illico (quia temporis momento incurrentes coeunt) effundat. quis hæc piſcium ſecretò arcana te docuit? horũ tranſcendentium vnde hæc tibi Cabala.

Vbi quæ.

Quòd teſtes ſeminis emiſſionem remorentur ex Galeni doctrina motus veluti ſpaſmos admittente concedas oportet. Ex Ariſtotele cuius te pariter aduocatum patronumque declaraſti & profiteris, (tametſi hic & ſæpius eum præcipites) dilucidè patet, quum de illis vt de teſticulorum ponderibus loquitur, & verum id eſſe aduerſus omnes ſuo in campo nos defendimus, Proinde fidei & patrocinio deficis.

Et ſemper.

Demum inductione in omnibus teſtibus prędiditis conſtat. In auibus, bipedibus, quadrupedibus, & ſerpentibus, in coitu mora & quies conſpicitur. Si itaque conſpicuos teſtes habent, vt aſſeris, & vt vipe-

ſæ habent ſicuti affirmaſti, Magiſtri ſub vexillo maneas & in mendacij patrocinio te eſſe certò credas tuis cũ Protectoribus.

Mund. Tactus 196. Pergis. cum mas fœminam inſequitur, cur ſuper oua ſemen aſpergit? An libidine feruens dum ſuper illa incurrit, fœminam parturientem inſequens, ſeminalium fricatio fit, & ita ſemen ſpargit?

Poſtquam inſtinctu naturali non concedis illa aſpergere, qua ratione etiam columbos mares cum fœminis alternatim oua cubare dixi.

Pariſani Cót. 196. Papæ ſubtilis doctor, perquam ſubtilia reſponſa. Piſcis mas parturientem fœminam inſequitur, (profectò ſciet pariturien di tempus; fortaſſe ex fœminæ ob partum dolore, bellè) & tunc fricando. Fricatio per te ſupina fœmina fit; ergo ſupina pariet, belliſſimè. Aeſtuans mas ſemen ſpargit: & ita egredientia oua aſperget: ò maxima patris piſcis ſapientia, qui parturientis & temporis edendi ſeminiſque emittendi ſimul momenta (vt ſic dicam) nouit, necnõ mater & matrix eadem temporis puncta gnara marem & certiorem faciet, & ſupina corpus vergit, atque vuluã eidem offert pinnas abdominis contrahẽs, nec ſecus ſalaciſſima vaſa & teſtes, qui opportunè ſemen continent, & tempori effundunt.

At quæſo vos ſubtiliores, vterum oua gerens fœmina vt viſitur manifeſtò, quum & ipſa vt ceteræ fœminæ ſemen effundere debeat, vbi ſunt teſtes, vaſa ſeminalia, ſemen? vidiſtis, obſeruaſtis ne vnquã vos in piſce ouis referto? e ehu?

At quænam ſeminalia fricantur, an anus ano? Reſpondite piſcium protectores ſalaciſſimi.

Quòd naturæ inſtinctu, vt columbi maris cubatio, nimis vanum eſt, & ſupra in alio meo Iudicio inter alia hæc habui pagina 590. „ Nullum brutum animal „ procreare intendit, ſed libidine perculſum „ fœminam coitumque appetit. Qua autem „ ad Venerem mouere, ad libidinem ſtimu„ lare, riſum mouebit potius. Quo modo „ dic ſodes, mas errantia oua ſuæ ſpe„ ciei & ſignati piſcis quæret & agnoſcet? „ quo lumine ductus? quo fine, qua volu„ ptate? At innumera temporis momento „ fœmina parit, edit, quæ mas nec menſe „ quidem reperiet venabitur, &c. ad quæ tu „ ibi ne gri quidem, hic inſtinctu relicto bel„ lè vt patet te geſſiſti belliſſimè tui à conſi„ lijs, Protectoreſque.

Mund. Tactus 197. Væ illis ouis dicis, quæ in noctu eduntur, quia aſperſione carebunt. Sunt piſces qui noctu cibum venantur, vt nocturnæ aues. quid ergo illos in tenebris non cernere putas? Certo ſcio lucios & tinchas noctu vagari, & anguſtos calles, & intricatos, qui in retibus ſunt ingredi, à quibus poſtea egredi non poſſunt, retia hæc vocant bertevelli, cogolli. Quid ergo putas piſces hos in tenebris non cernere?

Pariſani Cót. 197. Cauteriter ſeper magis. Videant in tenebris lucius, & tincha nec ne, nemo (ni fallor) te excepto certò affirmare poſſe, inficiari facilè credo. Tua ratio nulla eſt, quia vagari illos oſtendit, quod nemo inficias ibit, & proinde te facile irretiri. Quòd piſces in tenebris non videant hinc experimento & communi ex opinione, quod cancri vulgò cambari lucenti Luna pingueſcunt, quia cibum venantur & aſſequuntur, quod experimentum non fallit. Melius, neſcis tu bone Mundini, ne ſcire diſſimules, quòd mugilos piſces vulgò & Græcè cefali, & vulgò dicti ſi noctu in tenebris capiuntur lactè pleni ſunt (vulgò da latte) vt eorum inteſtina lacte plena comedantur, quia non cernentes in tenebris alimentum non videntes nec inueniunt, nec capiunt: lucente verò Luna, aut die capti contra excrementis & ſtercore plena. Et vos hæc neſcitis, quæ puerili & mulierculæ Venetijs ſciunt? *Quæ puerili, & muliercula.*

Itaque ſi cibum non vident, quomodo minima ouula venabuntur, & ſemine aſpergent?

Mund. Tactus 198. Addis ab vndis aquarum hinc inde oua deduci, & diſpergi. Ergo non poſſunt aſpergi, & hoc modo innumera pereunt, alijſque modis à te excogitatis. Quid ſi Pariſane? Hoc Ariſtoteli non videtur inconueniens. Ergo neque mihi. In ſexto de hiſtor. animal. 13. legitur

ſpar-

„ ſpargunt ſua oua omnes, & maiorem illo-
„ rum partem, vt narratur, mares deuorant.
„ Alia pereunt in humore, quæ autem locis
„ opportunis edita ſunt, hæc ſeruantur: nam
„ ſi omnia ſeruarentur nimia cuiuſuis gene-
„ ris eſſet copia.

Sed cur hanc deſtructionē natura permiſit? An multitudine ouorum in piſcibus genitorum hanc iacturam reſarciuit gnara eius, quod futurum erat? Mares tamen oua deuorare neque Ariſtoteles eredidit, neque ego credo.

Pariſani Contact. 198. Impoſſibilia.

Igitur innumera piſcium oua, immo omnia (vt fateris) modis à nobis excogitatis peribunt. Quo modo quæſumus vos vultis piſces ſemen ſuper oua aſpergere? Pariat fœmina ſemel mille oua, & longè plura, hæc illico diſperguntur omnia: quo modo mas ea mille totidem in locis diſtincta & ſeparata aſperget? An coit ſupra oua? & ſic nullum ouum aſpergitur quo modo vultis ſemen oua petere? An verò ſuper ſingulo quo quo ouo? & (ſie vnum ſemel, duoue bis animabitur; Et quo modo vultis lucium tinchamue coire, aſpergereue ſuper minimum ouulum? An vultis piſcem millies, aut ſaltem centies ſuper centum oua coire, & ita ſeminis plurimum effundere & longè plus, quàm ſui ponderis ſit. An ſi vobis ſapientibus id muneris daretur, vt mille, ac etiam centum lucij ouula in labello exiſtentia penicillo glutino intincto tangere, an facilè præſtaretis? Et piſcem id exequi vultis? proh Deus quanta vobis accuratis ſtudioſis ſapientibus diligentia, ſedulitas, vafrities piſcea.

Incomprenſibilia.

Si omnia oua ſeruarentur (omnia naſci puto) cur nimia piſciū copia eſſet: an mare non nutriret? quid periculi immineret? An homines aggrederentur vexarentque? An piſces minutos magnus non comeſt. Vt quid vis tu Naturā ouorum deſtructionē permiſiſſe, & illis gnara dein ingenti copia reſarciuiſſe? Natura ergo non ſapiens, & fruſtra facit illa oua? Ego Ariſtotelis & veſtra errata Naturæ vitio dabimus, quod Deus auertat, abſit, inquam, à nobis execratio hæc.

At quid ſcis tu, quod Ariſtoteles non crediderit piſces oua vorare? Et ſi non credidit, cur ſcripſit? an vt falſi falleretis?

Mund. Tactus 199.

Quæris inſuper contra hanc aſperſionē, quo modo piſcium ſemen ouorum membranas penetrabit? Nam per Ariſtotelem ſemen fabricam ingreditur, qua perfecta egreditur. Per me ſemen eſt animatum, & conſequenter ouum ingredi debet.

Hæc effutis, quia neque principia Ariſtotelis recte tenes, neque mea rectè animaduertiſti dum ea legiſti. Ariſtoteles equidem ſtatuit, in perfectis ſemen fabricā ingredi, ſed partem illius non remanere probauit exemplo piſcium ſeminis. Nam ſuper illa ſemen ſpargunt, & ſola vis in illo contenta, & ſolus calor ipſa fœcunda reddit. Et hoc erat ſextum argumentū, quod parte 2. cap. 2. in diſput. de genit. ego pro Ariſt. adduxi, quo oſtendit ſemen maris non eſſe materiam fętus. Iuxta ergo Ariſt. principia aliter eſt de ſemine perfectorū; aliter de ſemine piſcium, quantum ad fabricæ, quam conſtituit, ingreſſum. Sola enim vi & calore abſque ingreſſu ſemen piſcium operatur quid ergo nugaris requirendo, vt ſemen piſcium per Ariſtotelem membranas ouorum ingrediatur.

Quod verò ad me ſpectat animatum ſemen ponentem, dico iuxta ea, quæ parte 2. cap. 7. meæ diſput. declaraui. Semen à maribus piſcibus ante ouorum cōſtitutionem in coitu effundi vuluam & vterū ingredi, & ex ipſo animato & fęminæ ſemine oua inſtitui. ſemen denuò ſuper oua edita effunditur, ſuo calore illa fouet, vt calor incubantium auium, & ideo non eſt opus vt oua ingrediatur. Hinc corruunt aliæ quædam à te excogitatæ nugæ de modo, quo ſemen ouorum poros penetrabit. Neque enim per Ariſtotelem, neque per me ſemen penetrare debet, ſed ſufficit, quòd illius calor per poros ouorum penetret.

Pariſani Contact. 199. Cbu Deuij? Hui Auij?

Vtinam Mundini acuratiſſime mea tu intelligeres, quẽadmodum ego vos extra ſemitam eſſe noui, & vos ſæpius iam nunc collegiſſetis. Nimis veſtras vtriuſque fabellas aſſequor, & quod vos nobis vlteriùs cicindelas (vulgo luciolas) pro lanternis (vt prouerbio dicitur) vendere conamini. Sed ſerò ſapiunt Phryges: iam pla-

planum eſt, iſtæc non ſequi: quia nec ſexus, nec ſemen, nec coitus dantur, & conſequenter ceteræ nugæ ruunt. Ne autem infelicis iſtius plantæ veſtigia, nedum minimæ radices remaneant, etiam minima (vt experitis radicitus & funditus euertere voluimus.

Quod Ariſtotelem intellexerim, non hic tantummodo, ſed alibi vbi de induſtria & conſultò & ille & nos de ſemine egimus, & illum prorſus confutauimus (vt alibi ſæpiſſimè) collegiſti.

Ceterùm tu, qui animatum ſemen conſtituis, & ex duobus maris & fœminæ ſcilicet vnum ſtatuis, (mitto quòd nec tu, nec Ariſtoteles, nec veſtrum omnium vllus oſtendet in piſce fœmina oua gerente, nec ſemen, nec ſeminis locum, poſitionem, neque teſtes, neque vas continens vnquam: quod vos doctiſſimi non animaduertitis? & deinceps nec veſtrum magnum euidens falſum colligitis?) vt quid (ad rem) ſemen piſcis ouo adhærens & fouens illa (videlicet ſemina) fœcunda, inquis, redolet? Dixiſſes Mundini doctiſſime, ad actum ſecundum & completum ad omnimodam perfectionem perducit.

Maximè riſu digna.

Nos autem non credebamus eò vos nugatum perueniſſe, vt ſemen fouere ſomniaretis, & ſemen ſeminis fotu in ouo agere, quum ſemen (vobis) oſtrearum & conchiliũ abſque oui cortice, ſine ſeminis fotu fœcundum ſit; vnde vanitas vanitatum. Etiam quia Ariſtotelis ſemen ex fœminæ materia animal format, vt ex ligno faber ſcannum, & quum omnis actio per contactum fiat & fabricæ huiuſmodi potiſſimũ multifariam error ſic committitur. Tu autem qui ſemen animatum ponis, vt quid externum ad primi fotum, & ſui ipſius interitum proicis, quid mali fecit miſellam, vt fratri ſeruiat & in famulatione pereat? ò infelix fotus. Sed quamdiu ouũ induit, quomodo adhæret, quomodo circundat & fouet ſi illico extra vaſa & matricem emoritur, vt mox patebit?

Sed poſſes ne tu ingenuioſiſſime Mundini piſces ouulo in aqua exiſtenti gluten penicillo infigere? vah quas nugas credere nos vultis. At ſemen iſtud quum ad ouũ deſcendit oui poris aqua occluſis, quo modo eius calor illius oui poros (vt tradis) penetrabit? quomodo fouebit? quo modo adhærebit & ab aquæ motu impetuque ſeruabitur? an quia tenaciſſimum glutem, aliquoue vobis notiori modo, ac nodo ouo alligabitur? Si ſcitis docete nos, & vos laudabimus; ſin minus eho deſinite Sapientiores.

Interim tamen quid tibi & hic coniunctiſſimus ſentiat audi. ,, Aſſerunt (te alloquitur) eiuſmodi ſeminis piſcium aſperſionem ſuper oua inſeruire pro incubatu, Ego (inquit) paucos futuros exiſtimo, quibus probabile videatur, naturam ſemine abuti pro incubatu, & calorem adeo breuem ac momentaneum poſſe coquendo, quantum ſufficit perficere. Si vellent, ſemen ſuo lentore oui calorem, ne expirando euaneſcat, aſſertio forſam eſſet minus abſurda: At reprobat id ipſum & experimento id fieri non poſſe confirmat, quod ibidem animi gratia videre poteris. Et ad riſum nos pergamus.

Bronzerius ibid. p. 75.

Inſtas denuo. Semen in aqua effuſum calorem amittet. Semen oſtrearum dixi ego conſeruatur in aqua & non amittit calorem, vt notiſſimum eſt. & aqua eſt locus proprius ſeminis piſcium. Tu replicas ,, Oſtrearum ſemen membranula circumdari credendum eſt, & veluti ouum defendi. Ridiculoſiſſima replicatio eſt. primo iſta. & data eius veritate adhuc nil contra Ariſt. & me concluderes. Eſt ridiculoſiſſima, quia apud omnes piſcatores notiſſimum eſt oſtreas lac emittere, & iſtud in multas partes à fluente aqua diuidi, & ex vna quaque illarum oſtreas naſci; ſi à ventis autem agitetur valde aqua, adeò lac diſcinditur, vt pereat, & illo anno pauciſſimæ inueniuntur oſtreæ. Interroga Tonolum piſcatorem, & mercatorem oſtrearum in hac Vrbe famoſiſſimum; & alios. Noli tibi tantum tribuere, vt quæ tua ſunt mirabilia & diuina ſint. Sed contra veritatem concedatur lac oſtrearum membrana circundari, adhuc contra Ariſt. & contra me, quem pro homunculo habes, nihil concluderes, quia ſemen oſtrearum multo magis,

Mundini Tab. 200.

quàm

quàm piſcium conſeruandum erat. nam ex ſemine oſtrearum oſtreæ generantur, vt ex ouis piſces; ſemen verò piſcium marium per Ariſt, ſolùm pro fœcundando inſeruit, per me verò (loquendo de effuſo ſuper oua) ſolùm pro fouendo inſeruit. Vnde officialia ab Ariſt, & à me aſſignata pręſtare poſſet, licet minus quàm oſtrearum ſemen ab aqua conſeruaretur. minus enim conſeruari, eſt conſeruari.

Pariſani Contact. 200.

Quòd ego tibi Hyperariſtoteles, tu mihi homuncio ſis, abſit. Benè dixi & replico te hallucinari vt dilucidè patet: alioquin vir doctiſſimus, vt protectores tui.

Ratio concludit, piſcium ſemen calore in aqua deſtitui, & illico: vt oſtrearum ſemen (vt vos vocatis) vt pote membranula circumdatum (quicquid nimis credulus cum Tonolo nugeris) conſeruari, ſicuti piſcium oua: tametſi vt imperfectius à procellis & ventorum agitatione faciliùs iacturam facere, & perire poſſit. & proinde tua obiectio non ad rem, meum reſponſum maximè, & vos aduerſus concludit.

Falſiſſima ex bona doctrina.

Piſcium ſemen (ſi daretur) in aquam effuſum calorem non amittere, immo illico non emori; ſed contra, Ariſtoteli fœcundare, tibi diu fouere tam falſum eſt, (ſi ſemen daretur inquam,) quàm quod falſiſſimum: & maximè miror, quòd hæc effutiatis.

Auſculta quæ bona ex doctrina aliàs attuli lib. 1. de Subtilitate pag. 32. aduerſus Auerroem.

a 14. de Vſup. c. 9. *b 14. de Vſup. c. 3* *c 15. de Vſup. c. 8*

Semen, in terram nedum in aquam proiectum è veſtigio minui, calore, ſpiritibus & ſubtiliore eius parte illico euaneſcentibus, vt Galenus[a] innuit. Quinimo ſi ſpiritus[b] inquit, cum ſemine nō repente in matricis ſinus incideret; ſed in itinere aliquantulum moraretur, exinaniretur ſtatim, atque ad humore excideret, & expirando euolaret, vt qui exiguus eſt & leuis: atque propterea matricis collū durum Natura effecit. Quin ſupra alibi[c] ſterilitatis inter cauſas ponit virgæ contortum meatum ob vinculū frenum, eo ꝙ recta, & longè ſeminis iactum prohibeat.

d lib. 5. cap. 22.

Et Herophilus dicebat[d] vocari Hypoſſpadei, i. quaſi ſpadones, & oblæſi, quum colis meatus in fine retorqueatur, generare non poſſunt: id verò (intellige quia ſemen in canale moratur, nec rectà, nec longè iacitur) curatio declarat; reſciſſo enim vinculo, apti ad generandum efficiuntur.

e 1. de animal. ortu c. 6.

Et Ariſtoteles dicit ſerpentes reſtibus carere, quia ob corporis longitudinem ſemen refrigeraretur. Quo modo igitur non extra corpus illico, nedum in aqua, ac vlterius natans? Alibi, penis,[e] inquit, quibus immodicus infœcundiores ſunt ijs, quibus mediocres, propterea quòd ſemen frigidum infœcundum eſt: refrigeratur autem quod longè admodum fertur. Quid quod Peripatetice doctiſſime? Bene ne iſtæc tua & Ariſtotelis conueniunt & in eadem ſede morantur? An aqua ſeminis piſcium proprius locus eſt? ecchu acerimi Conſultores, Protectores Sapientiſſimi.

Appellat.

Imminētia.

Egome Hercule ſi iſtæc piſcium veſtra protuliſſem, certò vererer, quòd puelli me ſibilo, & flagellis agerent: adeò res falſa eſt, vt quæ nullo modo vllam veritatis imaginem accipere queat. Verùm audiamus bellum calculum.

Mund. Tallus 201.

Ex his quæ de oſtrearum ſemine attuli diſcere potes, quòd ſi lac oſtrearum eſt ſemen lac piſcium, quod eſt ſimile lacti oſtrearum, ſemen etiam eſt. Diſces etiam: quòd ſi ſemen oſtrearum, in quo eſt maris & fœminæ ſemen (vt pote proueniens ab oſtrea, in qua vterque ſexus coniunctus eſt) pro diuiſione in multas partes, multas oſtreas generat, ſic pro diuiſione in vtero in multas partes aggregati ex ſemine vtriuſque ſexus in perfectis animalibus diuerſa animalia oriri poſſunt. Et ſicuti ſi ab vndis fluctuantibus in minimas quaſdam partes præter præſcriptam à natura quantitatem ſemen oſtrearum diuiditur, illo anno oſtreę non generantur, ita in adeò paruas partes ſemen multiparorum in vtero diuidi poteſt, vt minimè ad generandum ſit aptum.

Pariſanus Cōt. 201.

Didiciſſetis vos me meis in de ſubtili-

tare

tate libris piſcium lac ſemen eſſe, Ariſtoteli improbaſſe, & tibi Mũdini in Par. & San. Iudicio illud idem (ad rem) tibi inquam, exprobaſſe. Hic & nunc ex dictis ediſces, oſtrearum lac quando excernitur non eſt vnum, quemadmodum nec piſcium tunc in eorumdem abdomine in botargas (vulgo) conuerſum in innumera videlicet ouula; ſed actu diuiſum in plurima fruſtulula ab inuicem, inquam, ſeparata, & aranea veluti tela obducta, quæ perfecta ab oſtrea partus tempore excreta in aquam & eius motu ſeparantur.

Adiſcenda fuere.

Oculatũ.

Hinc videbis ſæpe multas oſtreas ſimul naſci, quia multa oſtreæ ouula alicubi ſimul adhærent: quod ſi lactis fruſtrum eſſet, vna tantùm, ſed maior oſtrea naſceretur. Quòd ſi ventus & procellæ illa iam parta infeſtent: quia (tenerrima) membranula circundantur facillimè pereunt. Non quòd vt Tonolus tuus craſſiſſimæ Mineruæ homo, & horum omnium ignorantiſſimus à ventis in minimas partes quid continuũ diſſipetur &c. Immo vlteriùs, diſce tu ſi magna in aquę tranquillitate & malacia oſtreæ lac (arbitratu veſtro continuum & minimè membranulis ſciunctum) ederent, eo anno pauciſſimæ naſcerentur oſtreæ, totidem ſcilicet quot generantes producentes matres: quia ſcilicet lac illud in aquæ tranquillitate non diuideretur, & ita ab vna oſtrea (vt dixi) vna naſceretur. a quo diuidi velles lactis fruſtrum illud? Propterea vobis dicet illa muliercula, & fortaſſe haud immeritò, veſtras gramaticationes & ſophiſmata non intelligo. Sed in huius congreſſus fine te exultantem audiamus.

Sus Mineruam. Experimentum.

Mund. Tactus 102.

Dictis ſubiungis. oſtrearum ſemen eſſe craſſum, frigidius, viſcidum, vnde ab aqua non poſſe diſſipari. At piſcium ſemen ſi daretur, quum ex ſanguine genitum eſſet, calidius & maximè fluidum eſſet: vnde quam primùm diſſiparetur. Supponis in hac inſtantia, quòd ſemen calidius, magis fluidum ſit frigido. Sed toto cælo aberras. quia ſic ſequeretur, ſemen maris vt potè calidius, ſemine fœminæ eſſe magis fluidum. Santin ſalue? Hæc de piſcibus.

Pariſani Contact. 102.

Imminenti deprauatione guſtus homines.

O quam bellè exultas? belliſſimè à principio ad finem te geſſiſti, vt quales præmiſſæ fuere, talis tandem conſequeretur concluſio. Nimis delicatioris guſtus (ne deprauati dicam) eſtis, ſi hæc reijcitis, vt nimis creduli, ſi id vos poſſe creditis. Omnium inductione vos (non nos) toto cælo aberrare animaduerteretis, ſi rectè ratiocinari velitis: quia nobis quilibet liquor calidior, ſubtilior, magis fluidus eſt. Experientia docet. Quod vinum calidius fluidius vt cyprium, &c. Aqua ardens. Quælubet aqua calidior fluidior, vt periculum facienti notum eſt. Quodlubet oleum calidius ſiue expreſſũ, ſiue deſtillatum, fluidius. Quilibet ſanguis ſiue purus, ſiue impurus bilioſus, &c. ſit. At maris ſemen Mundini à calidioribus teſtibus, ex calidiori & conſequenter ex ſpirituoſiori ſanguine fit, quàm fœmineum: calidius igitur, & deinceps fluxibilius. At illico ac è veſtigio in Aſylum te conijcies, ad Ariſtotelisque authoritatem confugies, ad tuum videlicet ſemen craſſum, globulentum, grandinoſum maſculeum fœcundum animatum, & tibi minimè fluxile. Non item nobis, vt te aduerſum aliàs probauimus: alio tamen minus fluidum: propterea infers maris ſemen craſſum globulentum calidius non fluxile, aut ſaltem fæminæ ſemine minus fluxile.

Mundini locus perfugij.

Tollitur.

Sed tota tu, inquam, via aberras vſu parum peritus, quia ſemen in teſtibus & à gemellis exploſum non eſt craſſum grandinoſum. vt ex oculata fide docente anatome liquet, quoniam neque in cirſoidibus vaſis, neque in teſtibus, deferentibus ve vaſis craſſum grandinoſumue viſitur, vt neque tale (aiunt) ex ſecunda & tertia ab animalis coitione viſitur: ſed bene poſtquam (nota quia verum) diutius cõtentum prius in longioribus maris cirſoidibus vaſis, mox & moratum in glandoſis proſtatis & penarijs, vbi ſubtiliores & humidiores huiuſce contenti & aſſeruati ſeminis partes in illorum ſeruantium alimentum tranſeunt & abſumuntur, & reliqui

liqui

liqui quod eſt proinde craſſius euadit, remanetque aptius & opportunius alimentum, & ſubinde poſtea ad fœtus membranarum in vtero generationem. Quæ frigidæ ſemineæ partes quo ſupra modo diximus eo agente & fabricante ex vmbelicalibus vaſis progignentium effuſo ſemine, fiunt. Ita ſubtiliter reapſe animalis fabrica procedit.

Ohe Satin ſaluæ? Hæc de tuo piſcatu ex famoſis tuis piſcatoribus, & Tonolis ducibus. Modo de Venatione ex veteri Venatore audiamus Veterum Venatorum ex Ariſt. ſubtilem defenſionem.

Mund. Tactus 203.

Venio ad hiſtoriam perdicum ab Ariſtotele narratam, ex qua te non puduit ignominioſe Ariſtotelem deludere.

Hiſtoria Perdicũ.

Oua abſque coitu edi ab auibus Ariſt. 3. de gen. anim. 1. probauerat, hoc idẽ probauit ex perdicibus, quæ in aucupijs detinẽtur. Dicit enim has vel olfactis, vel auditis maribus impleri, ſi non coierũt antequã in aucupijs immitterentur. Si coierũt citò parere. Et Nota quòd intelligit Ariſtoteles, perdices in aucupijs detẽtas tempore coitus audita voce marium, vel ex olfactu illorum, impleri, aut citò parere. nam dicit ſi coierunt, impleri; ſi non coierunt, citò parere: vnde abſque dubio intelligendum eſt Ariſt. de tempore coitus loqui, non de quocunque anni tempore. Ex hac verò interpretatione quàm iniuſtè à dictis Ariſtotelis ad ineptias & ridicula multa tranſieris tu ipſe iudicabis.

Pariſani Contradict. 203.

Vt quid vis me verè loqui pudeat bone vir? Ad manus. Hic tuam tuorumque intelligentiam (non dico modeſtiam) & ſubtilitatem deſidero. Quòd tui & tuorum amore cæcutias eſto, quia & tui amans & fixæ imaginationis homo ſis. Aſt quòd tui oculatiores Reuiſores, & Conſultores tuam inconſtantiam & contradictionem non videãt nec animaduertant ſubſcribentes, maxima me admiratione afficit. Hæc ex Ariſtotele verba affers:

» Has (id eſt perdices) vel olfactis vel
» auditis maribus impleri, ſi non coierunt
» antequam in aucupijs immitterentur. Si
» coierunt cito parere.

Contradictio manifeſta.

His addis tu, Non dicit ſi coierunt (hoc eſt falſum, quia non dicit: immo contrarium dicit, videlicet, ſi non coierunt) impleri, ſi non coierunt, cito parere. & ita contradictio patet. Cetera tu intelliges, vt in aucupijs clauſum te inuenias.

Mund. Tactus 204.

Si perdices, inquis, ex olfactu marium & eius voce audita implentur. ergo poteſt ſecundum Ariſtotelis doctrinam ſtare id, quòd in pueritia audiui, mulieres acceptis epiſtolis à maritis abſentibus poſſe concipere.

O pulchram conſequentiam. O pulchrum tranſitum à perdicibus, quæ abſque coniunctione maris certo quodam anni tempore ouis ſubuentaneis implentur & illa pariunt, ad mulieres, quæ abſque coniunctione maris non poſſunt concipere. Quid mirum perdices audita, vel non audita certo anni tempore voce marium, ipſis olfactis, vel non olfactis impleri ouis ſubuentaneis, illaque parere. Quid abſurdi Ariſt. hiſtoriam iam declaratam perdicum narraſſe, vt oua abſque coitu probaret.

Dicis impleri Ariſtoteli ſignificare impregnari, Concedo. Sed impregnatio duplex. vel fœcunda, & hæc non fit abſque maris coitu. vel ſubuentanea, & hæc fit abſque maris coitu.

Pariſani Contradict. 204. Mundinus ſine Muſica

Pedetentim Mundini, quia nec hunc perdicum cantum, nec Ariſtotelis muſicam intelligis. Non loquimur nunc, neque hic quærimus, An reapſe perdices auditis olfactiſque maribus oua ſubuentanea concipiant, quod & falſum probaremus: quia maris vox & odor non faciũt ad oui generationem, ſed ad libidinem, nec admittunt marem niſi turgente matricæ, quæ ex ouorum materia præparata, & ouo reddito maiori, ſingulo & ſtato tempore vt ſemen recipere queat, & proprio irritante ſemine, marem appetunt & admittunt, nec ſecus; quemadmodum nec mulier quantum vis ſalax ex viſu, ſpiritu, voce, complexu, confricatione, ac ipſo coitu menſtrua effundit, concipitue, niſi multos ante dies & hebdomadas preparentur congeranturque. Quocirca ab

re

re illa tua diſtinctio eſt duplicis impregnationis, fœcundæ & ſubuĕtaneæ: quia non datur impregnatio niſi fœcunda: ſecus & mulier menſtrua gerens pregnans eſſet, & effundens pareret: quoniam eadem fœtus materia, iſdem finis, & ſtata tempora, & loci vtriuſque opportunitas. quod aſſerere improprium & ridiculum eſt. Sed loquimur de impletione de qua Ariſtoteles loquitur, de impregnatione, de fœcunda, vt iam iam audies vel inuitus: & conſequĕter pulchram conſequentiam, pulchrum tranſitum audies ſi ſanus ſum. Perge.

Mund. Tactus. 205.

Bone Deus, Ariſt. ex eo, quod de perdicibus narrat, vult probare oua abſque coitu edi, quæ ſubuentanea ſunt, & tu vis ipſum velle eas fœcundis ouis impleri? Habes ne Ariſtotelem pro nebulone? Sed quid? eſſet ne mirandum, quod tu pro nebulone habeas, quem virum ſe ſe nugis ſolùm committentem appellaſti, cuius ineptiarum aliquando te admirari pag 593. faſſus eſt?

At ex Ariſt. 5. de hiſt. 5. in fine contendis oſtendere, perdices & voce & ex vento ſpirante ex locis in quibus ſtant, mares, ouis fœcundis impleri. Hic locus eſt intelligendus vt alius ex 3. de gen. an. legamus litteram, & hinc audacia & pertinacia clariſſimè docebit.

Pariſani Contact. 205. Mundini audacia pratereitur.

Quæ de Ariſtotele dixi, dixi, & quæ ſcripſi ſcripſi, & bene dicta, beneque ſcripta velim, vt iam planum eſt, & vlterius certior fies, tuaque (non mea) ex audacia & mala intelligentia pronaſcens cuique innoteſcet, & ſequacibus.

Interim & priuſquam ſequentem ad literam deueniamus, locum ex 3. de gen. animal. ex te intelligendus ſic tactu 203. quum, inquis, ex Ariſtotele, ſi coierunt, impleri: ſi non coierunt cito parere.

Vlterius enodatur.

Modò ipſo ex te & Ariſtotele dico: ergo ſi impletio eſt ex coitu, niſi coeant nō implentur: At Ariſtoteli implentur: ergo ipſæ coeunt olfactu, & auditu, voce. quare Ariſtoteli duplex coitus, (& conſequenter impletio impregnatio) alter maris ſuperuentu alter ſpiritus & vocis acceſſu. vis clarius? & deinceps & mulier voce & ſcriptura ſeu epiſtola impregnabitur, cui accedit fixæ imaginationis applicatio, ex qua caſus: vt vtraque ſimilis ſit fabella: quia ex epiſtola magis ad libidinem mulier mouebitur, quàm à voce perdix. Sequere modo & literam perpendamus, vt remota à tuis oculis nebula dilucidius nudam Veritatem intuearis.

Mund. Tactus 206.

Perdices (Ariſt.) literaa ſi aduerſæ maribus ſteterint, ventuſque inde efflet, vbi mares ſtant, concipiunt, & maritantur. Scaliger reprehendit Gazam de verbo maritantur, & dicit vertendum eſſe grauidantur. Quid vult in his Ariſtoteles? Ventum ſi is ſpiret ex loco marium, odorem illorum ad fœminatum olfactum vehere, vnde hoc percepto libidine accendi, vt dicebat Ariſt. 3. de gen. anim. & grauidari, eo modo ſcilicet quo abſque maris coniunctione poſſunt, prægnantes ſcilicet ouis ſubuentaneis fieri.

Verborũ Ariſt. interpretatio.

Pariſani Contact. 206.

Ades dum paucis hic te volo attentè præſenti animo, vt Ariſtotelis ſenſa percipias. Nota Mundini, quòd Ariſtoteles hic ex hypoteſi loquitur & concludit ſic. Si perdices, inquit, aduerſæ maribus ſteterint, hoc eſt, ſi aduerſæ id eſt volutis cumnis verſis vuluis maribus ſteterint, ſic verbum, aduerſus, ſonat, Vnde (pudicis auribus honor ſit) verſus,

Senſus germanus.

Verſus & aduerſus erat impudicus.

Nō craſſa Minerua ſed ſubtiliter inquirenda ſubtilia.

Ventuſque inde efflet, vbi mares ſtant concipiunt & maritantur. hoc accedente à maribus vento, ſpiritu, ingredienteque vuluam concipiunt & maritantur. Concipere namque ad ſeme & animal generandum pertinet. maritantur id eſt marito vniuntur, medio ſcilicet ſpiritu: grauidantur grauidæ pregnantes fiunt. Vnde dicit aduerſæ, non verſæ, vt ventus à maribus vuluam ingredi poſſit: non vox, quæ aduerſam poſitionem non requirit, nec vento eget: quippe quingenorũ paſſuum ſpatio & longius abſque vento perſentitur. Quare ſi ventus efflet & aduerſæ ſteterint, concipiunt, grauidantur, maritantur. Quod de Zefirij oui generatione & conceptu ridiculum eſt dictu, & ridicula ſuppoſitio: quia nec vento, nec

voce,

voce, nec aduerſa poſitione opus eſt.

Hoc eſt ſenſum, ſic verba ſonant, aduerſæ, inquit Sueſſanus concipere, maritari, grauidari. Vnde non dixit ſi à maribus ad fœminas ventus flauerit, oua gignere, ſed ſi perdices aduerſæ maribus ſteterint, &c. cõcipere, &c. Dicis, ad ineptias ducis, nebulo Ariſt. fuiſſet. Sic verba ſonant, Hæc eſt Veritas ſic fidus Interpres Sueſſanus ibidem exponit, aſſerit, declarat, confirmat, quam vidiſti, ſed ſilentio præteris. Sit modò tibi Nebulo, ineptus, &c. Miſſum præterea facio, quod ibidem Ariſtoteles, Videlicet, ore inſuper hiante, exertaque lingua perdices & mares & fœminæ coeunt. Quæ nobis riſum

Riſum mouent.

mouent, quod ſemen per os emittant, recipiant concipiant, quicquid Epheſius dicat. Sequere & enuclearius videris tuis cum Protectoribus. Optimis

Mund. Tactus 207.

Sequitur Philoſophus „ Pleriũque etiã voce mariũ vtero ingraueſcunt, ſi geſtiãt, & libidine turgeant. Nota illa verba, „ ſi geſtiant & libidine turgeant. Ergo certo anni tempore, coitus tẽpore ex voce olfactu concipiunt grauidantur per Ariſt. At quo modo vtero ingraueſcunt? eo modo quo abſque maris coniunctione poſſunt. An forſan eo modo, quo cum maris coniunctione?

Pariſani Cõt. 207.

Quid ni ſi concipiunt & maritantur eo quo ſupra, & infra quo modo dicet? vt Sueſſanus & alij interpretes. Ab vno diſce reliqua.

Qui piſcium incurrentium coitum: ſupina piſcium coeuntia corpora, reſtes, ſeminis ſuper oua ſpontaneum coitum, (ex Naturæ inſtinctu ipſe bellè dicis) eumque numeroſiſſimum ad maximam ouorum quantitatem credit & admittit: & hoc

E tanto dignoſcitur Aſinis.

procliuius à vobiſmet ipſis aſſertum clauſis oculis in tenebris dormitans & ſopitus recipere poterit, præmiſſis admiſſis, & veſtris iridem ſequentibus potiſſimum amplexis. Etenim ſi ab odore & ſpiritu, quid ni à voce? quando & vox à ſpiritu, & ex ſpiritu geſtientium & libidine præcipuè turgentium (vt requiritis) fœminæis reſeratis pudendis, proueniens, non ad aures, quemadmodum nec odor ad nares, ſed ad vuluam & matricem perueniens ſi aduerſæ maribus ſteterint, vento inde à maribus flante concipient & maritabuntur, non primo coitu maris ſuperuentu; ſed altero ex Ariſtotele, ſpiritus (vt dixi) & vocis acceſſu.

Mund. Tactus 208.

Maxime tu ais, & hoc probas in verbis, quæ ſtatim ſubiungit Ariſtoteles „ volatu quoque deſuper marium id effici poteſt, videlicet dum mas ipſe in fœminam ſpiritum fœtificum demittit. Nota tu dicis, fœtificum. Audi in textu Græco, non adeſt verbum, quod fœtificum ſignificet. Ergo tu in legendo Ariſtotele negligentiſſimus, illi contradicendi ſtudioſiſſimus, & is qui ex detractione aliorum te extollere aues. Scaliger iterum reprehendit Gazam, qui addiderit fœtificum. Quid ergo in illis verbis vult Ariſtotelis? Volantes ſupra perdices mares habitum dimittere, ad odoratus illarum organum peruenire. Vnde illas odore marium, percepto, & maribus viſis ſibi propinquis, libidine tanta accendi, vt ouis ſubuentaneis impleantur.

Sed dato quòd adeſſet verbum illud, fœtificum, intelligendum eſſet fœtificũ, diſpoſitiuum ſcilicet ad fętum ad oua, vt Albertus magnus ex alijs Ariſt. locis declarauit.

Pariſani Contact. 208.

O belliſſimæ, ò digniſſimæ auditu ſequelæ: ergo negligentiſſimus: ergo Ariſtoteli contradicendi ſtudioſiſſimus, & is qui ex detractione aliorum te (inquis) extollere aues. ò quàm bene Mundini anima tibi olet. Vt quid negligentiſſimus? Teneor ne iam diu vulgatum doctum ab omnibus doctiſſimis & Græcæ linguæ peritiſſimis doctoribus receptum doctiſſimi & peritiſſimi Gazæ Latinum textum deſerere, vt nouum addictiſſimi Ariſtoteli Scaligeri (alioquin viri doctiſſimi) ad libitum ad tutelam, amplectar? hic non eſt

Nimis inſulsè et arroganter.

vocis intellectus ſignificatuſue variatio, vt labi falliue potuerit. Vt quid vis Gazam vocem, fętificum, addidiſſe? corruptor, deprauator & vitioſus interpres fuiſſet, quod rationi maximè diſſonum eſt. Propterea Scaliger Ariſtotelis exiſtimationis ſtudioſiſſimus & cupidiſſimus

ineptam

ineptam eius ſententiã velare & abſcondere voluit. Sed cur tu doctiſſime & diligentiſſime in ſuperiori tua de genitura editione huius errati priuſquam Patauinos Doctores conſulueris, meis de ſubtilitate libris contradicendi tuis cum cõſultoribus deſiderio flagrans, non meminiſti? Ego quum iam multis ab hinc annis meas de ſubtilitate nobiles exercitationes in lucem edidi, Scaligeri tale opus Venetias nondum appulerat, proinde nec reſpuere, nec recipere potui: & conſequẽter negligentiæ notæ ſequela tuo ſoli & tuorum intellectui quadrabit. Vt quid contradicendi ſtudio? Non inquiro, nec in Ariſtotelis libris dedita opera perſcrutatus ſum: (ſic innumera ſi voluiſſem) ſed quum in ſubtilioribus materiebus à me cõſultò pertractatis ea inuenerim: quam ob rem ea ſilentio præterire mihi fuit? Cur alios doctiſſimos Antiquos immeritò oppreſſos, generatim ſaltem ſubleuare non fuit? Cur Veritati non facerem Philoſophe doctiſſime, Veritatis inquam, amantiſſime? Quare ex aliorum detractione, &c.? An non ex ſapientioribus & Sãctis Patribus, Ariſtotelis indigna facinora, & maximam inſcitiam vobis ignota tandem vobis inuitis (ex dictis vt colligere eſt) audiuiſtis? quæ nec primò meis in de ſubtilitate libris, nec ſecundò in Pari & Saniori Iudicio mea præ modeſtia palam feci: & nunc à te coactus, tuis vt a conuicijs meæ defenſionis cauſa, inuitus tamen ex ſapientibus & ſanctis collecta attuli, vt vobis demum palatum obſerrarem, ſi Deo placeret. Ea propter iſtæc tua ſic maledicta valeant; vt tu cum tuis ſimiliter ſequacibus.

Non d. r mirantis oſcitātis. ne hæc.

Ad rem propriùs, Viget fœtifici ſpiritus (tibi ad fœtum ad ouum diſpoſitiui vrgens argumentum. Adeſt vlteriùs, & quid confirmantis reconditi, quia dixit, in fęminam (non ad fæminam) hoc eſt ingredientem (vt vocabulo, aduerſæ, contrapoſitæ Sneſſano reſpondeat) matricem. Et vlteriùs, demittit, non dicit à mare egreditur, deſcenditue; ſed mas demittit. quæ verba oſcitanter prætereũda vobis non fuerunt, ex quibus liquido conſtat, quod inſtituimus.

Illud idem authoritate Auicennæ & Magni Alberti confirmauimus, primùm noſtris in libris de ſubtilitate, quas authoritates ſubodorari noluiſtis. Iterum tibi de induſtria in Par. & San. Iud. deſcripſimus pag. 594., nec olfacere voluiſtis. Propterea nunc tertiò exſcribemus, vt tertiò ſurdum agatis. Sunt autem,

Authoritate confirmatur.

,, Magnus verò Albertus, perdices, inquit, coeunt vt gallus & gallina, non (vt dicit Auicenna) quod ex vẽto impregnẽtur, nec à mariti voce: ſed hæc ſunt coitus præparatoria.

En ecce Mundini, quòd Auicenna peripateticus, & vt rationi conſentaneum eſt, Ariſtotelis teſtimonia, ſcripſit: ergo crediderunt. Et ita aſſerit Albertus Magnus.

An non credis tu, quòd Albertus doctiſſimus & peripateticus illud idem apud Ariſtotelem viderit? profectò dices. Sed vt Peripateticus ac adictiſſimus, Ariſtotelem reprehendere noluit: tametſi talia non credat, vt ſupra de coitu piſcium faſſus eſt: attamen vt quorumdam moris eſt, Veritatis gratia, niſi equum, (vt vulgo aiunt (ſellam verberauit. His ſic germanè & bellè ſtantibus, viciſſim abs te quæro, Auicennam ita ſcribentem, Albertum ſic credentem, pro nebuloribus habes ne? Echu.

Lib. 5. de animal. tract. 3. c. 5.

Mund. Tact. 209.

Oua ſubuẽtanea menſtruis mulierum reſpondere ſtatuis; ,, At fatuum eſt dicere mulierem ſalacem viſo mare, eius inſpirato ſpiritu, ex contactu, fricatione, illico menſtrua producere & effundere: Ergo & fatuum eſt dicere, perdices audita marium voce, inſpirato vapore ab illis exhalante oua ſtatim concipere, ac parere, vt Ariſt. inquit.

Dico tibi vir elegans, Ariſtotelem & Mundinum non eſſe ſtultos, vt tu hic impudenter illis imponis, te verò omnium ſcientiſſimum atque prudentiſſimum neque Ariſtotelem neque Mundinum intellexiſſe. Nam Ariſtoteles non dicit perdices audita quocunque anni tempore voce marium, inſpirato eorum vapore, oua concipere, aut cõcepta parere, ſed tan-

tum

tum tempore coitus, & quando dicit ſtatuto anni tempore, ſtatim poſt auditã vocem,& inſpiratum vaporem oua concipere,& cõcepta parere,illud,ſtatim, pro breui tempore intelligendum eſt. Tu tamen Ariſt. imponis perdices illico audita voce marium &c. concipere & parere, & hoc omni anni tempore, quotieſcumque mares cantantes audiunt,& hoc clarè colligitur. quia tu pro Ariſt.& Mundini ludibrio ſubinfers,noſtras gallinas, quæ ſingulis horis gallos cantantes audiunt,mane,meridie, noctu oua edituras eſſe. Hoc primum ad allata à te contra Ariſtot. dicendum.

Pariſani Contaſt. 209. Diſtin? Ego Mundini numquam Ariſtotelem ſtultum dixi habuiue. Mũdinum verò ſapientem ſemper ſi lubet. Bene verum eſt, quod ex hiſce quæ de piſcibus, perdicibus, & multis alijs à me reiectis, (ſi *De Ariſtotele iudicium.* per vos mihi licet) quibuſdam Antiquis cum Sapientibus, obtuſi ingenij mihi videtur. Si eius mortem & mortis cauſas conſidero, ſtultiſſimum crediderim: frontem modò quantumlubet ferias, veſteſque (dummodo tuas) arbitratu tuo ſcindas. & comam quin etiam ſi lubet, & impuden- *Cõtrariũ impudẽtiſſimũ.* tiſſimum ſcito fore contrarium aſſerere. Probationem & reliqua eius impia ab alijs habes, quibus omnino fidem adhibere teneris & cogeris tuis cum Conſultoribus, & Protectoribus.

Neque ego dixi perdices quocunque anni tempore &c.tu falleris: nec colligere id poteris: Bene noſtrates gallinas quotidie ex cantu fœtarent,quia non ſtatis temporibus,ſed toto anno oua generant: Ea propter quum galli ſemper canant,& ipſæ continuò oua progignent, & eo faciliùs, quia non quatuor,ſexue,ſed centum procreant. Quare ego optime vos,tu verò minimè me intelligis, qui de gallinis clariùs protuli.

Bene verum eſt,quod veſtrum illud ſtatim,non intellexi fateor; ecquis ſubtilem gloſſam intellexiſſet? ne ariolus quidem. Bone Deus, quibus in ſcholis didiciſtis, (ſtatim) pro breui tempore intelligendum eſſe? Mar. Nizolius, ſtatim, reddit, interpretatur, ſtatuit,continuò, illico, mox, quam mox, protinus, iamiamque, quam primum,confeſtim,actutum,è veſtigio,ſine vlla mora, nulla interpoſita mora, ſine recuſatione,abiecta omni cũctatione, primo quoque tempore. Quę inter ſynonyma tuum reconditum, nec accedens ſimile viſitur, vt neutiquam crediderim Patauinos Doctores ſic tibi conſuluiſſe,benè Doctiſſimos Venetos ſubſcripſiſſe. Ceterùm in quo idiomate ſic intelligitur? Abros, Calepinus eodem modo reddit & vertit Latinè, vulgariter, Hebraicè,Gallicè, Germanicè, Hiſpanicè, & Græcè: Quid quod *Haud ſubſcribẽdũ.* Mundini? an Imperatoriæ tuæ authoritati ſtandum? An Conſultorum & Protectorum tuorum decretis ſubſcribendum?

At audita voce,et inſpirato vapore,quũ hæc illico euaneſcant(nota)niſi illico concipiatur,edaturue,ex vapore & voce illico euaneſcentibus,nihil fiet. quid? Vlterius Mundini doctiſſime concepto oui vitello, non breui is augetur: auctus deſcendit in ſecundum vterum, quo loci galli,vel perdicis ſemen recipit: eo recepto, albuminis portiones temporis ſpatio generantur,genitæ ſucceſſiuè augentur adduntur que,dein internæ membranæ temporis pariter ſpatio progignuntur, & creſcunt,ac demum cortex ipſe ſimiliter,vt certò ſubtiliter, non craſſa Minerua agentibus meridiana eſt clarius luce. An igitur ſtatim concipiunt, pariuntque? Apagete quæſumus vos ſubtiliſſimi Gloſſatores Peripatetici,Protectoreſque digniſſimi.

Secundò verò Ariſtot. non habere pro *Mund. Tactus 210.* inconuenienti, in perdicibus, animalibus ſalaciſſimis, libidine, & audita voce, aut olfactu marium, accenſa, ſeminale excrementum circa loca generationi dicata congregari; nam vt dicemus,quando agemus de imaginatione, humores & ſpiritus ad inſtrumenta actionis, circa quam verſatur imaginatio, mittuntur. vnde imaginando obiectum pulchrum, genitale erigitur, & imaginando rem acidam, aqua in os diſcurrit &c. ob congregationem verò ſeminalis excrementi in vteris perdicum, oua citò concipi, & concepta aliqua citò edi rationabile eſt.

Dum in altum cum Ariſtotele viſcatis *Pariſani Cõt.210.*

pedibus euolare contendis, tuæ imaginationis alis tantum abeſt pedes tollas, vt alas quoque viſco fallas: atque viſcati ambo ſimul in peius & profundius ruatis: tametſi Ariſtoteles vlterius te ducente & patrocinante cadat.

Vana Mundini phantaſtica.

Perperam ratiocinaris Mundini, quia ſemen Ariſtoteli in cirſoidibus paraſtatis continetur & generatur, & inibi proprio in loco reſidet moraturque: nec mouetur, moueriue poteſt ab imaginatione niſi effundatur. Medicis non mouetur præparatum in cirſoidibus paraſtatis niſi a teſtibus ſui nutriendi gratia trahatur, & niſi poſt vlteriorem & abſolutam concoctionem non exploditur nec deſcendit, niſi aliquando intempeſtiuè ex nimio coitu, exinanitis prius ſcilicet glandoſis proſtratis. Quocirca quantumuis imagineris, ſemen non mouetur ab imaginatione, nec poteſt; nec ſic facit ad genitalis erectionem, quam præſtant ſanguis & ſpiritus, vt iſtæc tua phantaſtica ſint, & vana ad Epheſios verba.

Mund. Tactus 211.

Licet autem ex contactu, oſculo &c. mulieres ſalaces ſemen ſtatim emittant, (quòd non eſt Ariſtotelicũ, ſed in quo nos conuenimus) perdices tamen, quãuis ſalaciſſima animalia, non ſtatim audita voce marium &c. concipiunt, & pariunt, quia tẽpore quodam opus eſt ad generationem vitelli in vitellario, albuminis in ſecundo vtero &c. & puto vitellum & albumen ſemina perdicum non eſſe. at ſemen in muliere præſertim ſalaci reſeruatum eſt in proprijs promptuarijs, vt emitti ex contactu, vel oſculo illico poſſit. Ex cuius rei declaratione colligere licet. Quamuis vitellus & albumẽ ſint nutrimenta pulli, & hac ratione menſtruis reſpondeant, attamen inter vitellum, & albumen multam differentiam, quo ad illorum generationem & emiſſionem adeſſe.

Ex quibus conſtat non valere a productione & emiſſione ouorum ſubuentaneorum ad productionem & effuſionem menſtruorum mulierum, vt tu arguis.

Pariſani Contact. 211.

Quorſum iſtæc Mundini? non eſt hic de mulieris, nec de perdicis ſemine ſermo. Ex cuius rei declaratione (vt tuis verbis vtar) nihil ad rem colligis, nihil quo ad ſemen concludis. inter vitellum & albumen diſcrimen certò adeſt; ſed quid inde, & quorſum? quis hæcce teruncia abs te quærit?

Alia Mũdini inania.

Ad ſequelam. Cur à ſubuentaneorum ouorum productione & emiſſione ad mulierum menſtruorum productionem & effuſionem arguere non licet? cauſas & rationes reddidiſſes. Nobis Zefiria, vt menſtrua abſque fœtus conceptione indiuiduo conferunt, quia ex affluenti & ſuperflua materia ambo fiunt: a frigidiori fœminæ reſpectu maris temperamento: ex eadem incocta materia, ſanguine; Quod ſi in ouo plus frigidioris, albuminis videlicet, hoc ad pennarum generationem factum eſt. Vtrumque enim, & ouum & menſtruum, materia eſt generationis carnium, vnguium, capillorum, & pilorum in homine: carnium & pennarum, ac vnguium in auibus, & alimentum vt carnium, &cæt. Ita ſeminearum partium vlterius concoctum & in ſemen verſum. An tibi hæc claudicant ſenex Venator?

Mund. Tactus 212.

Neque valet arguere ab ouis ſubuentaneis ſalaciſſimę ſpeciei pennatorum, ab ouis ſcilicet perdicum, ad alterius ſpeciei oua, ad oua ſcilicet gallinarum, vt tu per ludibrium contra Ariſtotelem, & me arguis.

Ex his apparet, quod tu quæris, quid maris, ſpiritus, odor, vox, cantus, ventus cum fœminæ ouorum materia habeant.

Pariſani Contact. 212.

Vt quid arguere non eſt, ſeu non valet (tua vt verba vſurpem) ab vnius ſpeciei oua, ad alius alia, non video, nec colligo, nec quam ob rem tu ne verbum quidem: niſi ratione temporum, quæ diuerſa ſunt gallinarum, columborum, turturum: hæc bina ſingulo quoque menſe, illa vno quoque die vnum, vel alternis diebus, vel &c. vſque ad centum circiter. Perdices, anſeres, anates, & ceteræ aues plura duobus ouis progignunt, & ſemel in anno: ſed hoc nihil refert. Sat quod idem finis, generandi modus, eademque ſit materia. &c.

Quod

Quod ſi aliquid in auium ouis diſcriminis ſit, vt aliàs oſtendimus, id nihil ad rem noſtram.

Si quid autem reconditi tibi fuerat, à tua imaginatione extorquendum, & edendum erat. Ex his apparet, (à tuis ne verbis recedam) quod quæro, nimirum, quod, maris ſpiritum, odorem, vocem, cantumque ventus fert, & nihil remanet, niſi vanitatum vanitas.

Vanitas vanitatum.

Mund. Tallus 213.

Quomodo verò aquæ, venti ad generationem marium poſſint aliquid conducere (nota illud aliquid) qua de re licentioſè, vt tui moris eſt, iterum Ariſt. derides, oſtendi in vltimo capite primæ partis meæ diſputationis à pag. 144. Vbi etiam tuam confutaui opinionem, quod ſemen ſiniſtræ partis ſit calidius ſemine dextræ.

Apparet tandem veriſſimum eſſe te cũ magna tua dignitate, vt dixi in mea diſputatione, potuiſſe ab irridendo Ariſtotele abſtinere, apparet quippe cuius ſuper caput contumeliæ, & ludibria, quibus Ariſt. & me afficis cadant. & hoc mihi ſufficiat, ne modeſtiæ terminos vnquam egrediar.

Pariſani Conlatt. 213.

Heu Mundini, tui non eſt muneris, neque tuorum humerorum Ariſtotelis mendacia ſuſtinere, tuerique. Ego Ariſtotelem non derideo: te abſit. Sed ſcias Peripateticiſſime, quòd cuique (& mihi deinceps) in Philoſophiæ campis liberè ſpatiari licet: & ſi aliquando ridere contingat, quid non rideã? vis vt plorem? ploret ipſe ſuas fatuitates & impietates, & ſecum ſentientes delacrymentur, loquor cum Sãctis dictis Patribus, quos propterea te nõ reprehenſurum puto poſtquam audiuiſti, & proinde doctiorem factum te ſententiam quoque mutaſſe facilè credo, & potiſſimũ conſequenterque cuius ſuper caput mendacium cadat, hoc certè ſatis luculentum, vt luculentiſsimè id intuearis, & tecum cęcutientes etiam videant, quorum pace dixerim, niſi doceri & melius ſapere diſpliceat?

Quibus maximè plorandum.

Præter conuiciũ vix reperias aliquid.

Hic in tuo tactu præter conuicij ſemen (in quo tuum & tuorum totum eſt ſolatium) nihil reperitur, niſi, *aliquid conducere*, vnde notanter addis, *aliquid*, & nil aliud, vt aliquid, tibi ad fugam faciat aliquid, ideſt neſcio quid, vt ad hoc nec ſcias aliquid.

Ariſt. opinio 6. de hiſt. an. c. 19. 4 de ani. artu c. 2.

Modò candide Lector audi quæſo te, quę ex Ariſtotele dixi in meo lib. 3. exerc. 3. c. 1. p. 149. & iterum in Mundini grariam in meo Par. & San. Iud. p. 593. deſcripſi, videlicet.

Tandem vt cum Naturæ Genio & interprete concludamus ,, Mares (inquit Ariſt.) aut fęminæ generantur vi tum aquarum, tum admiſſariorum. Nam & aquæ faciunt, vt fœminæ, maresue concipiantur. Adhæc Aquilonis flatu mares potius concipiuntur, Auſtri fœminæ. Vis tanta eſt Aquilonis, vt vel ea, quæ non niſi fœminas pariunt, immutet ad maſculeæ prolis procreationem. Spectare ad Aquilonẽ oportet, quum coeunt fœminæ. Confutationem ibidem habes ne longior ſim.

Curios quæſitũ Peripatetcis.

Cæterùm quia tunc tẽporis vtpote iuuenior, & qui filijs operam dabam maſculeæ prolis percupidus, Peripateticos conſului ea de cauſa addiſcendi gratia, quæſiui, inquã, An quum coit fœmina ſibi auerſę, vel aduerſæ: hoc eſt an cunno, an verò ore vẽti iſti pro maribus, fęminisue procreãdis excipiẽdi eſſent? Quod adeò ęgrè tulit Mundinus, vt iam nunc ferre nequeat, & quàm iniuria, & ventoſè vides Lector. An licentioſè (vt ait) contumelioſè, riſu, ludibrijs egimus, ventos excipiendi modum nobis ignotum nec intellectum quærentes? An vero ſibi ipſi conſcij me ridere credũt? Ceterùm ad Mundini gloriam, ad illius noſtræ opinionis citatam confutationem deueniamus. Mundini verba p. 145. primæ partis de genitura.

Sed hic ſubtilitas inuenta à Pariſano contra rationem redditam, cur ſemen à ſiniſtra parte proueniens ſit frigidius, à dextra proueniens ſit calidius, remouẽda eſt. vas venoſum inquit Pariſanus dextrũ oritur à vena caua in quã primò à iecore totũ deſcendit ſerum ſiniſtrum ab emulgente, à qua ſerum à ſanguine depuratum eſt. Ergo impurior eſt ſanguis dextri vaſis ſanguine ſiniſtri, & frigidior vtpore magis ſero participans. Decipitur hic vir. Valeret

„ aliquid ſubtilitas, ſi vas dextrum oriretur
„ à caua ſupra emulgentem, ita enim habe-
„ ret ſanguinem ſero multo refertum, ſed o-
„ ritur à caua infra emulgētis exortum. ergo
„ ſanguine ab emulgente iam depuratū ſu-
„ ſcipit. & ita ſemen in dextra parte geni-
„ tum erit magis calidum, quam genitum in
„ ſiniſtra.

Cautius agendū fuit. Cautiùs tibi agendum fuit, & niſi pri-
mò, ſecundò ſaltem: quum & ſecūdò ſub-
tilius quæſiuerim: propterea ſciuiſſes,
quòd te longiùs videam, vt ſemel, ac iterū
& nunc tertiò tuo periculo periculum fa-
cies. Non valet (tuis vt verbis vtar) ſubti-
litas, quia eam non intelligis, & tua pace
dixerim. Sanguis Mundini totus ſeroſus
eſt & in toto corpore, quia ſerum eſt ſan-
guinis vehiculum: idcirco & ex pede miſ-
ſus ſanguis ſero refertus eſt docente ſenſu:
vt propterea ſanguis emulgētem infra ſe-
ro non ſit depuratus vt præpoſterè doces,
& experientia innoteſcit, vehiculique ne-
ceſſitas ſuadet, & ſi ab emulgentibus per-
petuò attrahatur, melius dicemus à reni-
bus. Omne namque agens (vt conſtat) pri-
Emulgē- tis Vena ſanguis purior. mò & per ſe, ſuique gratia agit: Ea pro-
pter vena emulgens, quæ ſanguine in ſe-
men conuerſo nutritur ſui gratia ſangui-
nem trahit, ſerum ex accidenti, quia ſan-
guini miſtum & illius vehiculum: ſimulat-
que autem ingreſſus eſt emulgentem ſan-
guis, cum ſero, inquā, renes proximi ſan-
guinis vnctuoſam ſeroſitatis partem ap-
petentes & ſitientes illico rapiunt, hau-
riunt, ſugunt, vorant, & in ſuas ciſternulas
ſerum demittunt, vt propterea emulgentis
ſanguis reliquo toto venoſo ſanguine pu-
rior ſit; & conſequenter ſanguinis portio à
ſeminalium emulgētium vaſis ſecreta lon-
gè purior eſt ſanguine ab alijs ſeminali-
bus vaſis à caua & aorta arteria excepto.
Hæc eſt ſubtilitas, quæ intelligentes non
fallit, vobis nihilominus ignota.

Mund. Tactus 214. Tranſeo modo ad quædam alia tua e-
xaminādā, & finem huic capiti imponam.
Quo ſpiritu quæſo ductus affirmaſti Ari-
ſtotelem in 2. de gen. animal. 5. poſt tradi-
ta ſigna virilis ſeminis fœcundi, & infœ-
cundi, aſſignare quoque ſigna fœcundi &
infœcundi ſeminis mulierum, dum dicit
mulierum probationem eſſe per ſuffitum
ad Vterum poſitum & per oculorum illi-
tum? Cum enim mulier iuxta Ariſtotelem
ſemen non generet, vt ex profeſſo proba-
uit in primo de gen. animal. vt quid vis ip-
ſum in ſecundo ſigna fœcundi vel infœ-
cundi ſeminis mulieris aſſignare. Eſt ne
per te Ariſtoteles nebulo quidam imme-
mor? Interpretes de probatione ſeminis
mulierum, id eſt ſanguinis menſtrui, loqui
volunt. per ipſum enim menſtruum ſemen
eſt, ſed incoctum, vt clarè pateſeci parte 4.
diſput. de genit. c. 11. At tu Ariſtotelem
pro nihilo habes, & ideo minimè vereris
ipſum ſibi contradicentem facere. In quo,
qua laude, gloriaque dignus ſis, Lectorum
ſit iudicium.

O Bone Deus, Benedicte Deus, Opti- *Pariſani Contact. 214.*
me Deus, quot horū artes, inſidiæ in nos,
noſtroſque libros? Hem, poſtquam tuam
ſententiam ſupra radicitus, confutaui, (vi-
de Lector pag. 661. vt ſimul de Mundini
audacia mireris & rideas) contradictionis
anſam ſumis? Ohe. Supra per ſemen Ari- *Quis nō miretur.*
ſtotelem ſpiritum intelligere affirmare au-
ſus es ibidem penitus reiectus, hîc alia in-
dutus perſona auratum equitem agis? An
neſcitis Ariſtotelem ſibi cōtradicere? Vo-
biſne hoc nouum eſt doctiſſimi Conſulto-
res, Reuiſores. Probatores, & quiqui e-
ſtis? ò tempora, ò mores. An tot eſtis Auer
roes. Nunquid tot dictorum Sapientum
vera ſcientium, verè Veritatis amantium
ſententiam non probatis? An Sancti Pa-
tres falluntur? Vt Ariſtotelem ſibi contra-
dicere nefas ſit dictu? Perueniamus ad
Lydium Lapidem, & res ipſa loquatur. Vt
qua laude gloriaque dignus ſit Pariſanus
ex Mundinio & ſequaces candidi Lecto- *Ariſtote lis verba 2. de an. ortu c. 5.*
ris iudicium ſit & tuos breuiter appellabo
Protectores. Ariſtotelis verba hæc ſunt.

Mulierum, inquit, probatio ſuffitu, vt „
odores ſubeuntes vterum efferantur ad „
ſpirandi locum, & efficiant alitum. At- „
que etiam illitu, vt colores oculis impo- „
ſiti ſaliuam perficiant oris. Nam niſi hæc „
ita fiant, corporis meatus per quos ex- „
crementum decidit confuſos, obſeptos, „
&

„ & obcæcatos eſſe ſignificatur. Sedes
„ enim oculorum maximè omnium loco-
„ rum capitis ſeminalis eſt. Quod patet
„ quum ſola ipſa per coitum venereum ma-
„ nifeſtè immutetur, & vſu immodico rei
„ Venereæ oculi apertè langueant, & ſubſi-
„ deant. Cauſa eſt, quod geniture natura
„ ſimilis cerebro eſt. Aquoſa.n.materia
„ eius eſt, calorque aduẽtitius. Purgationes
„ item ſeminales à ſepto veniunt. principiũ
„ enim naturæ hinc eſt. Itaque fit vt motus
„ à genitali ad pectus deueniant. Hinc odo-
„ res per ſpirationem ſenſum efficiunt. Hæc
„ ille, quid Doctiſſimi Conſultores quid
„ quod Lector?

Quis nõ ſtupeat? Quid clarius? An horum omnium maxima eſt pertinacia, mutuam vt gratiam referam? An verò ſubdiu penitus caligant & cæcutiunt? An excrementi (Ariſtoteli ſemen) oculorum ſedes, ſeminalis & genituræ nomen mẽſtruo Ariſtoteli quadrat? An menſtruum maximè ab oculis? An menſtruum cerebro ſimile? multas præter manifeſtas Ariſt. rationes odorum, ſaliuę, obcæcatorum meatuum, languoriſque ex coitu. purgationem ſeminalium à ſepto antiquorum iuxta ſententiam, & cetera quæ nimis craſſam Mineruam ſapiunt. Vt Deum teſter me numquã haſce ſatis admirari poſſe. Quippe vt ipſe Veritatis ſpiritui ductus ſcripſi, & iſte ſuis cum ſequacibus contradicendi ſolo ſpiritu motus maximè veterator, & mordicus omnibus artibus, omnibuſque viribus etiam in ſtimulum perpetuò calcitrat Quid ſi molliuſculi eſſemus, & male nodo idoneus præſto non eſſet cuneus?

Mund. Tactus 215. Falſo etiam credis partem aliquam noſtri corporis abſque fotu caloris à corde influentis ſuis operationibus fungi poſſe, ſiue ſit cerebrum, ſiue oculi, ſiue alia pars. nam calor influẽs eſt, qui actu calidas partes noſtri corporis reddit, calorem ipſarum actuat, ad actum perducit, quod clarè cognoſcitur, quid retracto calore influente ad cor, frigidi toti remanemus, à calore autem innato partium operationes illarum immediatè proueniunt.

Pariſani Contact. 215. Maxima dignus es reprehenſione Mundini, non ſolùm quia multa tuorum à me confutata ſilentio abſcondis. Verum etiã quod grauius, nec noſtra verba affers, nec noſtras ſententias ſpeciatim deſcribis, nec quin etiam loca, capita, paginas citas, & vis Lectorem iudicium ferre? Proh Deus quo modo hæc? quomodo tuis probantur hæc contra quam nos diligentiſſimè & fideliſſimè vbique noſtris in libris, præter locorum librorum, cap. paginarum etiam propria ad verbum verba ſi breuitas patiatur. Et quod grauiſſimum quædam afferas, vt præſenti e.g. hoc tuo in tactu, quę nec noſtra verba, nec ſermonem, nec ſententiam redolent, vt Deum teſter, ignorare me iſtæc dixiſſe, nec vbi illorum veſtigia quærere inueſtigare poſſim me ſcire. Quam ob rem ſic? An multorum id conſilio factum dices, & meritò quia ad fugam omnia? *Maxima reprehenſione digna.*

Si quid horum meis in libris reperitur de ſemine primo quoque tempore in vterum proiecto dictum erit, quo tempore, & loci plantæ vita viuit & agit, antequam ſcilicet cordis parenchima fabricetur & priuſquam ſanguine naturali vitalique alatur, ſed alimentali tantummodò ſemine veſcatur, non ſecus ac plantarum ſemina, modo à nobis aliàs explicato.

Mund. Tactus 216. Oculos cerebro homogeneos non eſſe contra me ſtatuis: attamen retina à ſubſtantia cerebri, vuea à pia matre, cornea à dura producuntur.

Malè etiam contra me dicit ſpiritus vitales ob functionem, quæ in aliqua parte exercetur, non diſtrahi ab alijs partibus, puta oculis, cerebro, &c. Obſeruamus enim ſtudẽtes malè primam ciborum concoctionem efficere.

Pariſani Contact. 216. Non miror, quod tu hæc iterum protuleris, quia tuum in tua ob amorem cæcutias: ſed quòd tui Doctiſſimi Conſultores iſta probauerint, mirum in modum admiratione afficior, ſcientes, quod malũ conſilium conſultori peſſimum, vt alias dixi.

Solariũ nunc miſeris nullam ſperare ſalutem. Homogeneitatis (vt ita loquar) iſtius exactiſſima confutatio ſupra pag. 662. patet, cui quum nullum reſponſum habeas, nec fugæ locus ſit, bellè exemplificas. Verùm Viri doctiſſimi, ſcitis ne vos, quòd homogenei ſimilaris corporis ratio & de-

finitio eadem toti cõpetit, ac ſingulæ cuique illius parti? & præterea nomen? E. g. aquæ totius maris eadem ratio: idem nomen, ac illius guttæ; quod de vino, oleo, de ſanguine, &c. de cerebro toto, deque illius qualibet particula, ſic carnis, venæ, nerui, vt quælibet pars ſanguinis ſit ſanguis, vt quæuis pars carnis ſic caro, nerui ſit neruus, &c. An vobis igitur pars cerebri eſt vuea, eſt cornea, & e contra? An criſtallini, vitrei, aquei pars eſt cerebrum, cerebriue pars, & e conuerſo? e heu apagete quæ ſumus vos.

De ſpiritus vitalis diſtractione, & cæt. quid dicas, & quorſum profectò neſcio, & Deum iterum teſtor, vt propterea affirmare poſſim tuum eſſe ſomnium, ſed vigilia & arte fictum dictis de cauſis, vos ſcitis.

Mund. Tallus 217. Tandem quia dixi ſemen natura ſua eſſe frigidum, me damnas & deludis tamquam rem inauditam protulerim. Audi Ariſt. 2. de gener. anim. 2. „ ſemen igitur commune eſt ſpiritus & aquę. ſpiritus autem aer calidus eſt. quam ob rem natura humidum eſt, quoniam ex aqua conſtat. & capite quinto à recitato dicit geniturã ſimilem eſſe cerebro, quia cerebri aquoſa eſt. Ergo & materia ſeminis aquoſa. An natura non dicitur de materia per Ariſt. 2. Phyſic. & per interpretes, & quæſtionarios? ſemen egreſſum remanet aqua dicit Ariſt. 2. de gen. an. 2. Cum ergo materialis pars ſeminis ſit aquea eſt frigida, & cũ natura dicatur de materia & forma, non malè dixi ſemen natura ſua frigidum eſſe, ratione partis materialis, ſcilicet, & corpulentæ, & ratione propriæ molis, ita enim ego intellexi.

Pariſani Contall. 217. Multifariam hic laberis Mundini. Primùm quia quum terga vertere cogeris ad Ariſtotelis authoritatem tuum Aſylum confugis. Et quum tibi militi glorioſo & Hyperariſtotelis Victori (arbitratu tuo) quicquam non credam, vt quid Ariſtotelis me fidè in hiſce adhibere vis? vide quàm *Odò Conſultores!* malè ratiocinaris. Secundo quia Ariſtoteli ſemen excrementum eſt, &c. tibi verò animatum, & viuens. Tertio ſi quis e. g. totus bilis, & quemadmodum tu totus igneus, totus rufus, bilioſus, exiſtens: quia poſt mortem frigidus, ſeu frigidum cadauer erit, nunc frigidus es? Hui quàm malè ſubducis, Mortui ſeminis, quia materialis pars in aquam vertitur: ergo viuens ſemen aqueum & frigidum? An à Galeno omnino rebellaſti? Quarto. Aliquid ſui natura tale dicitur & ſumitur à forma, à qua nomen, denominatio, eſſentia, actiones, non à materia: & tu ad Ariſtotelem & quæſtionarios? quorſum hæc de materia? quis abs te hæc de materia teruncia extorquet? Quinto, & quia ſemen humidum videtur, ideo frigidum; ergo vina maluarica, pinguedines, olea, etiã deſtillata, aquæ termales, ardentes, &c. frigida erunt. Poſtremo (vt paucis agam & miſſa faciam multa dicta hanc ad rem in Pari & San. Iudicio) materia ſeminis eſt ſanguis venoſus dubio procul communi omnium conſenſu calidus: eſt ſanguis arterioſus longè calidior & vterque purus & miſtus, in teſtibus vlteriùs concoquitur, & proinde perfectior calidior: materia frigida, ſemen frigidum erit? Demum non erubeſciitis vos Galeniſtæ aſſerere, Cerebrum abſolutè frigidum eſſe? reſpectiuè eſto. An neſcitis Galenum ſtatuere Cerebrum æſtiuo aëre calidius eſſe? hui hui. Deſine iam, Iamque tecum tua bella ad calculos reuocemus, vt par ſit ratio acceptorum, & datorum.

Mundinus Agendi de ſemine à toto *Mund. Tallus 218.* prouentu finem faciamus Pariſane. „ *Pariſani Contall. 218.* Pariſanus? Non cepiſſe tibi potius Mundini, vt longè melius dein abſtinuiſſe. M. Et ſpero lectores iudicaturos, te non rem habere; vt putabas, cum homunculo; quia cum Mundinio. „ P. Et ſpero fore, te doctiorum iudicio reapſe in hiſce cũ Hyperariſtoteli tuo rem habuiſſe, & tandem cautum eſſe. M. iudicaturoſque te *Perpendenda eſt ſta. Admirãda omnia.* cum magna tua dignitate inter mecum de hoc argumento diſputandum, à tot iocis argutijs, facetijs abſtinere potuiſſe. „ P. iudicaturoſque me iure ac merito Veritatis cauſa ſemper egiſſe, & præterea vrbanius erga te iocatum eſſe: ſecus te in nos (vlla abſque tui à nobis, ne verbulo quidem læſione, quinimo nec vlla quin etiam

tui

tui tuorumque facta mentione) iniuria ac immeritò dolis malis atque conuicijs geſſiſſe. M. ſpero etiam tu ipſe experieris, An Mundinus, contra quem ita te geſſiſti, aliquid valeat. „ P. & quin etiã certum habeo, te machinationum & conſultorum periculo, tuo periculo, facto, in melampigum incidiſſe animaduerteris. M. Quin etiam ſpero lectores iudicaturos, an vanus ſit titulus, quo tuum exercit. opus inſigniuiſti, quando in præfatione illa tua Maieſt. Cæſaream ipſum vniuerſi, & Dei operum epilogum à te inſtauratum nuncupaſti. „ P. & præterea te & tuos noſtrum Titulum hac fricatione, hocque fotu reapſe concoxiſſe, quem prius veſtro delicatiori & debiliori ſtomacho ventriculo ſtomachato prauam ſuam ob antypathiam digerere non valuit. M. An vana ſint cetera, quæ de te in eadem præfatione iam à me commemorata iactitaſti. „ P. An te & tuis digna illa per quam callida in præfatione nos aduerſus tuorum conſilio euomuiſti effutiuiſtique fuerint inibi ex lydio lapide experti eſtis: propterea refricatis cicatricibus vna lætamini, & tu cum tuis tolle, ibidem quod tuum eſt præmium & ambula, & plura dabuntur ſi quæras. M. Denique ex lectione ſequentis de ſtigmatum cauſis breuis diſputationis minimè dubito lectores adhuc non minus certũ iudicium de his omnibus eſſe daturos. „ P. Ne dubita bone Mundini, quin vt ſupra, ita infra quoque tibi fiat ſatis: tametſi iam ſatis ſuperque & ſatisfactum ac ratum ſit, quum nec quid aliud noui, nec quid vlteriùs boni de more dixeris: omni tuorum protectorum conſilio auxilio, ope. Res ipſa loquitur. Eia age rumpe moras.

IMaginationem iuxta humanam & Diuinam Philoſophiam ſtygmatum, quæ in fœtibus in vtero inſculpuntur, eſſe cauſam. à Pariſano verò excogitatam cauſam chimæram, humanam, & Diuinam Philoſophiam euertentem eſſe. Peroratio totius operis. Cap.

IMaginationem ſtigmatum eſſe cauſã, vt erroneum eſt dictu, ita & ab humana & Diuina Philoſophia reclamatum eſſe demonſtratum eſt, & fuſiùs enucleatiuſque demonſtrabitur. Pariſani vero ſententiam humanæ Philoſophiæ congruere confirmatur. Quo ad Diuinam (ſat Mundinij repugnantem, quicquid ſit, ſapientis eſt non plus vltra) periculum fiet. Operis epilogus.

COLLATIO DECIMA.

CVm mille ac mille exemplis conſtet, grauidas, quę fortiter edulium aliquid in imaginatione verſarunt & vehemẽter deſiderarunt, eoque non potitæ fuere, notam illius in fętu vtero geſto inſculpſiſſe, Pro indubitato habui imaginationem cum appetitiua ad efficiendas has cælaturas concurrere. Non enim aquieuit animus in aſſignato modo Fieni notas ſcilicet prouenire ab imaginatione prout dirigit formatricem. Nec quia verum modum ignoramus, ſecundum quem aliquis effectus ab aliqua cauſa proueniat debemus negare effectum illum ab ea cauſa prouenire. Quia ignoramus modum, iuxta quem Magnes ferrum trahit, illam ferrum trahere negabimus. Quotidie audimus & videmus grauidas, quæ fortiter imaginatæ ſunt; & fruſtra deſiderarunt aliquid edulium, notam illius in fœtu inſculpere, & negabimus talis impreſſionis imaginationem cauſam eſſe, quia nõ perfectè modum ſecundum quem imprimitur, ſcimus? *Mund. Tract. 219.*

Solus Pariſanus inter omnes ſcriptores, immo inter omnes homines, qui huc uſque vixerunt, inuentus eſt, qui imaginationem dictarum notarum cauſam eſſe abſolutè negauit.

O maximum Reipublicæ literariæ infortunium, ò indignum Pariſani facinus: quia ſolus omnes inter ſcriptores, immo omnes inter homines ab orbe condito inuentus eſt, &c. *Pariſani Contract. 219.*

Quid ni, ſi ratio reclamat? Cur non

liceat

liceat ſibi vni, ſi ſibi ratio ſuffragetur?

Effectus apparent quidem, ſed non ab imaginatione: non animaduertis, quòd iam inde à principio, principium petis? Vt cæpiſti ad finem vſque ſequere.

Mund. Taſſus 220.

Fundamẽtum Pariſani eſt; quia quod imaginamur nihil eſt, quia purum ens rationis in mente. At ex nihilo non fit aliquid niſi à Deo. Si ſtigma eſt aliquid materiale: ergo ab imaginatione non poteſt fieri. Aliter illa Deo ſimilis eſſet.

Ex hoc principio dupliciter adhuc Pariſanus, & demonſtratiue, vt de more ſuo putat, ſic arguit. Generatio vnius eſt corruptio ſemper alterius. At ceraſi & fragi in fetu procreatione nihil corrumpitur. Ergo nihil generabitur. Minorem dicit eſſe meam, quia eſt purum imaginationis opus.

Secundo. Quicquid fit, ex aliquo exiſtente fit. Atqui ceraſa & fraga ex aliquo à parte rei exiſtente non fiunt: nõ procreantur igitur. Mox concludit, mũda tu hoc nobis Mundini. Concluſio equidem odio plena quocunque literato indigna.

Quid igitur circa cauſas ſtigmatũ Pariſanus philoſophatus eſt? Ab edulijs, inquit, ſubſtantia vaporoſa eleuatur, temperiem, colorem, figuram eduliorum in ſe ſeruans, per olfactum grauidæ appetentis edulium ingreditur, mediantibus ſpiritibus, & ſanguine ad iecur fertur, cum ex vſu ei non ſit, ad communem cloacam, ad vterum ad fætum mox exploditur. Inde, vt alienum quid à partibus internis fœtus vt robuſtioribus, ad debiliores & tandem ad cutem fœtus debiliſſimam detruditur, ab apponitrice enti apponitur, & inſeritur tamquam ſurculus ramo inſeritur, conſeruans tum communes, tum proprias ſuas qualitates; quas à propria natura & forma recipit. Vt ideo tempore, quo ceraſa, fraga matureſcunt, ſtigmata ceraſi, & fragorum, vt inſiti ſurculi augeantur & colorem pulchrum aquirant.

Inter multa quæ contra te adducere poteram, tres caſus ſelegi, qui manifeſtiſſimè adductam à te ſtygmatũ cauſam chimæram eſſe oſtendunt.

Primus fuit. quod vxor mea grauida fraga imaginata eſt, & valdè appetiuit; cũ tamen non adeſſet tempus eorum maturationis, non potui inuenire deſiderioque rei imaginatæ & concupitæ fruſtrata eſt. In brachio puellæ vtero geſtæ fragi ſtygma impreſſit. Qui vapor a frago non viſo, non odorato eleuari potuit.

Alia ex inſpectione pictorum ceraſorũ, ceraſa appetiuit, & in fœtu ceraſa impreſſit. At vaporem à re picta eleuari quis fingat?

Tertiò Durantina mulier grauida, vt narrat Doctiſſimus Colle puellum in gremio detinebat, dum barbitonſor in eius dorſo cucurbitulas affigebat. Peperit filiũ ſuo tempore (nõ ſtatim vt tu interpretatis, hincque pro tua ingenuitate multa cõtra me nugatis) inciſionũ notas in dorſo habentem. Non eſt ergo verũ, vt tu ſupponis, grauidas in fœtibus notas tantùm earum rerum inſculpere, quas appetunt, ſed etiam earũ, quæ illis terrorem, & horrorem afferunt. neque in imprimendis his notis aliqua vaporoſa ſubſtantia opus eſt.

Hæc eſt lis, quæ inter nos benigni Lectores de ſtygmatum cauſis verſatur, quã vt dirimere poſſitis, perpendam quanti roboris ſint fundamenta ſuper quæ Pariſanus opinionem ſuam fabricauit, & quibus innixus adductus à me exemplis ſatiſfacit. Dein patefaciam, Iacob in ſacris literis imaginationem ad ſtigmata cælanda concurrere crediddiſſe.

Sumis ergo pro fundamento ad mea demolienda, & tua ſtabilienda, ſtigmata ceraſorum, fragorum &c. ex nihilo fieri, quia per me ſunt purum imaginationis opus. Quando & vbi ego enunciaui ſtigmata ceraſorum & fragorum ab imaginatione per ſuam nudam & ſimplicem actionem fieri? Opus enim purum imaginationis quod nam eſt? Imaginari. Dixi ne ego vnquam imaginationem per ſe imediatè ſtigmata cælare? An fieni opinioni adheſi, qui formatricis hoc eſſe propriũ opus aſſeruit modo iã explicato? Pro tua ingenuitate ſit mecum agis?

Addo

Digitized by Google

Addo an putas ſpecies rerum in imaginationis recepta organo eſſe nihil? ex communi omnium Philoſophorum ſententia ſunt ens reale ac ſpiritale. Non ergo ſunt nihil.

Pariſani Contact. 220.

Stigmata ex te ex nihilo fieri, & purum imaginationis opus eſſe, ingenuè collegi, (vt oſtendi & adhuc ignoras, intelliges ſi attentè ſubtilitatem capias) quum enunciaſti imaginata fraga hyberno tempore, quando fraga in rerum natura non fuerint filiæ brachio impreſſa fuiſſe: quo tempore fragorum ſpecies reales & materiales (ſpiritales dictæ) in imaginationis organo, cerebro, ſpiritibusue, minimè infixæ extiterint. Quia quod actu non reperitur, infigi, imprimique nequit dubio procul; ſed bene ſpecies, quæ à rebus egrediuntur externos ſenſus petētes & mouentes primò, mox internos: & iſtæ ſunt reales & materiales, atque prout magis magiſque à materia & proprio ſubiecto recedunt ſpiritaliores etiam creduntur. Quæque vt per aerem aquam ad externos, ſic ab hiſce ad internos ſenſus, ac ad alia viſcera perueniunt, quemadmodum de nutrientibus odoribus certum eſt, (& aliàs nos egimus) & quæ materialius ſubiectum & fundamentum à parte rei, à quo ſuapte natura egreſſæ ſunt habent. Hæc germana ex philoſophia habes; & non fallunt, quia nec ab imaginatione ortum ducunt, nec pendent, vt prorſus tuæ vxoris, & tua fraga. Conceptus à phantaſia formari certum eſt, ſed niſi fundamentum & radix ſenſibus preſentialiter exiſtant, & ſenſibus reales & materiales ſpecies à ſignatis particularibus, ab hiſce fragis, ſunt puræ chimeræ, ad rem noſtram intellige. Quæ hiſce abſque materialibus ſpeciebus in imaginatione ac mente fundamentum habent: quando nihil in phantaſia ac intellectu eſt, quin prius in ſenſu extiterit: quando leonis caput & pectus (ex igniuomi Lyciæ montis fabula) capræ ventrem, & draconis caudam repreſentet, quæ partes in rerum natura ſunt; ſed conceptus in mente imaginarius, fictus & chimera.

Quæ ſpecies ſenſuum inſtrumentis præſto ſunt.

Materiales. Spiritales.

Quando reales. Quando ficta & chimer.

Non inficiot tamen, quin fragorum conceptus grauidæ imaginationem moueret poſſit vt ſomniantium vana phantaſmata, vtque in mente fabrica architectum. At ex his celet prægnans, preſtet ſomnians, architectus fabricet ſi poteſt. Hoc opus, hic tibi labor eſt, vt aliàs & diximus & monſtrauimus. Vt interim luculenter pateat, quid de ſpeciebus ſenſerim, quod ex alibi à nobis dictis & ſubtiliter motis collegiſſes, & præterea me ingenuè tecum de more egiſſe. Et eſt ſecūdum, quod petieras, a petito abs te principio.

Mund. Tactus 221.

Verùm hoc axioma, ex nihilo nibil fit, quo modo intelligitur? intelligitur quod ex nulla præexiſtenti materia nihil fit. Quando ego & vbi dixi ceraſi fragi notas in fœtu imprimi ex nihilo? Illæ ſignaturæ à formatrice directa modo iam dicto ab imaginatione ex maſſa ſanguinea per me fiunt. Ergo ex aliqua materia præexiſtente. Adeò quòd hucuſque contra me multa & multa verba fudiſti.

Pariſani Contact. 221.

Tunc dixiſti Mundini ſtigmata fraga ex nihilo fieri, quando purus fragorum conceptus tuæ vxoris fraga fieri pronūciaſti, vt ſuperiori ex contactu patet: qua de re redarguimus te, arguentes etiam fugam ſanguinis, quam capeſcere potuiſſes in noſtro Pari & San. Iudicio pag. 670. quæ deſcribere non pigebit, & ſunt.

„Quum igitur Mundini hæc fraga, ceraſum hoc, ſtigmata ſint aliquid à parte rei, & minimè ex nihilo facta, ſeu ex vniuerſali in tuæ vxoris mente & imaginatione concepta: ſequitur, vt ex hoc: quoniam hoc animal (vt ex Ariſtotele diximus) ex hoc animali fit: igitur ex hac aliqua materia, & non in, ac à phantaſia. Ex qua igitur Mundini?

„Non dices ex hoc ſanguine, ſpiritu, & humore matris, vel fœtus: quoniam non ex quolubet fit quod lubet quod tanti fecit Galenus, vt audaciter aduerſus Moſem dixerit (tametſi peſſimè) neque ex lapide hominem, neque ex cineribus equū aut bouem, Deum facere poſſe: ſed ex conuenienti & diſpoſita materia. At ex ſanguine fieri fraga, morum, ceraſum, braſſicam, lac, vinum &c. maximè ridiculum

Occurrit friuola obiectioni. Galeni temeritas. 11. de V. ſup. c. 14.

,, culum eſt, præter quam quòd ſentiens a-
,, nimal & fraga genere etiam differunt, &
,, quod maximè vrget, non ſolùm commu-
,, nes, ſed etiam propriæ qualitates & pro-
,, prietates, figura forma, & propria ac ea-
,, dem repreſentantis & repreſentati mate-
Subodo- ,, ria, propriæ fragorum, ceraſi; vt hominis
randa. ,, riſibilitas, à propria ſui natura (hoc ſub-
,, odorare quæſo te) & forma pendent &
,, conſeruantur: & à quibus præterea ſtatis
,, certiſque temporibus eorumdem augu-
,, mentum, decrementum, motus, pruritus,
,, coloris variatio, & huiuſce generis alia
,, proueniunt: quæ non abſque rubore, ac
,, nimia audacia quis inficias ibit. Ea pro-
,, pter alia ex diſpoſita materia ſuis cum
,, proprietatibus fraga, ceraſum &c. fient:

Vnde Mund. lapſus. Hæc fudimus Mūdini amantiſſimè opportunè ſubtiliter intellige nō craſſa Minerua, & quando tu nondum vllam fragorum materiam, ſed ſolummodo fragorum (inquam) conceptum ex tuæ vxoris imaginatione (hic lapſus & tua deceptio) hyberno tēpore propoſuiſti. longè tuam propterea fugam proſpicientes & præuidentes ſanguinem obiecimus reiecimuſque ex quo tamen bonus Peripateticus Galenuſque tua fraga auſus es nunc poſtremo fabricare.

Cæterùm nec tua audacia, nec tuorum conſilium ad arripiendam fugam, nec fu-*Subtiliſ.* ga ipſa tutabuntur te: quia ſanguis eſt materia remota omnium corporis partiū oſſium, membranarum, neruorum, arteriarum, venarum &c. & proxima præparatur & fit poſtea à qualubet, vt notiſſimum eſt: quia neruus ſibi non pro membrana, arteria &c. concoquit & præparat: ſic arteria, vena &c. ſibi non alijs.

Conſultorum neq̃ri tur vel à Cōſultoribus. At materia, ſanguis ad fraga idoneus appoſitus elaboratus ad cōſtituenda fraga à quibus diſponitur præparatur? à quibus elaboratur & fit? quod te rogo abſque erubeſcentia reſponde, conuocato excuſſoque etiam conſiliatiorum tuorum conſilio. Non profectò ab vlla corporis hominis parte: quia eſſentialiter ab inuicem eſſentialiter & ſpecie differūt omnes, & à fragis etiam genere. à quo, à qua parte Mundini ad fugam prompte?

Ecce in angulum duximus te immo tu tuis fugis in ipſum conieciſti te, vnde pedem referre non dabitur quomodocūque tibi, ſibique tui conſultores conſulāt. Hic eſt punctus, hic lepus iacet: Hic noſter eſt aureus tactus, veſter plumbeus & fallax. Vides ne, quòd hic ſunt fraga ſeu notæ (de nomine refert nihil) fragorum reales materiales ſuis cum accidentibus & proprietatibus: ergo ex propria ſui natura. Ergo bone Mundini non quia Pariſanus vnus inter ſcriptores omnes, immo inter omnes homines, & poſt hominum memoriam contra communem omnium de ſtigmatibus opinionem ſentit, eſt negligendus; Verùm comiter, & appellare fuit.

Sed vlteriùs, quàm rectè; quoue iure in tui gratiam lapidem contangamus, loquere vt te videam dicebat ſapiens.

Stigmata ergo ex hac aliqua materia fieri, quod tu quærebas, per me fiunt. At dicis ex ſanguine fieri fragum, ceraſum, braſicam, caricam &c. maxime ridiculum eſt. At fieri notam fragi, ceraſi &c. dico ego, eſt ne ridiculum? minimè equidem. *Mund. Tactus 222.*

Ni fallor, rectèque ſi ratiocinor ridiculum eſſe fraga (de fragorum ſtigmatibus conuenit mihi tecum) ex ſanguine procreari, quod auſus es dicere. At idem (ad rem noſtram) ſunt fraga, & fragorū notæ: quoniam quas tu notas dicis, communiter & dicuntur & habentur fraga: & quod pluris intereſt, eadem, fragorum, ceraſi, mori naturam ſapiunt, fragorum, ceraſi, mori &c. proprias qualitates (quas in homine referre poſſunt) & accidentia repræſentant ex dictis, vt patet. Quocirca idem ridiculum prorſus confirmabis, ſaltem quiſque, ex te collectis, & mox tu clariùs. Sequere *Pariſani Contact. 222.* *Ridicula fuga tollitur.*

Inſtas ceraſum fragum, &c. in fœtu impreſſa certis temporibus augentur & decreſcunt, colores ipſorum variantur. ergo naturam ceraſorum fragorum, &c. ſapiunt, & ſicut ſine ſurculo inſerto non poteſt planta alium florem, & fructum diuerſæ formæ, & naturæ produceret: ſic repugnat homini ceraſeas habere partes *Mund. Tactus 223.*

cum

cum eorumdem accidentibus, proprietatibuſque, forma, figura ſine inſitione vaporis eleuati à ceraſis.

Mira audio, ſurculi arboribus inſeruntur, ſed fructus nequaquam alicui vegetanti inſeri poſſunt. Minus ergo vapor à fructibus eleuatus arbori alicui inſeri poterit. Et vapor à fructu eleuatus animali inſeri poterit?

Inſeritur res animata rei animatæ, vt eſt clarum. Ergo vapor à ceraſo, frago eleuatus animatus. Qui tot clamores excitauit negando ſpiritum eſſe animatū, nunc vaporem à fructibus eleuatum, animatum ponit? Si res animata animatæ rei inſeritur, & per te in ſtygmate lactis & vini vapor à lacte, & vino eleuatus cuti inſitus fuit. Ergo ille vapor animatus.

Pariſani Contaſt. 223. Mira aliàs audiuiſtis à pedis planta ad capitis vſque verticem: ab epidermide & cute ad capillos ipſos. De Oculis mira *Suſtine abſtine.* audiuiſtis. De aure & auditu mirabiliora vidiſtis intellexiſtiſque quæ non prius, & ſic de ſingulis non vulgaribus, nec vulgariter à nobis pertractatis, & quæ vt noſtra & noua communem aduerſus opinionem: Propterea mirabilia ex Dei auris organo à nobis oſtenſo & enucleato, quãdoque diximus: quod tu ſæpius præpoſtere exprobraſti & immeritò ſapientum iudicio, & vt Res ipſa loquitur. (abſit verbo inuidia) Propterea ſic iudicata à Doctiſſimis fuere, & proinde Imperatoria munera conſequuti ſumus, ægrè ferentium pace dixerim.

Inſtinum lum calcitrat. Nunc quoque mira audires ſi hæc intelligeres. (forſam melius, ſi intelligere velles) Clamauimus profectò de ſpiritibus aduerſus doctiſſimos viros, & iure ac meritò, vt demonſtratum charta cantat. Sed quid inde bone vir?

Nos vapores animatos voluiſſe aſſeris? Vapores & fructus animatos & arboribus inſeri infers? Apageſis & verecundare. O quàm prauus ratiocinator, ò quam perperam colligis?

Vapores & ſpecies à rebus eleuari & noſtrorum ſenſuum organa petere, vt de *Odoratus.* viſilibus, odoris patet, quemadmodum & in viſcera ſe ſe conferre noſtra, cõſtat, quia nutriant. Hæ ſi anxiè expetitorum ſpecies & vapores ſtatis temporibus & opportunè ſeminis & fœtus in vtero partes petant modo à nobis explicato, ſemineę cutis parti inſiguntur, nec vt alimentum, quod ſemen eſt, quia crudi & inepti non tranſmutantur in cutimque conuertuntur; ſed vt impurum alius generis & cenſus in ſanguinem non conuerſi, ne dum in purum ſemen, fragorum, mori, ceraſi, vini, lactis vapor: qui reapſe minima lactis, vini, ceraſi, fragorū, citri &c. portiuncula eſt, vt odorum rerum, citri, vini &c. olfactus iudicat, ſeruatur. Igitur vini vapor, vinum: lactis vapor lac eſt. Et citri, ceraſi, fragorum vapor, eorumdem portio, ſubſtantia. cui dubium? tibi non credo, quia ſenſata. Et vt vinum, & lac figuram (horum ſtigmata ſæpius viſuntur) ex ſe (hiſce in abſtruſis & reconditis animaduerſione & obſeruatu dignum) non habent: ideo modo totam ferè faciem, modò dimidiam, dimidiatam modò partem, portiunculamue occupant. Contra verò morum ceraſum, fraga, carica, determinatam minimam portionem figuramque propriam ſeruãt ſemper, paruam ſcilicet & ſphericam: forſan quia vt oculis ſe ſe repræſentant, ita pariter fortaſſe eædem ſpecies portiones iiſdem præditis accidentibus & proprietatibus in vterum, mox incutim ſe ſe conferunt, atque recipiunt, & vt nota & macula cutaneo ſemini tunc debilibus prædito facultatibus cuti continuatur, & pars cutis aliquo modo euadit, animaturque: atque vt cutis augetur, ita & mori, fragorum, ceraſi nota ad debitam & propriam magnitudinem, ſicuti pars tota, eminetque ſuam ſeruans naturam, figuram, qualitateſque proprias & communes, quemadmodum ſenſus ipſe docet de ceraſi, mori fragorum, vini, lactis &c. colore &c. quæ alia ex materia fieri nequeunt, eo minus eorumdem ſpecificæ proprietates, quæ vni, ſoli, & ſemper competunt. hoc opus.

De ſtigmatis figura & forma notanda.

Stigmatū natura & ſpecifica proprietates.

Enimuerò non ſolùm ſtigmatum colorem & formam ſeu figuram habemus, vt ſenſus docet: verùm etiam ſpecificas

pro-

proprietates, (infra enucleabuntur) quæ loco differentiæ nobis ignotæ & diuidunt & aliud conſtituunt, vt etiam quum vltimæ nos differentiæ lateant per eſſentiales proprietates definimus, vt quum latrabile, hinnibile animal dicimus, equũ, canem certò intelligimus proprias ignorantes differentias. Ita ex mori, ceraſi, fragorum, vini forma, figura, colore, & potiſſimum ex in ſtatis eorum maturationis & perfectionis temporibus ſpecificis proprietatibus, inibi ſtigmatum germanam naturam, proximam & veram materiam ac eſſentiam, vitam, proprietates & effectus ab effectibus colligimus, & à poſteriori (vt loquuntur) rectè demonſtramus.

Coclusio.

Quo circa quum In hiſce adſit figura, vera proprietas, & cetera talem eſſẽtiam concommitantia accidentia: ergo ibi fragorum &c. natura: quæ quum ſit ſolùm in fragis nec in alijs, ab alijsue à fragis: igitur à fragis eò tranſmiſſa eſt: ergo per ſpeciem: ſic de ceraſo, moro &c.

siſtendi pedis.

Hic hic ſiſtite gradum, ad hoc reſpõdite ſapientes: hactenus nobis demonſtrans argumentum, vt alia infra.

Mundini leuitas omnia poteſt.

Aſt Mundinus Hebræorum hiſtoriam recordatus, ſua imaginatione hoc Philoſophiæ arduum deſertum illorum exemplo pertranſire peragrareque arbitratus eſt. Quippe vt Iudæis Manna quodlubet edulium, etiam cepas, & allia deſiderio affectis ſapiebat. Ita illi ſanguis, ſi phantaſia, fraga, ceraſum, morum, caricam, vinum, lac, porri, braſicæ folia, &c. imaginatur, fit, euadit omnia, eorum naturam ſuſcipit, proprietates illorum ab imaginatione recipit, conſeruatque: quæ non præſtitit manna: quare manna mirabilior ſanguis: Quare mirus mirabilis ſanguis: lõgè mirabilior imaginatio quæ talia efficit: quæ re vera (ni fallimur) nec Angelus præſtare poſſe credimus.

Mund. Taſtus 224.

Sed poſtquam me prouocas, mundabis mihi hoc. Manifeſtum eſt ceraſa fraga &c. in fœtubus impreſſa ali, augerique dum fętus augetur. Ille ergo tuus vapor cuti fętus inſitus ex quo nam alitur? certè non niſi ex ſanguine fętui à matre ſubminiſtrato dum eſt in vtero, extra vterum dum eſt à ſanguine à ſe genito. At bone vir eadem eſt materia nutritionis & generationis. Si ergo sãguis eſt apta materia pro alitione impreſſi ceraſi, fragi &c. cur contra id, quod paulò ſupra te affirmare, attuli, pro eiuſdẽ imprimendi ceraſi, & fragi generatione sãguis non eſt apta materia. Diſſoluas hũc nodum ſi potes. Iterum ſi ex quolubet, non fit quodlubet vt dicis, neque quodlubet quolibet ali nonne eſt veriſſimum? In fætu ergo colligas non induci poſſe vera ceraſa, fraga, vt tibi in mente finxiſti, quia non eſt in noſtris corporibus materia apta, ex qua vera ceraſa, & fraga in ipſis fiant, neque vera ceraſa, & fraga ex ſanguine nutriri poſſunt, & ideo neque etiam maculæ cuiuſque coloris in fętu induci poſſunt, ſed ſolùm quæ coloribus humorum noſtrorum corporum reſpondent, vt pote, quæ ex humorbus noſtrorum corporum generantur.

Pariſani Contact. 224.

Priuſquam tibi dicto audiẽns ſim mũdaturus. ne prætercam & tecum ægrè patiar, quòd lamenteris, quia te ſupra prouocauerim, dicere auſus, Munda tu hoc nobis Mundini. Concluſio haud quaquam odio plena, vt dicis, niſi tuæ linguæ bile veraque amareſcenti: quia honeſta, & modeſtè veritatem abſque fuco quęrit, & proinde quolubet digno philoſopho maximè digna. Et hoc verbum, Mundo, & Deo, & Prophetæ ore dignum: quo circa vel tu ab hoc mundus es, vel à tertio aliquo torre diſſidium inter nos quærenti, perſuaſus lamentaris; ſed immeritò, tum quia apud nullum Dictionarium malè ſonat, & Dauide dignũ: tum potiſſimum, quòd in animo fuit nũquam te lædere prouocareque vt dicis; ſed bene tuos omnes retundere ictus fateor vt hactenus præſtiti, præſtaboque Veritatis cauſam acturus, vtque tuo tu periculo ſaperes. Ceterum quo digreſſa eſt reuertatur oratio.

Mundinus & Mundini ana mundantur.

Mundabo lubentiſſimè in tui gratiam Mundini, & facile, quàm (vt dicitur) vulpes pyrũ comedit. Sed da veniam bone vir ſi tecum ingenuè agam. Nimis credulus

es.

Digitized by Google

es,ſi hęc de ſanguinis materia pro ſtigmatis ortu cõſtitutione & nutritione credis: adhuc magis, ſi non credis, credas verò hæc ſanguinis captiuncula & paralogiſmo Hyperariſtotelem tuũ illaqueare, etiamſi ſtigma ſanguine (quod falſum intelligis) nutriretur.

Non ex ſanguine nimis bone creduloque vir, ſed ex ſanguinis ſeroſitate nutritur viuitque (vt cum fragis plãta in aqua) & ſuas operationes exercet: quinimo nec immediatè (nota) ex tali ſeroſitate, ſed immutata & alia euaſa (quo modo de ſanguine dictum velim id ſi tibi conceſſerim) nõ ſecus ac cutis, vena, neruus, &c. ex ſanguine vicina (vt ita loquar) materia non immediata, quod eſt ſemen in parte in arteriæ, venæ nerui ſubſtantia, genito, quo proximè alũtur, vt inſititius e.g. (adamuſſim) arbori ramus violæ, leucoij, Neri, citri nutritur ex mali Medici trunci ſucco, ſed mediatè: quomodo enim, neri, Leucoij, roſeti flos, & citri fructus progignentur? Ea propter proximè ex ſucco & proprio alimento in ſui corpore & ſubſtantia vlteriùs alterato eſſentialiterque prorſus immutato nutriuntur, itidemque ceraſum, morum, fraga, &c. aluntur, capis ne? ita tuus Hyperariſtoteles.

Exẽplo. manifeſtatur.

Quod iterum quæris, & infers; ſi ex quolubet non fit quod lubet, neque ex quolubet quodlubet nutritur: ergo noſtro in corpore ex ſanguine ſtigmata fieri non potcunt, neque ex ſanguine nutriri. Eſto totum: ſed quorſum iſtæc, ad remque tuam iuxta tecum ſi tu neſcis neſcio: Quando ipſe vt non ex ſanguine fieri, ita nec ex ipſo ſtigmata ali volo, vt dilucidè, & mundè explicaui: quare melius ſapite Sapientiſſimi.

Mund. Tactus 225.

Oh dicis certis temporibus ſtigmata ceraſi, fragi augentur, id eſt intumeſcunt, & coloratiora fiunt, ſcilicet tempore maturitatis ceraſorum fragorum. Quid vis concludere? viuere illa vita ceraſorũ, fragorum? Et tempore quo vuæ matureſcũt, ſtygmata vini coloratiora fieri aliqui aſſerunt, viuunt ne vita vini? vapor à vino eleuatus cuti inſitus viuetne vita vuarum? Verſamur in re occultiſſima nobis, non oportet ergo in noſtris excogitatis cauſis pertinaces eſſe, vt certè tu es.

Pariſani Contact. 225.

Ore tibi rotundo dico Mundini, ſtigma, quatenus ceraſeum eſt, vegetali vita viuere ſeruatis ceraſi qualitatibus, vt ex dictis, & ſenſu patet. Qua cutaneum eſt, animali vita degere, vnde ſenſus, ſed parum vegetus; vt pars illa vtriuſque ſit mixta natura. Enimuerò vt aliqua in media parte inſititij plantæ rami, & recipientis plantæ rami parte pars, partiumue portio eſt, quæ nec ſit mali, nec pyri omnino pars, ſed quid mixtum ex vtraque planta, ex vtriuſque ramo, ita ſtigmati (non dico cuti) contingit.

Senſatũ exẽplũ.

Et ideo Mundini doctiſſimè, quia (vt aſſeris) occultiſſima in re verſamur, propterea non eſt, quòd à ſenſu duce recedamus, vt imaginationis ſomnia pertinaces ſequamur, vt tu certiſſimè ſectaris: & ſi vt tua ſponte fateris te pertinacem eſſe non oportet, quid mordicus pertinaciam ſuſtines?

Si ſuillæ, hedinæ carnis, mori, ceraſi, &c. eminentiam tangis intuerisque: proprios colores, & ſetas vides ac obſeruas: eorum proprietates ab omnibus talia geſtãtibus audis à tuis neceſſitudine coniunctis doctiſſimis Medicis fide dignis: quorum alter Venetijs degẽs & medicinam faciens, qui fraga in inguine gerit, quæ ſuo tempore eodem referente) ſecundum totum & eminentiolas omnes augentur & rubeſcunt: paulò poſt & incrementum & color ſimul recedant. Alter Patauinus Bronzerius ſcribit, quod Patauij mulier plebeia iam nunc viuens eſt, cui ſub oculo ſiniſtro promit ceraſum carneum ſubtili & oblongo petiolo appenſum, quod toto anni tempore album conſpicitur; menſe autem Màio & Iunio, quando ceraſa matureſcunt nigrũ euadit. Idem de ceraſo ab Orpheo Barbitonſore in ſeſe gerente, in platea Sancti Angeli audies, idque videris. Et ego (vt multa vini, lactis, ſuillæ carnis, &c. ſtigmata Venetijs omnibus nota mittam) quũ nonnullis abhinc annis Atolum Taruiſij petijerim, vt de nonnullis morbis Nobilibus quibuſdam cõſulerem dum inter cenandum hiſce de ſtigmatibus

Hiſtoria proprietatis ſtigmatum.

Alia exempla.

Aa . . cum

cum Medicis ſermo incideret, mane inter alia mihi oſtenderunt Gallum Muſicum, Capellę (ſic vocant) Magiſtrum duo in facie ſtigmata gerentem, alterum in dextra, in ſiniſtra mala alterum, quæ duo erant precocia perſica, armelinos ſeu bericocolos vocant: quæ eminentia tunc maturationis tempore rubra extabant, cetero anni tempore (dixerunt) liuida erant.

Mera imaginatia. Qui (ad rem) effectus & proprietates in ceraſo, armelino dicto, fragis, &c. ſunt veluti riſibilitas in homine. Et proinde ibidem fragorum ceraſi, &c. ſubſtantia: propterea non ex ſanguine, non eminenter ex matris imaginatione vt recentiores fingunt, nec alio modo ab ipſa, quòd nec tu, nec tui, nec eorum nati, nec qui ab illis naſcentur probabunt vnquam.

Mudinij Tactus 226. Sed quæſo audi hoc vnum aliud, non potes capere quo modo ſpiritus à cicatrice in ſemen per Conciliatorem, Dinum, Forliuienſem deciſus in ſe colorem, figuram cicatricis ſeruet. Ego noui, & hodie viuunt qui nouerunt nobilem ſtudioſum Polonum imberbem, qui fruſtulum carnis apri, cum pilis apri in maxilla habebat, matrem eius grauidam carnem apri appetiuiſſe narrabat. Vapor per te à carne apri eleuatus cuti maxillæ inſitus ab apponitrice fuit, & temperiem, colorem & figuram carnis apri fruſtuli, pilorũque apri ſeruauit. quid mirum ergo per te erit ſpiritum à cicatrice in coitu in ſemen deciſum in ſe accidentia cicatricis ſeruare? Nota vero hic contra te aliud, quod pili non ſunt nobis edulium, & tamen in ſtygmate pili aderant apri, & ſemper adfuerunt.

Pariſani Contact. 226. Lubentiſſimè tua verba audio, rem autem minimè intelligo, & quod grauiſſimũ adeò craſſæ Mineruæ, quemadmodum ineptiſſimus aliàs tibi viſus, ſum, vt ſincerè fateat me certò nunquam intellecturum, vitalem ſcilicet ſpiritum (vt tu cum Dino, Conciliatore, & Forliuiẽſi, dicis) colorem & cicatricis ſpeciem ferre poſſe. Certò *Suilla imaginatio.* ſcio quòd tu tuam effigiem, rubedinem, caniciem, lineamenta, tuaque indumenta repræſentare ſpeculo poſſis, & cuique. meam vero ac mea nequaquam ſi ſanus ſum: ſaltem meus intellectus non capit. Spiritus enim qua ſpiritus, donec & quãdiu ſpiritus, ſemper vaporoſa & alimentoſa ſubſtantia eſt, in carne, in arteria in quauis parte ventus idem ſemper niſi ſecundum magis & minus coloratus, calidus, ſubtilis, prout mora & à partium temperie alteratur, & in aliud vertitur.

Ceterùm amabo te, ſi tu modum noſti, tuique Conſultores doctiſſimi nouerunt, quo modo, inquam, ſpiritus à cicatrice colorem, à ſui colore alium, cicatricisque à cicatrice effigiem deſumat, in ſe ſe recipiat, ſecum portet, & diuerſa per loca ad ſemen in vterum vſque vehat & deponat. *Suilla ſpiritoſa.* Cur nos ineptiores, ineptiſſimos ſi mauis, hæc & alia à nobis aliàs tacta, declarantes non docetis? Etenim ſcire tuum nihil eſt (dicebat ille) niſi te ſcire ſciat alius. An (ingenuè fatere) id non peregiſtis, quia ab iſtis innocentes & mundi eſtis? quis dubitabit.

Poloni hiſtoriam recipio, & non deſunt hic Venetijs, qui niſi apri, ſuillum tamen ſtigma in facie ferunt. Sed ſimilitudo nedum vno, ſed omnibus claudicat pedibus, nec ad rem facit: quia vapor à carne ſuilla eleuatus illius pars eſt & proinde eſſentialiter illius omnia poſſidet & retinet, vtpotè homogenei portiuncula, intelligiſne? Vitalis verò ſpiritus toto genere à cicatrice differt, tantum abeſt illius pars ſit, & ſubinde talia repreſentare nequit, & conſequenter te maximos vbique cancros piſcari patet.

Suilla piloſa. Noto verò & verè tecum, non contra me, (vt hallucinatus profers) ſed te aduerſum, quòd pili, ſeu ſetæ non expetitæ ſunt, nec vt edulium, nec aliter, Sed pili & ſetæ proprium indumentum & effectus ſunt ſuillæ carnis: quæ ſetæ & pili à propria apri ſuis cute naſcuntur, & ex proprio illius cutis alimento, quo modo in proprio Cutis tractatu oſtẽdimus, vt maniſeſtiſſimè pateat huiuſmodi effectum ſubnaſci non poſſe niſi à propria cauſa: in caſu noſtro niſi à propria apri & ſuis cute, ex proprioque eiuſdem alimento: non ex ſanguine Poloni, pueri mulierisue, qui nec lanugine quidem, ne dum ſuis

& apri

& apri ſetis prædìti ſunt, eſſeue poſſunt: *Perpendenda.* Quocirca vt repugnans & impoſſibile eſt in pueri & mulieris facie propriæ eorum Naturæ vi apri ſetas ſuboriri, niſi in ſuilla & apri cuti naſcantur: proinde dum talis cutis & ſetæ in facie extant, rationi cõſentaneum & neceſſarium eſt, tale ſtigma reale, materiale, formale, omnes ſuillæ cutis qualitates, proprietates & effectus præſtans ex propria tali materia ortum duxiſſe, & deinceps à carneo ſeu cutaneo apri vapore (donec potior non reperiatur ratio & cauſa) eò peruento & dicto modo receptio originem traxiſſe. Vide quàm belle vbique paruum cauti captantes proprijs laqueis capiantur.

Mund. Tallus 227. Venio ad ſolutiones quas caſibus à me adductis affers. Perſuaſus ab argumentis, quibus tanquam fundamentis pro tua opinione ſtabilienda, & pro mea refutanda vſus es, quæ etiam iam me ex toto euertiſſe credis; has ſolutiones in medium afferre tibi placuit.

Si hiſtoriæ ab Ariſtotele de tauro caſtrato vaccam implete narratæ, fidem (inquis) non adhibeo; neque illi Auerrois de ſua vicina, quæ in balneo concepit, cur tibi, vxorique tuæ credam? cur alijs duabus hiſtorijs a te adductis?

Quæ quæſo comparatio inter hiſtorias ab Ariſtotele, ab Auer. narratas à probabilitate alienas, & inter hiſtorias a me allatas de ſtigmatibus impreſſis, quibus hiſtorijs quotidiana fauet experientia? Idem dicendum de hiſtorijs ab Auicenna, ab Alberto, Cardano & alijs narrati.

Pariſani Cu. 227. Diſtin? O quam puti ſermonis es Mundini? ò quam varius in opinione? Ariſtotelem modò tueris, modo in eadem re & ſententia deſeris; caſtratum illius taurum paulò ſupra ordiquis ſuſtinere omnibus neruis conatus es? a nobis ambo expleſti (quamob rem mitto quòd nos irridendo, *Inania & caſſa ſemper.* ſed Sardonio riſu, Hyperariſtotelem ne dixeris) nunc Ariſtotelis, & tauri hiſtoriam (dicitis) a probabilitate alienam aſſeris. ſi a probabilitate aliena, quo modo modò hiſtoria? ſi prius hiſtoriam ſuſtinere niſus es, cur nunc fabulam annuis, ſaltem fatearis quia à me Hyperariſtotelí tuo edoctus fuiſti, An credis Mundini Doctiſſime Auerroë ſuam hiſtoriam (tuo vt falſo vocabulo vtar) a ſua vicina fide digna acceptam, & Auicennam, Albertum, Cardanum, Dandinum crediddiſſe ſuas hiſtorias fuiſſe? Ego affirmarem ſic eos voluiſſe. quid ni? Affirmarunt ipſi, fuere homines, vt tu, ac perinde (ni fallor) ac tu docti; & atque ac tu hallucinati, (demonſtrauimus) aut non ſecus tu ac illi, deceptus & falſus es, liquido pluribus ex dictis patet: Et deinceps ſecundum acta & probata germana & optima noſtra comparatio eſt. Et conſequenter ſi magnis illis Heroibus creditis, fidem non adhibui, eo minus tibi crediderim: niſi fortaſſe dicas tibi quam illis Maiorem adhibendam, quia fabuloſior, eſto.

Hiſtoriam dein Doctiſſimi Collis deludis. *Mund. Tallus 228.* Barbariem enim maximam eſſe, quod imaginatio, dum alterius filij miſeretur, alium proximiorem internum laceraret. Et quo inſtrumento lacerare incidere potuit? alias quoque nugas affers, quas hiſtoriam a me narratam extorquendo fabrefeciſti.

Nugæ re vera cuncta hæc Lectores benigni, quia veſtigia cicatricum inciſionum cælare non eſt barbaries, non eſt opus cultro, vel alio inſtrumento ſecãte ad hæc cælanda.

Iam tibi ſibi Pariſanus in mente repoſuit cicatricum veſtigia eſſe veras cicatrices, ceraſorum fragorum veſtigia eſſe vera ceraſa & fraga: quare non eſt mirum ſi has contra me nugas attulit.

Non requiritur etiam, vt ſtigmata inciſionum cucurbitularum, de quibus in Hiſt. Celeberrimi Collis, tot fuerint impreſſa, eoque ordine, quot, & quo a barbitonſore fuere inflictæ inciſiones. nam neque mulieres grauidæ viſa multitudine fructuum eiuſdem ſpeciei. numerum eorum in fœtu cœlant, & ideo neque etiam eo ordine, quo fructus collocati erant.

Et quia poſt alias effutitas nugas quæris modum, ſecundum quem imaginationis interuẽtu grauida hæc potuit præſtare, dico eſſe eundem ſecundũ quem has impreſſiones fieri a Fieno probabiliter dictũ

eſt, de quo Lectores videant cap. 17. pr. par. diſp. de genit. Et mihi magis illæ arridet, quam à te chimerizzatus. ſcire autem verum de his cauſam ſupra captum humanum eſſe exiſtimo, & eam ſoli Deo, & naturæ eſſe notam puto.

Pariſani Contact. 228. De Durentina tua hiſtoria ex Doctiſſimo Colle ſatis ſuperque in Par. & San. Iudicio, quas rationes ſicco pede pertranſis: immo quia te illaqueant, nugas dicis, *Mundinus ſibi inconſtans.* & vtpote ſatis ſagax, Fieni opinionem laudans (quem ſuperius in huius Capitis principio ſemel reicis, atque iterum quia in illius opinione tuus (inquis) non acquieuit animus, Lectorem ad eam mittis. cap. 17. tuæ primæ part. de Genit.

In eo Capite (vt multa mittam, & ad rem noſtram, paucis agam) cum Fieno ſuſtines, quòd formatur ſpecies, vnde ſtigmata ab Imaginatione per ſpiritus exporrectas recipiat, & cognoſcat non vera cognitione, ſed cognitione per inſtinctum naturalem, & ideo ſecundum ipſas operatur. *Mũdini nenia.* Formatrix naturæ inſtinctu fraga, &c. cognoſcit? Sed dic ſodes, quum formatrix ſit ipſa Natura, quo modo Naturæ cognitione & inſtinctu agit: quando ſic naturata (vt cant) nouerunt & agunt? Formica ſcilicet ſegetes quærendo, domum portando. Araneam telam texendo, eadẽ muſcas venando illaqueando. Hirundinem nidum fabricando. Picum martium eadem de cauſa arbores roſtro perforãdo. Aues oua alternis horis cubando, &c. quæ naturatorum, inquam, & indiuiduorum opera ſunt; ſed neceſſitate, naturæ fine, vt ſecus fieri nequeant, ſimpliciter neceſſaria tali ſpeciei & ſingulis eiuſdem indiuiduis.

Abhorrentur. Sed hæc veſtra, Naturæ ne fine? minimè. An neceſſaria? nequaquã. An ad pulchritudinem abſit, immo ad turpitudinẽ, præter naturam, vltra naturam, cõtra naturam effectus, affectus, & defectus, vt de luxatione in ortu ex luxato parente dicebamus. Vt propterea & Fienus hanc fugã miſsã facere potuerit, quemadmodũ & eo magis in eadem ſalutem quærere à nobis admonitus tuis cũ Sapientibus Collegis.

Riſum cohibe Lector. Præterea cum eodem doces Imaginationem formatricem aliquãdo à recta formatione ſeducere. Quid iſtuc ſermonis? per ſpecies (inquitis) imaginatus à proprio opere, quòd neceſſario ſimpliciter agit fętus formatrix à matris ſpecierũ conceptu ſeducetur? heu definite iſtæc puerulos docere ſapientiſſimi ſi mente valetis ſana, nedum veſtrum Hyperariſtotelem.

Si hoc (vlteriùs) hominis animatum ſemen eſt, dubio procul, & neceſſario hominis formam (materialem dico) & figuram in actum perfectum formatrix producet, *Et cachinnũ ſi petes.* quia abſolutè neceſſario agit, & deinceps nequaquam ſeduci poterit, quod nemo ſanæ mentis inficiabitur; vt manifeſtò hinc etiam pateat non poſſe ex hoc ſemine cati forma, diabuli forma figura, (quod cũ Fieno aſſeris) nec alia vlla educi, & vlteriùs potiſſimum niſi prima ſeminis hominis anima intereat, vt Philoſophia docet: Igitur veſtra iſta diabolica monſtra non ex hominis animato ſemine: nec ab iſtorum genitorum animato ſemine; ſed ex corrupto ſemine: Et conſequenter non ab illa anima, formatriceque, & deinceps nec ab imaginationis ſeductione, & proinde neque nos à Veritate & Ratione ſeducere velitis obſecro.

Puræ nugæ ſunt, quod matris imaginatrix in vteri vacuum deſcendat, (docuiſſetis tranſitus & tranſmigrationis modum) & ad ſemen potiſſimũ, potiſſimumque in concipiendi actu, neque poſt, poſtquam imaginatas ſpecies (quæ conceptus tantùm ſunt, tuæ dico) obijciat. *Phantaſtica.* Quo modo imaginatrix vlteriùs in ſemine peruenta formatricem inueniat & ſimul de celandis conueniant illa mutuent & mutuentur. Quod materialis formatrix iſtos ab imaginatione conceptus, conceptas ſpecies naturali inſtinctu cognoſcat, & celet mihi ridendi (veſtra omnium pace dixerim) anſam præbet, quia purũ & vanũ figmentũ. *Belliſſima.* Quòd mulier hyberno tempore ceraſum fraga imaginetur, & cõceptus iſte à parte rei haud ſubſiſtẽs in vteri vacuum deferatur, à formatrice in ſemine cognoſcatur naturali inſtinctu recipiatur, celetur? *Perſpicacisſimi phãtaſtici.* ô quam perſpicaces phantaſtici?

Pura inepta quibus nũ? Sunt puræ ineptiæ, quòd ſpiritibus imaginationis puri cõceptus cõmittãtur, ipſique

Digitized by Google

ipſique ipſos deferant. Quòd ipſi in capite, rerum non exiſtentium conceptus, earumque colores tunc non exiſtentes, figuram, formam, proprietates accipiant, in vterum, in ſemenque deferant, nec mente aſſequor, nec capiam vnquam.

Pulchiora.

Reales, materiales, formales, ſpecies, odores, vapores quàm longiſſimè, ac mediam vſque ad aëris regionem aſcendentes, deſcendentesque docente ſenſu, in vterum peruenire non vultis? In imaginatione puri conceptus eò peruenire: extra, inquam, imaginationem, quando, & vbi nihil ſunt, fœtui imprimi mauultis?

Sibi deſtruit.

Comparationis fuga in hoc tactu de inſitionum numero & ordine ad rem minimè eſt: immo tibi deſtruit: quoniam ſtigma ſemper vnum, (in vna intellige parte) vnde vnum perpetuò morum videbis, vnum ceraſum, vna fraga: (declinant fraga fragorum ſi ſapitis.) quocirca nec numero nec ordine opus eſt; At in pueri cucurbitularum veſtigijs vterque requiritur. Ea propter tua verba ad Epheſios.

Mūdinij Tactus 229.

Dicis, inconueniens eſt animam texere & filare, &c. At per te Mundini barbitõſoris munus exercet. Neglexiſti quæ ex fieno adduxi. Imaginatio nõ cælat, non prægnans, ſed formatrix fœtui inexiſtens, vnde actio cælandi à compoſito nempe fœtu, prodit modo aſſignato ex Fieno, & ſic omnibus patere poteſt quàm futilia ſint ea, quibus tu contra me demonſtrare putas.

Pariſani Contact. 229.

Modum à te & a Fieno aſſignatũ mitto, cum nihil ad rem, tum maximè a tuis amicis recentioribus Doctiſſimis Bronzerio inquã exploſum. Vt adduci nequeam vt credam te talia effutientem probantes habere, niſi pura ex tui ſympathia.

Innia ratione nulla eſt ratio.

Nullus nullibi eſt vobis fugæ locus, vt Scyllam ſi vites, in Charibdim incidas & naufrages oportet, Quo modo formatrix fœtui inexiſtens? quo pacto cœlandi actio a compoſito, nempe fœtu, ſi fetus non eſt vobis in rerum natura: nec cutis poſt multos ac multos (vobis) etiam à conceptione dies? Etenim in conceptionis actu hæc fiunt, vt dicitis, fatemini, & ex ſacro infra Textu, colligitis. An cum bardis vobis negotium creditis? Hiſce ineptijs demonſtrantia noſtra, futilia vocare abſque erubeſcentia audetis? ò Protectores maximi? quando expergiſcemini vt Hiperariſtoteles veſter quieſcat?

Appellat.

Mund. Tactus 230.

Sed videamus quo modo inciſionum cucurbitularum veſtigiorum impreſſorũ, vt Doctiſſimus Colles narrat, cauſam tu afferas. Dicis Obſtetricis incuria, vnguibus, anulo, aſperoue panno & conſimili tenellam dorſi cutim excoriatam fuiſſe. Magna tua audacia. Ergo vir Doctiſſimus neſcit diſtinguere inter excoriationes & veſtigia inciſionum curcubitularum? Ergo excoriationum veſtigia in fœtu per menſes, per annos conſeruantur? Narrat ne Doctiſſimus vir ſe puellum ſtatim ac natus fuit, an multo poſt inſpexiſſe? Scio ego puellum illum viſum a meo amico Venetijs medicinam faciẽte fuiſſe, dum octauum circiter menſem ageret, & habebat veſtigia cucurbit. Sed vt magis atque magis omnibus audacia tua pateat pro coronide huius tractatus & totius noſtræ diſputationis, recenſeamus interpretationem, quam hiſtoriæ gregis Patriarchæ Iacob variegati excogitaſti.

Pariſani Contact. 230.

Tu nugas quæritas bone Mundini, vt nugis fugam, & fuga ſalutẽ quæras. Cauſam minimè attuli ſignorum in puelli dorſo: ſed quum multis & concludentibus rationibus in meo Pari & Saniori Iudicio id ſtigmatis exempli confutauerim, quæ tu ſubodorari cum tuis noluiſti, dixi cicatrices & ſigna illa extrinſecus ei contigiſſe: quibus autem & quo modo, dicere non potui, quia non vidi; & deinceps ex ſenſu, meum id ſcire non fuit, & conſequenter nec docuiſſe. Sat tua ablegaſſe, quam ob rem ira ne excandeſcas, quia reſpondere & tua tueri nõ poſſis, & ſubinde conuicijs tuæ culpæ ſupplere velis; quando nec te læſerimus vnquam; & quando ſcripſimus nec tua viderimus, legerimus, in rerumque natura eſſe audierimus vlla, nec te in choream vocauerimus; ſed tua tu ſponte a tuis hortatus, impulſus, coactus noſtram choream ingreſſus, eamque ducere nimis tibi fidens auſus es: Quod ſi animi ex ſententia non cecidit, nos conui-

cijs ne lædas; quia bene morati hominis, nedum Philoſophi, eſt; ſed ſuſtine, abſtine.

Doctiſſimum Collem non propterea offendimus, quia illud Duranti non crediderimus ſtigmatis exemplum extitiſſe, vt pluribus ſubtilibus, & firmiſſimis rationibus oſtendimus; quarum nodos tuum erat ſoluere, non frenum mordere, non ſub alti Collis vmbra te abſcondere: quoniam vt Galenus e. g. vetulæ relatione, mulierem ex pictæ imaginis inſpectione filium, non deformi marito ſimilem, ſed formoſum concepiſſe ac edidiſſe credidit. Auer. ſuæ vicinæ fide dignæ fidem adhibuit. vt Cardanus & Dandinus celebres viri aliarum muliercularum relatis mendacijs fidẽ adhibentes toto cœlo aberrarunt, vt demonſtrauimus. ita fortaſſis inſignis hic Vir apparentibus in pueri dorſo ſignis vanę matri cucurbitularum recordanti & referenti fidem tribuit. Quid mirum quòd quãdoque bonus dormitet Homerus? Non propterea tu, inquam, nullis ad rem dictis, conuicio me arceres, vt tali in aſylo tutus permanſurus credas. Ceterùm vt (dicis) mea audacia, addamus, & tua, ſapientia & profunda ſubtiliſque ſciẽtia omnibus pateant, pro huius tractatus, & totius noſtræ diſputationis coronide, ad Patriarchæ Iacob hiſtoriam deueniamus, viſuri, An adytum tibi vni cõceſſum, nos foris petamus? An vt te procacem, ita vt ſupra & vbique, hic; & etiam vos neſcientes demonſtremus?

Celebriũ Doctorũ errata ex mulierũ mendacijs.

Mund. Tactus 231.

Oues ergo illius ex collocatis ramis arborum in canalibus aquarum, fœtus nigros & albos pariebant per te, quoniam ſub edulij ſpecie virides & albas illas virgas, quæ earum ſunt eſca, quaſque dentibus excoriare & mandere ſolent appetierant.

Albæ virgæ quas Iacob in canalibus aquarum ponebat, erant albæ quia decorticatæ. Ex harum aſpectu oues fœtus albos pariebant, ex aſpectu non decorticatarum virgarum, quæ virides erant nigros pariebant. Quis vnquam audiuit, aut vidit ramos decorticatos arborum eſcã ouium eſſe? non ne dixi ego, te ijs, de quibus ſcribis, nullam experientiam habere, nullam inquiſitionem de illorum veritate feciſſe? Sed quæ tibi in mentem venerunt omnia pro veriſſimis habuiſſe? imo pro diuinis, mirabilibus, pro arcanis? Si igitur caro lignea arborum eſca ouium non eſt, ergo illam appetere non poſſunt: neque ex eius appetitu per vaporem ab ipſis per odoratus organum attractum fœtus ſuos maculare poſſunt.

Pariſani Contact. 231.

Si tuorum nimio amore, quo vbique cęcutis ſemoto, & remoto calliditatis in noſtra impedimento, certo, & vero ſenſu noſtra ſecus diiudicares & laudares tecũmet crede mihi aliter contra ſentiens.

Amabo te bone Mundini, quando & vbi verè decorticatos ramos ouium eſcam eſſe dixi?

Falſus et fallax.

Non ne tibi verè (vt tu falsò & perperam) & bene dixi, quòd vbique cęcutis? Nonne verum quòd præpoſterè effutis, quòd mea mihi veriſſima, diuina, mirabilia, arcana? plura adderes ſi plura haberes: quum ſat mihi ſit, rationi conſentanea eſſe vt iam nunc, & iamnum didiciſti, & hic, & infra & vbique tuo periculo ſapies.

Iacob ramos non vidi: ſed bene certò obſeruaui oues, capras, equos, aſinos quarundam plantarum & arborum, vitis, ſalicis, vlmi, oleæ teneros ramos edere, duros decorticare, & non primum tantum corticẽ abrodere, ſed ſecundum etiam abradere: hoc certò aſſero, & miror te neſcire docentem. Sed ſequere & doceberis ſi Deo placebit.

Mund. Tactus 232.

Dices ſecundus cortex eſt albus, Iacob primum tantum detrahebat. Textus dicit, quod decorticabat ramos, non dicit, quòd tãtum primum corticem ab illis detrahebat. Sed ſi Iacob deſiderabat ramos albos, populi &c. nonne magis albi ſunt detractis ambobus corticibus, denudataque carne lignea? Hæc verò cum ouium minimè ſit eſca, illam non poterant tamquam eſcam appetere, & per conſequens hoc pacto maculoſos fœtus parere? Legamus ſacrum Textum.

Pariſani Cõt. 232.

Iam non aſſero, (niſi quod cæcutis vbique) quod lignum ſit eſca, nec vt lignum

appe-

Craſſa Minerua ſemper. appeti, tua ſomnia ſunt. Sed audi, ſi Textus non dicit, primum tantùm corticem detrahebat, non dicit etiam, detrahebat omnes, ſeu ambos cortices. Amplius Iacob nõ deſiderabat ramos albos. ideſt decorticatos omnino & ligneos tuo cerbellottico iure, ſed ſua ſapientia albos, vt pote tali albedine, corticea, appeterentur ſub edulij ſpecie. Si rami lignei albi vllo abſque cortice extitiſſent, qua ſub ſpecie appeti voluiſſes? Non vides aſtute & ſimul bone Mundini, quòd mihi abs te tuis tenſis laqueis tu ipſe illaqueatis?

A Cõſultoribus q̃ritur. Ceterùm quo modo vos viri doctiſſimi hunc profundum gurgitem adeò ſicco penitus pede pertranſitis? ſi oues virides & albos ramos ſub edulij pabuli ſpecie non appetunt, qua ſub ſpecie expetunt? qua, qua, inquam, ſub ſpecie vos ſubtiliſſimi aptiſſimi nos ineptiſſimos docete, ſicuti veſtrum noſtra nõ probantium eſt: niſi ſtrenui intra ſilentij parietes abſconditi partes agatis. Ad Textum, ſequere.

Mund. Tallus 233. Cortices ergo à ramis Iacob auferebat. Dicitque text. poſuitque eos ideſt decorticatos & virides in canalibus, vbi effundebatur aqua, vt cum veniſſent greges ad bibendum ante oculos haberent virgas, & in aſpectu earum conciperent. Non dicit text. vt ante olfactum habent virgas. Vapores ergo à virgis eleuati oculos ingrediũtur. quo modo virides vapores à viridibus ramis eleuati (ſeruant enim per te hi colorem, tẽp. &c.) corneam & humores oculorum viriditate non inficiebant, vt omnes virgæ ouibus virides apparerent? Si ſolùm ſpecies colorum virgarum oculos ingrediebantur, non vapores ipſi colorati, quo modo hæ, quæ per te ſunt nihil, poterant eſſe cauſa, vt cutis fœtuum ouium colore inficeretur, ex quo color pilorum?

Pariſani Conſult. 233. Nimis verſutè ſemper machinaris & feris, quum tamen tuo iam periculo didiciſſes tuos ictus omnes perpetuò retundi: ea propter tibi potius abſtinendum fuit & ſimul receptui canendo, (quod & tuis conſultoribus dixerim) tacere.

Heu patior telis vulnera facta meis.

Optimè textus ante oculos dicit, quia ouibus pabuli ſpecies viſiles appetitricem facultatem magis (ad Iacobi rẽ) moueat, qua maximè mota in earum aſpectu perdurante & præſente continuò viſus ſenſui ſpecie, vllo abſque imaginationis ope conciperent. Sat Iacobo cauſam oſtendere externam, virgas ſcilicet ex aqua aſpectum mouentes: Illius autem non eſt docere modum extrinſecus nec intrinſecus. Species verò & vapores vndique ſe ſe diffundunt, vt ſi in cubiculo citrus ſit, eius vapores, odores, & viſiles ſpecies omnia cubiculi loca petunt, & deinceps ad hominum in cubiculo exiſtentium os, nares, oculos, pectus, crura: pedes, &c. ſe ſe conferant, & vt quod lubet cubiculi foramen ingrediuntur, ita &c. proinde bene ſanctum eſt, odores nutrire, Vnde ſicut per clauſæ portæ foramen citrum in cubiculum intueris, & ſimul odores ſentis, ita in os, nareſque, & oculos ſpecies ſimul ingredi credere certò poſſis, & ſic corpus ingredientes vna conſeruari & fętui ſemini bellè commiſceri vt expoſuimus, quod & de rebus non odoris ſeu non odoratis, noſtro olfactui ſaltem, dicendum eſt. *Optimũ patrocinium.*

Viridis vaporis obiectio nimis friula: propterea dico, eo modo corneam & oculorum humores non inficiarunt, quo modo non aerem: omnia iſtæc ſunt medium & eodem modo recipiunt. *Ex praua intelligentia inanis obiectio.*

Meliùs & enucleatiùs, ouium oculi virgas virides reſpicientes tunc temporis virides, ob vapores & ſpecies virides, erãt, (cui dubium ſi ſpecies, non res videntur, vt aliàs oſtendimus?) & appetitricem ad viride pabulum mouebant. Oculi verò aliarum ouium albas virgas reſpiciẽtium albis ſpeciebus corticum affecti (intellige oculi præcipuam partem, cui actio debetur, & nobis retina, reliquæ mediæ, &c.) appetitricem ad album edulium alliciebant, vt non opus ſit, (immo ab re quęritur) vt omnes virgæ ouibus virides apparerent. *Melius.* *Cancros piſcatur.*

Aliud

Aliud quæſitum tu (tua pace dixerim) non bene intelligis, & proinde laberis & cancros piſcaris.

Primo claris exemplis innoteſcit. Primum quia vapores & odores ab aqua agrediuntur, vt olfactus ſenſus iudicat: tametſi non qui lubet quoslubet perſentit, vt patet quòd alius animalis ſpeciei aliorum odorum eſt odoratus; vt canis cuiuſque ſui domini odoris ſpecies, non alius, quod ſanè mirum: alius leporis, vulpis; alius perdicis, coturnicis: alius erinaceri: teſtudinis alius. Suis tuberis, &c.

Secundo virgarum ſpecies ouium oculos ingredientes per me (tuis vt verbis vtar) ſunt nihil? deſipis ne an ſomnias? quando haſce fatuitates dixi? quum *Dilucidis exemplis patet.* vbique & ſemper viſibiles ſpecies & quid reale materiale eſſe affirmauerim & vitrorū viridium & parietum (ſolis radijs & lumine permeantibus & ſpecies viridis deferentibus) exemplis & quampluribus alijs hanc ſententiam comprobantibus in proprio de ſpecierum ſenſilium tractatu monſtrauerim, vt aduerſus Scaligerum, vbi ſpecies videri & res per ſpecies, & ſpecies per ſpecies quin etiam de- *Mūdini lapſus cauſa.* monſtraui? Bene verum eſt, quòd (hinc tuus lapſus) dixi, fragorum ſpecies in rų vxoris imaginatione hyberno tempore conceptas quando fraga non extabāt & ſenſum proinde mouere non poterant, e- *Manifeſto exēplo liquet.* ius extra imaginationem nihil eſſe. Scio & fateor inibi conceptum reale imaginationis, non materiale quid, & proinde interebam vos aduerſus & rectè, quòd ſpiritus vitales ad vterum, ad ſemen haſce ſpecies, hunc fragorum in & ex imaginatione conceptum (vt fabulamini) ferre nequeunt. qui, vt dixi, extra tuæ vxoris imaginationem nihil eſt, & conſequenter Hyperariſtotelem tuum immeritò ſic condemnas, quia ſcilicet non capis. Ea propter recantans, nota, quàm bellè ſubtiliter & ex ſententia nobis cadant?

Subtiliter. Si in aſpectu concipiebant, & maculoſa concipiebant: ergo tunc, in aſpectu, cutis fiebat: quia ex pelle, ex nigra cuti pilus niger, ex alba albus oritur, vt nos in proprio cutis pellis tractatu docuimus. At per vos cutis pellis nec in conceptione, necà conceptione poſt multos, ac plurimos quinetiam dies fit: ergo in hoc Textu, quòd in aſpectu oues concipiunt, affirmare cogemini ſemen animatum ab omnibus ſpermaticis partibus iure noſtro excerni: quia in aſpectu, inquit, cōcipiunt, & maculoſa: hac enim de conceptione ſermo eſt.

Secundo nota ſubtilitatem. Si in a- *Subtiliſſ.* ſpectu concipiunt & maculoſa, fruſtra tūc imaginationis opus eſt. Quandoquidē res præſentes dum intuemur, imaginari non poſſumus: quia imaginatio eſt eorum, quæ ob oculos non verſantur, vt poſt auditum, viſumue imaginentur vtque dum & quà videntur ſub imaginationem non cadant; ſicuti donec & quatenus imaginantur ſub obtutum non veniunt. Hoc luce clarius eſt ſi ſanus ſum. *Excellēs ſenſile.* Et ſi verum & clarum eſt, clariſſimum ad ſtigmata procreanda imaginatione non opus eſſe, ſed fixa dumtaxat & vehementi appetentia rei concupitæ & non conſequutæ: quia tunc appetentia ceſſaret, & eſt demonſtrans argumentum, quia in aſpectu concipiunt maculoſa. Quo modo *Veſpertilionis ſenſum corrumpit.* vultis vos Phantaſtici cutem tunc maculari, ſi tunc temporis vobis cutis non eſt, nec poſt aliquot dies futura erat, & interim oues coeuntes in aſpectu maculoſa concipiebant? Videte quo ducemini, vt iſthinc referre pedem hoc opus, hic labor eſt. Mihi verò conducit, quia cutis à cute illico deſcendit, & ideo tunc quoniam in aſpectu concipiunt ſpecies illa in vterum ac ſemen deſcendit, eidem inſigi poteſt, vobis minimè, vt meridiana eſt luce clarius. Ex quibus ſatis ſuperque dilucidè patet, vter noſtrum Diuinam & humanam Philoſophiam deſtruat. Proindeque & de animato ſemine, ac eiuſdem à toto prouentu nobis hæc facientibus, qui poteſt ſoluat. Hæc Hyperari- *Soluat q poteſt.* ſtotelis veſtri, veſtrum potius ſilentium foret.

Sed iterum ſi vapores à virgis, tāquam *Mund.* eſca

Tactus 234. eſca oculos ouium ingrediebantur, oportebat pro notis colorum Inſculpendis iuxta tuam doctrinam vt ad iecur ouium tẽderent, & cum ex eius vſu non eſſent, ipſum illos ad fętus iecur exploderet, hoc ad cutim fœtus. Rem ingreſſam oculos, ſi ad iecur tendere debet, quod nam iter cõficere oportet? per opticum ad cerebrum tendet, illinc per neruum ſextæ coniugationis ad iecur. At neruus ſextæ coniugationis non ad internam partem iecoris, ſed ad membranam ipſum ambientem tendit, & ibi deſinit. quo modo ergo vapor illuc peruentus ad cutim fętus tendet, aut ad conceptum.

Porro textus dicit, vt in aſpectu concipetent, & ideo per oculos vapor ferri debebat.

Pariſani Contact. 234. Puerilia quæſita. Non eſt ita ignara & miſera natura, quin vbique ad quamlubet vel extremam corporis partem materiam ſpiritoſam potiſſimum & vaporoſam tranſmiſſura patentes vias in promptu habeat & ſciat, quemadmodum oculi nictu (vt ita dicam) ſpiritus ab extremis ad remoriores extremas corporis partes tranſmittere creditur, quando totius tranſpiratio conſpiratio vna dicebat Hippocrates.

Nec inficias irem, quin ab oculis ſpecies ad vterum deſcẽderent, non per neruum, ſed alia per vaſa in oculo exiſtẽtia, per arteriam, forſam melius per venam appetitricis facultatis fontis & ſedis proprium organum; quamuis faciliùs per os & nares eò peruenire crediderim. Nec officit, quod textus dicat, vt in aſpectu conciperent, quando vt diximus, quia ſpecies illæ alboris & nigroris, ſeu viridis nigrorem repræſentantis appetitricem ex aſpectu vehementiſſimè mouent, & illico, quòd per nares & os non ita facile poſſent.

Mund. Tactus 235. Dices tendet vapor ab oculis per arterias & venas, quia per te tendit ad iecur mediante ſpiritu & ſanguine. Sed vapor ſiue ab olfactu, ſiue a viſu ad iecur tẽdat mediante ſpiritu & ſanguine, cur ad iecur, non ad cor & cerebrum? non ne expeditior eſt via ab his duobus ſenſibus ad cerebrum? & ad cor ſi per inſpiratum vapor ille attrahitur, & ita per olfactum? Si inſpiratus, ab odoratus organo per cerebrum, vel per cor grauidæ tendit ad iecur, ab hoc ad iecur fętus, ab hoc ad cutẽ, quo modo in tranſitu per tot tortuoſas vias, calore refertas, per tot viſcera calidiſſima non diſſipatur, temperiẽ propriã, qualitateſque alias non amittit, vt de ſpiritibus in ſemen decidentibus affirmas.

Pariſani Contact. 235. Ridicula fiera. Hi per loca conſueta & propria pertranſeunt, illæ per aliena ipſi ergo immutabuntur, proprijs qualitatibus expoliabuntur, illæ non? Quæ nam huius euentus ratio poteſt aſſerri?

Rerum vapores & odores ideo ad iecur ſe ſe recipiunt & primo quoque tempore, quia ibidem inhiantur à prægnantis mulieris vehementiſſima appetitrice: quam ob cauſam non ad cor, eo minus ad cerebrum, ad quod, & per quod etiam longius iter, præterquam quòd ad cerebrum inſpiratione ex accidenti vaporis & odoris portio aſcendit, ſed per ſe (vt aiũt) & conſultò ad pulmones primùm, vt alibi dedita opera oſtendimus.

Oſtenditur. Species, vapores, odores, ideo vt ſpiritus non diſſipantur, ſuis qualitatibus non expoliantur, non ſolùm quia aliena, rudis, inconcocta, inalterata materia sũt, ſpiritus e contra maximè præparata, concocta elaborata, & quoad qualitates apprimè analoga materia: Præterea ſpecies vapor, odor continuantur ſemper, vt viſus olfactuſque iudicium ferunt, & hæ bellæ huius (quod quæris) euentus rationes ſunt Mundini. Odor namque citri, ſpecies citri, præſente citro, tuos oculos tuas nares & ſpeculum petet ſemper, illiſque continuò præſto ſunt. *Ablegatur.* Contra verò quando tu dicis, quòd ſpiritus portant rerum ſpecies, formas, qualitates & proprietates; præterquã quòd iſtæc præſtare & ferre nequeunt; etiamſi ſuſcipere poſſunt, quia in itinere alterarentur abſumerentur (alias præter ſupradictas rationes) ſpecies illæ pluries perirent. Præterquam quòd vapores ſe ſe conſeruantes ſua, formam, qualitates, proprietateſque ſuas retinerent non alienas, vt tu tuis de ſpiritibus commentaris

& tui

& tui protectores, neſcio quo ſpiritu ducti, quaue facie admittant, permittant.

Quo circa ad rem oues dum coeunt & in aſpectu concipiunt, ſpecies oculis eſt continua, & tandiu coeunt quādiu appetūt & vice verſa ad ſtigmatū procreationē quod attinet. Vide quàm bellè & ocyſſimè ſuis quatuor pedibus currant? diſtin Mundini, & vos ſequaces doctiſſimi?

Mund. Tactus 236.

Sequitur textus, factum eſt vt in ipſo calore coitus intuerentur virgas, & parerent maculoſa, &c. Nota, Intuerentur, non adeſt hic mentio alicuius vaporis per olfactum ingreſſi.

Paulò poſt ,, Igitur quando primo tempore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium vt in earū contemplatione conciperent.

Nota hic quòd ſpecies oues per viſum hauriebant, non per olfactum. At incōuenientia iam à me adducta ſunt, ſi ponatur vaporem aliquem, vel ſpeciem aliquam vapore ſuffultam à viſu ad iecur grauidæ tendere, vt tu ſtatuis.

Et nota etiam, quòd per textum ad ſemen concipientium vaporoſum obiectum tendere debet; nam textus dicit, voluiſſe Iacob, vt oues in virgarum contemplatione conciperent, non conceptum iam formatum, vt ſtatuis macularent.

Pariſani Contact. 236.

Iam meridiana luce clariora extāt omnia, tuaque inconuenientia euanuere cuncta. & oues in aſpectu concipere medijs materialibus ſpeciebus continuò inſpectis & vehementiſſimè expetitis illo penitus abſque imaginationis ope, vt ex vaporibus & odoribus manifeſtiſſimum eſt.

Perpendendum in hoc contactu poſtremum tuum notandum eſt perperam notatum, malè notaſti bone Mundini, quòd meum conceptum iam formatum ſtatuerim, id eſt abſolutum, (non formatū ideſt animatum, quando & tuum tu ſemen animatum conſtituas, quod conceptionem non impedit, quæ ex ſeminum vnione, conceptio inquam fit (vt maculari non potuerit: nimis oſcitanter mea legiſti, quum tamen præſenti animo legiſſes, ſeu legenda tibi fuerunt, quando nec vulgaria, nec craſſa extiterint. Cutis à cute non abſoluta deſcendit (Vide eius ortus modum noſtræ ſpeculationis in proprio tractatu) vt propterea & in ſemen, ſeu ſemineam eius partem ſtigma inſigi poſſit, & aliam in carneam partem, quod & itidem clarè declarauimus.

Litem dirimit.

Sed peius vlterius tibi deſtruens notaſti, ſeu verba notans abſconditum ſecretum tibi maximè notandum non obſeruaſti, quod & litem dirimit, os tibi claudit, & ſimul oſtendit, vter noſtrum Diuinam, replico, Philoſophiam (& conſequenter humanam, quia vna tantummodo datur philoſophia) perdat. Audi.

Voluit Iacob, vt Oues in earum contemplatione conciperent.

Flagitatur Subtil.

Si oues in contemplatione concipiunt in aſpectu concipiunt, maculoſa videlicet, dic amabo te, reſpondete vos quæſumus doctiſſimi conſultores & comprobatores, Protectores, qua ex materia fit ſtigma? dicitis vos acutiſſimi ex ſanguine. At ſubtiliſſimi, in ſeminum conceptione, quæ in aſpectu in contemplatione fit, ſanguis eo loci non adeſt, quid quod victores glorioſi? Amplius quid in aſpectu maculoſum concipitur, in contēplatione, inquam? dicetis cutis dubio procul. At vbi eſt vobis fœtus cutis dum in aſpectu, in contemplatione concipitur? Vobis, in veſtro ſemine nullibi actu, quia multos ac multos poſt dies fit. An igitur in aſpectu, in contemplatione maculoſa concipiuntur? Veſtro ſapite periculo, an ſemen animatum, à toto decedat; atque ſtigmata ex propria materia ortum ducant experti. Sic Veſter Hyperariſtoteles ſignat.

Vlterius.

Hyperariſtotelis ſigillū.

Mund. Tactus 237.

Nota etiam aliud, quod hic non tantùm ouium, ſed & arietum fit mentio; vnde elicitur interuentu etiam imaginationis marium ſtygmata oriri in fetibus. Nam ſi imaginatio tantùm ouium ad tale opus concurrit, cur textus arietū quoque mentionem facit? Sed tu ſtygmata ſeminarum tantùm opus facis.

Vt appareat te toto cęlo in interpretatione Sacræ Scripturæ aberraſſe. Iniuſtiſſimè pronunciaſſe, opinionem meam,

quæ

Digitized by Google

quæ ſtatuit cauſam impreſſionum diuerſarum in fętibus imaginationem eſſe, omnem humanam, & diuinã philoſophiam de medio tollere. Patet enim eiuſdem opinionis non ſolùm philoſophi naturales quot, quot extarunt, verùm & veteris, & noui Teſtamenti Sanctos Patres fuiſſe.

Pariſani Contaſt. 237. Ego vidi & notaui quòd ibidem arietum mentio fit, & ſi coibant & conceptio fiebat maculoſa arietibus abſque certo fieri non poterat. *Nimis craſſa q̃ ſita.* Et tu ſciuiſſes, quòd oues, non arietes concipiebant: Et vlterius mente voluiſſes, quòd coeuntes oues intuerentur virgas, non dicit arietes. Ampliùs coeuntes oues deorſum & neceſſario intuentur, arietes quatenus coeunt, non poſſunt, quod valdè petitus ſciuiſſes. Ain tu Mundini, & vos perſpicaces protectores?

Mares ſibi ſimiles fœtus profectò vt fœminę progignunt, ſtigmata nequaquam: (de nouo intellige, quoniam ſuo quę corpore gerunt in fœtus tranſeunt docente ſenſu) quia non ſolùm quòd expetitæ rei vehementiſſima appetentia nõ mouentur, verùm quia eiuſdem expetitæ rei ſpecies, vapores, odores in vterum peruenire nequeunt, quemadmodũ nullum eſt exemplum, & tu vnus credis, quia verè.

Phantaſia tibi quadam phantaſtica venit.

Exẽplis ori Aliàs pulcherrimum exemplum attuli, quod ſæpius viſitur. Interrogata Matrona, quam ob cauſam, quum multis cũ amaſijs rem haberet, filios omnes ſuo Viro ſimiles conciperet & ederet. Reſpondit, quia non duco nautam niſi naui plena. Si Imaginatio quod diciris præſtare id poſſet, cui dubium, quòd nõ ſemper, vt plurimum ſaltem nuptæ mulieres aliorum amore deperientes amaſijs in corde & oculis geſtatis ſimiles conciperent & parerent? Sed fieri, inquam, non poteſt, quia conceptus, qui in phantaſia, in menteque eſt, & ſi realis ſit, extra imaginationem (dicto modo) nihil eſt; Vt expetitæ rei edulij ſpecie materiali, quæ in vterum ad ſemen deſcendat, opus ſit. Vt certum conſtet, non ſolùm maris, nec etiam fœminæ imaginationem, immo nec etiam animam ipſam parentum ſuum extra corpus quicquam agere poſſe, quicquid tu dicas de Excellentiſſimi Collis Durantina hiſtoria, nobis fabula. Quod ex Diui Thomæ authoritate, & verbis ſanctis ſignabo, ne ampliùs aures nobis obtundere audeatis.

In expoſitione primi capitis Geneſis ſic Vir ſanctus ſcribit. *Authoritate D. Thom.*

» Iſtæ autem actiones, intelligere, & velle, ſunt actiones intrinſecæ, ideo nulla Creatura, nec Angelica, nec humana per illas exterius aliquid facit. Vnde decipi illos puto, qui dicunt, quòd Angeli Cælum mouent ſolùm per actum intellectus, & affectus.

Quid dixti Mundini? non ſolùm hæc omnia expletis, verùm etiam

Vos lanam trahitis, calathiſque peracta refertis
Vellera, vos tenui prægnantem ſtamine fuſum;
Penelope melius, melius torquetis Arachne.

Huic additamento appologet. finem facio lectores. *Mund. Talias 238.* Quod ſi ijs titulis in hoc, & in diſputatione de genitura eum Pariſano non egi, quibus cum alijs, contra quos ſcripſi, qua de re Pariſanus conqueritur, cauſa duplex fuit. quia non video eum ab alijs iudicari, neque ego vnquam iudicaui, qualem ſe fecit, & prædicauit, nunc etiam prædicat, renouatorem ſcilicet inſtauratoremque Philoſophiæ & Medicinæ, nouum ortum Apollinem, &c. vt in mea præfatione aperui. Altera cauſa fuit, quia is non mihi laudibus dignus videtur, qui viros apud omnes homines per omnes ætates laudatiſſimos, Ariſtotelem, Galenum, Auerroem, Alexandrum & multos alios non modò non laudauit, ſed diuerſis contumelijs affecit, vt vnus Pariſanus præſtitit. Cum autem viderim eum in ſuo illo Pari & Saniori Iudicio hoſtiliter in me graſſatũ fuiſſe, ne miretur ſi aliqua acria à calamo mihi exciderunt. infinitis enim modis, vt in præfatione notificaui &

in

Digitized by Google

in progreſſu diſp. huius apparuit, ab illo laceſſitus fui. Nunquam tamen mihi in animo fuit illum aliqua iniuria afficere, neque ſuam exiſtimationem imminuere. Quocirca nunc deleo quæcunque quouis modo iniuriam illi facere, aut aliquid de exiſtimatione illius detrahere poſſunt.

Pariſani Conciali. 238.

Quòd abs te titulos ipſe quæram? Quòd propterea lamenter? quid iſtuc verbi? Sic loqui nō erubeſcis? Me abs te titulos quærere? abs te meis inuidis emulis & huiuſmodi rūc coniūcto? abs te qui mea pro viribus omnibuſque neruis profeſſus es iniuria ac immeritò de medio tollere? An ita ambitioſus ſim, (Deus auertat) vt quum à doctiſſimis inſignibuſque Viris Celebrioribus Academicis Germaniæ, Galliæ, Italiæ bene audiuerim. Ab Auguſto Cæſare inſignibus & nobilioribus Priuilegijs, laudibus, magnis honoribus, virtutis præmijs, atque muneribus affectus fuerim, tuos titulos requiram? Vt quid hæcce ego? Et cur tu magnæ imaginationis iſtæc tibi imaginaris, & tantum tibi tribuis Mundini? Si aliquis tibi dixit, (haud quaquam crediderim) me tuis laudibus & titulis deſiderio teneri, ille mentitur. Quòd ſcripſerim abſit. Audi ex Pari & San. Iud. noſtro, pag. 570.

Pariſani laudes.

Admonitus.

„ Ceterum priuſquam eius (ideſt Mun-
„ dini) verba & demonſtrationem in me-
„ dium afferramus, illud te lectorem ad-
„ monitum eſſe volumus: quòd quando
„ Mundinius aduerſus nos loquitur, ſem-
„ per Pariſanum nominat, etiam vel mini-
„ ma de re verba faciens. Quū verò con-
„ tra alios diſputat, ſemper Neotericorum
„ recentiorumue nomine vtitur, & nunquā
„ hoc ſub nomine Pariſanum comprehen-
„ dit: quod quidem aduertere volui, vt
„ quando ipſe nobiſcum agit, illud facile
„ diſcernas.
„ Quam ob rem autem id perpetuò ob-
„ ſeruet, neſcio quidem, id tamen æqui bo-
„ nique facio, & mihi gratiſſimum inſu-
„ per eſt, cum vt egomet omnia vel minima
„ in vnum redigere, & abigere poſſim, tum
„ vt tu ipſe candide lector faciliùs & cer-
„ tiùs eadem colligas, & in mentem noſtra
„ redigas; atque præterea certò ſcias illius
„ in nos nihil à nobis indiſcuſſum, nihil in-
„ decuſſum relictum fuiſſe, vt Deo fauen-
„ te experieris & fateberis.

Hæc noſtra lamentatio (& nil præter ea vmquam) fuit, in qua gratiſſimū nobis fuiſſe conſtat, quòd ſic nobiſcum, & abſque titulis egeris, & quod tibi inibi & vbicunque promiſimus, obſeruauimus ſemper. Ad rem

Cicatricum refricatio.

Huius in nos fauoris alteram tuā cauſam mendacij plenam eſſe quiſque ex actis & probatis à Parnaſo iam iam relatis colliget. Alteram vanitate refertiſſimam vnuſquiſque pariter in tuæ præfationis contactibus tecum colliget. te ſcilicet non bene loquutum fuiſſe: non rectè Ariſtotelem, Aueroem, Alexandrum defendiſſe; Vt è conuerſò me iuſtè, ſcienter, & rationabiliter egiſſe & loquutū fuiſſe, & ſi quid peccati admiſerim (quod nunc fateor) in nimia modeſtia fuit: quam tu tuique doctiſſimi Conſultores æqui bonique conſuluiſſetis ſi nouiſſetis. Etenim vel cum illis ſciebas quæ ſapientum & Sanctorum Patrum de Ariſtotele, ſententia eſſet, & ſic perperam ſcripſiſti, ac in me iacula immeritò iecisti. Vel ignorabas, & adhuc malè te geſſiſti, me aduerſum de quibus ignorabas agere, & acri potiſſimum ſtilo, quaſi literatorum cacumen, & melius Ariſtotelem, quàm Sapientiſſimi & Sancti Patres noueris. Hæc tibi glorioſo tuiſque Protectoribus, perpendenda fuerunt: Et conſequenter in ijs potiſſimum, quæ plurimi interſunt à me cum Sanctis Patribus bene & rationabiliter dictis velitis nolitiſue, ac inuiti Hyperatiſtotelē fatebimini, niſi à Sanctis rebellare volueritis. Secus Anathemata, vt ni Virtutis amore, formidine ſaltem pœnæ ſilendum, vobis ſit.

Argumēto cornuto concluditur.

Hiperariſtoteles coactè cōfeſſus.

Quòd in te hoſtiliter graſſatus fuerim à veritate prorſus alienum eſt, quando numquā te tetigerim vt vbique patet, oſtendique. Tuos autem in nos ictus in te retudiſſe omnes profectò profeſſus ſum; quia natura vim vi repellere licet. Tu ſemel ac iterum erraſti innocentem amicum lędere illæſus in aliorum & Satyrorum gratiam, laureolam in muſtaceo

quærens,

quærens, vt res ipſa loquitur: Eaprópter iure ac meritò tuũ fuit pœnas dare, iacturamque facere. Nos ſecus agere nõ potuimus, quia honor agitur: propterea quæ in noſtra immeritò minimè laceſſitus effutiuiſti, in tua ſummo, inquam, iure ac meritò retudimus, in te verò nihil. Quæ tu in nos iratus, præ modeſtia mittimus flocci facientes, nõ quòd mutuam tibi gratiã referre non potuerimus, ſi te (vt tu nos immeritò) audaciſſimum & ineptiſſimũ vocauerimus & probauerimus; ſed modeſtiſſimum potius ac aptiſſimum Gentium Doctoris præcepto te nũcupabimus: quã uis ſi te Ariſtotelis, Galeni, &c. (vt gloriaris) patrocinãtem vbique erranté & labentem mõſtraui, nõ ineptiſſimus, vt tibi, mihi videbor: an nec tibi, ſi reſcipiſcas?

Meritò Mũdino cauſa.

Meritò retuditur.

Si quãdoque paululum te pupugimus, iure meritò fecimus: quia ſic ratio, ſic Veritas, ſic tu nos coegiſti: quando tu primus impetum perperam in nos feceris, non in te nos, ſed rectè in tua. Et tamen apud omnes in more poſitum eſt, vt quo cyatho propinatur, eodem & bibere detur & reſpõdeatur. Ea propter quam tibi turbidam potionem paraſti, eadẽ vtere fruere.

Mundino ſicut ro propinatur.

Quoniam verò ego nullum vnquam debitis laudibus defraudaui, neque defraudo, apud omnes teſtatus ſum, & nũc teſtor, Pariſanum in eo laudandum eſſe, quòd in defendenda de ſeminis à toto prouentu poſitione, (quæ an chimera ſit, lectores iudicabũt) ille omnes quot, quot hucuſque extiterunt longè ſuperauit.

Mund. Taſſus 239.

Vt tuos titulos nunquam quæſiuimus, ita & tuas laudes nuſquam recipimus. nõ ſolùm quia in animo & tibi & tuis nos notãdi fuit ſemper, vt colligere eſt: & ijs non egemus; Verùm quia & ſubdolè laudas, vt obſcures: quãdo in hac de ſeminis à toto prouentu, poſitione modo quo nos egimus iam tum & iam nunc nemo vnquam egit. Et cũ antiquis ab inuicẽ diſſentientibus neque generatim ſentimus, nec cum illorũ vllo cõuenimus. Vt quicquid hac in materia protulimus, paucala præter verba ab Ariſtotele & à nobis ex antiquis relata (ex Auerroe Ioan. Gram. Plutarcho, & Laertio de eorũdem opinionibus legũtur) noſtra, noſtroque ex Marte omnia ſint; vt non bene à te, dicatur, nos omnes, qui hucuſque extiterunt, ſuperaſſe: quãdo illa inquam prima antiquorũ nuda præter ſemina, nullum folium, nullus flos, nulluſque fructus iam nunc extiterit. Et quia apertè quin etiam debitis nobis laudibus cõſultò defraudas: quia ex viginti noſtris argumentis cõtrariam Ariſtotelis & communem aduerſus opinionem allatis, duo aut tria tantùm affers, vt etiã fateris in 3. parte de gen. cap. 2., apud nos pag. 598. & reapſe tribus ibidem ſolummodò reſpondes. Ex quibus tuis reſponſis implicantia & Ariſtoteli cõtraria pag. 602. oſtẽdimus, ad quæ tu ne verbum quidem.

Pariſani Contaſt. 239.

Nihilominus tamen gratias tibi habemus, agimuſque, quòd nos non parũ iuueris, poſt noſtrorũ de ſubtilitate librorum in lucem ortum. Quos vt præclariſſimus Medicus Marinellus & alij Vrbis doctiores Medici ad aſtra illos ferrẽt, vt tu quotidie à Marinello potiſſimum auribus tũc hauriebas. Alij inuidi id ægrè ferentes, & præcipuè ſenior Satyrus quidam, ſuis cũ aſſeclis moleſtè tulit lucem peroſus, quorũ tu fortaſſe conſilio, auxilio & impulſu de Genitura ſcribens in nos acriter inuectus es, forſam proinde, nos minimè reſpõſuros tibi ſuaſeris. Hinc nobis reſpondendi anſa & neceſſitas, ob qua Par & San. Iud. edidimus, & ſic inſcitię ſanguis miſſus ſit.

Gratia habẽtur agũturque.

Satyrorũ mala artes.

Vnde Mũdini allucinatio.

Quod quũ tu moleſtè tuleris ſciolorum tecũ ſentientium, Conſultorũ conſilio, reſcripſiſti, & Apologeticũ addittamentum hoc in luce miſiſti, in quo nos omnino penitus peniruſque tuorũ nullis diſſentiẽtibus, perditos, vt fateris & iactas, voluiſti.

Nos propterea haud perterrefacti nullis adminiculis huc veſtram præter opinionem peruenimus, & deinceps iterum fatemur tibi gratias habere, & quin etiam agere, etſi ex accidenti, & tuam præter intentionem & opinionem exiſtimatio nobis reſtituatur; tui tamen cauſa prou enit & æqui boni facimus, vt te tibi & tuis cõſulere optamus, quicquid ex dictis ſcriptiſque de rebus inter nos controuerſis doctores ſentiant, & res ipſa loquatur.

Quo circa eorumdem lectorum partes erunt iudicare quod nam genus laudis tãto à Pariſano ſuſcepto labori debeatur,

Mund. Taſſus 240.

Bb &quo

& quo titulo ipſe poſt hac inſigniẽdus eſt,

Pariſani Cõt. 240. Probatio librorum Pariſani.

Tandem eò redacta res eſt, vbi nõ plus vltra. Auguſtus Cęſar nobiliſſimis priuilegijs Nobilitatis Imperij, Comitis Palatini, dignitatibus, titulis, honoribus, muneribus, proprijſque (quæ ſua Auguſta Benignitas fuit) Inſignijs, & Stigmatibus, Parnaſo plaudente, nos affecit. Doctores Inſigniores, Academici celebriores Archiatri, & eminẽtiſſimi Germani, Galli, Itali noſtra probarunt laudarunt. quid vlterius? Si modo tu tuique cõſultores nõ laudatis quia non intellexiſtis, Ecce tibi, tuiſque, Charta cantat, Pat & Sanius Iudicium ſubſcribit, ac demum Lydius lapis ratum facit. Quo circa quum ſatis & ſemper inania effutiueritis,

Clauditе iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Mundinij Tact. 241.

Equidem ſi lectores iſtud additamentum in quo Philoſophorũ & Medicorum communis opinionis patrocinium ſuſcepi aliqua laude dignum iudicabunt, non eſt, vt monus aliquis eam mihi laudẽ ſurripere quærat. mea tota erit, non cuiuſuis alterius. Licet enim vt ingenui hominis eſt parum ſibi tribuentis, non ſe Hyperariſtotelem, non Hypergalenum facientis, Additamentum meum quibuſdam amicis legendum tradiderim, vt ſi quid minus verè in ipſo ſcriptum eſſet, corrigerẽt. Si quid ſuperfluum delerent, ſi quid addẽdum adderent, à nullo tamen in aliquo correctum fuit, nihil deletum eſt, nihil additum, de quo mentionem non fecerim, ſicuti ſemper ingenuitati meæ mos fuit, clareque patet in fine cap. 6.

Pariſani Cõt. 241.

Tota tua laus eſto, non cuiuſuis alterius, vt rectè imperas, & iure ac meritò, tum quia Philoſophorũ & Medicorũ patrocinium ſuſcepiſti: tum quia non Ariſtotelem, non Hyperariſtotelem, ſed ſuper hyperariſtotelem geſſiſti, & ſuperquã ſtrenuiſſimè: ea propter tuiſſima laus ſit. Sed (audi ne fallamur & cuique quòd ſuũ eſt tribuatur) ſi vlla tibi tuiſque amicis, ex tuis ſunto. Tuis, non propterea quod tua receperunt, probarunt, laudaruntque; ſed quia aliquã hiſce in tuis fortaſſe partem volent, nec immeritò vt ſcribis, & hæc tua verba & ſunt, & ſonant,

Mũdini & Cõſultorum caſus.

Additamentum meum quibuſdam a- ,,
micis legendum tradiderim, vt ſi quid mi- ,,
nus verè in ipſo ſcriptum eſſet corrigerẽt, ,,
ſiquid ſuperfluum delerent, ſi quid addẽ- ,,
dum adderent, à nullo tamen in aliquo ,,
correctum fuit, nihil deletum eſt, nihil ,,
additum, de quo mẽtionem non fecerim. ,,

Ergo de quibus mentionem feciſti (de omnibus videlicet) correxerũt, deleuerũt, addiderunt bone Mundini: cur igitur huius tui dignioris facinoris illis nihil laudis, meritæ dico ſed tua tota? In poſterũ fortaſſe non damnabo, quòd eorum auxilijs & conſilijs veluti pennis cera compactis Veritatis ſplendore & radijs diuulſis ex alto præceps corrueris; Vt ipſi tecum in & ex eodem curru eamdem ad vnã properantes metam parũ dignam minuſque honeſtam in foueam præcipitauerint.

Mittamus hæc quia tibi moleſta, & parui noſtra referant, quamuis tuorum (quia fortaſſe diu laborarunt, inſudarũtque) plurimi interſit vllo abſque præmio, vllaque ſine laude recedere. Tua verò?

Pariſani admiratio.

Mirum quòd vbique ſupra & ſemper de te admiratus ſum, idque ſumma cũ ratione, & nũc poſtremò cũ maximè pluribus nominibus, pluribuſque de cauſis; hac potiſſimum vt ingenuè (non tecum iuxta) loquar, quia neſcio quã ob rem victoriam iactes laudiſque tantum te conſequutum gloriareris in cõmuni omniũ opinione Ariſtotele duce ac luce, reliquiſque omnibus me vno excepto. Et quod admirationem quam maximè auget, de noſtris (vt ingenuè loqui profiteris) minimis, & chimerarũ chimeris. Quòd ſi verum eſt, quod ſcribis credas, tibi potius amiſſi tẽporis, olei & operæ plorandum eſſet. Vt turpe valdè videatur, ſitque, hiſce de Chimærarũ chimæris cõmuni omniũ opinione, aduerſus me vnum & ineptiſſimum, te aptiſſimum laureolam in muſtaceo quærere, ſi viceris, vt -- Debeatur chartis gloria tãta tuis?

Mira & digna Mũdinij & Procectorũ Victoria & laus.

Cõtra verò niſi viceris maxima tua cum per cetebri ſociorũ impulſorũ literatorum caterua, vt nequaquã viciſti, ſed vbique ſemper fugæ te cõmiſeris, nec Ariſtotelẽ, Cõmunem opinionẽ, te, nec Veritatem aduerſus ineptiſſimum, doctiſſimus tueri aptus fueris; hui protectores celebres?

Quæ

Quæ in fine ſexti capitis te dimiſſe iterũ ingenuè memoras, bella quidẽ, quia omnibus Varijs ſui Varij (a Marco Varrone vocãtur) placent; vt clarius & Venetè dicam, omnibus Gazis ſui Gazotti probantur. Sed bellum ibidem reſponſum iterum deguſtabis, iterumque proſit. iterumque conſule.

Pariſan. à fidentia. Quod ſi Pariſanus aduerſus te tuoſque a conſilijs doctiſſimos authores, impulſores, ſocios Protectores chimærarum chimæras ſuſtinere auſus ſit, & ſuſtinuerit nulla notatus nota, multis verò & innumeris vbique ab ipſo tuis notatis & demonſtratis erroribus, eademque aduerſus Ariſtotelem & ſequacium omnium ſententiam tueri non dubitauerit, niſi ingenij acumen, animi fidentiam ſaltem præclarè oſtendit: quoniam in maximè arduis, ne dicam impoſſibilibus, voluiſſe ſatis, & cõtra Herouum cateruam, nedum contra duos, nec me Hercle Hercules quidem. Quid quod Sapientiſſimi Protectores?

In quibus ſi aliquid, aut plura extitiſſe non ita elaborata viderentur, excuſatione dignus videatur: quia ſua opera, ſuos libros nemo priuſquam in apertum prodiderint, vidit. Non quòd expendendos libenter non præbuiſſet: ſed quia literatos viros, qui ſtudijs & grauibus negotijs tenentur, ingrauare auſus nunquam fuerit: propterea nullis adminiculis expleuit, ſed (vt dicitur) Marte ſuo omnia.

Vel nud. Tellus vox. Si qua laude ergo ipſum (ideſt ſuum Additamentum) Lectores dignum eſſe exiſtimabunt, ſileant momi, & me eam frui non iniquo animo patiantur.

Pariſani Contrad. 240. Hilaria feſtiua ac lepida fatu, ac dictuque. Completæ & abſolutæ tuæ fabricę ſcutum (more Veneto) appoſuiſti tota tibi laude refertum fugatas ob chimærarum chimæras, quas tibi ſomniaſti: Haud mirum propterea ſi nunc experectus, tuas culicum plenas (vt vulgo aiunt) totas manus reperias. Sed cur Momum times? An conſcientia mille teſtes? an iſtæc tua Momo digna tibi videntur?

Conuicijs reſpondere, Mordere nos noluimus, nec ringere quidem, niſi ridendo: ridere verò aliquando quid prohibet? iocis quandoque agere quid obſtat? quid rationabiliter ac hilariter interdum mutuam gratiam referre impedit? quid liberè & ſolutè numquam non loqui vetat? quid ſupra lamentaris me iocis egiſſe? An neſcis, quòd ineptiſſimi (tibi Pariſani) eſt iocari, ridere, ad riſumque mouere? quæ tu Sapientior nõ commiſiſti; vt quid propterea ad iram moueris tu? viden quòd dupli damnaberis tuis cũ Protectoribus?

Seriò agitur. Sed ſales mittamus & iocos hiſce colophonem addentes, quia mihi dimidium toto maius eſt, vtque Theoninos dentes effugiam Veritatis tantummodò motus amore, tibi Sapientiori ſeriò. *Mundi ni & ſequacib. recãtandum.* Tua fabrica corruit tota, vt lapis ſuper lapidem nõ remanſerit, & vna cum puluiſculo verrimus omnia, vt iam inde à principio facturi promiſimus. Reſtat tantummodò itaque, vt in omnibus & per omnia recantes, noſtra rectè interpreteris: Et ſic vti tibi gratias habemus agimuſque dictas ob cauſas; ita tu audire, intelligere ac diſcere egrè ne feras: *Et dicam omn.* quando, vt Seneca ait, tamdiu diſcendum quamdiu neſcias, & ſi prouerbio credimus, quamdiu viuas.

Si quid non placuerit objicite, quoniam vt ex lapidum colliſione ignis excitatur, & flamma flatu, ac vento maior ſit atque ſplendidior, ita contrarijs argumentis ad dignoſcendam Veritatem voti compotes ſimus. Contraria namque ſe inuicem illuſtrant ac pateſaciunt, alterumque alterius eſt interpres. Quare non placet, quod in fine tuæ præfationis ſtatuis, videlicet, quòd in poſterum nullam mecum rationem habere velis, niſi reddita abs te ibidem cauſa, quòd tædeat tempus conterere, præpediat. quod tunc laudabo, etſi ſerò ſapiant Phryges.

In reliquis vt tibi & omnibus integrum eſt contradicere, ita mihi pergratum eſt, ſicuti gratiſſimum erit ſemper quo ad potero reſpondere, ac pro viribus ſatisfacere in Veritatis gratiam; ſed bene modeſtè peroptarem, vt literati eſt, non vt hactenus exclamationibus & tonitruis, quibus nihil poſt conſequutus, conuicij fulmen iecisti, quo tamen noſtra (vt patet) ſententia minimè de cœlo tacta eſt: immo atris illis tuis ex circulantibus tenebris,

Bb 2 hac

hac luculenta orta corruſcatione nobis & luceſcit, & tuis benignis Lectoribus dieſcet. Ceterùm priuſquam obſignem, Numquando (amabo te) fore putaſti, vt hæc tua doctis & probis probarentur ¿

Quibus tuis Sapientibus, Conſultoribus, Protectoribuſque hæc ſic noſtra Veritati conſona videbuntur, lætabor plurimum ſin minus ſententiam mutabo ab illis ijſdem aliquando veritatem edoctus. *Veritas temporis filia.* Sed ſciant velim Veritatem Temporis eſſe filiam, quod & poſthac notabit, mendacium celari non poſſe quare tu prudentibus ſilentium poſthac elegiſti.

Interim nos, vt auicula ſuis cum filijs in ſibi à ſe ſe fabricato nido filoque arboris palmæ ramulo appenſo, nec canum latratus, nec ſerpẽtum inſidias pertimeſcit, in noſtro nobis, & partubus noſtris Lydio fabricato Lapide, intimo ceu in ſinu gaudebimus. *Finis Pugnæ Mundini Victoria Pariſani Finis.* Et Deo Optimo Maximo Deiparæque Virgini honor & gloria ſemper. *Deiparæque Virgini.*

ÆMI.

ÆMYLII PARISANI
ROMANI
PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI
NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE
Pars Altera.
DE INSITI CALIDI ADDITAMENTO
LAPIS LYDIVS
AD PRÆCLAROS ACADEMICOS PATAVINOS

Scribendi Cauſa.

QVVM omnes ad cognitionis & ſcientię cupiditatem natura trahamur: quia ſcilicet vt Cicero ait hominis mens diſcendo alitur, & noſtrũ ſcire ſit poſſe docere, deincepſque noſtri ſciti rationem reddere, atque conſequenter intelligere quæ ſcire credamus. Ea propter, quum ſuperioribus annis Innato de Calido ſermonem habuerimus & ſcripſerimus, non vt doceremus; ſed quid crediderimus in apertum proferremus, viſuri an doctioribus probaretur, vt vel in ſententia permaneremus aut potiora ab alijs edocti in alia omnia (vt ſapientis eſt) iremus. Quum ecce tibi elapſis menſibus Doctiſſimi plures Recentiores certatim, ab inuicem nihilominus diſcrepantes, Innato de Calido diſputationes in lucem ediderunt: quas quum ipſe non ſatis intelligam, nec meis cum ſcriptis conueniant: quid nunc ſentiam quærendo enarrare cogor: Non vt doceam, inquam, ſed vt à Doctiſſimis & Celeberrimis Viris quod quæro intelligam, atque proinde ſi poſſim extorqueam ac conſequenter cupiditate ductus diſcendo alar. Et quia Recentiorum alij priores Innatum Calidum Archigonon corpus cũ Galeno ſtatuunt, tametſi haud inter ſe ſe cõueniant. Alij aliter ac aliud ſentiant, & Cor fontem, & à corde id ortum ducere ac conſtitui aſſerant. Horum multa ſigillatim quampaucis referam, ordineque ac ſingulatim breuiter perpendam, atque de ſingulis quid ſentiam liberè, & ſincerè promam, quodque aliorum purgatoris iudicij cenſuræ lubens ſubijciam. Gratum interim Celeberrimis Viris me facturam exiſtimans anſam illis nos & nobiſcum neſcientes docendi & iuuandi,

di, ſi præbuero. Non me fugit tamen, immo ſatis compertum mihi eſt, apud Vulgum & Philoſophaſtros vera loqui & Veritati eſſe, rem odij plenam fore apud ingenuos, doctos & ſapientes ſecus ſe ſe habere, ſi verum eſt, quod Philoſophi Veritatis amatores ſint, & tales ſe profiteantur; Propterea quum præclariſſimis cum Viris mihi res ſit, qui publicis & in primis Italiæ Cathedris Philoſophiam & Medicinam profiteantur & doceant in dubium haud vertendum, quin gratiſſimum illis ſit audire quid ſuis de ſententijs ſentiant alij, vt obiectis reſpondendo ſatisfaciant & prolata ſtabiliant. Eo maximè, quòd Ariſtotelem & Galenum publicè maximæ ſonoræ Mundi tubæ agant: quorum cum Altero ſuſtineant præ ſe ferantque, amicum Socratē amicum Platonem, ſed magis amicam ſibi Veritatem fore. Cum Altero ſuſtentent & fulciant Hippocratem & Platonem maximos fuiſſe Viros, iiſdem nihilominus abſque demonſtratione credendum non eſſet vt propterea eorumdem quos agunt, & verè ſcientium magiſtros imitati, eos non lædemus, ſi quorum neſcimus, eorum ſcripta non intelligentes addiſcēdi gratia rationes ſciſcitati erimus: immo pergratum illis facturos nos crediderimus ſi docendi & ſcribendi ſimul illis occaſionem impertiamus, vt perquam gratiſſimum nobis (nos ita Dij bene ament) eſſet noſtra à quocunque comiter ventilari. Qua proinde fiducia, Veritatis gratia, addiſcendi cauſa ad eos me conferam, ordine & gradatim illos prius, qui priores ſcripſerunt, interrogabo, ſi ſe ſe exorem ſinant, In Admirantes arduæ huius ſuſceptæ prouinciæ Lucretij prius hoc ſuſcepto ſcuto,

Deſine qua propter, nouitate exterritus ipſa,
Expuere ex animo rationem ſed magis acri
Iuditio perpende, & ſi tibi vera videtur,
Dede manus, aut ſi falſa eſt, accingere contra,

ÆMIL.

ÆMYLII PARISANI
ROMANI
PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI
NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE

Pars Altera.

DE INSITO CALIDO
SINGVLARIS CERTAMINIS
LAPIS LYDIVS,
AD IO. DOMINICVM SALA ACADEMICVM PATAVINVM.

Excellentiſſimi Doctoris Phyſici ac Medici Io. Dominici Sala Patauini Primi Theorici Extr. De Calido Innato ſententia.

Innatum Calidum eſt corporis viuens ſubſtantia ſpermatica & illius pars purior, calidior, intimior, &c.

INTER Præclariſſimos recẽtiores Patauinos Academicos, Doctiſſimus Sala hanc Innato de Calido ſua in medica arte cap 9. ſentẽtiam edidit. Et poſito ac recepto ex quorundam opinione, Calidum Innatum corporis viuentem ſubſtantiam eſſe, docet calidum inſitum eſſe non quidem totam partem dictã ſpermaticam, ſed ipſius portionem puriorem, & magis calidam, & magis internam, & prius genitam, & melius permixtam, melius aerea humiditate temperatam; eſſe in mixtis & præſertim animatis eſſe in eadem parte partes diuerſas & ratio oſtendit & confirmat experientia, inquit. Ratio quidem, quia nõ in omnibus partibus eiuſdem mixti eadem elemẽtorum poteſt eſſe proportio, quum aliæ ſint craſſiores, aliæ tenuiores: aliæ externæ, aliæ internæ: aliæ magis, aliæ minus à calore perficiantur. Experientia vero quia apparet ex artificiali coctione, & clariùs ex deſtillatione diuerſas partes eiuſdem mixti ſeparari, immo prædicas diuerſo & contrario temperamento, ſi piper & alia calida diu coquãtur, aut etiam in aquam infundantur totam acrimoniam & caliditatem in aquam deponet, ſignum hoc eſt euidentiſſimum in eodem piperis grano aliquas partes eſſe calidiſſimas, alias minus, quaſdam etiam frigidas; idem puto (inquit) contingere in ſpermaticis & ſolidis partibus; vt aliquæ portiones ipſarum perfectiores ſint & calidiores, quæ ſint propria & præcipua ſedes natiui caloris, & propterea poſſint & debeant calidum innatum appellari. Atque hoc idem confirmatur, quia ſicuti in toto animalis corpore pars vna, nempe cor eſt ſedes præcipua influentis caloris, qui ab ipſa per ſpiritus in vniuerſum corpus influat, ita in ſingulis viuentibus veris & ſolidis partibus debet eſſe portio aliqua, quæ ſit veluti radix & fundamentum huius inſiti caloris.

Confirmatur ratione.

Præ-

Prædicta Sententia à Pariſano excutitur ventillatur atque euertitur.

QVum ſpermaticæ partes in ſua ſpecie eiuſdem ſint naturæ & homogeneæ vt puta pura eiuſdē fontis aqua, nos non bene mente concipimus, Quæ, & quam ob rem illius pars ſit purior: quæ illius portio per ſe (ex accidenti, quia interior ob viciniam parti calidiori tranſeat) ſit Calidior: quia ex eiuſdem natura, ex eadem æque elaborata materia, & eadem temperatione prædita. Quòd magis Interna, hoc ex accidenti fiet ſi modò fiet, quod non admittimus, quia ex materia homogenea, quæ eiuſdem omnino eſt rationis & temperamenti. Quòd prius genita falſum eſt, quoniam ſpermaticæ partes ſimul & ſemel & illico ex ſemine primò ordiuntur & fiunt ſeu emergunt in minima mole, & quæ tunc ſub ſenſum minimè cadunt, quemadmodum in hiſtoria de ijs, quæ ex ouo ortum ducunt à nobis oſtenditur. Quòd melius Permixta ſimiliter falſum quia dictas ob cauſas tota eiuſdem rationis pars æque permixta eſt. Quòd melius aerea humiditate temperata perinde ac alia falſum ijſdem de cauſis; quoniam quælubet ſpermatica pars homogenea eiuſdem ſpeciei æque cum ſuo toto aerea &c. prædita eſt per ſe & ſuapte natura, ex accidenti poſt modum ſuſcipere magis & minus, ac intendi & remitti, cui dubium eſt?

Calidi ſſitis pars altera.

1. 2. 3. 4. 5.

Quo modo alia pars alia temperatior.

Sed hoc non eſt quod ex propria eius eſſentia, atque natura, quærimus. Immo concedimus & verum eſt, quòd (exempli gratia, & ſit inſtar omnium) alius neruus alio ſit temperatior & verum profectò dicitur, atque ex prouidæ Naturæ conſilio factum eſt, quia alius exquiſitius ſentire habuit, vt opticus, auditorius, ſtomachicus, & vno vt verbo dicam, omnes ſeptem neruorum propagines à cerebro ſeu ab interno ſpinalis medullę principio originem trahentes, qui molliores & humidiores ſunt: alium alio robuſtiorem & fortiorem eſſe decuit motus gratia, vt qui à ſpinali medulla ortum ducunt: Proinde etſi ab eadem radice cerebro, remotiùs tamen & nō perinde ab ea perfecta tēperie emanāt.

6. Sed quod vnius cuiuſque iſtorum vna pars ad arbitrium ſit calidum innatum ab imaginatione prorſus pendet: quia omnes partes eiuſdem rationis eiuſdem pollent innati calidi ſymetria, eodemque gradu gaudent, vt quælubet vena venæ reſpectu, quæ vis arteria, &c.

7. Quòd ſi ex vicinia ambientiue & huiuſmodi remotæ & magis externæ partes ab influentibus caloris fontibus minus ſuccurrantur, magiſque ab externis alterentur, hoc ijs accidit, vt diximus; ſed ex ſe eiuſdem naturæ & rationis partes, ſicuti neruus, vena, &c. magis minuſue interiores intimiores exterioreſue æque omnes ſpeciatim eiuſdem innati calidi gradu participant, quia eadem ex ſeminis maſſa, eodem perinde prædita inſito calido ſiūt, quo ſingulæ partes à quibus & formam & innatum calidum temperamentum conſequutæ ſunt.

8. Verùmenimuerò quomodo quæſo ex eadem ſeminis guttula vobis homogenea, & eodem inſito calido ornata alia pars nerui (exempli gratia) intimior, dicitis, copioſiori, puriori ex innato calido fiet, immo toto ex calido vt doceris, ſi tota guttula eiuſdem (vt communis fert ſententia) rationis eſt? Hoc mente, inquam concipi nequit.

9. Adde, quòd intimior pars meliùs, citiùs, exquiſitiùs ipſa exteriori functiones præſtaret, & vlteriùs meliùs exteriori (vt ſic dicebam) viueret. Ampliùs quum ortus initio iſta intimior nerui pars araneæ telæ craſſitiem conſequuta fuerit, & in poſterum poſtea aucto homine auctus ſit neruus ad ſcriptorij calami craſſitiem; quo modo illius calidum innatum proceſſit? Siquidem quum neruus auctus ſit ſecundum omnes ſui dimenſiones, vel inſitum calidum illius tenuiſſimæ portionis communicatum eſt auctæ parti, aut non: ſi non, ergo aucta particula nerui erit calido innato deſtituta, & ſic per te nec viuens, nec pars corporis. Si ſic, cur non priùs materiæ & parti puriori temporeque priori atque poſtea toti neruo?

His

10 His accedit, quòd exterior nerui pars
ſic parum vegeta & ineptior eſſet ad opti-
mas & præcipuas functiones: quum ta-
men exterior ſenſili primò occurrat, pro-
ximè tangat, & deinceps primò iudicium
ferat, quia phyſica actio omnis fit per
contactum. Imò ſi interior atque inti-
mior nerui pars eſt calidum innatum, ex-
terior minimè, exterior nihil aget: & ſi
aget, aget quia ab interiori parte calidum
innatum ſibi communicatur, nec ſecus
fieri poteſt, quia eſt primùm & præcipuũ
animæ & functionum inſtrumentum.
11 At Vir doctiſſime, ſi Innatum Calidũ
eſt intimior seminea pars, & quatenus
talis, ſolida & craſſa ſitum nec locũ mu-
tare valeat, quo modo exteriori commu-
nicabitur, præſto ue erit? Quo circa cer-
tum eſt non poſſe agere, quod ſenſui &
12 experimento repugnat. Præterea quum
idem membranoſum corpus in plures ac
plures membranas diuidatur, vt Anato-
mici norunt: Ergo ſi intimior portio ſiue
extimam verſus centrum corporum, ſiue
mediam inter diuiſas exiſtimes eſt cali-
dum innatum, reliquæ erunt aliud ab ip-
ſo, & ſic ſine ipſo; Ergo corporis partes
erunt & ſpermaticæ & non viuentes, vt
dicebamus, quod implicat.
13 Quòd ſi medium in qualubet membra-
nula colloces, quum tenuiſſimas in partes
aranearum telarum inſtar diuidantur, tuũ
erit ponere terminos inter medium &
partes à medio in profunditate telæ ara-
neæ, quod tibi ni fallor haud facile erit,
attamen adhuc eaſdem vigebit difficul-
tas.
14 Vlterius quum membrana tota priuſ-
quam diuidatur vnum ſit, habeatque cor-
pus numero, ſiue ſit plura; aut plura per
te innata calida habebit, & ſic nõ vnus
fons vnius ſpecificæ ſolidæ ſpermaticæ
partis, exempli cauſa, membranoſi cor-
poris, vt docuiſti, ſed quamplures: aut ab
vna illa pro tuo arbitrio ceteræ erunt ca-
lido deſtitutæ, & ita haud viuentes, mi-
nimè ſentientes, nequaquam agentes.
15 Adhæc quum inſitum calidum ſit vin-
culum inter animam & corpus, & eo per-
durante vnio maneat & vita, eodem re-
cedente eadem abeat; quumque per te
calidum innatum ſit pars ſpermatica &
media, aut intimior cuiuslibet ſpermati-
ci corporis, & hæc e mortuo animali re-
maneat atque ſenſu percipiatur, rema-
nebit calidum inſitum ſine anima, vincu-
lum non vinciens, quia abſque vinctis; &
ita mortuo animali eius præcipua organa
& partes viuent & ſeruabuntur etiam ſi-
ne ſale, Sala præclariſſime.
Nec præſto tua ratio eſt, quemadmo- 16
dum nec experientia; quoniam nec ad
rem faciunt, tua pace dixerim. Ratio
nulla, quoniam ſpermaticæ corporis par-
tes proximè non exurgunt ex primis ele-
mentis, ſed ex ſemine & minimo ſemine,
& omnino tali ſemine vobis homogeneo
& tali, atque æque temperato adamuſſim
ſemine ſingulæ, vt ſuo in campo expoſi-
tum à nobis eſt. Non ad rem, inquam, 17
eo quia quæſtio eſt de innato calido ſper-
maticæ partis, & huius ſignatæ partis in
ſpecie, quæ homogenea eſt. Ratio autẽ 18
& experientia abs te allatæ ſunt de toto
compoſito etherogeneo diſſimilari corpo-
re, quod diuerſas temperationes habere
verùm eſt, vt nemo inficias ibit; ſed vt di-
ximus ad rem non faciunt. Quandoqui-
dem alio eſt inſito calido & temperamen-
to præditus neruus, alio vena, alio ab i-
ſtis membrana, alio ligamentum, alio ad-
huc os, quemadmodum & tu aſſeris (ta-
metſi ab inſito calido ad calores & ele-
mẽtorum mixtionem te conuertas) exem-
plo à coctione & deſtillatione deſumpto
ex pipere, quod eſt ſemen etherogeneum
plantæ partes vna cum inſitis partium ca-
lidis & temperationibus continens (in
proprio tractatu oſtendimus) & proinde
multifariam tibi deſtruis: ſicuti etiam cũ
non recte ratiocinatus es: quòd vt influẽ-
tis caloris vnus eſt tantummodo fons, cor
videlicet; ita & de innato calido conſti-
tuendum tradis: quoniam id, calidum, *Teſtes in dimidio inſiti ca-*
inquam, innatum in primordijs tantum- *loris fons*
modò indiuidui ortum & toti parti ho- *quo modo.*
mogeneæ primò & per ſe æque cõmuni-
catum, quippe ad totius vitæ curriculum
ſufficiens eſt & neceſſarium, ſimpliciter
intellige: quoniam ad melius eſſe & ſe-

cundum

cundum quid (vt loquuntur) datur poſt procreationem alius fons, & ſunt teſtes, vt ſuo loco & diximus ex explicuimus, ſine quibus tamen viuitur, etſi non perinde perfectè; necnon alius abſolutè neceſſarius, cerebrum videlicet, de quo alibi. Cor autem in perfectis eſt ſimpliciter neceſſarium, vt pote quod ſuo motu calore & conſequenter continua influentis caloris & elaboratioris alimenti ſpirituum nimirum ſubminiſtratione ſingulis corporis partibus præſto eſt, vnde vitæ conſeruatio & incrementum. At cordis alimentum hoc cum influenti proprio calore eſt indiferens & proportionatum quarumcunque partium, carnearum videlicet, & ſpermaticarum, in quibus omnibus, & ſingulis ſpecificis eſſentialem mutationem, & accidentalem in calore patitur & recipit, quod innato primo de calido impoſſibile eſt factu, & ridiculum dictu.

Sic Cerebrũ quo modo.

19 Adde quod ſi inſitum iſtud calidum eſt pars corporis viuens ſpermatica & purior, perfectior, intimior &c. quũ quęlubet ſpermatica pars vbique eadem omnino ſubſtantia & temperamento ſit, vt ſenſus ſentit, & communis ratio docet, quo modo illius, & in illa vnus fons conſtituetur? Siquidem Viri doctiſſimi arbitratu erit pars intimior in vniuerſo tali corpore, puta neruo, à capite ad pedem omnes ſecundum dimenſiones, & ita riuulus abſque fonte: præterquàm quòd quo nam pacto tale quid communicari diſtribuique poſſit impoſſibile captu, nobis ſaltem: quoniam qualitatis & alimẽti eſt communicari & per communes ductus & vias, quod corporeæ partis denegatum eſt. Sic enim vna pars in aliam migraret, & ſic partium & corporum penetratio. At quid de parte corporis viuenti, quam inſitum calidum Excellentiſſimus conſtituit & fontem decernit, quid eo ex fonte iure ſuo ſcaturiet? Calidum innatum dicet: At per ipſum, arbitratuque ſuo tale quid eſt pars corporis ſpermatica viuens & intimior: An hæc in extimas egredietur, notabit, & vagabitur per corpus?

Inſitum Calidum non vnum.

An per plena & ſolida, an per vacua? At quo modo hæc quam ob rem & cuius gratia ipſe nos doceat, quoniam ingenuè fatemur iſtæc neque intelligere, nec rudi Minerua capere poſſe quidem. Quandoquidem ſolidam partem mediam & intimiorem arctè ceteris nedum annexam, verùm & immobilem & continuam loco moueri & per corpus fluere & vagari nobis implicat.

Quòd verò cor ſuo calore & motu vitales à ſe genitos ſpiritus per arterias influat, bene habet, eſto; At fons iſte (clariſſimi Viri) inſiti calidi nullibi reperitur, nuſquam habet riuulos, nullum nullibi eiuſmodi alimentum apparet, nullibi vllum ſub ſenſum tale ſpermaticarum partium diſcrimen ac veſtigium cadit. Nuſquam ab ipſo certò deſignatur ſtatuiturue, proinde & nullum & irritum nobis erit. Ita nobis rationem & experimentum rectè (ni fallimur) ſubducentibus hæc ſubducuntur. 20

Ceterùm vlteriùs ad calculum talem camdem rationem & experientiam reuocantes inductione procedamus. Fons iſte in ſpermatica ſolida parte vbi conſtituetur in oſſe? Dicet in magno aliquo, fortaſſe in cranio, oſſe ſacro, fœmoris oſſe altero. At nullum iſtorum cum ceteris continuum eſt. Quo loci in cartilaginibus, an in cartilagine aurium, naſi, ſterni, coſtarum, capitum oſſium? At iſtæc nec etiam contigua quidem. In quo oſſium & cartilaginum ligamento fontem in cetera influentem lõgiſſimè ab inuicem diſtantia collocabit? Igitur in iſtis ſpeciebus nullus fons, qui illarum indiuiduis omnibus communicetur competatque. Quòd ſi omnibus hiſce indiuiduis inſitum calidum impertiatur vt par eſt, & ita per ſe vnus fons, arbitratu ſuo ſubducentibus nobis nullus fons, atque ſimul & vna ſecum concludentibus innumeri fontes, quia ſexcenta ſunt ligamenta, &c. Si nos Præclariſſimi Viri ſententiam verè attigimus. 21

ÆMYLII PARISANI
ROMANI
PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI
NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE
Pars Altera.
DE INSITO CALIDO
SINGVLARIS CERTAMINIS
LAPIS LYDIVS.
AD CÆSAREM CREMONINVM
PHILOSOPHVM EMINENTISSIMVM.

Præclariſſimi Viri Cæſaris Cremonini in Schola Patauina Philoſophi Primæ Sedis de Calido Innato Apologia Dictorum Ariſtotelis aduerſus Galenum.

Ex 1. 2. et 3. Dictato.

Elementorum qualitates quo modo ſe habeant in compoſitione miſtorum. Tres dubitationes circa hoc proponuntur, & ſoluuntur. In omnibus compoſitis ex elementis eſt calor temperamenti, & hic eſt calor innatus, qui aliter exiſtit in miſtis, ac in animatis.

CAPVT PRIMVM.

Pag. 8. ARISTOTELES 2. de anima tex. 40. diſputabat aduerſus dicentes ignem eſſe cauſam augumenti, & in text. 40. colligebat ipſum eſſe concauiam, quia calidum ſit veluti animæ instrumentum ad ea opera, quæ pro auctione requiruntur.

Ex Ariſtotele ignoratis communibus non bene poſſumus propria ſpeculari, quod non obſeruauit (mihi ignoſcat) Galenus: in ſolo enim homine verſatus eſt, ignorando, qualiter res ſe habeat ſimpliciter in natura animantium. Ego pro ingreſſu ad tractationem, mihi hoc in primis duco faciendum, vt explicem quo modo ſe habeant qualitates elementares in *Pag. 9* *Intentio Authoris.*

com-

compoſitione omnium miſtorũ, ad quorum compoſitionem elementa omnia con currunt. Elementa ſunt ignis, aer, aqua, terra: Qualitates calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Omnia igitur elementa eſſe in miſto, ita vt miſtum ex omnibus ſit conſtitutum, habemus ab Ariſtotele 2. de gen. text. 49. & ſi aliquis hoc negaret, deberet reſpondere demõſtrationi, quam ibi Philoſophus adducit, & reſpondere ſenſui, quo a miſto in illius putredine cernuntur ſingula elementa ſeparari, quod habetis in 4 Metheorum in principio. Modo iſta elementa veniunt ad compoſitionem miſti per mutuam actionem & paſſionem, quæ eſt ſecundum contrarias qualitates, quibus formantur & ſunt caliditas, frigiditas, & humiditas, & ſiccitas.

Accipiatur itaque, quod in miſti compoſitione concurrũt calidum & frigidum efficiendo, humidum, & ſiccum patiendo. *Effectio eſſentialis frigidi.* Effectio modò eſſentialis frigidi eſt congregatio homogeneorum, vt Philoſophus in 4. Metheorum, & ſenſus demonſtrat. Si enim in aqua ſint plumæ, palea, ligna, ferrum & alia, frigidũ ſimul in glacie omnia congregat. *Efficientia calidi.* Efficientia verò calidi cõſiſtit in cõgregatione homogeneorum ſegregando ad hunc finem etherogenea; ſic ignis cõgregat lignum in vnam flammam, ſeparat autem ferrum, quod ſit in illo. *Pag. 9.* Quando a principio elementa veniunt ad miſtionem ſunt etherogenea, quia ſunt diuerſarum ſpecierum, tunc ergo potiſſimum inualeſcit actio frigidi ad cõſeruandum illa vnita ad hoc vt poſſit viciſſim agere & reagere pro miſti compoſitione. Interim etiam calor debet agere ad ipſa reducenda in naturam homogeneam, ad quod faciendum coadiuuat etiam frigidum, & calorem temperando, & illa (vt dicebam) vnita conſeruando. Fit igitur inter elementa permiſtione actio talis, donec ſint redacta ad vnionem, quod eſt reduci ad eſſe ſimilare; & tunc actio calidi maximè viget, quia ſicuti illius eſſentia eſt facere ſimilaritatem, ita eiuſdem eſſentia eſt illam factam continere.

Tunc autem dicitur eſſe facta ſimilaritas, quando quælibet pars miſti eſt miſta; tunc enim vnumquodque elementum eſt in vnoquoque, & facta eſt vnio formarum ipſorum elementorum, ex qua reſultat vnus actus eſſentialis, qui eſt forma miſti, ſub qua forma miſti calidum ſe habet ad continendam illam homogeneitatem. Et donec durat calidum in tali vigore etiam miſtum conſeruatur, quando calidũ amittit ſuum vigorem, vt in putredine, etiam miſtum reſoluitur. Quæ doctrina eſt euidens ex 4. lib. Metheororum. Sic igitur ſe habet ſimpliciter loquendo, conſtitutio miſti ex quatuor elementis, & ſic ſe habet calidum ſimpliciter in omni compoſitione, quæ ſit ex quatuor elementis. *Pag. 10.*

Dubitationes. Prima. Sunt modò dubitationes. Vna eſt quã excitauit Olimpiodorus hoc pacto. Omnes quatuor qualitates ſimul cũ quatuor elementis ſunt in miſto ad miſtum conſtituendum: efficiens autem non poteſt remanere pars ſui effectus, quia ſic efficeret ſe ipſum. Quo modo igitur poteſt eſſe verum, vt inter qualitates elementales, calidum, & frigidum ſint effectiuæ?

Altera dubitatio eſt. Nos obſeruamus alia eſſe miſta a prædominio frigida, alia a prædominio humida, & alia, ſicca, quod videtur non poſſe eſſe, ſtante doctrina ſuperius poſita; diximus enim calidum in omni miſto continere miſtionem adiunctam, formæ ipſius miſti, hoc videtur inducere, quod omne miſtum ſit a prædominio calidum, quod ſi ſit verum, quo modo ſeruabitur, quod aliqua miſta ſunt a prædominio frigida, aliqua humida, aliqua ſicca? *Secunda.*

Tertia. Tertio dubitatur propter animata, & præcipuè propter animalia. In animalibus enim & in omnibus animatis ſunt partes diuerſæ, quæ ſunt diuerſorum temperamentorum. Sequitur ex doctrina ſuprapoſita, quod in diuerſis partibus ſint diuerſi calores continentes diuerſas ſimilaritates. Si autem hoc ſit, quo modo iſti calores in vnum veniunt; ita vt dicatur miſtum animatum eſſe vnum, & habere vnum calorem ad ſe ipſum conſeruandum nutritione, & alijs requiſitis ad opera vitæ?

Prima ſoluitur. Prima ſic ſoluitur. Quando Philoſophus inquit calidum & frigidum ſunt effectiua non reſpicit ad miſti productionẽ,

quæ

quæ debet fieri, ſed ad duas alias qualitates, humidum,& ſiccum,& in comparatione ad illas habent rationem effectiui,quia congregant,cõtinent,& terminãt illis,dum omnes ſimul mutuo agũt & patiuntur. Quod enim dicitur de efficiente, ipſum non remanere partem ſui effectus, intelligitur de primo efficiente rei, quæ efficitur productiuo.

Pag. 12. Obſeruandum prętere,quod qualitates elementares, per quas elemẽta veniſit ad miſtionem ſunt inſtrumenta externi efficientis,quod eſt ſemen in animatis,& ſimpliciter loquendo Cœlum, quatenus poſtea particulariter ſibi ſubordinat talem aliquam conſtitutionem in partibus Mundi,vbi fiat generatio alicuius miſti. Cum igitur calidum & frigidum, ex quibus componitur miſtum agant ad illam compoſitionem tamquam inſtrumenta, non eſt inconueniens eadem remanere vt materiam, quia in naturalibus cauſa inſtrumentalis reducitur ad cauſam materialem. Ita vt propoſitio,quæ dicit effectiuum non remanere partem effecti, ſit ſemper intelligenda de proprio effectiuo. Vno exemplo rem declarabo. Fit aurum & argentum in mineris, & ſit per miſtionem elementorum mutuò agentium per has qualitates,vt diximus calidum & frigidum. Ibi non ſunt prima effectiua loquẽdo de frigido, & calido ex quibus cõponuntur, ſed eſt virtus mineræ, quæ vtitur iſtis, prout eſt Cœlo ſubordinata ad omnia generanda ſui generis & cõditionis, *Solutio ſecunda.* patet,quia vbi eſt minera auri, ibi nõ eſt præciſè argenti,quia vires ad hæc metalla generanda ſunt diſtinctæ.

Pag. 14. Alteri Dubitationi dicitur calidũ continere miſtum,& alia ad illud faciendum concurrentia in ratione ſolum ſimilaritatis, prout ſunt redacta ad homogeneitatem, quia calidi eſt congregare homogenea,& hæc eſt eius natura. Quomodocũque igitur ſit facta hæc homogeneitas, & cum qualicũque prædominio,calidum proportionatum illam continebit. Modo in facienda hac ſimilaritate miſtorũ,quæ debent generari, poteſt eſſe dominium molis cuiuſcunque elementi, ita vt continentia, quæ tribuitur calido nihil prohibeat, quin ſint miſta à prædominio terrea & ſicca; à prædominio aquea & frigida,ſiue humida. Non enim ſub ratione talis naturæ dicuntur contineri in miſto à calido,ſed ſolùm ſub ea ratione,qua deuenerunt ad ſimilaritatem.

Solutio tertia. Pag. 15. Tertiam non eſt difficile ſoluere ſicuti partes illæ ſic diuerſæ ſimul proportionantur ad vnum animatum conſtituendum ſub vna tantum forma, quæ eſt anima, ita illi calores temperamentorum diuerſorum ſunt vnus calor in proportione ad totum,& in proportione ad vnam formam ſub qua tota illa conſtitutio eſſentialiter eſt ordinata. Hactenus habemus in omnibus compoſitis ex elementis eſſe calorem temperamenti, cuius eſt cõtinere temperamentum, quia in ſui eſſe habet ſimilaritatem, & calidi eſt congregare homogenea.

Cõcluſio. Accipite modo hanc concluſionem, quod iſte calor prædictus eſt ille calor, qui dicitur innatus, & ſit concluſionis probatio talis.

Illud calidum à quo prouenit omnibus eſſe,& viuere,& quo alterato alteratur in omnibus eſſe & viuere eſt calor innatus, quia eſt calor, qui hæc præſtat, debet à primordio generationis ineſſe quibuſcũque vſque ad illorum deſtructionem. Sit minor talis. Sed illud calidum à quo omnia talia proueniunt,nihil aliud eſt,quam calidum temperamenti. Ergo calidum temperamenti eſt calidum innatum, vt ſyllogiſmus ſit iſte.

Syllogiſmus. Pag. 16. Illud in quo conſtat eſſe, & viuere rerum,eſt calidum innatum. Sed ita ſe habet de calido temperamenti. Ergo eſt calidum innatum. Maior propoſitio etiam à Medicis concedetur. Minor verò demonſtrabitur ſuccedendo.

Nunc iſtud accipite,quod calidum innatum eſt in omnibu miſtis, quamuis diuerſimodè ſe habeat ad actiones, & vſus in his,& in animatis. Sic Ariſtoteles quãdo definiuit putredinẽ,quæ eſt corruptio communis omnium miſtorum tàm animatorũ,quàm inanimatorum,dixit, putredinem eſſe corruptionem proprij, &

natiui caloris, vnde calor natiuus, agnoſcitur tamquam quid commune omnibus.

Quæret aliquis vlterius, Quid dicimus calorem innatum eſſe in humido, & dicemus poſtea vitam eſſe poſitam in calido & humido, Cur ſic? Loquendo generaliter (de vita poſtea dicemus) cur in quam ſic? Si calor continet ſimilaritatem miſti, in quo ſunt omnes qualitates, cur potius dicitur in humido, quam in ſicco? Ratio generalis eſt hæc, quam accipere poteſtis ab Ariſt. 2. de generat. tex. 49. Debet calor temperamenti continere elementa in miſto temperata, hoc præſtare debet potiſſimum ſibi coniungendo illam qualitatem, quæ magis facit ad hãc vnionem elementorum; talis autem eſt humiditas, quia eſt veluti glutem, quo ſeruantur coniuncta illa, quæ ſunt congregata, & eſt ratio terminationis aliorũ, quæ de ſe ſunt difficulter terminabilia.

Ex 3. De Ílato p. 18. Applicando dicta animatis, quia vniuerſalia conueniunt omnibus particularibus, vt quod dictum eſt de calido continere miſtionem quod facit ratione ſuæ naturæ, quæ eſt vt congreget homogenea, ſit etiam retinendum in calido temperamenti animatorum quia quod eſt eſſentialiter de vniuerſali, debet adeſſe omnibus ſub vniuerſali contentis. Sed præter hoc habet proprium aliquid, quod conuenit calido temperamenti in animatis recepto.

Calidum quidem in miſtis cõtinet miſturam, ſed non habet vim agendi in ipſam, ita vt poſſit intrinſecè operari in ſuũ ſubiectum. Præterea non habet agere intrinſecè pro conſeruatione ipſius miſti, ſed ſolùm qua ratione continet miſturam debet oppugnare extrinſecus occurrentibus, vt miſtum conſeruetur.

Calidum modo temperamenti in animatis nõ ſolùm habet iſta facere, ſed habet vſum pro animæ operibus, & poteſt agere intrinſecè in ſuum ſubiectum pro cõſeruatione & ſui ipſius & totius animati. Habet autem hoc facere pro vt eſt ſubordinatum animæ, quę ad varia opera eſt deſtinata: Primum quidem opus animæ eſt nutritio, quia vita conſiſtit in nutritione (ad quam facit pręcipuè elixatio, quæ elixatio fit per calidum & humidũ p. 221.) Iſte calor temperamenti præcipuè debet deſeruire huic opere, quod facit concoquendo nutrimentum, & diſponẽdo partes nutriendas ad receptionem, veluti illas rarefaciendo, & tandem omnia præſtando, quæ pro nutritione requiruntur.

Quoniam itaque ſunt variæ partes nutriendæ, quæ requirunt varium calorem ſibi proportionatum, ideo ſunt varia tẽperamenta, & variè conſeruanda in animatis, quæ quidem in omnibus conſeruantur modo prædicto cum adiunctione eius, quod paulò poſt dicetur. (de corde intelligit.) *Pag. 20.*

Nunc decet admirari ingenium Ariſtotelis. & obſeruare ſoliditatẽ illius doctrinæ. Iſta varia temperamenta reſultarunt ex varia actione & paſſione qualitatum elementarium, quæ cum ſint formatrices elementorum, neceſſariò habent tranſmutationem, quæ eſt ſubſtantialis quocunque modo. Quare ſicuti in ſimilaribus iſta mutua actio deſinit in vnã formam ſubſtantialem, quæ eſt actus vnius temperamenti ſimilaris, & per totum eodem modo ſe habentis, ita hæc actio earumdẽ qualitatũ in miſto animato, quod eſt diuerſorum temperamentorum debet deſinere in vnum actum ſubſtantialẽ, qui ſit aptus continere, & in vnum colligere diuerſa temperamenta, pro vt etiã diuerſas ipſarum partium eſt ſimul materialiter colligata: Iſte actus talis eſt certè diuerſus ab actu miſtorum, quæ ſunt pronſus ſimilaria, & hic eſt actus, qui dicitur anima. Et ſic Ariſtoteles mirabiliter fecit diffinitionem, quia tota contẽplatio concordat ſenſatis. Derident ipſum, & dicũt. *Ariſtotelis ingeniũ admiratur.*

Dixit, quod eſt actus, quid ſignificat iſte actus? & alia talia digna fatuitate dicentium. ſi fuiſſent verſati in natura hoc vidiſſent, quod vidit Ariſtot., & eſt à nobis prædictũ, & cognouiſſent nihil eſſe, quod potuerit explicare eſſentiã animæ, quam dicere, quod eſt actus corporis inſtrumentarij: Per hoc.n. conſtituuntur animata in proprio gradu inanimata, & declaratur *Pag. 21.*

eſſen-

eſſentia illius actus, quo informantur.

Quoniam poſtea vidit Ariſtoteles, quod etiam operationes animę, vt videre & audire ſunt actus, & ſunt actus corporis inſtrumentarij; videre.n.eſt actus viſiuæ, & videre eſt actus oculi, qui eſt corpus inſtrumentarium, ideo rem omnem optimè intelligēs adiunxit, quod anima eſt actus primus, id eſt actus eſſentialis conſtituēs eſſe organicum, ad differentiam viſionis, quæ eſt actus ſuperueniens ipſi organo, quæ omnia organa per calidum prædictum viuificantur ad vſum operationum ad quas ſunt facta, modo & ratione inferius diſcendis.

Vnum præterea eſt conſiderandū, quod calor temperamēti in animatis eſt varius in varijs partibus variè temperatis, cum tamen animatum ſit vnum, oportet huic calori attribuere aliquā vnitatem, & ideo oportuit in perfectis animalibus adeſſe cor, quod ſua actione ſanguinem & ſpiritum faciat, quos tranſmittat ad partes ratione vſus, qui dicendus eſt.

Prælibata fundamenta a Pariſano expenduntur, & vtpote minimè ſenſata, rationique conſentanea diluuntur.

CAPVT PRIMVM.

Singularis Certaminis Lapis Lydius.

HÆc Doctiſſimi Cremonini fundamenta perpulchra ſanè, propterea rationi cōſentanea aſſeruntur, & proinde probanda quidem videtur; Sed nihilominus ancipites & dubios nos reddunt: quoniā nō intelligimus primo, quomodo Frigus etherogenea: nec deinde quo modo calor homogenea in miſto congregent, & contineant, & ſimiliter elementa, eorumdemque ſimilaritatem: Quoniam Cremonini exempla ſunt extrema, & nos verſamur & ſumus in medijs ab extremis remotiſſima, & proinde minimè ad rem, & ſic animus minimè acquieſcit. Frigus congregat quidem etherogenea lapides, ligna, paleas, ferrum &c. ſed intenſiſſimus in glacie: vt verò mediocris, qualis eſt in miſto, nequa quā. Calor homogenea congregat & heterogenea ſegregando, ſed intenſiſſimus vrens ſcilicet ſuam introducendo igneam formam, qualis non eſt vnquam in miſto: propterea, vt nec illud in miſto cōgregat, neque hic congregabit, neque ſimilaritatē continebit; Sed bene mutua ex pugna & eorumdem omniū virium refractione retuſioneque ſubſequens illico forma rationabiliter ſimilaritatem, & retuſas qualitates continebit, & de more ſeruabit ſuis potiſſimum qualitatibus ſibi, formæ inquam, conſuētibus, vt ferri, plumbi (e.g.) forma medijs potiſſimum talibus frigiditate & ſiccitate, non caliditate ſibi haud ſic conducenti. Contra aurum medio tali temperato calore, non frigore: quod & de aliarum qualitatum medio reſpectu diuerſorum miſtorum formarum, & eorumdem qualitatum & ſimilaritarū ob mediocritatem dictum velim. Et cōſequenter rem ſecus ſe habere, quod Calor (vt certò credimus) e. g. in plumbo omnino terreo & frigido & quo ad ſubſtantiam ſeu ſui ſubiecti molem & ad qualitatē actionemque minimus elementa congregare, ad ſimilaritatem reducere eamque continere & ſeruare queat, atque ad eam ſimilaritatem miſtum redigat, minimus inquā. Sed benè à tali requiſita ſimilaritate frigidiori & magis terreæ tali plumbeæ vigentis formæ propriſſima adeo continetur tueturque, vt etiam a maximo igne liquefactū talis ſimilaritas & forma extingui nequeant, vt plumbū remaneat ſemper deponendo tamen feces. Sic de Auro mirū, quòd purificatum expurgatum etiamſi in igne diu detineatur, non decreſcit, nedum propria forma & homogeneitate deſtituatur, adeò optima ſimilaritate & excellenti miſti forma donatum, vt ab ijs componentibus elementis remoueri non poſſit.

Vt hactenus clarè innoteſcat miſta nō bene (me iudice) dici, innato calore agere, & agi: quum vt plurimū frigida ſint, quia maximè terrea, vt potius & melius quinetiam innato temperamēto prædita prorſus dicenda ſint, quàm calido, minus calore quarta temperamenti qualitate.

Secus viuentia, quia calida ferè omnia

Prima Cremonini fundamēta tolluntur.

Frigoris & Calidi conſideratio.

Miſta qualitatū ſimilaritate agere.

Miſta quomodo agant.

& à caloris prædominio, innato calido. i. tẽperamento agere & agi dicentur. Et licet quædam frigida ſint, vt papauer, mandragora, cicuta, &c. nihilominus tamen vita & operationes ab illo vigente temperamento remiſſe calido (reſpectu noſtri, frigido) primo animæ inſtrumento prodeunt: licet emortua ob caloris receſſum venena euadant.

Miſti tutela & defenſio æque à ſui proprio temperamento eſt reactio & reſiſtentia, non autem caloris quartæ miſti qualitatis, ſed æque miſti totius quatuor qualitatum temperamenti eſt. Quandoquidem quum in miſto ſeiunctæ qualitates non dentur, ſed vt elementa ad minimum ad vnguem miſta ſecundum ſubſtantiam ſunt, etiam ſi ipſorum aliquod maioris molis inibi ſit, ita pariter qualitates, vt ſicuti dicitur & eſt miſtum totum homogeneum, ita & eiuſdem qualitatum vnio & ſimilaritas, (tametſi earumdem aliqua magis vigeat & prædominetur ſua ex actiuitate, vel ratione molis cuius eſt qualitas) à qua omnis actio proinde à temperamenti ſimilaritate, & ab omnibus ſimul refractis; & in ſimilaritatem ab inuicem redactis qualitatibus, vt ita loquar, in miſto, reſiſtentia & defenſio fit in formæ, & miſti conſeruationem, vt miſtum quà tale (& vt ſubſtantia ſiſte contrario) contrario cuique per tale ſui ſimilare ſymetrum temperamentum tali formæ conducens reſiſtat, ac ſe ſe tueatur donec, & quo ad poteſt. Quocirca non agit reagitque calor, ſed compoſitum (vt ita dicam) qualitatum, miſti temperamentum, quod calidum innatum à nobiliori qualitate maioris actiuitatis, & in animatis prædominantis dicitur.

Eapropter non video, quo modo temperamenti calor temperata in miſto elementa continere debeat, poſſitque, quum formæ id muneris ſit, quà tale formatum eſt, & ſeruatur.

Qualitates non ſunt formæ. Neque intelligo, quòd elementorum qualitates eorum ſint formæ ſi (alias præter multas rationes) elementa ad miſti compoſitionem veniunt mutuam per actionem & paſſionem, quæ, inquit, eſt ſecundum cõtrarias qualitates quibus formantur, & ſunt, ſi ſubſtantiæ, ſi formis nihil eſt cõtrarium; ſi magis & minus non ſuſcipiunt, vt quatuor qualitatum proprium eſt.

Neque mente aſſequor, qui mutua qualitatum actio in ſimilaribus in vnam ſubſtantialem formam deſinat, ſed rationi conſentaneum potius quidem puto, quod ex qualitatum intentione & remiſſione, ſimilaritas, & poſt forma, ſubſequantur. Quandoquidem mutua iſtæc actio vtpote actio, & quà operatio non poteſt deſinere, euadere, fieri ſubſtantialis miſti forma, eo minus animati.

Amplius ſi mutua qualitatum in ſimilaribus actio in vnam ſubſtantialem formam deſinit, quæ vobis eſt actus: Ergo actio eſt actus, operatio eſt operatio: Actus enim ipſa eſt actio & factum, docet Nizolius, nec aliam verſionem interpretationem reperimus. Vt propterea non irrationabiliter multi Sapientes & Sancti Literatiſſimi potiſſimum Patres, vt ſupra retulimus (in Ariſtotelis vita) quærant & flagitent, quid ſit iſte Ariſtotelis, 1
Cremoninus multi furiã reprehẽdendus.
Actus: quemque propterea ſi meritò derident, immeritò fatuos Cremoninus vocare audet, potiſſimũ, quòd nec ipſe quid ſit declaret, quum nihilominus ſuum fuiſſet, pace quod ſua dixerim; quando nobis ita prolatus actus intelligibilis non ſit.

Quo modo quæſo iſtæ mutuæ qualitatum temperamẽti ſimilaris mutuæ actionis deſinentia fiat ſubſtantia, euadat forma, anima, capere inquam non poſſumus: 2
non intelligimus quò modo qualitas, accidens in ſubſtantiam in animam tranſeat, vertatur & fiat forma ac anima.

Ad hæc ſi in animato itidem miſto mutua iſtæc qualitatum actio in formam, in 3
animam deſinit, quum plurimæ ſint mutuæ actiones multas ſimilaritates conſtituentes (oſſis, nerui, venæ, arteriæ, ligamenti, membranæ, &c.) & in actum deſinentes, multæ, immo & vnius cuiuſque ſimilaris partis corporis anima erit, & ita quamplurimæ vnius corporis eiuſdem ſpeciei animæ (oſſis, nerui, &c.) ſimul & ſemel erunt.

Contra

4 Contra vero quum nulla ſit communis totius animati corporis mutua talis actio, quia communis totius ſimilaritas in viuenti non conſtituitur, nec vna totius anima dabitur, quæ abſurda ſunt vobis potiſſimum,(non Galeno & veris Galeneis a rei natura philoſophantibus omnia ſimul principio ſeminea animari & conſtitui dicentibus) quibus diuerſis temporibus ſimilaritates, ſemineæ partes, fiunt, & cordis primum, aliorum poſtea, & ſucceſſiue.

5 Vlteriùs quo modo iſta eadem mutua actio earumdem qualitatum animato in miſto vnum in ſubſtantialem actum, qui anima dicitur (præter dicta) definit? An qualitatum actione & paſſione congregando & diſgregando, ex traduci orta fiunt? An mutua elementorum actione & paſſione? Si in miſto non amplius actu elementa, & niſi virtute ſunt: quoniam miſtum alia forma, alijs qualitatibus, proprio videlicet temperamento præditum eſt & gaudet. exempli gratia, panis, caro, vinum, pyrum in ventriculo proprio temperamento a ventriculi actione ſe ſe tuentur, tandem euicta (in elementa haud quaquam migrantia) ventriculi victoria in chylum abeunt, qui aliud eſt miſtum, alia forma, aliaque temperatione a pyri, vini, carnis, panis tempetie. Idem in iocinore de chylo dicas, vbi & a quo ſanguis, aliud pariter a chylo, longiuſque diſtans a carne illa æquiuocè, pane, vino, pyro ſpecie & temperamento, qui ſanguis in & a ſpermaticis ſimiliter euictus in aliud tráſmutatur & ſemen fit, quod in ſpermaticis (Alijs in ipſis teſtibus) ſummè & excellenter elaboratum priuſquam in ſemineæ partis ſubſtantiam abeat animatur eo, quo aliàs diximus modo.

6 An iſtæc omnia, mutationes, temperamento, formæ, anima ex mutuæ actionis qualitatum alimentorum deſinentia? At vinum poſt elementorum miſtionem fuit rude alimentum in vitis radice, aliud in tota vite, aliud elaboratius in palmite, aliud inibi ex eo flos, aliud agreſta, aliud vua, aliud vinum. Idem de pyro, pane, carne, ex quibus chylus. At iſta ſemper & iugiter alia & diuerſa ab elementis, ab eorumque formis & qualitatibus: quinimo & à ſe inuicem ſucceſſiuè ſunt, quemadmodum & deinceps ſanguis à chylo, à ſanguine ſemen, & materialiter & formaliter: Ergo numquam non & cótinuò eorumdem temperaméta ab inuicem diſcrepantia abſque regreſſu ad elementa: non igitur à mutua elementorum qualitatum actione, ſed ab alijs aliorum viuentium miſtorum animabus, temperamentis, innato calido eſſe, & operari habent.

An ex elementorum tranſmutationibus proximè ex qualitatum mutua actione ſimilitudines, proprietates, paſſiones, ſigna, &c. ad parentes patrantur? 7

An cœnoſa ex materia orta, vermes e.g. in inteſtinis immediatè earumdem mutua qualitatum ex actione, à calido ad ſimilaritatem elementa venientia fiunt? Ergo continentur à calido ſeu calore ſub ratione eiuſdem propriæ naturæ, & qua congregat, & continet allatum à Cremonino iuxta exemplum, quod ſupponit calorem intenſiſſimum & vrentem, ex quo tales effectus. An igitur ad vermium in inteſtinis ortum talis efficientia congregandi & continendi elementa, & ſimilaritatem dabitur. & conſequenter ignis formaliter continendo, congregando, diſgregandoque intentiſſimus, & vrens actu dabitur? An verò ex miſto ex putri præparato corpore à putredinali & vaganti viuentis influenti in inteſtinis calore, extraue à Solis virtute, (ad elementa minimè redacto) diſpoſito forma educitur, emergitque? & ita perfectiori diſpoſita & elaborata materia ad varia, alia, & diuerſa corporis membra procreanda, (ne vnum præterea ignem communem congregantem, ſimilaritatemque continentem totius procreandi corporis, & quamplurimos alios varijs indiſtinctis particulis ad varia variè temperata membra ſimul, & ſemel à ſe ſe ipſis, ac à communi actu diſtinctos ignes (quod me iudice implicat) ponere cogamur, & deinceps non eadem 8 9

ex dicta mutua actione, ſed præſtantiori & digniori.

10 Verùm inſuper, Iſte Actus ſi eodem modo conſtituitur, vt dicitis, non eſt diuerſus; quando vterque eſt actus conſtitutionis informationis (vt mox) quà actus, & qua à talibus producentibus (arbitratu noſtro) & producendi modo.

11 Addimus quòd talis diuerſitas ſimilaritatis & diſſimilaritatis, inquam, non facit differre: quoniam vterque actus eſt, & iſdem actus partis ſimilaris, & totius diſſimilaris, oſſis, nerui, arteriæ, & equi totius animati corporis.

12 Quin ſupra, Actus quà primus (ſecundus eſt potentiæ actus, viſio) iſte nihil aliud eſt vobis, quam actus rem conſtituendi, conſtituere, ſeu rei conſtitutio, actus informandi rem, informare, rei informatio: animandi corpus, animare: corporis inſtrumentarij (dicitis) animatio; Vt viſiuæ videre, viſio, videndi actus,

Audire, audiendi actus, auditio. At Actus iſte, informatio, animatio, non eſt forma, anima; ſed quà actus eſt, eſt ſicuti (iure veſtro) actus ſecundus, vt diximus audiendi actus, videndi actus, viſio, auditio: vt verbum illud, Primus, eſſentialis non ſit differentia ad ſecundum, quo modo malè poſitum & perperàm intellectum: quando ambo ſunt actio, qualitas, accidens, vt patet, Nimirum conſtitutio, informatio, animatio, viſio, auditio, quæ ſunt qualitates actiones tranſeuntes. Forma autem miſti eſt quæ dat eſſe eſſentiale. Anima eſt quæ dat eſſe vegetans, non eſt vegetatio: dat eſſe ſentiens, non eſt ſenſio: dat eſſe rationis particeps, non eſt ratiocinatio; Vt viſio, non videndi potentia, auditio non audiendi facultas.

Quòd alius ſequatur effectus ab animæ actu, operatione, a viſiuæ actu, eſto, & verum eſt, in qualubet animæ operatione, ex qualubet animæ facultate (quæ nobis eædem, & idem ſunt cum anima) viſiuæ, intellectiuæ, memoratiuæ: eſto inquam, non propterea ſequitur, quod ille actus ſit anima, hic viſionis operatio: quia ambo actus actiones operationes ambo, illa qualitatum hæc potentiæ, (tametſi nobis ab anima vtraque, potentias animæ ab ipſa non diſtingui volentes). Quocirca quo modo quæſo eſſentialis actus eſt, formam intelligentes, ſi eſt actio operatio, & præterea quum ſemen ipſum animatum ſit, vt clariſſimè alibi oſtendimus? Verba ſanè, & ſanè audio, rem verò haud ſic intelligo, haud video doctrinam ſenſatis reſpondere, Gloſſa minime docet, quid tum?

13 Poſtremo ſi forma dat eſſe rei, ſi eſt ſubſtantia & compoſiti pars præſtantior præcipuaque, quo modo miſti & animati miſti talis actus? Quonam pacto talis actus temperamento & calido innato qualitatum ſymetro, medio, quo, inſtrumento vtetur, nos profectò mente non aſſequimur: & deinceps minimè nũc; & ob hæc nos Ariſtotelis ingenium admirari non decet, minimè illius doctrinæ ſoliditatem obſeruare præſtat; Sed benè verſa omnino vice, talium obſtupeſcere, & ſimul allata & laudata damnare, quia caſſa, & quæ nec caput nec pedes habeãt, parcant Peripati Manes, paceque Magni Peripatetici dixerim.

Hic Nec Ariſtotelis ingenium admirãdũ: Nec doctrina ſolida.

14 Quando præterea (& huius finem faciam) talis animæ Definitio (vobis mirabilis) omnino deſficiens ſit, & quia genere careat & differentia: quoniam minimè actus: quia anima corporis organis deſtituti forma ſit, quemadmodum aliàs diximus, quoniam vt ex ſenſu ipſo potiſſimum, præter Galeni authoritatem deprompſimus & docuimus: quod ſemen, (in proprio eiuſdem tract.) viuit, nutritur, augetur ſine ijs, proinde & illis abſque animal, animanſue certò eſt: & conſequenter falſa definitio, & vana doctrina, & deinceps eius contemplatio ſenſatis non concordat, ſed ſenſui & rationi repugnat.

Ariſtotelis Animæ definitio deficiens.

Datur

Datur vnum calidum commune, quod eſt fons & Principium totius caliditatis: Et hoc eſt poſitum in Corde in perfectis Animalibus. Ex Cremonini ſententia.

CAPVT SECVNDVM.

[*Ex 4. Dictato p. 84.*] VARIÆ partes, quæ fuere requiſitæ ad Animal conſtituendum etiam materialiter, quatenus ſcilicet corporeæ ſunt, ſimul connectuntur, quod requirit animalis vnitas, habẽt poſtea etiam pleniorem coniunctionem ſub forma, quæ eſt anima, cuius quidem animæ cum præcipuum inſtrumentum ſit calor oportuit etiam vniri calores varios variorum temperamentorum in varijs partibus ratione vnius cõmunis caloris, qui eſſet tamquam fons caliditatis in reſpectu ad alios calores; Ideo natura conſtituit cor tamquam præcipuum mẽbrum & caloris fontem, & prouidit vt ab ipſo deriuaretur calor per totum diffundendus, quod fit per ſpiritus, & ſanguinem, qui à corde ad omnes partes tranſmittũtur. Iſte autem calor ſic per ſpiritum & ſanguinem tranſmittendus eſt generatus ex ciborum tranſmutatione à calido temperamenti eiuſdem cordis. Vnde ſicut temperamentum illud, cum ſit temperamentum principij, habet veluti communem proportionem ad omnia temperamenta, quatenus ſunt vitalia, ita calor iſte ſic generatus ab hoc primo temperamẽto habet proportionem ad omnia tẽperamenta calorum in omnibus partibus, prout etiam illi ſunt calores deſeruientes ad opera vitæ. Iſte vero calor ſic participatus habet vim excitandi, viuificandi, & fouendi omnes partium calores ea ratione, qua omne principium habet facultatem ad omnia principiata conſeruanda, & perficienda. Quare hic non eſt diuerſus calor; nam ſimiliter eſt productus à calore temperamenti ipſius principij, qui quidem calor, vt dixi, fuit neceſſarius ad illud perficiendum, quod propoſuimus.

Quoniam verò ſunt varia temperamenta, & ideo debuit ipſe variè applicari pro illorum fomentis, ideo facta ſunt à natura aliqua inſtrumenta ipſi cordi ad id præſtandum, veluti factum eſt cerebrum ad refrigerationem pro ſenſione. Omnino autem principium eſt virtute totum, [*Pag. 26.*] & principium eſt huiuſmodi naturæ, vt quadret & conueniat omnibus principiatis ſecundum conuenientiam in illis requiſitam. Vnde iſte calor eſt ſic ad vitam temperatus, vt facile accommodetur cuique tempera mẽto ad vitam facto. Vnde varijs partibus recipientibus iſte calor aptatur, pro ut illæ partes requirunt.

Dicet aliquis, Iſta temperamenta varia, & iſta opera caloris & animæ diuerſa [*Dubitatio.*] ſunt etiam in plãtis, & in inſectis, & omnino in animatis, quæ cor non habent. Quo modo igitur ſe habet in illis, id quod attinet ad varias operationes & ad vnionem multorum caloxum diuerſorum temperamentorum, ſi ibi non eſt cor, quod ſtatuimus eſſe talium principium?

Hic oportet accipere doctrinam Ariſtotelis in lib. de Reſpiratione, quæ eſt [*Solutio.*] doctrina certiſſima, cum ſit conformis ſenſatis. Inquit Ariſt. Reſpiratio eſt ad refrigerandum principium, quia calor requirit talem refrigerationem. Vnde vbicunque habeatur refrigeratio, quæ præſertim eſt neceſſaria ob nutritiuam non erit neceſſaria vlla reſpiratio, modo per aliam viam refrigeratio poſſit haberi, quia reſpiratio non eſt neceſſaria vt reſpiratio, [*Pag. 27.*] eſt neceſſaria vt refrigerans. Si ergo alia via habeatur refrigerium, fruſtra erit, fruſtra, erir reſpiratio.

Habetur autem ex continente, & ex ipſo nutrimento. Satis Plantæ refrigerantur nutrimento, quod aſſumunt ex aqua & terra; ſatis etiam ex ambiente. Piſces non reſpirant, ſatis etiam & ipſi ex hoc habent refrigerium, dum viuunt in aqua. Similiter Inſecta & aere & nutrimento ſufficienter habent refrigerium.

Sic igitur in noſtro hoc propoſito fuit neceſſarium cor in animalibus perfectis, & cor faciens operationem, quam diximus, quia animalia perfecta ſunt multum diſſimilaria, & organizata, & habẽt mul-

tam

tam varietatem partium & temperamentorum. Plantæ & animalia prædicta sũt parum diſſimilaria, & ferè per totum eiuſdem temperamenti, licet cum aliqua varietate. Vnde pro præſtando eo, quod præſtat cor in perfectis, ſufficit continuatio ipſorum cum ea parte, quæ eſt in illis proportionalis cordi; eſt autem illa in Plantis à qua mittuntur radices ad trahendum alimentum. Et tanto magis hoc ſufficit, quia illa pars proportionalis cordis eſt vt plurimum veluti adgenerata omnibus partibus, vel pluribus & per totum diffuſa. Sic videmus ſurculos Plantæ acceptos, & terræ impoſitos mittere radices, & nouam plantam germinare, quod non eſſet niſi per ramos etiam eſſet diffuſa quomodocunque pars illa principalis, quæ dicitur ſubire proportionem cordis. Idem videmus in animalibus inſectis, quæ ſi diuidantur, partes tamen aliquandiu ſentiũt, & mouentur; Non poſſunt autem viuere, vt Plantæ & partes plantarum propter defectum inſtrumentorum.

Sic igitur benedictum eſt, quod de corde in perfectis animalibus eſt dictum.

Adeo verò neceſſarium eſt, calidum à principio profluens, vt ſine illo alia calida in temperamentis partium non poſſint obire ſua opera, & hoc eſt naturale & ſenſatum, quia à principio omnia dependent, & ſine principio nullum principiatum aut operabitur, aut etiam erit.

Cremonini Commune Calidum totius caliditatis fons & Principium diligenter à Pariſano inueſtigatur, ſed neue in Corde, neue alibi tale quid reperiri ſtatuitur.

CAPVT SECVNDVM.

HOc Eminentiſſimi Peripatetici pulcherrimum de Innato Calido, ac eius, & communis Fonte, & Principio, Corde videlicet Ratiociniũ pulcherrimum quidem (proinde deſcripſimus) & eò iure ſuo pulchrius, quoniam vt ipſe inquit, ſenſatis reſpondet, ſibi, nobis minimè. Ea propter inquam exſcripſimus, tum quia pulcherrimum & Viri Præclariſſimi: tum quia Peripateticis ex Ariſtotelis libro nauigantibus, verum dubio procul videbitur. A rei natura philoſophantibus, nequaquam, noſtra ni nos ſententia fallit, quod mox experiemur oppoſitis iuxta ſe poſitis.

Certum non modò ex ratione, ſed ex ſenſu etiam ipſo Philoſophantibus eſt, quòd perfecti viuens corpus conſtituentia principia, ſeu principes partes ſi totius conſtitutionem, inquam, & conſeruationem tantummodò ſpectemus, tres ſunt ſimpliciter neceſſariæ, Cerebrum, Iecur, Cor, (nos quartam addimus Splenem) quæ ita coniuncta ſunt principia, vt mutuò ſe ſe adiuuent, & vnum abſque alio perfectè eſſe & ſeruari nequeat. At ſi abſque illorum vno reliqua exiſtere poſſe ſtatueretur, illud profectò cor eſſet. Etenim hæc non ſimul & eodem tempore generantur, ſed diuerſis in temporibus: Cerebrum certò prius, poſtea & ſecundario, vt Galenus cum ratione exiſtimabat Iecur, & præterea noſtram iuxta ſententiam rationabiliter Lien: poſtremò Cor, vt iiſdem docet & ratio ſuadet, immo ſenſus ipſe poſt cerebrum, vtque paulò poſt enucleabitur.

Principes animalis partes, &c.

Sin verò ad totius Indiuidui omnimodam perfectam conſtitutionem, ad melius (dicunt) eſſe, & præſtantiorem vitã, principia ſeu principes partes conſiderentur, in earumdem numerum etiam teſtes veniunt & meritò collocantur atque tempore priores corde & alijs affuſionibus, cum cerebro verò & femineis vna procreantur. Qui quanto indiuiduo cõducant ſatis paret, & nos aliàs declarauimus, In prima parte lib. 1. exercit. 5. ad meliorem, præſtantiorem, diuturnioremque vitam: ſciunt Eunuchi, in caſtratis, caponibus, bubus amiſſa ex firmitate & robore viſitur. Quare ad præſtantiorem vitam conducere & ad melius eſſe facere certum eſt: quippe qui & proximiùs immediatiùſque quàm cor, quod mediato alimento vitali ſpiritu influenti præſto eſt

quidem,

quidem, ipſi verò ſpiritibus ſemineis influenti ſcilicet calido innato ſpermaticis occurrunt, quod pluribus aliàs & ſuo in campo oſtendimus, quicquid Ariſtoteles ſentiat & dicat. Quod ſi demum ad conſeruādam ſpeciem, quod attinet animaduerſio fit, ſunt & ipſi abſoluiè neceſſarij, vt ſine illis procreatio fieri nequeat, vel quia ſemen & generent & animent, vt multi exiſtimant: vel iam animato ſemini è toto prolabenti ſemen primum alimentum præparent & ſubminiſtrent vt nos cenſemus, & ſuo loco (in primo tomo) explicauimus; Sic ad indiuidui abſolutā perfectionem, ad melius nimirum eſſe, ac potiſſimum ad procreationem ad ſpeciem ſimpliciter etiam neceſſarij ſunt.

In Par. & San. Iudicio & alibi.

Quod ſi caſtratum taurum vaccā impleuiſſe Ariſtotelis authoritate obijcias, ſcias hoc purum & merum Ariſtotelis fuiſſe ſomnium, vt nos Mundinio diximus, immo demonſtrauimus.

Cor nec primò oritur, agitur, ſed poſterius.

Ceterùm quò digreſſa eſt eò noſtra reuertatur oratio. Cor tale principium & primum eſſe nequit, nec minus (præterquam quòd certum eſt, poſterius fabricari) agere & viuere quin etiam ſine cerebro in lucem poſt ortum, (antea nō agit in vtero geſtum) quia quum ſit membrum calidiſſimum vt oportuit ſic conſultò fabricatum, & refrigeratione propterea indigeat, ſine qua ſeruari (poſt ortū inquam,) nedū agere poſſit, & proinde nec abſque cerebro, quod ipſum refrigerat, non quo modo Ariſtoteles exiſtimauit, quod alias reprobauimus, ſed externo frigido aëre; aëris, inquam, attractione media inſpiratione, & fuliginum, excaltactique aëris reiectione media expiratione, quæ reſpirando fiunt medio Diaphragmate (Ariſtoteli ignoto) & intercoſtalibus mouentibus muſculis ex animalium ſpirituum à cerebro influxu, motiſque pulmonibus. Qui ſpontanei motus à cerebro pendent; medijs ſcilicet cerebri & ſpinalis medullæ neruis mouentium partium authores, & præcipua pars, cui primò actio debetur inquit Galenus, adæquatè muſculis. Qui nerui quoniam ante cordis procreationē ſunt, vtpote cerebri ſurculi & partes, quod & quo ad eſſe & exiſtentiā (tametſi nō abſolutum & perfectum exiſtat) cor præcedit, quia ſpermatica pars eſt, atque ſpermaticarum præcipua, magiſque, immo initiò abſolutè neceſſaria, vtpote quod ad totius vitam ante cordis procreatam affuſionem, cordis membranam & ceteras ſpermaticas eius partes mouendo, & ita contentum internum inibi aërem ventilando refrigerat. Ex ſemine autem partes omnes primùm & ſimul inchoantur procreanturque inquit Galenus, & patet, quia ſemen viuit, nutritur, augetur, proinde priuſquam cor procreetur inchoeturque, quod ex oculata fide referimus, quæ omnem de medio authoritatem tollit, quia pluris eſt teſtis oculatus vnus, quam auriti decem etiam, vna cum Peripato & omnibus cum malè auritis Peripateticis. Hoc ex noſtra de pullo ex ouo ortu parte 1, lib. 6. p. 302. hiſtoria, nec non in tract. de Corde colliges, ac proprijs oculis, ibidem ijs memoratis ſeruatis, obſeruabis: Vnde ſenſu manifeſtè colliges, Cor haud primum corporis principium eſſe, parenchyma carneum corpus intellige, quoniā principiarum (non affuſum) ex ſemineis ſtaminibus exiſtit, & ſic operatur, (inſcio Ariſtotele) quia prius viuitur, & aer inibi contentus ventilatur, vt diximus: Et cōſequenter inde ruunt cetera conſequentia à Doctiſſimo Viro, Peripato, Peripateticiſque poſita, quòd primum Cor in corpore fiat & oriatur. Quòd ſit vitæ principium. Quòd Calidum Innatum ab ipſo manet, & ortum ducat. Quòd Neruorum & Vaſorū Principium ſit & fons. Quòd ſit Principium & Author ſanguinis, quum hepar corde prius, vt Galenus docet, & rationi nobis maximè conſentaneum eſt: quia ſi cor ex calidiſſimo ſit ſanguine, neceſſe eſt, quòd à iocinore primo fabricatore recipiat, & conſequēter ipſo hepate poſterius euadat, ſaltem in ex putri ortis, & ex ouo.

Cor haud corporis principium.

Peripati axiomata de Corde ruunt omnia.

Melius fortaſſe noſtra ex ſententia, ex ſplene, inquam, magnis & copioſis arterijs referto, proindeque pulſante corde (ante ſui corporis affuſionem parenchyma

ma fabricatum, vt diximus, nec te moueat, quando in oui fabrica dilucidius intelliges) ſanguis calidiſſimus pro cordis fabrica aggenerabitur, & affundetur. In alijs verò (præter quàm in ex cœnoſa materia, inquam, genita, & ex ouo, in quo inconcoctus valde eſt ſanguis, vitellus,) ex traduce natis ſed in vtero geſtis, idem aſſerimus ad ſpermatica quod attinet, De Affuſionum Parenchymatum verò prioritate dubia incertaue res eſt: quoniã ratio non vrget, nec ſenſus docere poteſt: quia nulla nec ſanguinis, nec horum præcipuorum ex affuſione membrorum, Cordis, Iocinoris, ſplenis vlla actione initio opus eſt: quando præparata materia venoſus arterioſuſque ſanguis in promptu ſit & affluat, & vaſa ſeminea prius genita Affuſionum ſitum & poſitionem percurrentia menſtruo ſanguine totum irrigant, atque pro Parenchymatibus affundant.

Vita fons nullus initiò.

Fontes vitam dantes nulli ſunt, (bene conſeruantes tres, Cerebrum, Cor, Teſtes) quia vitam viuit animal ſui initio vllo abſque communicanti fonte, vt plãta. Patet in pullo ſui principio, quòd ſcilicet dum ſemen viſitur; nutritur & augetur, abſque ſentientis animalis functione, ſed plantæ tantummodo vtitur facultatibus, cui ſentientis fonte opus nõ eſt. Paulò poſt autem, quando alimentum deficit, quod eſt ſemen excrementoſum, ſeu alimentale (aliàs declaratum) ijs opus habet in pulli procreatione in ouis inquam, in quibus ſanguinem vitellum ſcilicet cordis ſeminea ſtamina ventillando perficiunt, & ſic ſibi, & ceteris ſemineis initiò conſulunt: quæ primò faciunt ad conſeruandam iam acceptam vitam, deinde alijs fontibus ad meliorem vitam, vt explicuimus.

Vita conſeruantes fontes.

Cerebrũ immediatè.

Facit præterea Cerebrum perpetuò ad ſeruandam vitam & meliorem vitam ſui, & ſibi coniunctis ſentientibus partibus, neruis ſuppetias ferendo ſpiritus animales influendo, quibus abſque & torpent, & otiantur, vt in obſtructionibus viſitur. Et hoc viſcus eſt primum principium Conſeruans, & his primùm meliorem vitam communicans, non Cor, quod initiò non adeſt, & quod poſtea remotũ eſt, & non immediatè vitam cõſeruat, ſed mediatè quatenus patit & conficit illis alimentum non actu ſpermatica nutriens, ſed ab illis tranſmutandum in ſemen proprium ſeruans innatum calidum, inſtaurans, & vitam producens: ſed vitales ſpiritus ſubminiſtrans, in animales à cerebro tranſmutandos vitam & meliorem vitam ſeruaturos, quæ dubio procul vtpote ſenſata & rationi apprimè reſpondentia non te fallent.

Cor mediatè.

Ceterùm ſi Cor inſiti caloris fons extaret, profectò eius calor eſſet præcipuus, primus, & (vt dicitur) innatus; ſed conſequens eſt falſum: ergo & id ex quo ſequitur, quod manifeſtiſſimè patet communi omnium rectè philoſophantiũ conſenſu: quoniam ſolidæ partes, ſemineæ primò genitæ & ad animalis ſentientis præcipuas actiones præcipuè facientes ex ſpermate genitas ſanguine non nutriuntur, ſed ſemine, & ſemen aliud prorſus eſt à ſanguine: Igitur quum ſanguis in ſemen eſſentialiter & formaliter tranſmutetur, eius temperamentum, calor (quomodolubet vocetur) alteratur, mutatur, & deſtruitur, proinde non remanet, Et conſequenter cor nec Vitæ nec calidi, caloriſue innati fons.

Quòd ſi quiſpiam duræ ceruicis homo id inficiare auderet contra Celebrem Medicorum ſcholam, quòd nimirum ſemineæ partes ſanguine immediatè non nutriantur.

Cor non eſſe vitæ principiũ demõſtratur.

Res ipſa loquatur, ſenſus ipſe doceat, & ipſe ſenſus pœna puniatur. Quandoquidẽ certũ eſt partes in corpore dari ad quas ſanguis non peruenit, ſed tantummodò ſemen confectum & vlteriùs elaboratum maximè, vt genitum in cirſoidibus paraſtatis ſui gratia, eorumdem potiſſimum extremæ partes prope teſtes, & proinde ex ipſo (non ſanguine remoto) dictæ ſemen conficientes & continentes partes nutriuntur, aliundè ſanguinẽ non expectantes: eo vlteriùs magis teſtis, qui ab illis dealbatum ſemen prolicit, trahit, ſuis in cauernis recipit & cõtinet vlteriùs elabo-

elaborandum in quibus ſanguinem videre non eſt, nec aliundè aſportandū inuenire eſt, eo minus in deferentibus vaſis ad quæ à teſtibus affluens & ſuperfluum deferendum vlteriùs tranſmittitur, eò minimè omnium infima conceptacula virgæ radicibus glandoſa proſtrata recipientia & ſeruantia, poſita, quàm remotiſſima à ſanguine nutriri poterunt, ſed ſemine maximè concocto, dealbato, elaborato alentur ſenſu id manifeſtiſſimè docente: Igitur & aliæ ſpermaticæ partes: & deinceps à corde nec primò, nec proximè vitam, nec præſtantiorem quin etiam vitam immediatè corporis primæ genitæ partes, ſemineæ videlicet conſequuntur, ſed mediatè ab ipſo conſeruantur dicto modo, ſi ad viuum res reſecetur.

Cõfirmatur. Enimuerò ex quibus præterea firmus ex eiſdem nutrimur, à Doctis receptum & probatum axioma eſt. At ex ſemine procreamur: Ergo non ex cordis ſanguine nutrimur, (de primis & ſpermaticis ſermo eſt) ſed ex ſemine: Ergo in noſtræ procreationis initio debet dari tale ſemen ex quo ſimus, & deinde illico & è veſtigio conſequenter tale alimentum, quamprimùm & priuſquàm tale ſemen, ſemineumue viuens ſanguinem in ſemen cõuertere & mutare poſſit, ſed ſemen alimentale quo illi eo nutriri, & augeri poſſit. Igitur Cor non eſt Fons vitæ, nec Calidi innati principium: & conſequenter eius calor non eſt innatus, à quo proximè vita, conſeruatio, & actiones emanant, vtpotè à primo immediatoque animæ inſtrumento temperatiſſimo moderatiſſimo, quale haud cordis calor.

Cor non eſt Calidi innati fons.

Cõfirmatur. Contra verò, ſi Cor calidi innati fons eſſet, eius calidum temperamentum, calor, vitalis, ſanguis, vitalis ſpiritus eiuſdem rationis & eſſentiæ cum ſeminearum partium primo inſito calido eſſent: At in ſpermaticis partibus in melius alterãtur, & eſſentialiter formaliterque mutãtur vt oſtendemus: Ergo diuerſa imperfecta illius reſpectu, & deinceps non idem, nec primum, nec Cor fons, principiũque.

Illatio. Vt ex hiſce ſub ſenſum cadentibus coactus inferam, Si Naturæ librum, & Ariſtotelis velamina æquè conſulamus, perindeque attentè vtriuſque recondita perpendamus expendamuſque, nec ab ab aliorum fucis & nugis nos ſeduci permittamus: animaduertemus iſtos omnes, & effectus cunctos non Naturæ concordes, ſed omnino diſcordes, & vt pote à corde, & ita prorſus excordes. Naturã verò omnia ad eſſe, viuere, & partim ad melius eſſe, ac ad præſtantiorem vitam abſque corde moliri, præſtare, conſtituere: & animantium partim degere & agere ſine corde, (vt ſui initiò omnia) cordiſque veſtigio, proportionalique extare; & ſi tale cordis veſtigium admittat neceſſario ei præparantia membra ponẽda, neceſſario ad eum aſportantia deinde vaſa humorem, atque ab ipſo alia vaſa ad omnes præſentes deferentia ſpiritus vitæ gratia collocãda ſunt. Quid quod? quomodo hæc cordis nõ apparente veſtigio tam magna ac multa inſenſilia phantaſticè diſtribuentur diſpenſabuntur? Vt minimè mirum ſit, Philoſophos quãplurimos deuios & auios eſſe quia ex Ariſtotelis, non Naturæ libro nauigent.

Quod cor faciat ad conſeruandam vitam, ad præſtantiorem vitam, talemque producendam vitam, profectò non ambigimus: quoniam ſi Cerebrum præſtantioris vitæ author (quemadmodum teſtes) agere, mouere, ſentire intrinſecus, extrinſecuſque, atque in homine ratiocinari, & omnes corporis partes ſuis ſenſilibus fungi muneribus valenter velit, eius ope opus habet: ſecus agentia inſtrumenta ea præſtare non valerent, quoniam torperent, & omnino otiarentur, eo quia ad perfecta talium motuum & ſenſuum exercenda munia maximum requiritur robur, magnus calor, quia cordis magno motu, quo ſubtiliori, feruentiorique ſanguine & vitalibus ſpiritibus inſtrumentorum robur conſeruatur, & pars quælubet rectiùs, meliùs, prõptiuſque ſuum abſoluit penſum, & ſeruatur: ſine quo proſtratæ partes omnes languẽt, iacentque: & Cerebrum præcipuè frigidum membrũ, & quod propterea & ſuas ob nobiles & magnas, motus, & ſenſus,

opera-

operationes, ſuis deſtitueretur officijs abſque ſubtiliſſimo à corde ſanguine, ſiue vitalium ſpirituum copia à magno eius motu pendentibus. Ita pariter Cor abſque Iocinore, & ſplene potiſſimum, cuius naturam, eſſentiam, nedum actiones & vſus Ariſtoteles ignorauit, & nos in proprio eius tractatu oſtendimus, multaque illius haud aliena & vulgaria attulimus, quæ propterea non eſt hic ſcribendi locus.

Cordi reſpondens in inſectis & plãtis nõ eſt.

Ad rem. Si cor ſimpliciter ad Vitam non facit, Si Vitæ, inquam, Principium non eſt, nec Author, ex dictis vt liquet: quia illo abſque viuitur: Viuit ſemen, nutritur, augetur, vt etiam ſeminea prima ſtamina omnia, & inchoamenta ſub obrutum cadentia, Non video quã obrem in Inſectis, & in Plantis, neſcio quid cordi reſpondens inſtituatur, niſi vt falſum iactum principium firmetur, ſtabiliaturque; ſed perperam me iudice, quia puris & meris figmentis fulcitur.

Quomodo Vos quæſumus ex inſectorum animalium inciſarum partium motum & ſenſum ex cordi proportionali id colligitis, quũ non à corde partium motus & ſenſus, ſed ex cerebro Oculata Fides, & celebrior ſchola ex ſenſu aduerſus Ariſtotelem, Cerebrum, neruos, & neruorum principium ignorantem ſuſtinet?

Non propterea quiſpiam exiſtimet, quòd cerebro, cerebriue partibus imperfectorum & inſectorum ſentientem animam vti credamus; ſed bene ſciat, quòd vt vegetalis quoſdam attrahendi & expellendi motus exercet, vt in plantis abſque vaſis ratio dictat, ita & in his, neruis abſque, verùm rudis obſcuraque prandi atque mouendi vis, & obtuſus ſenſus vigeat opinemur, quando & Zoophytis Plantanimalibus & motus & ſenſus veſtigium viſitur.

Nec quia Plantæ & Inſecta animalia parum diſſimilaria, & nec multum vario temperamento ſunt, corde carent, & proportionale habent, vt præſtantiſſimus Philoſophus cum Ariſtotele docet; ſed quia magna illa munera præſtare non habent, propterea cerebro carent, & conſequenter corde deſtituuntur, cuius eſt Cerebro Rectori & Dominatori halituoſo ſanguine & ſpiritibus ſuppetias ferre, magno ſuo ex motu proportionato calore, quo inſecta & imperfecta neutiquam egent, nec deinceps proportionali, ſi tales ad perfectiones motus & ſenſus inepta ſunt. Quæ ſi à cerebro pendent & ortum ducũt, & in plantis cordi proportionale extat, vtique & cerebro, (cuius gratia cor, doctioribus) proportionale ibidem dabitur, quæ nos non capimus.

Radix in planta nõ cordi proportionalis.

Ampliùs Plantæ partes cunctæ à radice ad ſumma cacumina continuæ & ſimilares ſunt omnes, Cortex videlicet, ſub cortex, lignea pars, & medulla in habentibus, & harum nulla alijs ſubminiſtrat, & cordis partes gerit: quoniam ſingula quæque in radice, cuius pars eſt, ſibi alimentum allicit ac rapit, vt ſucceſſiuè ſuæ & ſibi continuæ partes idẽ profectant & trahunt. Ab his omnibus (medulla excepta & quam ob rem, in Lydio ad Mundinium lapide explicuimus, vbi hæc fuſiùs) radices naſcuntur, & à ſingulaquaque minima quoque parte, & conſequenter Peripato & Peripateticis, toti omnino cortices, & ſuas ſecundum partes omnes cor erunt: tota omnino lignea pars cor erit: quia ab vnaquaque dictarum partium vel minima particula à radice ad minimos poſtremos ramululos, plantata radices edit, & conſequenter tota planta cor, præter cor, nihil. Quum nihilominus præterea cor omnino aliud à toto animalis corpore & partibus, radix eadem cum omnibus plantæ ſit. Præterea in radice alimentum impurum, in extremis ramulis purum & perfectum, vnde frondes, flores, fructus, odor, ſapor: Quare vt cor ſubtiliorem ſanguinem & ſpiritum, ita ramuli potius alimentum à trunco, ramis, à medulla elaboratum, nõ à radice vt Ariſtoteles ſentit, vt à corde: Quæ an nimis cordati Philoſophi ſint necne, aliorum eſto iudicium.

Demonſtratur.

Quod ſi quis nec ob hæc Peripateticus adhuc hæſitans in ſententia de cordis proportionale in tota planta palynodiam non canat, & in radice, à qua, vt

à cor-

à corde omnia vitæ operationum & effectuum calidi innati poſtremi alimenti potiſſimum, &c. principio collocet, & cõſequenter vt à corde fonte omnia (Ariſtotelis ex ſententia) ſubminiſtranti, ita ſimilirer à radice totius plantæ effectuum foliorum, florum, fructuum cuncta exhibenti & præſtanti; tota aberrat via docente ſenſu. Quòd e.g. ex Citti, Violæ, Cariophilli, Nerij ſeu Rhododaphnis in Arantio Inſitione colliges: non folia, non flores Arantij, ſed Nerij, Cariophilli, Violæ, Citrij folia, flores (vniuſcuiuſque, diuerſorum colorum) & fructus alij, & varij; vt luce clarius ſit, quod iſtæc Ariſtotelis doctrina neue admiranda, neue ſolida ſit.

Cõfirmatur. Hinc vlteriùs colligetur, quòd vt cordis calor ex proportionali in imperfectis & plantis in caſſum ponitur, Ita & fruſtra ex Ariſtotele refrigerationis exemplum reſpirationis loco adhibetur: quãdo maximè vanum ſit, Inſecta, piſces, plantas refrigeratione egere, quum contrarium omnino liquidò conſtet, Solis nimirum, Lunæ, & Syderum calore perpetuò & maximè egere. Vnde vermes, & ex putri omnia ineuntε vere naſci & viuere, ſicuti æſtiuo tempore atque autumnali augeri omnimodè & creſcere, quemadmodum ijſdem temporibus recedẽtibus, & frigore hyemeque aduentantibus mori, plantas ſpoliari, & vix ſeruari, vt piſces ni fontium, fluminũ, & maris intima petant, quò per antiperiſtaſim calor contrahitur & viget: alijs verò dictis tempeſtatibus ad ſuperiora excalfacta ſe ſe recipiunt: Et vt plantæ tunc luxurianr, frondes, flores, & fructus emittunt, ſic illi pingueſcunt, vtero gerunt & oua pariunt: & Cancri quemadmodum conchilia in plenilunio pinguent, ea decreſcente & deficiente, & eorum pinguedo deficit. Quæ doctrina (non contraria) ſenſatis reſpõdere ex his & ſimilibus nemo neſcit.

Concluditur. Vt demùm contrarium ex ſenſu illis concludamus, quòd quum ante cordis fabricam innatus calor in ſemine operetur; animam corpori vinciat, vt communiter recipitur vitam præſtet & conſeruet: arteriæ & venæ ad cordis ſitum ſanguinem pro illius fabrica aſportent: Et animans, & ſpermaticæ partes omnes, & cordi deſeruientes, & earumdem vita, actiones, inſituſue illarum calor animæ cũ corpore vinculum ante cor erunt: tametſi in perfectis animalibus, cor poſtea ſuo cum influenti magno ex motu calore, & vitalibus ſpiritibus ad potiorem conſeruandam & producendam vitam, potiſſimum verò magnas ad obeundas functiones (hic punctus) ſimpliciter neceſſarium eſt. principiò verò minimè principium, minimè neceſſarium cor, eiuſue calor: quia neutrum principium eſt, ſed à principio, ab anima proprio innato ſeminis calido vinculo fabricante.

Vt hoc de Peripatetico Cordis Principio, & innati calidi fonte, ſatis, ſubtiliterque factum ſit.

De Calido Innato Cremonini ſententia.

Calidum Innatum eſſe calidum temperamenti ipſumque calidum elementi iterum probatur. Redditur ratio, quomodo ſtante hac ſententia ſiant morbi & febres. *Ex v.Di ſtato.*

CAPVT TERTIVM.

COnfirmatur quod calor innatus debeat eſſe calor temperamenti & calor elementaris adhuc poteſt haberi in iſtis. Primo non eſt dubium, quin omne minimum in corpore animato debeat participare calidũ innatũ, ita vt calidum innatum debeat eſſe vbique. Et ratio eſt quia quodlibet minimũ in corpore animato viuit & nutritur, nihil autẽ viuere & nutriri ſine hoc calido. Ratio itaque ſic formabitur, calidum innatum debet eſſe vbique per totum corpus animatum, ſicut nullum minimum eo deſtituatur. Sed ſolum calidum temperamenti poteſt eſſe huiuſmodi. Quare calidum tem-

peramenti erit calidum innatum, & nihil aliud poterit hoc eſſe, niſi calidum, quod eſt ex temperamento. Minor propoſitio eſt clara, quia ad temperamentum & miſtionem concurrunt quatuor elementa, quæ per totum miſtum ſecũdum omne ſignum ſenſibile vniuntur ſub forma, quæ calido vtitur ad continendam miſtionem in alijs; in animatis verò etiam ad alia opera. Quod etiam iſtud calidum debeat eſſe calidum elementare, ſatis eſt compertum, quia habet operationes calidi elementaris; etenim habet ſegregare heterogenea, & congregare homogenea pro facienda nutritione, quæ ſunt operationes calidi elementaris. Adiungite vlterius, quod iſtud calidum innatum debet habere cõtrarium; Etenim quicquid fit per ipſum in corporibus animatis fit per materialem & naturalem actionem, & paſſionem. Modo actio talis & paſſio requirunt contrarietatem, quia vnum debet tranſmutari in aliud, vt cibus in carnem, quod non poteſt fieri, niſi per tranſmutationem materiæ de vna in aliam formam, hoc autem non poteſt eſſe niſi ratione contrarietatis. Omnino ſi conſideremus omnia opera, quæ proueniunt in corporibus animatis à calido innato, non poſſunt eſſe opera, niſi caloris elementaris. Habeamus vnum exemplum, ſit Apoſtema, Calor debet agere ad illud euincendum (non adiungamus nunc medicamenta) calor ſi fuerit fortis per ſe illud ſuperabit; debet autem ſuperare non aliter, quam materiam concoquendo, vt poſſit illam expellere, & poſtquam concoxerit idem calor per ſe ipſum diſrũpet Apoſtema, & materiam foras mittet. Si quiſpiam eſt, qui poſſit dicere hæc non eſſe opera caloris elementaris, & caloris contrarium habentis, poterit etiam dicere alia diſſona contra ſenſum & ad libitum. Cum igitur operationes appareant euidenter caloris elementaris, qui poſtea non eſt calor niſi temperamenti, neceſſarium eſt dicere calorem innatum, quo anima vtitur ad conſeruationem animati eſſe calorem temperamenti.

Hic libet duo conſiderare, quæ ſimiliter hanc rem declarabunt. Vnum eſt, quomodo ſtante hac ſententia, quam nos ponimus, fiant morbi, & febres præcipuè. Alterum eſt, quod dicunt de actuandis medicamentis à calore propter expulſionem humorum febrem facientium. De vtroque breuibus.

Quantum ad primum; Notum eſt, iſtũ calorem temperamenti eſſe poſitum in mediocritate, & in temperie. Contingere igitur aliquando eſt neceſſarium, vt ab aliquibus quibuſcunque valdè alteretur & opprimatur. In omne quod illi obijcitur, agit vel ad vſum pro nutrimento, vel ad expulſionem ratione nocumenti. Cum igitur illi obijcitur aliquid, quod non faciat ad vſum nutrimenti, quinimo deturbet illum calorem natiuũ à ſua mediocritate, tunc inſurgit ad agendum contra illud pro illius expulſione. Dum autem non poteſt ipſum concoquere, ita vt illi dominetur, & ipſum expellat, actio ſemper inualeſcit, & dum recipitur calfactio in illam materiam lędentem fit vigoroſior caliditas. Et ſi ſimus in termino caliditatis, qui requiritur ad febrem, fit febris. Vnde etiam à Medicis rectè dictum eſt, quod febris eſt conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam, quæ quidem conuerſio fit, & intelligitur modo prædicto, quatenus ſcilicet calor natiuus agit in obſiſtens, nec poteſt illud vincere, reflectit enim quodammodo ſuam actionem in ſe ipſum, & ſic remouetur à moderatione, quæ ſibi naturaliter eſt conueniens, & fiunt febres. Ita videmus etiam multiplicari calorem factum à Sole cum occurrit alicui reflectenti. Actio enim quæ deberet vlterius progredi, recurritur verſus ſuum principium & multiplicatur & inualeſcit. Ita dicebat Ariſtoteles in primo Metheorum. Pro varietate poſtea materiæ in quam agit calor ad expellendum fiunt acrimoniæ & variæ affectiones caloris, qui dicitur febrilis per totũ corpus. Et ſi vos aduertiſtis, quod ſupradiximus de cõmunicantia calorũ temperamenti particularis cum commu-

Digitized by Google

communi calore, qui eſt in principio, quod eſt cor, facilè cognoſcetis quo modo etiam quãdo putreſcit aliquis humor, in aliqua parte ſeparata, vt in ventriculo, vel hepate, vel ſecundum aliquem morbum particularem, vt in aliquo Apoſtemate, communicetur autem noua cordi, ex cuius affectione fit febris.

Alterum dictum ſic dilucidatur. Natura fecit in partibus fibras ad attrahendum retinendum pro coctione, & ad expellendum. Quare coctio, quæ nihil aliud eſt pro nunc, quam dominium caloris naturalis ſupra materiam, quæ eſt concoquenda, quare inquam, iſta concoctio, vel eſt ad retinendum, vel eſt ad expellendum; calor enim nunquam expellet aliquid morboſum, niſi illi dominetur: vnde eſt præceptum, concocta medicari. Quando igitur accipiuntur medicamenta naturalis calor debet agere ad ipſa concoquẽda, quia debet acquirere dominium ſupra illa, vt poſſit illis vti, prout ſunt idonea ad nutritionem, ſi poſſunt nutrire, ad expulſionem, ſi non ſunt nutritiua. Agit igitur in ipſa, & concoquit alterando pro acquiſitione huius dominij, quando illa iam alterauit, ſic, vt aquiſiuerit illud dominium, fortè illa reſoluẽdo in vapores, aut quomodocunque aliter ea alterando ad acquiſitionem prædicti dominij. Tunc poſtquam illa non ſunt nutritiua, debet expelli, quod ſtatim aggreditur calor, vnde rationabiliter, ſequitur, vt in hac expulſione medicamentorum ea ſimul expellantur, quæ cum illis habent proportionem. Natura enim valida vndique excitatur, & ſimul cum expulſione medicamenti, quod iam factum eſt excrementum expellit illos humores, qui habebant proportionem cum medicamento & ſint præparati ad expulſionem. Vnde rectè dicitur, quod ſi purgentur qualia purgari oportet, confert, & facilè ferunt; purgantur autem quando calor dominatur & poteſt naturaliter operari ad cuſtodiam ſui ipſius, & expulſionem lędentium, quæ quidem lędentia ſunt ita diſpoſita, vt non amplius reluctentur. Si contingat vt ſint malè diſpoſita, malè propinauerit Medicamentum, & fiet euacuatio cum dolore, & læſione. Præſertim autem aduertendum eſt, vt calor dominium aquiſiuerit; ſic fit purgatio per medicamenta, & hoc eſt, quod dicitur de actuandis medicamentis, id eſt reddendis aptis ad illud præſtandum, propter quod fuere exhibita, quod fit à calore concoquente modo prædicto. Iſta omnia ni fallor, ſignificant hunc calorem debere eſſe per totum, & hunc calorem debere eſſe elementarem.

Calidum Innatum noniter à Pariſano perpenditur ipſumque temperamenti, & elementi calidum eſſe iterum improbatur. Sumptæ ex mortis rationes abſguntur; Atque temperamentum eſſe comprobatur.

COLLATIO TERTIA.

EX ſuperius iactis fundamentis in proximo ſuperiori Dictato pergit Vir Doctiſſimus vt referet & ſimul concludat vnum omnium & totius animati corporis calorem extare, eumque temperamenti eſſe calorem, & elementarem. Quod quidem nos non intelligere fatemur, idque multas ob cauſas & rationes, leues haud difficultates facientes, & contrarium omnino quin etiam ſuadentes.

Placet quidem Innatum Calidum in vnoquoque animalis ſpermatico minimo exiſtere, & inibi æque ineſſe, idque aduerſus Galeni ſententiam & ſequacium vrgere, quam nos aliàs (in eodem tractatu) non recepimus, immo reiicimus, atque infra Præclaros aduerſus Medicos ratum faciemus. *Calidum innatum in quolibet mini mo exiſtit.*

Prima Doctiſſimi Viri ratio nos aduerſus roboris nihil habet; quoniã ſcilicet, heterogenea ſegregare, nec eſsẽrialis eſt differentia, neque quin etiam vera proprietas: quãdo & Solis calor (præter animalis innatum calidum, nobis alius cẽſus) idem *Prima Cremon. ratio explodatur.*

Dd 2 præ-

præſtet, & tamen Ariſtoteli & Peripateticis non eſt elementaris; quare nihil obſtat,

Præterquàm quòd ſic arguere liceret, lucidi corporis eſt illuminare; ſed hoc, ignis eſt; quod Ariſtoteli & ſequacibus falſum: Ergo (præter aſtra) pretioſi lapides, adamantes lucentes: Cicindelæ & Vermium poſteriora illuminantia, ignis, igneaue erunt, quod manifeſtè falſum.

2. Ablegatur. Secundo non intelligimus, quòd innatum calidum ſit temperamenti calor: eo minus mente aſſequimur, quòd calor elementaris extet, plurimis inquam de cauſis.

Primo. Primùm non percipimus, quod replicat, & pro certo firmoque fundamento iacit: quòd Innatum Calidum ſit elementare, eo quia eaſdem obtineat operationes, quas elementaris calor præſtat: Nimirum etherogenea ſegregare & homogenea congregare, quæ, inquit, elementares operationes ſunt, quũ vt ſupradictum eſt (in 1. cap.) nec elementaris in animali, ſeu quatenus, & quandocunque eſt in animali id munus ſit, nec eſſe poſſit; Sed quatenus in proprio tãtummodò elemento eſt, in igne reſidet & viget, qua videlicet intenſiſſimus eſt, & ardens operatur, & tunc lignum (vt Cremoninus ibidem in primo capite exemplo declarat) à ferro ſegregat & congregat ſuam introducendo formam, quæ hîc nullatenus poteſt. Immo, contrarios effectus Innatum animalis Calidum molitur, agit & præſtat; ætherogenea videlicet, non ſegregando, ſed congregando carnem, panem, pyrum, vinum, &c. chylum conſtituit: Igitur ſi ſimilibus ex effectibus (perperàm quæſitis) eadem ſibi efficientia demonſtrare (ſed fruſtra) conatur: Ex diſſimilaribus verè conſequentibus & extantibus effectibus, diuerſa & alia ab inuicem nobis & verè efficientia extabunt, quod nemo ipſo ex ſenſu inficias ibit.

2. Præterea elementaris caloris eſt aſſare: viuentis animalis Innati Calidi eſt elixare, quæ diuerſæ & aliæ actiones ſunt, immo contrariæ, vt humidum & ſiccum; quia aſſatio exſiccatione: elixatio quæ temperamenti eſt opus, calido & humido potiſſimùm fit, vt ipſe quoque in eodem primo capite fatetur.

Illatio. Ex his ſubducimus & inferimus, quòd quum elementi Calor, ſit calor ignis aeriſque, & in miſto, nedum in viuenti & animali hîc, hiue non dentur, (quemadmodum nec prædicti eorumdem effectus) ignis & aëris, inquam, elementa; ſed miſtum alia forma, alio ab elementorũ qualitatibus temperamento præditum: Igitur nec ignis aëriſque elementi calor; ſed temperamentum elementorum qualitatum miſcella, quæ à prædominio ab actiuitate, atque à præſtantiori actione Calidum (non calor) Innatum nuncupatur. *Calidum innatum vnde dicatur.* Quocirca calor, quà elementi calor in miſto non reperitur, quia miſtum ex elementis aliud ſit ab elementis, ſic temperamentum elementorum qualitatum miſcella, & ſicuti in miſto non eſt ignis formaliter, ita nec calor talis formæ qualitas & inſtrumentum; ſed temperamentum alius formæ & miſti proprium inſtrumentum.

Cauſa erroris Cremonini. Quod doctiſſimum Peripateticum hanc in ſententiam duxit, & me iudice fefellit, illud eſt, quod exiſtimauit, vt hiſce verbis ſcribit in primo capite. Vt mutua in ſimilaribus elementorum (inquit) actio deſinit in vnam formam eſſentialem, ita hæc actio earumdem qualitatum in miſto animato debet deſinere in vnum actum ſubſtantialem.

Colligitur. Ex his colligitur, quòd ſicuti ex mutua purorum elementorum ſecundum cuiuſcunque proprias qualitates pugna ſimilaritas ſequitur, & vt ipſe, inquit, actio in formam deſinit, vnde miſtum, ita in animali fiat. Quòd vt maximè arduum & implicatum non intelligentes ex rationi maximè conſentaneis, in alia omnia imus: quoniam hic & nunc in animali non ſunt elementa ſecundum formas, & formarum proprias in gradu qualitates agẽtia, vt ibi in pugna ante miſti cõſtitutionem; ſed in animali multas poſt

ſub-

Digitized by Google

ſubſtantiæ ex qua mutationes, & plures poſt receptas & permutatas formas, & proinde diuerſimodè permutata temperamenta, & pluries variatis ſimilaritatibus, cum miſtorum; tum temperatorũ & qualitatum; vt propterea ſicuti in ſubſtantijs materia & forma ſemper miſtum conſtituant, quia in omnibus eſſentialibus mutationibus alia & diuerſa ſemper forma, & diuerſum miſtũ, licet iiſdem principijs ſemper materia & forma, inquam, cõſtet; ita qualitates & temperamenta ſemper alia & diuerſa, tametſi & ipſa ab elementis ortum duxerint & pendeant, & quæ modò à proprijs fontibus longiſſimè diſtent, & vt hæc animalis anima non ex elementorum pugna fiat ſequaturue: ſed vel ab animali procreanti in ex traduci ortis, vt nos rati ſumus & ſatis manifeſtè explicuimus, fuſiùſque ſuſtinuimus. Siue ex cęnoſa materia ex putreſcentibus miſtis, nõ ad elementa redactis, ſed miſtis, inquam, à vi Cœli diſpoſitis, anima emergat. Eapropter vt non anima, ita nec qualitates & temperamenta à mutua illa ſupradicta elementorum actione, verum ex varijs miſtorum mutationibus, & aſtrorum virtute calore in exputri ortis.

Declaratur. Non propterea inficiamur nos miſti & animalis temperamenta eſſe ex qualitatibus elementorum, hoc eſt ab ipſis ortum duxiſſe, ſed dicimus eas non eſſe eaſdem, verùm ab ipſis valde remotas; non ſolùm quia non ſeparatæ amplius ab inuicem qualitates, vt in elementis ſunt; ſed temperamentum ex eiſdem multifariam miſtum & alteratum: quoniam abſque illorum formis ſunt, quarum erant inſtrumenta, & ſint alijs & omnino diuerſis ſub miſtorum formis: vnde & ipſæ variæ & aliæ, nec amplius habeant illas proprietates ſegregandi, poſtea congregandi, in igne vrendo ſcilicet, &c. neque vnlendi aggregatione & iuxta poſitione intenſiſſimo frigore, vt ille intenſiſſimo calore. Quocirca eſt vtique in viuentis corporis cuiuſcumque temperamento calor, ſed actiones nõ ſunt caloris quartæ qualitatis, ſed totius temperamenti, quod eſt adæquatum animæ inſtrumentum & miſcella ſeu perfecta miſtio, pro vt elementorum eſt, quatuor qualitatum in vnionem, ſimilaritatem, amicitiam, & affinitatem redactarum; vt nihil in corpore agatur, quin omnibus ſimul, temperamento videlicet tribuatur, & ſi prædominium ſit in aliquo ratione molis ſui elementi componentis, exempli gratia ignis ſicuti ſupradiximus.

Sed à maximè remiſsè ſuauiſſimo (vt ita dicam) temperamento contrarium pręſtanti, vt exempli gratia in ventriculo heterogenea vniendo, & miſtum homogeneum efficiendo.

Vt ſi comedat quiſpiam exempli cauſa caſtaneam, amygdalam, piſtaciũ, nucem, pineum, quæ animata ſemina ſunt, vt dilucidè in propriode ſemine tract. monſtrauimus: quod ſi quis nihilominus inficias ire audeat, vt proſequamur comedat aliquis cepæ, allij, mente, &c. plantas viuentes, quæ priuſquam euellerentur viuebant, euulſę viuunt, vt videre eſt iterum ſi plantentur. Mandar, dentibus frangat illa viuentia ſemina, has degentes plãtas, illico manſa mortua recipit ventriculus adhuc remanentia eadem (æquiuocè tamen, quoniam non amplius viuunt) & nulla elementorum naturam verſus, recepta mutatione præter manducationem ad aliam nobiliorem formam diſpoſita longiſſimè à primo miſto, vnde vegetale eſſe conſequuta fuere, nedum ab elemẽtis, diſtant. Et ventriculi tantummodò coctione chyli formam conſequuntur, & ex pluribus miſtis varijs præditis temperamentis in miſtum vnum tranſmutantur, atque alio à quatuor temperamẽtis piſtacij, amygdalæ, pinei, nucis, caſtaneæ, ſeu mentę, cepæ, allij, &c. temperamento donantur, à quoque ventriculi temperamento (quod diximus) heterogenea congregantur, vnumque verè fiunt, non aggregatione, vt in glacie intenſiſſimo frigore, neque intenſiſſimo vrenti calore, ſed ſuauiſſimo. Ita pariter ex chylo ſanguis in iocinore & corde: Sicque pari paſſu in melius ſemper tendens, & à primo eſſe & temperamentis vlteriùs continuò recedens in ſpermaticis ſemen, quod tandem progignentis anima ingreditur, nõ mutua elemento-

rum (vt Peripateticus exiſtimat) actione, à qua, à quibuſque quàm remotiſſimè ſemẽ diſtat, quemadmodum & eius temperamentum; ſed à ſeminearum partium moderatiſſimo innato calido animæ proximo inſtrumento, vel teſtium, vt alij putant.

Quocirca ſi continuò tot per eſſentiales & formales mutationes ab elemẽtorũ formis & primis & proprijs eorum qualitatibus miſtũ recedit, & quotieſcunque noua aduenit ac ſuccedit forma, itidem & temperamentum diſcedit, & conſequenter quàm longiſſimè ab elementaribus eorumdem qualitatibus diſtabit, & aliud ab illis ſpecie erit: quando haſce tot per eſſentiales mutationes miſta ſeu miſtorum temperamenta ad elementorum qualitates & exceſſus accedant nunquam, ſed ab eiſdem ad nobiliores formas tendentes ſemper, perpetuò recedunt, priori continuò relicto, & potiori aſſumpto, Vt e, g. eodem ex cibo aliquis optimum nutrimẽtum apiſcitur, alius ineptum aſſequitur, alius ex eodem quin etiam peſſimum nutrimentum couſequitur, quod ex bona, imminuta, malaue concoctione vſu venit; Vt pateat ex huius ventriculi actione concoctione, medio temperamento bonus, ineptus, prauus effectus: & ita temperamenti excellentia, & magnus receſſus ab elementaribus qualitatibus, Etenim Concoctio alimenti eſt præcipuè elixatio, quæ fit per calidum & humidũ, (etiam alijs concurrentibus, ſed hiſce prædominantibus) vt ipſemet Cremoninus fatetur (in 3. Dictato pag. 22.) igitur à temperamento.

Vt hinc inde neutiquam videre valeã, nec poſſim quo modo, & quam ob rem, miſti, & eo maximè potiſſimùmque animalis innatum calidum ſit temperamenti, atque etiam elementi calor ſimplex vt diximus qualitas, quæ in miſto non datur, tantum abeſt, in viuentis animæ inſtrumento: Tum dictas ob cauſas ab elementis ad viuentia aſcendendo: Tum ab his ad elementa deſcendendo, quandoquidem mortuo animali; & eius temperamentum euaneſcit: remanent tamen carnis, oſſis, nerui, arteriæ, venæ membranæ &c. æquiuocè temperamenta miſtorũ nimirum & ſic ab his ad alia, ſiue in vermes tranſmutentur, ſiue in alias materias putreſcentes & miſta ad elementa vſque vertantur, vt ſemper vnumquodque viuens & genericum & ſpecificum, vt ſingulum quoque ſimiliter miſtum ſuo proprio ſpecifico innato calido vtitur, vnde proprij dictorum cuiuſcunque ſpecifici effectus perfectiores: Ergo & media (calidum innatum inquam) potiora ratione agentis & finis, vt patet in plantis, imperfectis, & inſectis: in brutis & ratione participibus, in quibus perfectiores & nobiliores actiones & effectus, & qui à temperamenti calore nequaquam, ab elemẽti calore niſi perquam remotiſſimè proueniant, qui cum calore miſti forma ſtare nequit, nedum animalis, vt meridiana luce clarius eſt. Etiam præterea, quòd elementi calor eſt calor ſimplex, ſimplex qualitas, non innatum calidum (de quo mixti viuentiſque præcipuo inſtrumento ſermo eſt) quod compoſitum indicat, & eſt, exſtatque mixtio (Antiquis ſeminis, ſpiritus, menſtrui) quatuor qualitatum primum animæ adæquatum inſtrumentum,

Demum hoc mixtum eſt e. g. in ventriculo ex pluribus dictis miſtis homogeneum, chylus, in hepate aliud, in corde elaboratius, à toto & à ſingula quaque corporis ſpermatica parte aliud acquirit temperamentum, & totius necnon partis proprium, & hoc verè proprièque primũ eſſet innatum illius viuentis corporis & totius & vniuſcuiuſque inquam, propriũ Innatum Calidum dicitur, & eſt prout in illo ſignato corpore, in illo ſignato mẽbro tale ſuſcipit temperamentum ab alijs omnibus præcedentibus diuerſum & aliud. Declaro exemplo.

Ex hoc Franciſci Ventriculi ſemine, ventriculus Ioannis filij exurgit, qui perinde ac adamuſſim vt ille Patris concoquit, & qui omnino vinum (e. g.) caſeumue, reſpuit, vt nec concoquere, nec amplecti quidem poſſit, vt illicò & è veſtigio aſſumpta ſtomacum faciant: quæ ſtomachi Ioannis proprietates analogæ & ſi-

ſimilimæ

Digitized by Google

milimæ ac prorſus eædem ſunt à Franciſci ſtomachi ſemine, innato à calido ortum ducentes, vt dilucidè pateat calidum innatum ſeminis & ſeminearū partium eſſe, vt effectus, non caloris elementaris & temperamenti, à quo non indiuiduales proprietates. Quandoquidem talia, ſigna, cicatrices, ſtigmata, quæ à Parentibus prouenire certò creduntur, quo modo quæſumus fient ſemen anima deſtitutum ponentibus? Et ſi in qualubet eſſentiali mutatione aliud ſequitur & conſequitur temperamentum, & forma ſuis tum proprietatibus euaneſcit: quo modo amabo, parentum talia conſeruabuntur, in prolem tranſibunt? Quo modo ex equo & aſina Ginnus, ex equa & aſino mulus: & cane, lupo, vulpe, ſemicanis, ſemilupus, ſemiuulpes? Quid quod? à Præceptore nec per latum quidem vnguem recedere licet?

Calidum inſitum verè qd.

Sed porrò pergamus finem iam facturi, Quam ob rem, quod dicunt ex ſemine & ſanguine fit fermētatio, falſiſſimum eſſe tum dictis de cauſis, tum quia seminea nō alba, ſed ſemi rubra eſſent, & alius temperamenti, nec ſemine nutrirentur, quod clarè probatum eſt.

Falſum pronunciatum.

Quod Vir Doctiſſimus addit omnia animatorum corporum opera ab innato calido prouenientia omnino elementaris caloris eſſe, admirationem addit, eo potiſſimùm ſi eius in Apoſtematis exemplo ſtemus, quoniam ſi calor agens ſit calor temperamenti (& non temperamentum ſeminearum calidum innatum) aut eo magis elementi, & fortis, vt ait, & Apoſtema ſit calidum, (frigida temperataue minimè cōcoquet, ſed tenuem, materiam digeret, craſſum indurabit, ſi fortis ſit, & ſyrrhum pariet.) Inflāmationē, Eryſipelas, Cācrū, tātum abeſt, vt euincat, & ſuperet, vt quo fortior ſit eo ſemper apoſtemata augeat, vt irritentur, efferentur, ac in peius ruant. Non eſt caloris elementi concoquere, ſed ſpermatici temperamenti, calidi humidi potiſſimum a prædominio, & noſtro calido analogi, adiuti & aucti cordis calore ex motu, vt in remediorum applicatione ratione & ſenſu experimur. Eapropter temperamenti calor, eo minus elementi non concoquit, ſed bene calidum innatum temperamentum videlicet, quod neque Apoſtema diſrumpit, immo illius eſt, viuentis & ſui ſubiecti partes conſeruare, ac tueri, tum ab alimentari externo quocunque lædenti, tum ab interno, hoc eſt in Apoſtematis contenta materia exiſtenti. Sed (niſi medicamenta extrinſecus applicentur) contenta inibi putrida materia quà acris, quatenus mordax, externo, hoc eſt puris calore carnes & cutim corrodendo, lacerando reſerat, vt ſimiliter ſenſu patet: ſecus, ni acris ſit, inquam, & mordax, tantum abeſt, vt diſrumpat, vt potius callum obducat, diutiſſimè ſub cute, & membranis moretur, atque ſæpe ſæpius ſubiectas partes, & oſſa lædat, vt in frigidis apoſtematibus, & in gallicis gummatibus videre eſt. Verùm de his non eſt Philoſophi; ſed Philoſophi Medici, propterea vlteriùs miſſa facio, quia ad rem Doctis ſatis, quibus hæc nec cōtra ſenſum, nec ad libitum dicta erunt.

Exemplū refutatur.

Reliqua duo, quæ conſideranda proponit non vrgent, De febre primum nihil me mouet quia miſſo eius generationis modo, de quo huius non eſt loci, nec temporis, vt qui etiam nihil modò referat; Dicimus, quòd quamuis febris accenſio natiuæ caliditatis ſit ad igneum, vt Galenus primo aphoriſmorū 16. tradit: quodque explicans Auerroes, febrem eſſe calorem compoſitum ex calore naturali & extraneo aſſerat: & Auicēna addat in corde, quemadmodum Galenus prius primo de febrium differentijs tertio, dixit, febrem eſſe quandam caliditatem præter naturā in corde. Hæc talis ignea accenſio in ſpiritibus, vitali ſanguine ex putredine, necnon in corde, propter quam à ſolidis cordis partibus in calfacto eſſe calidiores & ignei ferè ſpiritus & ſanguis fiunt, & per totum corpus diffunduntur, & actiones lædunt, vnde totius febris & morbus: id quod de naturali caliditate cordis ignita intelligitur, de Cordis, inquam, caliditate, quēadmodum & Peripaterici mordicus ſuſtinent, & Medici profitentur, quippe ex ſpiritu, & menſtruo ſanguine

(ex

(ex quo, illis, cor) innatum calidum (præter ſemen) fieri exiſtimant & contẽdunt, vt infra. Quod veræ & germanæ noſtræ ſententiæ quicquam non officit: immo ijs ipſa noſtra meritò omnino reluctatur, vtque inde eluceſcat, & Veritas emergat: quando innatum calidum, nec ex cordis ſpiritibus, nec ex ſanguine ortum duxiſſe, quemadmodum nec à corde ipſo, ſed ante illius ortum, & priuſquam illa acceſſerint extitiſſe, ſuſtineat. Quo circa ex ſpirituum accenſione, ex putrida humorum febre, immo ex magna continua tertiana, ardenti febre, Cauſone, quando corpus ardere, & igniri videtur, innatum calidum etſi excaleſcens, non tamen in excalfacto eſſe, febri obluctari, obſiſtere, & tandem ipſam ſuperare viſitur, vt patet poſt hebdomadum & menſium continuam quandoque huiuſmodi febrem, quo tempore excalfacta cordis ſubſtãtia, affuſio, inquam, eſt, non ſpermatica innati calidi ſubiectum. *Demonſtrans argumentum.* Quod certo & demonſtratiuo argumento noſtra ex ſententia dignoſcitur & conſtat: quia recedente putrida etiam ardenti, ſpermaticæ, illæſæ, immunes & validæ remanent. Contra verò (& hic eſt punctus) ſi forte fortuna ſolidæ cordis ſpermaticæ (præter parenchyma de quo nunc non loquimur) in calefactum eſſe tranſeant, talis calor nõ cordis & arteriarum motu, (vt ex longa & diuturni ori ſenſu & cognitione medico innoteſcit) ſed ab eiſdem cordis ſpermaticis partem poſt partem ſenſim communicantur & diffunditur, atque hectica fit, *Febris hectica cur incurabilis.* ſpermaticarum febris, quia tunc innatum calidum oppreſſum, non eſt amplius ſui iuris, vt obſiſtere & ſuperare poſſit, ſicuti prius reluctabatũr, donec in calfieri (vt aiunt) erat.

Et hæc febris, etſi poſt igneã, & ignitum ſui excalfactum eſſe cordis parenchyma ſuccedat, non eſt ignea, ſed adeo debilis, ita mitis eſt, vt ægrotantes ſe febricitare neſciant, & medici ſtatuant, quòd quando dignoſcitur, & eſt in facto eſſe, non in fieri in principio, eſt immedicabilis, vt meridiana luce ex his clarius fit, quod calidum innatum nõ eſt ſpirituum, non vitalis ſanguinis, non Cordis, minimè temperamenti, haud quaquam Elementi calor, ſed ſpermaticarum partium temperamentum in quibus tantumodo ſi in calefacto eſſe, ſit (non alijs partibus vel in calfacto eſſe, & quouis calore maximo contingit) iacta eſt alea, nihil ſpei remanet: quia vitæ defenſor & conſeruator, animæ cum corpore vinculum & primum inſtrumentum, quod ab ortus primo principio ad vltimum vſque ſenium & necem, comitatur, agit, & tuetur, tunc euictus ſuo deſtituitur officio, quum prius putridis & ardentibus febribus corporis reliquo vexato, corde ignito, quia parum ex aliorum magno æſtu & ignitione pateretur læderetur que repugnabat, reſiſtebat, ſuperabat: Aſt quum ſolidæ ſpermaticæ partes leui febricula, vel ephimera ſub ægrotantis ſenſum nec cadente, vixque perito Medico nota, aggrediuntur, proprium domicilium & arx obſidetur & expugnatur, actum eſt, non eſt remedijs locus: quia quod aſtuet, pugnet non adeſt, nec quo loci obſiſti, confugi, inſtaurariue poſſit, datur.

Quod certum demonſtranſque veri germani Innati Calidi in & ex ſui exitio argumentum eſt, *Tria demonſtratiua argumenta.* Vt in & ex ſui ortu aliud pariter demonſtrans quando nimirum ſemen, & ſemineum inchoamentum abſque corde & ſanguine viuit nutrietur, & augetur, vt oſtenſum eſt; quæ ſenſata ſunt argumenta. Et Galeni authoritate hiſce & nobiſcum facienti, confirmari lubet pro tertio demonſtrãte, quia ſenſibus fulcitur. Oſtẽſurus Galenus quamlubet corporis ſpermaticam partem proprio innato calore, & non cordis vel hepatis calore, viuere, ſic & his verbis profert & ſtatuit, libro primo de loc. affect. cap. vltimo „ Si eſſentia partium, inquit, eſſet permanens, non indiguiſſet venis & arterijs. Ex his inferamus nos: Ergo partium primarum eſſentia præcedit cordis calorem, qui medijs venis & arterijs partibus ijs preſto eſt, ergo innatum calidum & vita ſeminearum eſt ante cor, & proinde nec cor nec eius calor ad vitam ſimpli-

citer

citer ſunt neceſſaria, vt ſupra concluſimus à ſenſu ducti & edocti, ſed ad præſtantiorem vitam & ad magnas dictas edendas operationes, vt ſupra explicuimus.

Quibus quid quiſque cuiuſque alius ſententiæ reſpõdere poſſit planè me ignorare fateor & profiteor, tantum abeſt, vt id muneris, Cordis, Temperamenti, & Elementi Calori tribui poſſit: quum Innatus Calor, & Cordis, & Spiritus, & Sanguinis (qui ortus initio abſunt) ignito calori, vt cuiuis partis inflammationi, & externo cuiuſque calori, vel miſti vel elementi ignis ſemper (febre ni fixa laboret) & continuò contrarietur & reſiſtat, quum ſecus tamen facilimè arbitratu Peripatetici igniretur deſtrueretur que, cuius contrarium manifeſtiſſimè conſtat.

Obijciat aliquis, Ex magnis febribus totius actiones læduntur. Quid tum? Non propterea ſpermaticæ in calefacto ſunt eſſe: quoniam ſic ſemper in febribus, & poſt, remaneret hæctica, quod ſenſui repugnat. Sed actiones læduntur fortè quia in caleſcunt: vel potius quia delatum alimentum ſanguis & ſpiritus igneſcunt & putreſcunt; quam ob rem ex accidenti id contingit.

Nec Alterum quin etiam poſitum conſiderandum mouet quicquam ad actuanda medicamenta quod attinet eo quia omnino falſum eſt, & nihil concludit. Eſto quod huiuſmodi calor in actuandis medicamentis ſuas præſtet partes qua pars temperamenti, quoniam perperam etiam ſic agere dicitur etiam ſi prædominium habeat ratione molis ſuę, ignis: quia tamẽ eſt ex actè tẽperamentum ex omnibus, & vera omnium miſcella, non rectè dicitur agere, niſi totum, niſi temperamentum, quod ex omnibus compoſitum eſt & conſtat; quia eſt ſymetrum aliud ab ipſis ſingulis ſeorſim acceptis elementaribus qualitatibus.

Medicamenta vtpote quæ calida, frigida, humida, ſicca alia ſint, quo modo à calore temperamenti, elementi actuabuntur? calida, & ſicca ignientur, & deſtruẽt: Requiritur in Inſito Calido concoquentia alterantia, iuuantia, corrigentia omnes ſecundum quatuor qualitates, quæ a temperamenti & elementi calore præſtari nequeunt vnquam & nullibi.

Medicamentorum actuationes concoctiones fiunt in Cerebro, Ventriculo, Vaſis, &c. & ab Inſito cuiuſque innato calido proprio: minimè temperamenti, elementi calore, qui nullo compoſito quadrare poteſt.

Seminearum partium fibræ, quarum eſt expellere à cordis calore non aguntur, *Omnis* ſed inſito calido proprio inſtrumento o- *motus ab inſito calore.* perãtur, vbique etiam in cordis ſemineis, quemadmodum in muſculis à ſemineis fibris; vt nullibi cordis calorem, nec temperamenti, elementiue agere, & partium munia exequi videam: ſed vbique Calidum declaratum Innatum primum principioque animæ & corporis vinculum & inſtrumentũ, De quo ſatis iam ſuperque.

ÆMYLII PARISANI ROMANI PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE

Pars Altera.

DE INSITO CALIDO SINGVLARIS CERTAMINIS LAPIS LYDIVS.

AD POMPEIVM CAIMVM ACADEMICVM PATAVINVM.

Præclariſſimi Viri Pompei Caimi in Patauino Gymnaſio Profeſſoris primarij de Calido Innato ſententia.

Calidum Innatum, Archygònon Triplex eſt corpus. Semen, Menſtruum, Spiritus.

HVIVS celeberrimi Viri adcò bellè & eruditè Inſito de calido opinio progreditur, itaque perbellè compta in conſpectum ſe ſe dat; cum ſatis longo trium librorum docto philologoque ſermone: tum ſermonis facundia, atque Hippocratis, Platonis, Ariſtotelis, Galeni & aliorum primæ notæ Doctorum authoritatibus, & doctiſſimis rationibus, triangulis, funiculis fulcta procedit, atctaque in loca, ac anguſtos per calles verborum elegantia & ſuauitate ceu ſubtiliſſimis tenſis retibus ducit, vt quoſque, niſi quis maximè ſibi caueat, etiam atque etiam præſenti ſit animo, & pluſquam exiliter ad viuum eam reſectam ſpectet, & perpendat, irretitos, illaqueatos & captos velit & reddat, ſicuti apud ipſum videbis & in ſequentibus obſeruabis candide Lector: Quam propterea quia nos mente haud facilè complectimur, addiſcendi ſtudio in medium ambigentes afferimus, & vt paucioribus nos expediamus, ac faciliori quo ad poterimus negotio aga-

mus,

Digitized by Google

mus, de ſingulis membratim ab ipſo hanc ad rem facientibus propoſitis ignorantes dubitabimus.

Excellentiſſimi Caimi Opinio ad verbum, ſed membratim vt relata, ſic à Pariſano excutitur & ventilatur.

Singularis Certaminis Lapis Lydius.

Caimus De Calidi nomine lib. 1. p. 34. Tall. 1.

GEminam caloris ſignificationem clarè exprimit Galenus primo aphor. 14. vbi ait hoc verbum calidum aliquando transferri ad qualitatem, cuius propriũ nomen eſt caliditas, aliquando denominatiuè totum corpus dici calidum à caliditate iuxta cõmunem loquendi vſum, antiquis etiam vſurpatum vel Theophraſti teſtimonio, in libro, qui de calido & frigido inſcribitur.

Calidũ inſitũ tẽperamentũ ad materiã molle & pinguem coarctari.

Et licet in vtroque ſenſu liceat hoc nomen in corporibus omnibus vſurpare, ſolemus tamen inanimatis qualitatẽ potius attribuere, viuẽtibus autem ſubſtantiam. pag. 35. Nec inficiamur in viuentibus etiam conſiderari qualitatem & locum habere calorem temperaturæ, ſed dicimus hunc coarctari ad determinatam materiam, & attendi vt qualitatem in ſubſtantia molli & pingui inſidentem, quæ facta ſit non proximè ex elemẽtis communium principiorum rationem habentibus, ſed proximè ex ſemine & menſtruo ſanguine, vt ex mixtis prodierit ſubſtantia, in qua calor conſideretur vt in tali ſubiecto ſitus, imo ex ſubſtantia & calore perfundente ſubſtantiam fiat aggregatum vnũ, quod verè eſt calidum animatum ſiue innatum, vt hoc ipſum duo inſinuet temperiem ſeu qualitatem calidam & ſubſtantiam certam temperici & qualitati ſubiectam.

Cont. 1. Pariſano Dubitatur.

In primis nõ video nec intelligo quam ob rem inſitus calor coarctari & attendi debeat vt qualitas in ſubſtantia molli & pingui ſemine & menſtruo inſidens, quũ dicatur eſſe ſemen tantum corpus homogeneum, quod os euadit & os eſt, vena, arteria, quæ homogenea corpora ſunt, in quibus dicitur eſſe inſitus calor, immo ipſa ipſum eſſe calidum innatum; quia communi omnium conſenſu tota penitus feminea & in fetu & embrione eadem exiſtere & eiuſdem rationis; vt quælubet eorum pars oſſis os, venæ vena, arteriæ arteria ſit, nõ autem vlla ſenſilis (in earum vlla) mollis pinguis, ſecus non eiuſdem rationis mixtum eſſet plenius infra.

Caimo Tall. 2. Calidũ innatũ nutriri.

Nec alio pacto ſe poterat habere viuentis calidum, quia cum hoc aſſiduè diffluat, aſſiduè etiam refeci debet alimento, quod vt corporeum, niſi corpus reſtaurat, & alitio dicitur eſſe ſubſtantiæ. Quod autem innato calido cõueniat alitio, & ad ipſum perueniat alimonia, hæc expreſſa declarãt Hipp. verba in libro de alimento „ Facultas alimenti peruenit & ad oſſa & oſſium partes omnes, & in neruum & in venam, & in arteriam, & in muſculum, & in membranam, & carnem, & pinguedinem, & ſanguinem, & pituitam, & medullam, & cerebrum, & ſpinalem medullam, & viſcera, & omnes ipſorum partes, & quidem in caliditatem, & ſpiritum & humiditatem. Quibus in verbis non nominauit ſolum, verum etiam deſcripſit naturam calidi viuentibus congruentis; dum non contẽtus dixiſſe caliditatem adiunxit ſpiritum & humiditatem, quaſi partes ipſius conſtitutiuas & perfectiuas, quaſi vellet inſinuare calidum hoc eſſe conflatum ex calore in humido cum ſpirituum affluxu, vt ſic emergat corpus ex duplici ſubſtantia humida & ſpirituoſa, & qualitate calida conſtitutum.

Cont. 2. Pariſano Dubitatur.

Nos colligimus quidem alitionem, alimenti facultatem ex hiſce, omnibus perquam notis, peruenire ad omnes corporis viuentes partes; ſed quòd qualitates vti eſt caliditas & humiditas (non dixi calidum, nec humidum, corpora præſeferens) nutriantur nequaquam, quemadmodum nec ſpiritum (de quo infra) nec ſanguinẽ, neque pituitã ali, aſſequi poſſumus, tantum abeſt innatum calidũ conſtitui, quod ſic aletur, colligere fuiſſet. Nec calor inſitus temperamentum refici poteſt, ſeu (melius) conſiſtere & augeri, præterquã procreationis initiò, quamdiu ſemen alimentali

Quo modo et quã do inſitꝰ calor augetur.

tali

Digitized by Google

tali ex teſtium ſemine (vt Galenus & nos diximus) nutritur, quo tempore natiuus calor temperamẽtum iure noſtro quo quo modo augetur & vegetius fit, poſt verò ſemper repatiendo debilior redditur, & conſequenter numquam reſtauratur, niſi paululum ex teſtium influenti ſemineo alimento, aduerſus quod ceu optimè elaboratum non ſequitur pugna; vnde optima & ſuauis refectio, & (vt diximus) auctio. Sed bene illius ſubiecta humida ſubſtantia principio ex ſui (ſeminis) exſiccatione in dies magis magiſque in membranæ, arteriæ, venæ, nerui, oſſium forma &c. ſub aſpectum cadit: quæ ita ſicciora perpetuò & fiunt & ſub obtutum veniunt, & conſequenter inſtaurante materia opus habẽt eaque reficiuntur, vti longa ex inedia aut diuturno morbo in paſſis & arridis factis bene poſtea valentibus & bonis ſuccis altis quandoque viſitur.

Taſſ. 3. Caimo pa. 56. Animã vocari poſſe calidũ inſitum ſubſtantiam et Archigonũ et qualibet eius partem ſubſtantiã animã dici.

Poteſt Calidũ animæ nomenclaturam ſuſcipere, nam cum libet etiam diſcrimen, quod inter vtramque rem verè intercedit, ſtatuere, ob naturalem alterius cum altera, arctamque connexionem, mutua fieri poteſt nominum commutatio; nam cum mirificus ſit animæ nexus cum ſpiritu & calido innato, quod non aliter ipſa ſibi adiungit in operando, ac ſutor acum in ſuendo, faber malleum in cudendo, & propter hunc magnum nexum animæ tanquam principalis agentis, & ſpiritus ſeu calidi tamquam organi inſeruientis tanta ſit vnio, vt nulla maior rationi conſonum eſt, nomen vnius alteri quoque fieri commune, vt modo anima vocetur ſpiritus ſiue calidũ, modo ſpiritus, & calidum vocetur anima ,, quia & hæc in operando vtitur miniſterio illorum, & illa in exequendo ſequuntur ductum illius, & actio eſt ipſius aggregati commune.

Cont. 3. à Pariſano. Dubitatur infitiatur, et falſũ oſtẽditur.

Non facilè video quonam pacto anima vocari queat innatum calidum, quod vobis ſemen, quod menſtruus ſanguis, quod ſpiritus, quod horum trium corpus eſt compoſitum, cõiunctim heterogeneũ, ſeparatim quod lubet homogeneum. Nec qua talia primùm, nec quatenus alia iure veſtro poſtea euadunt. Quemadmodum neque è conuerſo horum vllum, nec omnia ſimul compoſita corpora animam vocari poterunt. Sicut nec ſimul nec ſeparatim qua talia inſtrumentorum ſimilitudine, quia ſubiectum, totum corpus, calidum innatum, ſemen, menſtruum, ſpiritus veſtro arbitratu acceptus inſtrumentum eſſe non poteſt, vt Sutoris acus, vt fabri malleus; ſed bene quatenus totius animalis (non alimentale) temperamentum (nõ ſubſtantiale compoſitum) noſtram iuxta ſententiam opportunè & adamuſſim.

Taſſ. 4. Caimo pa. 58. De ignoto qualitatum exẽplo.

Et veluti qualitates elementares, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem ſolemus vocare formas elementorum, non tam quòd formarum ſint pediſequæ, quàm quòd formæ ſint penitus ignotæ, & vicem earum ſubeant qualitates quo ad noſtram notionem, vt pluribus in locis conſiderauit Auer. & Ariſt. ita calidum innatum, quod eſt non aliter inſtrumentum animæ, ac qualitates ſint formarum, ſuſcipere poteſt nomen ipſius animæ, quæ corpori iuncta calorem habet indiuiduum comitem, ſuaque omnia munia intercedente calore abſoluit.

Cont. 4. à Pariſano. Dubitatur de ſubſtantia, aſſeritur de temperamento qualitate.

Non intelligimus, quòd ita & perinde ſe habeat innatum calidum corpus compoſitum ſubiectum, ſemen, menſtruum, ſpiritus ad animam, ac qualitates elemẽtares ad ſuas formas; ſed bene æque currit de inſito calido temperamẽto, ſcilicet, quod verè qua temperamentum inſtrumentum eſt animæ operationum, ac qualitates formarum elementorum, quod nobiſcum facit.

Taſſ. 5. Caimo pa. 59. 60. De Ariſtotelis exẽplo ſit accepto.

At quomodo actionum alimoniæ dicatarum immediatum ſit inſtrumentum, facultatiſque nutritoriæ præclarè explanat Ariſtoteles in 2. de anima, vbi cum tria propoſuiſſet, quod alitur, quòd alit, & primum eſſe dixiſſet corpus nutritioni ſecundum ipſum nutrimentum, tertium animam nutrientem, mox ſubiunxit id, per quod fit nutritio, eſſe duplex, veluti duplex eſt id, per quod fit nauis gubernatio, manus ac temo, hoc quidem mouens & motum, illud autem mouens ſolum; quaſi innueret nutritionem fieri per duplex alterans ,, quorum primum

ſit

ſit alterans, non alteratum, & ſit anima nutritoria omnis corporeitatis expers, ſecundum ſit alterans alteratum, & ſit calor innatus, corporeā eſſentiam nactus, alioquin ſuſcipiendæ alterationi non aptus, vt ſubtiliter in commentario explicat Auerroes.

Cont. 5. à Pariſano. Dubitatur, ſubditius exceſſum recipitur.

Hæc authoritas & ratio nihil officiunt, minus negotij facit ſequela (alioquin ſuſcipiendæ alterationi calor innatus non aptus) quia corporeo alterato & patienti opus non eſt, præterquàm quòd innatus vobis calor ſemen videlicet, menſtruum, ſpiritus homogenea corpora nutriri non ſunt apta, nec ali poſſunt: ſed ſat eſſe alteratum adeſſe, temperamentum nimirum, quod in agedo repatitur, & ita aptum alteratione, mouēs & motū, agēs & patiēs.

Cit. 6. Ex Caſmo p. 122. Ventriculi cōcoctio ab inſito calido. Obiectio.

Galenus in 3. de ſymptomatū cauſis affirmauit primam ciborū coctionem fieri à quadam temperie ex quatuor elementis conflata, quæ proprietatem corporis ventriculi cōſtituit, vt per proprietatem corporis ventriculi inſinuaret calorem eius membri inſitum. Sed hic dixerit aliquis, calorem ventriculi inſitū vocari determinatam temperaturā ex elementis quatuor prodeuntem, nec proponi tamquā aliquid ab ea diſtinctū, vt dicere calorem innatū eſſe temperiem non ſit Galeno cōtradicere, Reſpōdemus annotanda eſſe diligēter verba Galeni, quia vocat nō temperaturā ſimpliciter, ſed quæ cōſtituat proprietatem corporis ventriculi, vt innuerit eſſe temperiem coniunctam cū ſubſtātia, hoc eſt cum illa parte ſeminali & ſanguinea, cū illa ſubſtantia aerea, & aquea, quæ ab initio generationis coaluit ad conſtituendū corpus ventriculi proprietatem talem inde nactū vt cōcoquat, vt calor quidem ipſius inſitus dici poſſit temperatura, ſed in determinata materia reſidens, hoc eſt in pingui & oleoſa, alioquin non poſſet eſſe calor innatus, non poſſet eſſe vitalis, quia hic non acquieſcit cuicūque temperaturæ, ſed eā exigit in determinata materia poſitam, vt inde emergat non qualitas ſola, ſed ſubſtantia, ſed corpus qualitatis particeps. Ita calidum inſitum ventriculi nil aliud eſt niſi propria eius ſubſtantia ſeminalis & ſanguinea proprio temperamēto donata, proprietatem concoquendi adepta. Non eſt ergo ſimplex temperatura, ſed in ſubiecto animalium proprio conſtituta, animalium inquam ſanguineorum & perfectorum, quale ſubiectum eſt caro ex ſemine & menſtruo conflata, aeream & aqueam præferens naturam, vt ad temperiem pro conſtitutione calidi innati duo debeant accidere, determinata nempe materia, ſiue ſubiectum non commune mixtis inanimatis & ſubſtantifica conſideratio à ſola temperamenti qualitate recedens. Hæc ſi facta fuerit additio nil vetat, quin calidum innatum vocemus temperamentum, hoc eſt talem corpoream ſubſtātiam tali temperie præditam.

Cont. 6 à Pariſano. Dubitatur fieri, niſi vi quod à ventriculo, vt quo ab inſito temperamento.

A nullo ni fallor in dubium vertetur, quin inſitus calor temperatura in determinata ſubſtantia reſideat, quippe ſingularis; ſed bene quòd ſit ſubſtantia. Quandoquidem ſi tale inſitum calidum ex ſemine qua ſubſtantia ſeminalis, eſt ventriculus: ita & inſitum humidum ex ſemine qua ſeminalis ſubſtantia erit ventriculus: ſic & pari paſſu inſitum ſiccum, innatum frigidum quatenus talia ventriculus erūt: quia ſemen ex quatuor proximè componentibus humoribus confectum eſt: Igitur ſi ex eorum vno cū in modum arguere eſt, ita & in alio ac alijs cōcludere licebit. At hoc non dabitur, quatuor ſemineas eſſe ſubſtantias, præter menſtruam, & ab inuicem ſeparatas, & quatuor talium cōponentium ventriculos: ergo verè mixtum credetur aſſereturque: Ergo calidum inſitum non ex pingui ſic accepta oleoſa, &c. Ergo nec fas erit dictu cum illa parte ſeminali, cum illa ſubſtantia aerea & aquea: Ergo vt ſubſtantiarum mixtio facta eſt, ita & qualitatum, & proinde verè temperamentum, ſed pro mixtione varium, oſſis, cerebri, ventriculi, nerui, venæ, &c. quod non euenit, nec fit ex homogeneo corpore ſemine, quando nemo det quod non habet, qua de re aliò vertendum animo, vt aliàs.

Ee Men-

Menſtruum quum ſit vnlo ſeu iuxta poſitio quatuor humorum, quo modo dici poterit inſitus vnus calor, & non plures calores, quatuor videlicet, nos mente non aſſequimur, & conſequenter nec quo nam pacto ſemen & menſtruum ex pluribus ac diuerſis & contrarijs non cõſtent, & deinceps eorum ſubſtantia non pinguis & oleoſa prorſus, ſed ex alia & contraria ſubiecta, & proinde mixta ſubſtantia, & cõſequenter quoque temperamentum ex quatuor humorum temperaturis & qualitatibus componentibus, tametſi à prædominio denominatio in ſemine & mixto animalis membro fiat, & nihil impediat, quin inſita quæque illarum primarum dicatur.

Tact. 7. [de Cuius hac ſen tentia p. 128. 129.

Puerilia corpora parum abſunt à ſuis principijs ſemine & ſanguine vnde fuerũt genita, ideo eorũ retinẽt craſim, quæ erat calidior & humidior, nam ſemen & ſanguis menſtruus ſcatebãt inſigni caliditate & humiditate, & vtraque quidẽ innata nõ aliundè accedente, quã vtranque puer contraxit & non leuia retinet, nec exigua, verũ inſignia effatuque digna vtriuſque veſtigia, in aerea illa aqueaque ſubſtantia per vniuerſum corpus diffuſa, quæ à ſemine & menſtruo manauit, relucentia. Quæ quidem ſubſtantia quia puerile corpus redũdat, calidum apparet & humidũ, & plurimum habere dicitur calidi innati, hoc eſt ſubſtantiæ originariæ è ſemine, & sãguine materno proximè deductæ, ideoque humiditatem primigeniam priſtino calore perfuſam cumulatè continentis. nam cum illa generationis principia in particulas corporis transmutata abierint, eis quidem ſuæ caliditatis & humiditatis communionem fecerunt per aeream & aqueam ſubſtantiam à ſuo quaſi gremio profectam, quæ ex ſemine & menſtruo ad generationem fœtus coeuntibus per vniuerſas corporis particulas dimanauit, inſertaque inhæſit.

Cont. 7. Dubitatur à Pariſano nec recipitur, vt infra clarius.

Quo modo ſanguis menſtruus inſigni caliditate ſcateat quum impurus & incoctus ſit, non agnoſco, quando & lac ex eo calidius, & ex lacte infantis ſanguis bis vlterius coctus longè calidior, vt propterea eo calidiori, & ſi mauis temperatiori poſtea alatur.

Obiectio.

Objiciat ſubtiliter aliquis ex menſtrui ſanguinis & hepar & cor calidiſſima viſcera affuſione fiunt: igitur inſigni caliditate præditus, quoniam propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ita communis opinio ſuſtinet. Sed me iudice perperàm; argumento ſit certiſſimo. Ex Oui vitello & cor & hepar fiunt, ſed non qua ex vitello & impuro ſemicoctoque ſanguine; ſed ex optime concocto ſubtili & calidiſſimo ſanguine à cordis & arteriarum motu genito ſeu elaborato priuſquam parenchima cordis affuſio fiat, (quemadmodum in vtero geſtis ex arteriarum vtero gerentis motu fieri credendum eſt) vt nos oculata ex fide accepimus, & in oui fabrica ſcripſimus.

Solutio.

Dices, ſi cordis affuſio nondum adeſt, quo modo à cordis motu? Vide hiſtoriam & intelliges. Hoc innatum calidum ſubſtantia antequam miſceatur, oleoſa videlicet & aerea ſubſtãtia non eſt, quia eſt ſeminis pars, vel totum ſemen, & quando eſt, videlicet ſemen, non miſcetur, nec datur cui miſceatur, quia ſemen eſt totum compoſitum ex quo ſpermatica omnia (vt rectè aiunt) emergunt, non fiũt eſſentiali mutatione per corruptionem, ſed tãtummodò exſiccatione (bene dicunt) eadem alia in aſpectũ ſe ſe dant: Quare non intelligo quod aiunt, Hæc (pag. 134.) calida ſubſtantia in cũctis corporis particulis inſita à principio generationis cõmunicata. quo modo ſic cõmunicetur quum ipſa ſubſtantia, vobis innatũ calidum ſit ipſæ particulæ omnes. Nec eamdem ob cauſam, quod dicitur miſcetur ad minima. cui nam? eo magis & maximè, quod ſemen communi ex opinione eſt corpus homogeneum (& tamen etherogenea ex eodem emergunt, os, neruus, vena, &c.) & aliud non accedit cui miſceatur corpus: & quia ex homogeneo quo modo etherogenea & diſſimilaria corpora, & partes os, neruus, arteria, &c. emergant eſſentiali abſque mutatione mente non aſſequor,

abſque

& conſequenter nec quo modo in alias corporis particulas tranſmutata abierint, calidum inquam, innatum & humidum.

Semē & mēſtruū non vniuntur.

Semen & mēſtruum neutiquam numquamue coire poſſe vt per vniuerſas corporis particulas dimanare & inſerta inhærere queant intelligere valemus quando menſtruum impurum alimentum, & qua tale ſemini contrarium, vnde inter illa ſequitur pugna, vt tandem mēſtruum concoctum & elaboratum & omnino victum ſemen nutriat & in ſemen vertatur, docente Galeno, & ratione ſubſcribente.

Menſtruus ſanguis eſſentialiter non mutatur, in aliorum alimentum niſi tranſeat: nec ab alio nec in alio: à quo nam membro, & in quo? Non ab vtero in quo tunc nec contactus quidem, quoniam in tunicis continetur: adde quòd vterus & fœtus tunicæ ſi alterant & eſſentialiter mutant in ſe ſe conuertunt, & ita in ſemen reddigunt: nec à venis & vaſis eamdem ob cauſam: nec à fœtus corde & hepate, quæ iam tum vt diximus, non adſunt, immo ex ſanguine haud ab vllo mutato fiūt & affuſione, vnde parenchymata dicūtur.

Mēſtruus ſāguis nequaquā inſitū calidum.

Menſtruus quin etiam ſanguis nō poteſt ſimul initiò cum ſemine poni, nec dici innatum calidum, quando non ſimul tempore cum ſemine innaſcatur, minimèque & totius partiumue pars ſit: quoniam priuſquam ſanguis animalis fabricam ingrediatur etiam vt alimentum, & eſt primus ſanguis ingreſſus, ſemen prius ſemine enutritum erat, vt Galenus docet, & nos ratione ſuadente, ac etiam antequam affunderetur & cor & hepar influentia eius viſcera parenchymata fierent, vt in oui fabrica oculata ex fide oſtendimus, vt principio non innaſcatur. Adde, quòd quum affuſiones iſtæ ex influenti ſanguine fiant, non bene propterea eorum materia innata dicitur; ſed bene alia prior, feminea nimirum teſtium primū animati ſeminis alimentum, ex quo innati calidi incrementum ſubcreſcit, à quibus vt à cerebro influentibus præcipuis membris eiuſdem ferè cenſus potior materia mox & continuò fluit & affluit, ſeminei videlicet ſpiritus, qui toto ſeminco corpori præſto ſunt illorum medijs vaſis cirſoidibus, huius medijs neruis ſentientibus & mouentibus partibus ad meliorem quoque vitam. Clarius infra.

Caimus Tact. 8. pag. 148.

Galenus in lib. de ſem. de formatione fœtus, in primo de ſanit. tuenda, ac in libello aduerſus Lycum, ſemen & menſtruū vocat calidum innatum & hiſce verbis ex Græco fideliter Latinis factis, pag. 150. De corpore calido conſiderandum, quale iam corporum in nobis innatum exiſtit quod eſt primogeninium ipſe enim nouit nomen & ſeriptum in Hippocratis libris, & conſtitutū illud corpus, quod à principio ineſt genitis, hoc eſt, ex quo primā habuerunt generationē. Sed quid aliud hoc eſt, quam ſanguis mēſtruus & ſemen? ego quidem nil noui tertium. Sed quoniam corporis ſubſtātia genitis ex his eſt principijs, prima exacta conſtitutio non plurimum habere dicitur dictorū corporum, ſed eſſe hæc ſola corpora, ſed quid nā intelligo per primam exacte? nam ſi memoria repetamus qualem enarrauit ſexta die apparentem geniturā Hippocrates agnoſcemus clate adhuc remanēs in ipſa innatum corpus. nam antequam oſſis aliqua natura, vel venæ, vel arteriæ, vel nerui, vel tendinis, vel ligamenti appareat in fœtu, ſolum ipſi ineſt calidum corpus innatum. informis.n. quædam caro mollis, referens ſanguinis grumum, excipit primam fętus formationem in ſe habentem, velut Hippocrates vocauit, quædam quaſi concrementa ſanguinis è ſeminis ſubſtātia, cum albeſcat. Poſtea per multā alterationem cōtinuo factam oſſis quædā ſubfiguratio, ac tendinis, & ligamēti, & nerui, & arteriæ, & venæ perficitur, quo adhuc tempore permanens eſt fœtibus innatū calidum corpus, ſed plus ſemper, & magis eſt quod perficitur, & quantò magis augetur fœtus, innatum ipſorū corpus calidū, quod erat ſanguis & ſemē minus euadit, varietas etiam aſcitiorū adiungitur corporum, ſiue aggeneratur, quia nullum ipſorum, animalibus innatum eſt, ſed omnia aduētitia, & ſi quidē vniuerſum animal poſſet euadere oſſeum, vel nerueū, corrūperetur hoc pacto innatū calidū, ſed hoc quidem

„ impoſſibile, dominari autem oſſiũ, & ten-
„ dinum, & ligamentorũ & neruorũ, & ar-
„ teriarum ſubſtantiam poſſibile. In extre-
„ mam ergo ſenectutem venientia animalia,
„ minimam habẽtia ſanguineam naturam
„ parum abeſt, quin ex oſſibus ſolis, & ner-
„ uis, & membranis & ligamentis, & arte-
„ rijs, & venis, & tendonibus conſtent. nam
„ ex partibus animalis ſola caro ſanguinea
„ eſt, quam minimam habẽt ſenilia corpo-
„ ra, & hãc parum ſanguineam & multum
„ duram. Aliarum autem partium dictarum
„ nulla ſanguinea eſt. Non igitur ſimplici-
„ ter oportet ſubſtantiæ magnitudine me-
„ tiri quãtitatem innati corporis, quod ab
„ efficaciſſima qualitatũ in ipſo exiſtẽtium
„ vocatur calidum innatum, ſed comparan-
„ tes cum non innatis conſiderare propor-
„ tionem. Hæc Galenus.

Caimi ſententia.

„ Quoniam igitur in prima cõſtitutione
„ fœtus nondum formatus nil aliud eſt niſi
„ moles quædam ex ſemine & ſanguine illo
„ cõflata, qualem deſcripſit Hipp. in lib. de
„ nat. pueri illam ſexta die apparentem ex
„ vtero Pſaltriæ prodeũtem carnem infor-
„ mem & quibuſdam quaſi vibicibus ſan-
„ guineis interſtinctam, ideo in genito non
„ ſolùm dicitur tunc eſſe multum innati ca-
„ lidi, ſed eſſe ſolùm innatum calidum, quia
„ caro illa nil aliud præfert, niſi ſemen &
„ menſtruum ſanguinem ad generandum
„ coniuncta. Sed labẽte tempore agẽteque
„ calido in humidum, vt in primo de ſani-
„ tate tuenda docentur noua ſubſtantiæ
„ exiccatio cõſurgit, hincque oſſis, venæ, ar-
„ teriæ, ligamenti, tendinis, aliorumque id
„ genus generatio prodit, & priſtini calo-
„ ris innati ad illam vſque horam perſeue-
„ rantis qualiſcumque diminutio emergit.

Cont. 8. Pariſani Excuſſio & reprobatio.

Hæc difficilima & maximè ardua videtur difficultas, quòd Philoſophiæ & medicinæ antiqui Proceres, & Recẽtiores veteres ſequuti hoc innati calidi vocabulo abutantur; tũ quia plura ſimul corpora accipiũt, quæ vt alia & diuerſa ſpecie ſint vnũ, rectè dici, eſſeue nequeunt, Archigonon dicũt: tum quia nec eiuſdem ordinis, nec eſſentiæ, nec perfectionis: tũ quia nec prima nec principio animali innaſcuntur, mẽſtruus inquã ſanguis vt ſi prædiximus tum quia ab alijs omnibus omnino cauſis ortum duxerint. Efficienti, quia ſemen à teſtibus proximè mẽſtruus ſanguis influxus ab influentibus iocinore, corde. formali, anima ſemen: mẽſtruus ſanguis impurum alimentũ inanime. [materiali, chylus rudis materia ſanguinis, ex puriori ſanguine & ſpiritibus in cirſoidibus vaſis primùm, mox in teſtibus (nobis animatũ in vnaquaque ſeminea parte) elaboratiori ſemen. fine, ſemen animatum fabricam ſibi conſtruẽs, ſanguini alimẽto initiò eſſe præbens, poſt affuſo & recepto anima participe faciẽs, quoque ſanguine ſemper veſcitur & vt ſemen, & vt ſemineę partes omnes, & vt proprijs ſuis in exequendis & perficiendis muneribus. Sanguis cibus & eſca dumtaxat & ſemini, & toti corpori. Quocirca & multis rationibus, & multis nominibus primò genitis non ineſt, & conſequenter nec ſic calidum innatum erit, diceturque.

Quòd ſi dicas, poſt multos dies ſanguinem mẽſtruum influxũ in animato viuẽti corpore ac eodem etiam enutrito, recipi, affundi, & parenchymata euadere, ſicque animati, & corporis partẽ fieri, nõ reclamabo, tametſi influxus acceſſerit, & influens remaneat, parenchymata, inquam, cetera ex ſanguine carnium genera poſtea longè poſterius fabricata; ſed nec primò, nec verè, nec rectè innati calidi nomine dignandus.

Subtilis Pſaltriæ abortus diſcuſſio.

Nec quicquam afficit Hippocratis & Galeni hiſtoria ex Pſaltiræ abortu, immo nobiſcũ facit, quoniã iam per ſex dies ſemẽ ſemine & sãguine enutritũ erat, & ſex dierũ animãs nec corde præditum extitit (ex ipſis nõ colligitur) quod eſt primũ (ſi modo ante iecur gignitur) ex sãguine gignendorũ membrorũ. Quo tẽpore, nec ſemen nec ſanguis extare potuit, quoniam ſemẽ ſex dierũ ſpatio nutritũ erat, vt ſemẽ alimentũ totũ conſumptũ fuerit, & ſemen ſanguine etiã auctũ fuiſſe rationi cõſonum ſit. Quare tũc temporis ex horum ſententia ſanguis minimè innatum calidũ, quia nondum pars viuẽtis; neque fortaſſe tunc ſemineũ illud corpus tale, q̃a nõ amplius (forsã inquã) ſemẽ etſi videretur, quoniã

ſemi-

feminea viſcera emortua ſanguinis grumo ex abortu obruta & obſcurata, vt nihil veri ſenſu colligi potuerit (vt in noſtra oui fabrica potuit) quoniã ſanguinis grumus nullus in animalis fabricæ principio, nec quin etiam poſt viſitur, quemadmodum noſtra ex oui acuratiſſima hiſtoria dilucidè colligere eſt. Propterea per multam (inquit, & rectè Galenus) alterationem continuò factam oſſis quædam ſubfiguratio, ac tendinis, ligamenti, & nerui, & arteriæ, & venæ perficitur(oſſa, ligamẽta nos non vidimus, ſed bene arterias, & venas & motum ante motus fabricam, ſicuti ibidem adnotauimus) & proinde tunc non amplius archigonum, non amplius ſemen, neque cor nondum fabricatum, & conſequenter nec ſanguis animatus, calidum innatum, & deinceps minimè quod dicitur verum eſt, videlicet, quanto magis augetur fœtus(verum eſſet de ſemine initiò ſanguine dum nutritur) eo minus innatum ipſorum corpus calidum, quod erat ſanguis & ſemen, minus euadit: quando in fœtu etiam ſimulatque corde præditum eſt, ſemen non amplius adeſt, ſed ſemineæ partes, quemadmodũ nec ſanguis menſtruus, potiſſimum quando verè fętus dicitur: quare ſi eorum nihil adeſt, eorum minus adeſſe dici non poterit: rectiùs itaque dicetur de temperamenti imminutione. Præterquam, quòd compoſitum illud, archigonon, ex ſemine, ſpiritu, & menſtruo, vtpotè tribus diuerſis compoſitis corporibus inuicem contiguis (litem dirimit) præditum & diuerſis temporibus coeuntibus vnica non poteſt contineri & informari anima præterea pluribus nominibus, & multis de cauſis vnum innatum calidum dici nequeunt; ſed ſi dentur, & dicantur plura & diuerſa dicendum, eo magis, quòd eiuſdem cenſus (vt diximus) non ſint, nec quo ad eſſentiam, nec quo ad accidentia.

Adde quòd ex menſtruo orta deperdita & exciſa inſtaurantur, iterumque regenerantur, ex ſemine nequaquam. Vlteriùs creſcentia in vtero potiſſimum ex menſtruo genita continuo augentur omnes ſecundum dimenſiones & eadem ex materia ſemper ad vnguem aliunde ſubminiſtrata, (non ſic ſemen & feminea) & abſque perpeſſione nutriuntur, quoniam eadem, inquam, perinde elaborata materia extrinſecus ab vtero ſubminiſtratur, ac principio: quare ad nonum decimum vſque menſem augetur innatum tale calidũ, nihil iam tum perpeſſum. At ſemen primis exceptis diebus quando ſemine alitur, ſemper patitur, & calidum innatum minuitur, vt iam inde à prima nutritione ex menſtruo, qui vt à ſemine, ac poſtea à femineis partibus in ſemen vt vertatur, pugnam ſequi neceſſe eſt, & ita illius plurimũ, huius minimum: huius decrementum, illius incrementum maximum, quæ non bellè congruunt.

Quocirca quum innatum calidum in animali ſimpliciter neceſſarium ſit ad eſſe, ad vitam, ad animæ ac totius operationes, & eſſe, & vita, & animæ ac totius animantis operationes extent ſine menſtruo ſanguine, ſine ſpiritu, quando plantæ ſemen, & ex cęnoſa materia orta initiò abſque menſtruo & ſpiritu, quemadmodum animalium ſemen ſemine principiò abſque corde ſine iocinore viuit, nutritur, & (nutritio continuæ effluentis ſubſtantiæ redintegratio ſit) augetur: ergo innatum calidum eſt (horum iuxta ſententiam) ſemen tantummodò, melius (nos dicimus) ſeminis dumtaxat temperamentum. Ratio & efficaciſſima in promptu eſt, quoniam quum anima nutriat, vt Ariſtoteles ait, ſemen nutriatur, & augeatur ſuo medio innato calido, nec alio aliquo aliunde ſibi accedente, quod Galeni & communi ex ſententia eſt primum animæ & compoſiti inſtrumẽtum, non anima, quæ nutrit, non ſemen compoſitum, quod nutritur: ergo inſtrumento quo medio nutritur: Igitur innatum calidum nec erit ſemen, nec vice verſa: quoniam idem qua idem, & quatenus totum & compoſitum, quod, & ſui & ſibi medium & inſtrumentum, quo, & vt totum, inquam, & anima præditum eſſet, quod ridiculum eſt. Quare propriè loquendo inſtrumentum erit, ſeminis videlicet temperamentum. Vt bellè & rectè dici poſſet, innatum calidum

Ratio efficaciſſima. Calidum inſtrumentum expromens.

ſeminis,equi,ventriculi,cerebri aliud aliquid, quod allud ſit à ſemine,ab equo, à ventriculo, à cerebro,non cerebrum, ventriculus,equus,ſemen; ſed primum totius, & partis,ac animæ inſtrumentum,vt meridiana eſt luce lucidius.

Tact. 9. Caimus Confirmat. p. 154.

Quum igitur in prima conſtitutione fœtus nondum formatus nil aliud eſt,niſi moles quædam ex ſemine & ſanguine illo conflata, qualem deſcripſit Hippocrates in lib.de nat.pueri illam ſexta die apparentem ex vtero Pſaltriæ prodeuntem carnem informem & quibuſdam quaſi vibicibus ſanguineis interſtinctam, ideo in genito non ſolùm dicitur tunc eſſe multum innati calidi, ſed eſſe ſolum innatum calidum, quia caro illa nil aliud præfert niſi ſemen & menſtruum ſanguinem ad generandum coniuncta. Sed labente tempore, agenteque calido in humidum, vt in primo de ſanitate tuenda docemur, noua ſubſtantiæ exſiccatio conſurgit, hincque oſſis, venæ, arteriæ, ligamenti, tendinis, aliorumque id genus generatio prodit, & priſtini caloris innati ad illam vſque horam perſeuerantis qualiſcunque diminutio emergit, quia non eſt amplius conſueta in corpore mollicies, nō amplius prima viget placidior aeroſa, aqueaque ſubſtantia, ſed facta eſt portionis terreſtris ſicciotis non leuis adiectio.

Cont. 6. Pariſan. infirmat.

Hæc doctrina nec Ariſtoteli, nec Galeno ac Medicis congruit; immo (ni fallimur) nec ipſi rationi quadrat. Non Ariſtoteli, cui cor primum ante conflatam ex ſemine & ſanguine molem deſcriptionis Hippocratis in prima fœtus conſtitutione, generatur. Num Galeno & Medicis, quibus primum ſpermatica gignuntur,& ſanguis per fœtus arterias & venas fluens prius effunditur, quàm ex ſemine & ſanguine moles conſtituatur. Non rationi, quia ſanguinis moles grumus fieri nequiuit, niſi ex abortu interiectus, nequaquam grumus à natura ſumma cum ratione & arte diſtribuente & primò affundente formante parenchymata, quorum ante formationem ſanguis ad ſemen non accedit niſi pro alimento, tractus, factum eſt.

Minimè ſenſui ſecus experienti, vt in oui fabrica, quæ non fallit, videre eſt.

Menſtruum ſanguiuem innatum calidum non eſſe ſatis ſuperque conſtat: & ſi eſſet, & ipſe, & ex eo genita ad decimum vſque prægnationis menſem innatum eſſent calidum, quia eadem & ex eadem ad vnguem ſemper materia, vt propterea in nutritione nulla repaſſio, vnde eorum contradictio.

Addimus præterea quòd calidi innati imminutio non incipit quando exiccatio apparet, in illa hora quando os, ligamentum, neruus, arteria, vena & huius generis alia emergunt, ſub ſenſum cadunt, ſed longè prius, quando ſcilicet ſemen menſtruo ſanguine ali incipit, quia tunc incoctum alimentum qua tale contrarium menſtruum nempe alterando & concoquendo repatitur vnde, imminutio.

Tac. 10 Caimi & Cardan. opinio. p. 159.

Vnde argutè dixit Cardanus in commentario illius decimi quarti aphoriſmi primæ particulæ, pueros & maximè infantes eſſe totos plenos à capite vſque ad pedes calore & humido naturali.

Com. 10. à Pariſano. Diſcutitur Cardani ſententia.

Parum mihi certò argute protulit Cardanus, quoniam non propterea quòd toti humidi & molliores pueri ſint, toti ſeminei inde & calido innato pleni cenſendi ſunt, quemadmodum nec quia cerea eorum corpora videantur, vt Galenus dicit: quoniam ex paucis ſeminis guttis id fieri nequit, vt dilucidiùs infra demonſtrabitur; ſed quia ex menſtruo ſanguine (minimè innato calido vt conſtat) ex pituitoſa materia enutriuntur, quia in aqua degā, menſtruo primò, lacte deinde alantur, & otioſi viuant: ſicuti in humidis & frigidis temperamento & obeſis mulieribus nec non viris frigidis & craſſis cibis enutritis, atque ſedentariam vitam viuentibus videre eſt, contrariam omnino præſeferentibus & demonſtrantibus.

Tac. 11 p. 169. Caimus Platonis authoritate comprobat.

Hoc præclarè Plato in Timæo Hippocratem æmulatus, Cuius hæc ſunt verba. „ Recens animalis cuiuslibet compoſitio cū nouos velut ex ligneo quodam cōtextu triangulos habeat, validam quidem eorum ſtructuram poſſidet, moles autem eius tenerior tota coaluit, quippe

quæ

Digitized by Google

„ quæ ex recentiori medulla concreuit nuper & lacte nutrita eſt. Suſceptos ergo triangulos illos extrinſecus incidentes, ex quibus cibi potuſque cõſtantur, triangulis proprijs antiquiores imbecillioreſque iuniorum vi peruincit & conterit, & grande animal ipſum reddit dum ex multis ſimilibus adit. At cum triangulorum ſuorum radicem cõpagemque relaxat ex eo, quod magis laboribus longo tempore aduerſus multa certando fatigata & domita ſit, tūc ſanè alimenta ſuſcepta in ſimilitudinem ſuam non poteſt comminuendo redigere, ſua verò membra ab ingruentibus facilè diſſipantur. Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal cum ſuperatur, detrimentumque illud ſenectus appellatur. Finis vero tunc obuenit, quando triangulorum illorum, ex quibus medulla conſicitur, olim coaptata vincula nihil amplius nectunt, ſed defatigatione iam relaxata nexus animæ deſerunt. Anima vero clam ſecundum naturam cum voluptate protinus euolat.

Ex quibus Platonis verbis apparet animalis compoſitionem recentem nouos habere triangulos, & validam obtinere ſtructuram eorum, quia confecta ſit ex recenti nuper medulla ideſt ſemine, & ex lacte alimoniam ſuſceperit, quod lac cum fiat ex menſtruo ſanguine, qui eſt lac potentiale, & ei germanus, ſucceſſunt in alimentum.

Cont. 11. Pariſanus vtrũque reprobat.

Si à calido innato ſpiritus auſertur, & menſtruus ſanguis, ex quo lac, eo magis lac tolletur, igitur & anguli & trianguli: ergo ſi figura, & figuratum: eo maximè quòd non video quo modo calidum innatum qua tale, qua medulla, ideſt ſemen lacte nutriri poſſit, nouem poſt menſes, ſeu quatenus ſemen ante nouem menſes & in vtero quo tempore prius ſemine, mẽſtruo deinde alitur. Non igitur Archigonum eſt innatum calidum, ſed ſemen tantummodò, quo modo innoteſcet.

Vaſſ. 12. Caius ait Cor affluere calido

Cum in omnibus viſceribus ſit calidum inſitum, eſt potiſſimũ in corde copioſum, quod quia calidiſſimũ, ideo mobile & cõtinuo motu agitatũ, continuo, inquã, quia cõtinuam habet præſentem motionis cauſam, & cõtinuo eget materierũ affluxu & effluxu, affluxu quidẽ aëris & ſanguinis, effluxu tum ſanguinis, tum ſpirituum, tum fuliginum, vt ideo natura calidiſſimũ formauerit hoc viſcus, vt dilatatum aſſiduè & contractum neceſſarias ſibi materias exciperet, ſuperuacaneas eijceret, & aliquod hinc & ſuo refrigerium feruori contraheret.

inſito p. 198.

Cont. 12. a Pariſano. Exentitur & exploditur.

Quum iam ſatis ſuperque conſtet ſolum ſemen innatum eſſe calidum, noſtrãque ſententiam germanam & veram ſi vera docet ſenſus à quo deſumpſimus, quod ante cordis fabricatum corpus, parenchyma dico, ſemen ſeu fœtus viuat & alatur docente Galeno & quia (ſenſus ſentit & ratio ſubſcribit) eius, cordis abſque affuſione, motus percipitur, contraria ſententia falſa erit, quoniam quum cordis ſemineæ partes frigidæ credantur, ligamenta, fibræ ligamẽteæ potiſſimum, quę plurimæ ſunt, parum veri ſeminei inſiti calidi cor habebit, influentis verò ſanguinis à matre acceſſu & diuturno motu, atque poſt affuſionem completam fabricam plurimum poſſidere certum eſt, quod tamen inſito, & germano ſeminis calido acceptum referendum credimus, quando ex putri ortum animal non à matre ſpirituue inſito atque influẽti, ſeu influxo conſequitur, vt non quin etiam ex ouo iiſdem ex ſpiritibus apiſcitur, quando ex vitello ſemicocto ſanguine, & ante illius affuſionem, & parenchyma motus viſitur, (in pulli ex ouo fabrica patefecimus) adnotatu pulcherrimum: quare itidem ex cordis ſemineæ fabricæ motu ab innato ſeminis calido ortum ducenti & ſanguinis coctio elaboratio ac perfectio, vt & ſpiritus primùm, affuſionis deinde fabrica, vnde poſtea influens & ingens caliditas, à qua dein prædictæ actiones & vtilitates neceſſariò ſubſequuntur, aëris, inquam, ad refrigerium attractio inſpiratione, fuliginum expulſio exſpiratione, quæ functiones & hiſce actionibus vtilitates poſt fœtus in lucem egreſſum ſubſequuntur, non in vtero geſtis tunc per pulmones, in quibus nec aëris attractio nec fuliginum expulſio à

cor-

corde, ſicuti nec in ouo genitis. Contra verò in vtriuſque primo ortus tempore cordis motus, vita, & corporis accretio vt diximus.

Propterea vitalium ſpirituum ex matris in vtero ſanguine, & vitello in ouo generatio ad ſeruandam vitam & meliorem poſtea vitam, ad ſenſum & verum motum priuſquam ad reliqua vitæ ſecundariò (vt aiunt) neceſſaria ex reſpiratione, vt in piſcibus patet inſpiratione & expiratione carentibus, & proinde pulmonibus & dextro cordis ventriculo deſtituti ſunt, vt 6. de Vſu part. 9. & 11. ex Galeno habemus, atque ſenſu potiſſimũ certiores ſimus; vt pateat quando, quo modo, & quam ob rem, & in quibus animalibus cor calidiſſimum ſit.

Taſſ. 33. Carmus p. 300. Exemplis cõprobat ignis, venti, elychny, papilionis, &c.

Quia calidum inſitum & eius cõſectarius ſpiritus non poteſt conſiſtere, non poteſt quieſcere vt ſupra oſtendimus, ſed mouetur ſemper, & agitatur verus ignis æmulus, & quo maior eſt calidi, & ſpirituum vbertas, eo maior eſt motionis claritas. Quo reſpiciens Galenus Hippocraticam in hoc etiam doctrinam ſectatus dixit in primo de ſemine, cor ob excellẽtem caliditatem moueri veluti flammam quandam indeſinenter & ſemper viciſſim diſtendi & contrahi, ſic non ſolum motum eius continuum oſtendẽs, ſed ipſam etiam motus cauſam inſinuans, quæ ſit excellẽs viſceris caliditas, & qualiſcumque cum flamma cognatio, motionem flammę propriam impertiens. nam veluti flãmma habet motum ad ſuperiora, & inferiora & ad interna, & externa, à principio & ad principium, vt ſupra declarauimus (pag. 178. & 188. aduerbum iam iam deſcribemus) ita cordis quaſi flãmeus feruor hunc eumdem ſibi vendicat motionis modum, vt per dilatationem externa petat, & à principio recedat, per conſtitutionem interius tendat, & ad principium, cui inhæret accedat. Nec faceſſit negotium, quod motus cordis non ſit rectus, vel ſupra, vel infra factus, ſed obliquus quodammodo, & ad latera adactus, quia calidum cordis non ſolum mouetur vt æmulator ignis & flammæ, ſed etiam vt organum animæ, & à facultate animaſtica directum, & dirigitur pro commodo functionum vitalium, retinens tamen ingreſſum & egreſſum, ſiue acceſſum ad externa vi dilatationis, vt ventillationem quandam nanciſcatur, & refugium ad interna vi conſtrictionis, vt coniunctionem cum propria materia, cum proprio ſubiecto ad ſui tutelã aſſequatur. Motus ergo cordis referẽdus venit in proprietatem motus calidi inſiti, nec deſinit tamen eſſe motus vitalis, ſiue facultatis pulſificæ, quia hæc quidem mouet, & hãc agitationem viſceri, eiuſque germinibus impertit, ſed nõ id facit vt cauſa proxima, verũ vt cauſa principalis, quia vt proximã & immediatã adhibet ipſam caliditatem innatã, vt duo quidem ſint mouentia, alterum mouens immobile, & eſt vis animæ vegetalis, atque pulſifica, alterum mouens motum, & eſt calidum inſitum ſuis ſpiritibus comitatum; quod quia non ex igne ſolò conſtat, ſed habet aliquam etiam aquæ miſcellam ſuperius ex Hippocratis doctrina in libris de dieta declaratã, ideo non in ſuperam regionem directe tendit, ſed obliquam habet hac etiam de cauſa, & in latera factam motionẽ veluti in ventis contingit non ex ſola ſubſtantia leui conſtitutis, ſed aliquid etiam grauis includentibus, qui propterea non in directam habent, ſed in obliquam poſitionem impulſum, vt in ſecundo Metterologico cum Ariſtotele conſiderat Auerroes.

Spiritus inſitus non mobilis eſt vt influens ſpiritus, nec immobilis quidem; quia tamquam ſoboles ignis & aeris perennem motum experitur, ſic ordinatum, vt ſit à centro ad circumferentiam, à circumferentia ad centrum, & dum talis perdurat, ſit quodammodo ab eodem ad idem, cum à centro incipiat, vt in centrũ deſinat, vnde eſt aliter mobilis, quã ſpiritus influens, qui partes omnes deſerit, ac derelinquit, quas tanquam proprias ſedes retinet ſemper eaſdem, eiſdemque ſemper adhærer ſpiritus inſitus, in eis ſẽper motus, ab eis nunquam ſeparatus, ſuo igniculo ſemper iunctus inſtar papilionis in ignem ſemper directi ab igne nũqnam ſemoti. p. 178.

Spiri-

p.188. „ Spiritus inſitus, qui calidi inſiti ſubſtantiam vbique comitatur, perennem illum motum duplicem ſuperius deſcriptũ perpetuo exercet, & eſt ipſe quaſi flammula ex ſubiecta ſubſtantia humidiori, & aerea continuo excitata, quæ partim mouetur exterius ad ſuperficiem expanſa, perſpiratum quendam inquirens, partim interius ad centrum contracta propriæ ſubſtantiæ alimoniam appetens, vt pote quæ non aliter alatur ex humido primigenio, cui inſidet, ac Lucernæ igniculus nutritur oleo Elychnij, in quo reſidet.

Coll. 13. Diſcutiuntur à Pariſano cũcta nec probantur.

Hæc doctiſſimi & eruditiſſimi viri ingenioſa ſpeculatio ſolerſque inuentio bella quidem, ſed me iudice rei naturæ non reſpondet, nec rationi quadrat ſua pace dixerim, non ſolum quia & muſculus aquæ ratione ſic arbitratu ſuo in orbem (non in rectum) moueret; ſed quia cordis motus à Natura ſic conſultò inſtitutus eſt: non quia ignis motum imitetur, quemadmodum nec innati calidi, & ſpiritus (vt aiunt) motus. Non ex accidenti, et ventorum ex aquæ miſcella, quod violentum nos non capimus. Sed dedita Naturæ opera ſumma ex ſapientia cõſtructa cordis fabrica opportuniſſimus ad naturalem motum omnibus adhibitis ad talem motum naturalibus inſtrumentis, & ſimul, inquam, omni fibrarum genere (Galenus 6. de Vſu part. 8. docet, nota lector) tendineis rectis, obliquis & trãſuerſis ſimul ad trahendum, continẽdum, expellendum robuſtiſſimis cõpactiſſimis inuicemque commiſtis, (proindeque non vt in vero muſculo conſpicuis) ne in rectum, neue in obliquum, tranſuerſumue omnino trahatur & moueatur, ſed veluti mixto proinde non ſpontaneo, vt veri muſculi dominante neruo, ſed naturali motu ligamenteis fibris nudis (non tendonibus) & carne veſtitis agentibus perpetuò perpetuam ob neceſſitatem ſuo ab ortu ad interitum vſque.

Ex Cordis hiſtoria.

Quum verò cordis caro craſſa, rubra, dura, valde denſa, & ſolida ad ſpiritus & ſubtiliſſimum ſanguinem continendos, ad calores ſuſtinendos, motuſque perpetuò exercendos, edendos aptiſſima conſtructa fuerit, rectè Hippocrates muſculum fortiſſimum vocauit (libro de corde) cum triplici fibrarum genere præditum ſit, quibus tranſuerſis & obliquis muſculus ſpontanei motus author deſtitutus eſt, tũ quia muſculum definiat carnem in orbem circumductam, vt quando dilatatur & eius mucro ad baſim rectis fibris magis trahitur, cordis latera ita diſtenduntur, vt quaſi ſphæricum appareat. Quo circa quum vrgentiſſima refrigerationis neceſſitate vrgeatur, quamque ocyſſimè toti corpori influentis caloris occurſu opus ſit, & conſequenter perenni perpetuo celerrimoque motu egeat ad aerem & ſanguinem trahendum, eoſdem & fuligines ad expellendum minima interpoſita quiete ad alimentum retinendum mixtis robuſtis ad diuerſos motus inſtrumentis talis naturalis perpetuus & neceſſario ex partium ſtructura motus requiritur & perficitur, non pondere, non aqua, nec extrinſecus & aliundè ductus coactuſue, ſed naturæ, non voluntatis neceſſaria ſponte, & maxima induſtria. Conſtrictionis verò motus quum mucro à baſi deſcendit non pabuli gratia, vt flammæ deorſum deſcenſus ad alimentum, quo tunc potiſſimum in diaſtole cor refertum & plenum eſt, ſed ex prioris motus ceſſatione, quiete, concidentia, relaxatione, vnde cor producitur & anguſtius fit ac euadit rectis & tranſuerſis laxatis fibris orbiculatim cor ambientibus impẽsè collectis & arctatis agentibus nihilominus aliquantulum obliquis conſtringentibus fibris, vt videatur, & quo quo modo in quiete motus, & in motu quies ſit diuerſarũ eiuſdem membri fibrarum reſpectu.

Ad hæc ſi calidum innatum eſt ſemen (mitto menſtruum iam exploſum) dein pars feminea ad minima mixta, quo modo conſiſtere nequeat, & ſuo in loco quieſcere, à quo vt mixta moueri (vtpote arctè ligata, poſſit) profectò non percipio.

Si innatum calidum quà ſemen, quà pars feminea, quà aerea, quà aquea mixta ad minima ſunt non intelligo, quo modo, quà ſubſtantia loco dimoueri poſſint vt flamma ſurſum (in elychnio lucernæ)

ſuapte

ſuapte natura,& deorſum alimenti & pabuli cauſa ſurſum & deorſum infra & extra à centro ad circumferentia & quoquouerſus, & qua flammea & alimẽti ratione, vt de flamma,de corde, de ſpiritu dicitur, quando innatũ vbique in ſingulaquaque minima parte ſit, & æque vbique mixtum & ligatum, vt loco dimoueri numquam poſſit, neç quà ſubſtantia, nec quin etiam quà inſitus ſpiritus,neque quà tẽperamentũ queat, nobis quidem nec per imaginationem, vt propterea maxima admiratione afficiamur hæc à grauiſſimis at doctiſſimis viris ſcribi. Non me fugit tamen ipſos dicturos id noſtræ imaginationis defectu contingere, quod haud me mouet, minimeque grauatè ferā dummodo magiſtrum audiam & docear.

Elychnij exemplum ignis flammæ non quadrat à centro ad circumferẽtiam, ſurſum deorſum &c. quoniam deorſum pabuli ratione vti ſurſum quorſum verſum pabuli ſubtilior pars tendit & aſcendit, quam ignis flamma ſequitur, quæ fumus ardens eſt: at innatus calor inſitus ſpiritus nullibi eget, quia vt calidum innatũ ſubſtantia ita humidum radicale vbique ad minima mixtum, vbique æque ſuppetit: quare non mendicat vllibi, non cogitur(ſi poſſet)loco dimoueri,ſed bene ad minimā redactum in minimis remanere ad diſſolutionem & interitum vſque.

Papilionis & pirauſtæ exemplum eo minus ad rem faciet, quia neutiquam conueniunt nulla tenuſque conuenire poſſunt.

Taſſ. 14. p. 203. Calmum in ſententia ſtat. Habet igitur quælibet particula ſuum quaſi focũ,vbi proprius affulget, nec vnquam interruptus igniculus,quatenus habet quælibet humidam illam aeream & aqueam ſubſtantiam ex duplici illo principio,ſemine & ſanguine contractam,non amplius ſub forma ſeminali, ſeu mẽſtruali,quam in primo ortu dimiſit conſiſtentem,ſed ſub forma propria particulæ,quā priori dimiſſa ſuſcepit,comprehenſam.

Cont. 14. Excutitur & remouetur à Pariſa na. Quum corporis animalis partes duplices generatim ſint, ac eſſentialiter ab inuicem diſcrepantes & ſui ortus principio & ſemper,ſemineæ,inquam,& carneę ſeu ſanguineæ ex ſanguine, vt illæ ex ſemine emergunt, quæ his ſanguineis priores viuunt, agunt, & ſic ſub ſenſum etiam cadunt: imò antequam hæ ſanguineæ fiant & ſint, illarum ſeminearum corpus & diuiſum & in partes diſtributum omnino eſt,vt illius reliqui non ſit quicquam,quinimo emergunt iam & (vt diximus)obtutui ſe ſe dant. Quocirca non video quo modo, ex vtroque duplici illo ſeminali & menſtruali principio vtræque hæ partes, ſemineæ, inquam,& ſanguineæ conſiſtãt, quum illarum neutra ex vtroque eſſentialiter conſtet, ſeu mixta ſit eſſeue poſſit, quum ab inuicem eſſentialiter diſtinguantur, nec vna alius ſubſtãtiam ingrediatur, illique verè miſceatur,licet ſatis arctè adhæreant. Quandoquidem in cerebro, neruo,tendine, ligamento, oſſe,cartilagine, &c. carneæ ſubſtantiæ ex ſanguine nihil adeſt, vt nec in parenchymatibus prima præter iacta ex ſemine ſtamina, quibus menſtruus ſanguis affunditur, ſeminis ſeminei ue quicquam: quia non miſcentur vt Anatomes & ſenſus docent. Quòd ſi in affuſionibus vaſa & membranæ in muſculis tendinum fibræ tranſeuntes ſint & diſpergãtur, non tamen miſcentur quemadmodum nec in ventriculo, &c. carneæ fibræ,quę ſemineis iam genitis affunduntur.

Tac. 15 p. 225. Hepar primũ, mox Corpo ſtremo Cerebrum Calmo Sunt tres partes in corpore principes, ſed alia ſibi vendicat prioritatem generationis, & eſt iecur in animalis conformatione primò conſpicuum, non cor, vt credidit Ariſtoteles, quod abunde oſtendit Galenus in lib. de format. fœtus, alia pars ſibi aſciſcit prioritatem neceſſitatis, & eſt cor ad perficiendam, retinendamque vitam momentum habens neceſſariũ, alia demùm prioritatem dignitatis, & eſt cerebrum nobilium omnium honorabiliumque functionum principium. Ac ſanè (pag 226.) hic locum habet illud Ariſtotelis 8. Phiſic. documentũ,vt prius generatione ſit poſterius perfectione, quia & iecur primò genitum poſtremum habet perfectionis gradum, cerebrum poſtremò completum obtinet primum perfectionis locum. Alter tamen alterius indiget ope.

Cont. 15. Exſcutitur atque in dubiũ à Pariſano vertitur.

Si ex dictis vt patet & ſemen & ex ſemine ſemineæ partes ſint prima corporis ſtamina, ac ſemen primò viuat & agat parteſque eius omnes cum Galeni ſententia, tum ratione & ſenſu docentibus, non video quo modo hepar primum ſit in corporis generatione, quũ antequam hepar procreatum ſit, inquam, & nutritio, auctio, & cordis motus (quomodo diximus) adſit, vt propterea non ſolùm cerebrum, verùm etiam ceteras ſemineas partes ante hepatis procreationẽ extare crediderim: quoniam ſi ex ſemine ſemineæ omnes, & prima nutritio ex ſemine, ſecunda (ſeu poſt ex ſemine nutritionẽ) ex ſanguine in ſemen tamen conuerſo, ſemineæ partes omnes dubio procul priuſquam ſanguis eis alimentum fiat genitæ ſunt, ſeu extãt: tum quia ſemine aluntur, & quando ſanguine nutriuntur ſemen alimentum amplius non adeſt, (nec dum hepar) vt ſanguinem proinde poſtea alliciant & in ſemen ſibi alimentum conficiant, ac deincepscerebrũ, vt cetera alia seminea membra & partes hepare procreatione priora certo ſint.

Quod vero hepar corde generatione prius ſit, dubius animoque anceps valde ſum: Non certè crediderim in ex traduce ortis, quoniam æquè cordi ac iocinori vterque ſanguis vitalis & venalis à matre præſto eſt, & vtrobique affunditur, vt alter alterius fœtus membri ope non egeat: quemadmodum & vitellus in ouo, qui ex cordis motu (vt oculata ex fide recipimus, & tu Lector acurata noſtra ex oui fabricæ mira hiſtoria experiri poteris) & gallinæ fotu perficitur. At in ex putri generatione profectò videtur, quòd ſi ſanguis calidior & perfectior ad cordis, quum ab hepatis fabricam requiratur, vt Galenus docet, hepar corde prius generatione erit, quia cordi talem materiam & ſanguinem ſubminiſtrare habet. At quo modo prius erit & procreabitur iecur ex ſanguine ex affuſione, ſi in cęnoſa illa materia nec ſanguis, nec ſanguinem generans adſit? hoc opus, hic labor eſt, vt biſce in maximè arduis, quid reſpondeam non habeam, niſi à ſimili ratiocinemur, quòd ſicuti in ex ſemine ortis dicebamus, ſeminea pars cordis oui vitellum imputum ſanguinem puriorem & calidiorem motu reddat, ita ex putri veluti ex ſemine optimè diſpoſita & animata pars, prima cordis vaſa videlicet, membranę & ligamenteæ fibræ motu materiam ſibi alimentalem & ad fabricam & affuſionem diſponant & perficiant, vt in ouo diſpoſitam, ſed rudem, cum ad ſecundum alimentum, tum ad cordis & hepatis fabricam. Quæ ſi non placent, Dij qui ſoli vera norunt, meliora.

Lib. 6. Nobil. exerc. exerc. 2. fe. 6. p. 299.

Tract. 16. Caimo p. 262. Obſcurum innatum calidũ.

Semen eſt primum calidum innatum corpus ſimul cum ſanguine menſtruo, ſed tanto magis ſemen, quàm ſanguis, quantò maiorem illud, quàm hic, obtinet caliditatem, vberioremque ſpirituum copiã. Eſt igitur apud Galenum primum corpus innatum calidum, quaſi natum tale, non aliundè, ſed ex ſe ipſo, & ex internis principijs calidum, ſemen quaſi ſemet, hoc eſt ſemet ipſo efficax, & validum, & in ſuis quaſi penetralibus proprium includens igniculum. At veluti eſt ſubiectum, ac receptaculum caloris, ita etiam eſt eiuſdem principium, vt pote faceſſens & conuerſum in partes corporis ſuo innato calido donatas, quod quaſi mutuo accipiunt à ſemine, vnde ſuam habent conſtitutionem.

Cõt. 16 à Pariſano. Excutitur & enucleatur.

Si ſemen eſt animatum, vt eſſe ſæpè ſepius diximus, nec ſemel probauimus, nihil menſtruo cum inanimi habet: propterea quòd pluſquam genere differant, & quatenus talia ſub vna & eadem forma contineri nequeant: quia alterum purum, impurum imperfectum, rude alterum: alterum tale in facto eſſe, alterum in fieri, & talem eſſentialem poſtea mutationem paſſurum: alia ex materia alterum, alterum ex alia numero & ſpecię; alia forma alterum, alia alterum præditum: ab alio efficiente proximè alterum, ab alio immediate alterum: ac aliud alius finis, alius alterum, vt quum omnibus de cauſis differant, & in nulla conueniant, nequiquam archigonon vnum innatum calidum dici poſſit.

Quòd ſi ſemen anima non ſit prædita, animans euaſurum, propriam formam amit-

amittet, & cottũpetur dubio procul: ergo & calidum innatum: ergo & temperies: ergo & cerera quæ ex ſemine à Parentibus ſubſequi creduntur ſtatuunturque proprietates ſimilitudineſque, & ſic omnia ſi rectè perpendantur deſtruentur, & ruent, ſicuti cuncta cõſiſtent & bene ac bellè habebunt ſi ſemen animatum ſanciatur, vt pluribus rationi cõſentaneis, & ſenſui facientibus innoteſcit.

Præterquam quòd non intelligo, quòd ſemen tale natum, ſi poſtea emortuum, eſſentialiter, ſcilicet mutatum tali eſſe, vita deſtitutum ad vita prȩditum tranſiens tale & idem quale antea remaneat. Præterea non video, quo modo ſemen animam recepturum, & conſequenter ſuæ formæ & temperamẽti corruptionem paſſurum, ſuum eundem ſpecie & numero calorem cõmunicare & mutuare fœtui & eius partibus poſſit. Et ſi ſemet ipſo efficax, non interiet, ſi interit, nec efficax, nec talia prȩſtare validum. Et ſi inanime homogeneumque, quo nam pacto ſuis in penetralibus propriumque includat igniculum intelligi nequit: quando in qualubet ſui parte (vt pote eiuſdem rationis) intima e. g. media, exteriori, &c. æquo temperatum & in alia quaque, & petinde in vna, atque alijs omnibus.

Amplius ſi ſubiectum & eiuſdem caloris receptaculum eſt, ac etiam eiuſdem principium vtpote faceſſens & in corporis partes conuerſum ſuo innato calido donatas, quo modo corrumpitur, ac vt tale caloris principium, ſubiectum, receptaculum interit? Et ſi in corporis partes ſuo innato calore donatas faceſſit nõ interit innatum calidum ipſum, quia id ipſum & prius & poſterius: At quo nam pacto ſemen vtpote innatum ipſummet, calidum, calidum innatum, ſe ipſum ſcilicet donat? Et quo modo corporis partes innatum calidum à ſemine mutuò recipiunt, ſi ipſum met inquam, ſemen eſt idemmet innatum calidum & corporis quoque partes? Vbi enim duo ſunt donans & donatum, tertium datur, ponitur, donum nimirũ. Similiter ſi adeſt quod mutuat, & ſimul quod mutuatur, duo ſimul & ſemel erunt, & præterea res mutuò data, ac accepta. Quare ſic ſemen, calidum innatum ſcilicet (& corporis partes) nec emoritur corrumpiturue, nec ſeruatur, nec anima prædirum, nec deſtitutum aderit.

Nobis autem animatum ſemen non eſſentialiter mutatur, vt ab vno ad aliud eſſentiale eſſe, ab vna ad aliam eſſentialẽ formam tranſeat, ſed accidentalem, quatenus alimentale ſemineum humidum depaſcit, quatenus, inquam, animatum ſemen primo & potiſſimum alimentali à teſtibus ſibi præparato nutritur, deinde quatenus a proprio calore, & cordis motu, quo modo diximus, ac demum quatenus ab influẽte ſpirituum & ſanguinum fluentium & refluentiũ (etiam ante cordis affuſionẽ, vt diximus, & poſt) calore exiccatur, qua exiccatione, mutatione haud quaquã eſſentiali ſub ſẽſum ſemineæ partes euadunt, os, neruus, vena, atteriæ, mẽbrana, tendo, &c. vt enucleatius dici, quẽadmodum, nec clarius conſtare poſſit.

Ac veluti lac eſt ſanguis accuratè percoctus ad fœtus nutritionem, ita ſemen ad eius procreationem, nam ſanguis in venis mamillarum cõtentus & vlteriorem coctionem expertus alboreque perfuſus euadit lac, ſuccus nutriendi fœtibus opportuniſſimus, ſed idem ſanguis in teſtiũ vaſis coercitus, diuque moratus, & inde perfectam coctionem adeptus alborem, & ipſe contrahit, & potentiam non nutriendi, ſed (quod maius eſt) procreandi fœtus nanciſcitur.

Cont. 17 p. 263. Caſmi ſanguinis cũ lacte collatio.

Semen nobis non procreat, (bene perficit) quia iam procreatum, animatum eſt, qua ſemen in partibus continentibus contentum exiſtens nutrit: quatenus animatum in vtero nutritur, vt quemadmodum aliàs ſæpius diximus pluribuſque probauimus; Vt propterea hæc lactis ad ſemen collatio nobis non quadrat, nec quatuor (vt aiunt) pedibus currat: quoniam lac ex inconcocto, impuro, imperfecto ſanguine ſemen ex perfecto primum ex caua vena, aortaque arteria mox elaborato in cirſoidibus paraſtatibus diuturna ex mora, ac demum magis magiſque in teſtium cor-

Cont. 17. Pariſano non' probatur.

pore,

pore. Sãguis ad mãmas perreptãs ad lactis conſtitutionẽ longè impurior illo eſt, quo fœtus in vtero nutritur, ex puriori videlicet & à ſe ſe ſelecto: at mammas petẽs ab vteri vaſis ad mammarias venas exploſus crudus eſt, quia purus mẽſtruus. Quippe rationi conſentaneum eſt, vt alimẽtum in vtero pro debilioris & imbecillioris fętus nutritione purius & perfectius ſit: quã ob rem principio ſemen ſemine ſibi ſimili nutritur, mox eo abſũpto, puriori ſanguine, ac demum in lucem egreſſus fœtus lacte nutritur, quod vt impurum & crudum alimentum ſpermaticis potiſſimum quater quadrifariã, atque à quatuor (ne quinque dicam) officialibus membris concoquitur. Ex menſtruo namque ſanguine in mammis lac generatur, ex lacte in ventriculo chylus producitur, ex chylo in iocinore ſanguis procreatur, ex ſanguine in ſpermaticis vt in paraſtaribus ſemen fit, ac demum in teſtibus perficitur, ſi vlterius quæras, ſed in adultis.

Præterea nonne perquã longè præſtãtior potiorque eſt ſanguis genitus à pueri iocinore, iuueniſque, quã mẽſtruus ſanguis inconcoctior impuriorque? & ita calor inſitus ex mẽſtruo longe minor ineptiorque in fœtu & in infante, quàm in puero & iuuene, quod Hippocratis Galeni & Medicorum opinioni repugnat:. Quare nullo pacto dicendus calor inſitus ex menſtruo, quod & de innato humido ſtatuendum.

Ampliùs in plantis menſtrui loco aqua (dicitis) pluuialis eſt: at talis & eadem aqua perpetuò plãtis præſto eſt: ergo plantæ inſitus calor plantæ ſemper idẽ & perpetuus, atque innati calidi fundamentum eſt humidum innatum (radicale vocant:) ergo vt calidum inſitum eſt æternum, ita & innatum humidum ſempiternum, quæ falſa & ſenſui ſempiterna ſunt.

Tall. 18. p.264. Caimi de ſemi nis à toto prouenien Gloſſa & optimo.

,, Quod quidem vel eo præcipuo nomine
,, contingit, quod ſemen ex vniuerſo humi-
,, do, quod in corpore continetur, profici-
,, ſcitur, vbi id, quod validiſſimũ eſt, excer-
,, nitur, illud namque humidum faceſſere
,, poſſet in partes tamquam proximũ ea-
,, rum alimentum, & quãto exiſtit validius,
,, tanto ad ſuſcipiendam partium formam
paratius. Hoc quidem humidum eſt ali- ,,
mentarius ſuccus per membra perreptans ,,
ad præſtandam ipſorum nutritionem, illa ,,
adiuncta validitas eſt ſpirituum vitalium ,,
miſcella à proximis arterijs inducta, vt ,,
mirum non ſit humorem illum alimentalem ,,
tanta ſpirituum ſuppellectile comi- ,,
tatum per vlteriorem in teſtibus contra- ,,
ctam coctionem eò perfectionis prouehi, ,,
vt ad illas partes generãdas euadat aptũ, ,,
ad quas regenerandas fuerat opportunũ. ,,
Poterat illud humidum vt alimentum re ,,
generare manum, faciem, oculum, alias id ,,
genus partes, deperditam nempè illarum ,,
ſubſtantiam reparãdo, poteſt hoc idem vt ,,
ſemen eaſdem partes generare ex noua a ,,
ſe genita ſubſtantia nouum formæ genus ,,
educendo. Ex illo igitur Hippocratico di ,,
cto in lib. de genitura de feminis origine ,,
ex omni humido corporis cum magna ,,
validitatẽ coniuncto clara colligitur ratio ,, p. 265.
ſuæ virtutis & efficientiæ, veluti etiam de- ,,
ducitur ex omnibus corporis partibus ma ,,
nare ſemen ad propria receptacula, vbi ,,
proprium accepit colophonem. ,,
Quod etiam idem auctor aſſeuerauit in ,,
lib. de aere & aquis, ſemen inquiens, ge- ,,
nitale ab omnibus corporis membris pro- ,,
cedere, à ſanis quidem ſanum, à morbidis ,,
morboſum, hincque fieri, vt ex caluis calui ,,
gignantur, ex cæſijs cęſij, & vt plurimũ di- ,,
ſtortus diſtortum generet, eademque ratio ,,
ſit circa reliquas formas. Quam anti- ,,
quiſſimam opinionem ab vltimis vſque ,,
temporibus ductam in examen ab Ariſtotile ,,
in primo de generatione reuocaram, ,,
& quibuſdam rationum machinis ſcimus ,,
fuiſſe impugnatam. Sed nõ eſt operoſum ,,
tueri Hippocratis ſententiam à Galeno ,, Gloſſa.
etiam in libro de ſemine confirmatam, ſi ,,
dicamus ſemen procedere à toto & ab om ,,
nibus partibus corporis ratione materiæ, ,,
quæ pertinet ad humorem elementalem, ,,
& ratione ſpirituum vitalium adiuncto- ,,
rum, qui pertinent ad validitatem indiui- ,,
dualem, nõ ratione formæ & complemen ,,
ti, quod recipit ſolum in teſtibus vltimam ,,
coctionem elargientibus. Si dicamus non ,,
ſemper actu procedere à toto, ſed poſſe à ,,
toto procedere, & partibus omnibus, quia ,,

Ff in

in toto & partibus eſt humidum alimentale validiſſimum, & hoc poteſt partibus eſſe ſuperuacaneum, ac tantam redundās in teſtes detrudi, & compelli motu præſertim coitus adiuuante illo pudendorum attritu, illa membrorum agitatione, quam conſiderandā Hippocrates ſuſcepit. Nam vel ex ipſa Ariſtotelica definitione ſeminis inſinuante naturam hoc videtur colligi poſſe, quæ ſemen prædicat excrementum vtile poſtremi alimenti, quatenus eſt redundantia ſanguinis nutriendis partibus apti. Nam quale eſt alimentum menſæ appoſitum, indeque nomine ſuperfluitatis ſublatum, tale eſt ſemen, quod erat ſanguis membris vel diſtributus, vel diſtribuendus, ſed quia ſuperuacaneus in ſeminalem naturam cōuerſus, quam dum tenet non procedit à toto, quia hanc naturam in parte determinata nanciſcitur, & hoc præſertim probare volebat Philoſophus, ſed antequam eam ſuſcipiat, & induat, nil vetat, quin poſſit ex omni parte prodire, quod aliquando vel ipſe Ariſt. in 4. de gen. animal. viſus eſt confiteri. Quod quidē Philoſophus mutuo accepit à Platone, à quo fere omnia pulchra.

p. 266.

à Pariſano nō probata exploduntur Cōt. 18. p. 279.

Alias fuſius excuſſa diſcutitur.

Quod ſemen à toto corpore prolabatur, vt ab Hippocrate Platone atque alijs Antiquis accepimus, recipimus quidem, quia vt illi ex filiorum ad parentes ſimilitudinibus neceſſario id ex ſemine à toto prolapſo fateri coacti ſunt, ita & nos idem Ariſtotelem aduerſus & contra quoſque hactenus ſuſtinuimus. Propterea hanc doctiſſimi Viri Gloſſam non recepimus, vtpote nec ad eorum mentem, nec Veritati rationique congruentem. Seminis videlicet materiam ſanguinem à toto ad teſtes decidere, & talia ſimilia parentum mirabilia præſtare poſſe; quippe quod maximè repugnans ſanguinem & ſpiritum talia in partibus ſpermaticis haud aſſequutos fuiſſe (quod falſiſſimum) quum in cirſoidibus paraſtatis diu moreantur, alterentur, immutentur illa eadem ſui forma priuentur temperamēto ſanguineo destituantur, ſeminiſque forma & temperatione ornentur & induantur, & vlterius omnino perfectiora penituſque alia in teſtibus conſtituantur. Quo igitur modo aliena ſeruabunt, ſi proprijs & eſſentialibus deſtituuntur? certo hæc non capimus; quòd ſuperior induta & mutuata (nec poteſt) accidentalis veſtis ſeruetur, eſſentiali ſanguinis & ſpiritus corrupta forma?

1 In prima parte noſtrorum de ſubtil. librorū, ac in 2. in Par. et San. Ind. lapide Lydio, necnō in Dialog. Parizario.

Præterea miſſis, quòd non ex vniuerſi corporis humido proficiſcatur, quoniam ad ſimilitudines quod attinet, non ex ſanguineis ſeu carneis partibus ſemē, à propria exempli gratia interna ventriculi tunica (aliàs oſtendimus & vt plurimum parentum vim & proprietatem referre monſtrauimus) ad teſtes ſanguis non deſcendit, vt alibi oſtendimus. 2

Ampliùs ſanguis nec proximum eſt ſpermaticarum alimentum, vt nec ad illas regenerandas aptum ſit, & conſequenter nec ad illas generandas opportunū, quippe qui ſanguis remotum eſt illarum alimētum, proximum verò ſemen eſt ab eiſdem ſpermaticis ſibi alimentum genitum, vt ſanguis qua ſanguis nihil conſequatur à ſpermaticis partibus, & deinceps qua ſeminis materia non eſt aptus ad illa præſtanda, & proinde nec rationi, nec Antiquorum menti conſentaneum. 3

Adde quòd ſuperuacaneus & redundās ſanguis a ſpermaticis ad teſtes detrudi nequit, vtpote qui in eorum ſubſtantia non continetur; ſed bene ſemen. Præterquam quòd hæc ſeminis materia ſanguis & ſpiritus in celeri tranſitu in coitus actu & tempore ad teſtes non deſcendunt, (vt aiunt) quādo non niſi purum ſemen (non ſanguis) excernitur, nec in teſtibus, nec aſſiſtentibus in vaſis viſitur, ſed bene albo ſpermate referta ſunt, ſi ſenſui fides adhibenda eſt. 4

Ad hæc ſpermaticæ partes detrudentes quatenus generationi conſulunt officialium membrorum partes præſtant, vt non ſolùm ſibi tunc, ſed alijs conſulant, ſpeciei inquam; ſed hoc præſtant ex humore à ſe genito & ſui gratia ſibi tamen ſuperfluo, deinde alijs praſto ſunt, vt de ventriculo, iocinore, corde, teſtibus, &c. colligere eſt, nec ſecus. At ſpermaticæ corporis partes id muneris præſtare ſanguine nequeunt, eo quod 5

ſan-

ſanguis earum opus non ſit, ſed iocinoris ſplenis, cordiſque, & proinde nec eo ſic vti, eumdemque expellere & tranſmittere ad cirſoides paraſtatas adque teſtes poſſint: ſed bene ſemen ſuũ proprium opus, vt Antiqui & nos volumus: & tale ſemen à toto procedit, & eius pars quælubet à determinata corporis parte talem nanciſcitur naturam, à teſtibus nequaquam.

Exemplũ corrigitur.

Alimenti menſæ appoſiti exemplum placet, quia quadrat, ſed non ſanguini, bene ſemini, quod ſpermaticarum eſt proprium & proximum alimẽtum, vt carnearum ſanguis: proinde nec vt proprium opus, nec vt aliqua earumdem inſignitum pręrogatiua, nec quatenus earumdem ſub poteſtate conſtitutus ſit, reiciendum, propterea, quod ſanguis nil ab illis cõſequutus, & qua talis nec regenerare nec generàre, aliquidue illis ſimile præſtare poteſt, quemadmodum nec ſpiritus tot mutationes paſſi, ſimul mixti (ſi modo miſcentur, quod non credimus) in teſtibus coarctati & eſſentialiter mutati fuerint, vt diximus. Enimuerò ſi impurus ſanguis eſſentialiter mutatur, quanto magis ac ocyus ſpiritus purus, puriorque ſanguinis pars eſſentialiter mutabitur, atquè illico in partis nutrimentum abibit priuſquam impurus ſanguis purus fiat?

Tall. 19. Caimo p. 269. An Seminifica vis teſtiũ ſolum?

Propria eſt teſtiũ facultas ſeminis confectiua, & a teſtibus fit quodammodo cõmunis reliquis partibus, vt omnes arteriæ & venæ ſemen operentur, nõ propria quidem virtute, ſed à teſtibus quaſi mutuò acceptam per celerem quandam communicationem fortium facultatum propriã, vt quaſi precario & aliena conceſſione id aliquatenus obtineant.

Cont. 19. à Pariſano. Diſcutitur, & explodituꝛ.

Quod non à teſtibus tantummodò ſemen ratio eſt in promptu & demonſtratiua; quoniam ex quibus ſimus ex eiſdem enutrimur, vt propterea quælubet corporis seminea pars ſemen ſibi alimẽtum paret, nequaquam à teſtibus illud recipiat, teſtiumue virtute conficiat, tametſi inde vigor & robur, ſed non facultas, quod in ijs manifeſtò patet quibus teſtes execti ſunt, in eunuchis. Sed teſtes officialia ſunt membra, cum ratione indiuidui, cui ſpiritibus influxis præſto ſunt ad melius eſſe ad perfectionem: tum ac potius & ſimpliciter ratione ſpeciei, cui primum & præcipuè officiale eſt membrum alimẽtumque primum præparat. Vt mittam aliquos teſtibus deſtitutos natos fuiſſe, & tamen ſemine ijs abſque paſtos eſſe.

Aliud ex Galeno, & rationibiler addimus, quod ſemen animatum in vtero abſumpto ſemine alimento, ſanguine nutritur; ergo in ſemen redacto & conuerſo priuſquam teſtium ope agat.

Tall. 20. p. 170. Caimi De ſeminis animatione ſententia.

De ſeminis animatione varij varia dicunt, nos dicimus cũ Ariſtotele 2. de gen. anim. ſemen in vtero contentum animam habere poteſtate, nõ actu, quod vel de vegetali anima prius apparente intelligendum, & licet ſemen ipſum intelligat genituram conflatam ex effectiuo maris principio, & materiali fęminæ, hanc tamen genituram negat eſſe actu animatam, quia non eſt corpus organicum, & ſolum tale corpus eſſe animæ ſuſceptiuum & eam deferens ſubiectum, vt ipſe oſtendit in 2 de anima, vbi etiam affirmauit ſemen & fructum non eſſe corpus viuẽs potentia cum actu coniuncta, vt eſt corpus naturale organicum, ſed potẽtia ab actu habitudineque ſeiuncta, quia poſſunt accipere animam, actuque poſſidere, quam ſola poteſtate tunc poſſident. *p. 271.* Dicitur tamen animatum ſemen vel ob hanc potentiam ſecundum quam progreditur ad actum, & ſecundum quam exercet animę actũ, tamquam ab anima generantis directum, à qua motum prius accepit, eundem retinet ſpontineorum motibus, cum Ariſtotile cõformem, quo etiam nomine dicere poſſumus animam eſſe in ſemine, vt artificẽ in inſtrumento: nam veluti in malleo dicitur eſſe artifex, ſeu ars fabrilis, quia hinc ſuam recipit directionem, ita in ſemine conſtituitur anima generantis, quia ab illa regitur in opere adminiſtrando, & conſtituitur quodãmodo anima generandi, quia eſt in proxima potentia ad eam recipiendam, & veluti eſt principium mẽbrorum corporis, ita ſuſceptur ũ eſt naturam

Digitized by Google

„ illorum, quam cũ ſuſceperit, erit actu, ve-
p. 272. „ rèque animatũ. Semen ſub forma adhuc
„ propria non habet animam niſi potentia,
„ quia non habet inſtrumenta viuenti cor-
„ pori neceſſaria, vt cum apparet membro-
„ rum conformatio, & cum ſemen ipſum in
„ ipſas partes conuerſum eſt, adeſt actualis
„ animatio, quia ſemen non eſt amplius ſe-
„ men, vt erat ante conformationem, ſed ſa-
„ ceſſiuit in membra corporis, & illud inna-
„ tum calidum, quod erat proprium ſemi-
„ nis, factum eſt proprium animalis, & ho-
minis.

Cont. 20. à Pariſano refellitur. De ſeminis animatione fuſiùs aliàs pertractauimus, pluribus proprio in [a] campo animatum oſtendimus, & poſt nos ſcribentes & Patauini & Veneti Medici iiſdem, [b] ſubſcripſerunt, vt hic actum agere non ſit. Illud ſolùm repetam (quia nemo reſpondit, nec forraſſe reſpondet niſi tergiuerſando ſubterfugiendoque ni fallor) iterum quæ rendo, quid illud ſit, quid inanimi in ſemine inſtrumenta ante animæ ingreſſum, ſeu è materia eductionem paret, ſummaque ſapiẽtia fabricet, quæ nos non capimus, niſi ad fabulas, ad Intelligẽtias, Chokodeas, ad aſtra & huiuſmodi otioſorum partus recurramus.

a in prima parte.
b Brõzerius Mũdinus.

Spontinorum exemplum arti quadrat, Naturæ nequaquam, quemadmodũ nec artificis & artis fabrilis malleo: quoniam ars ad tempus operatur & in inſtrumento viget, nequaquam anima, forma, Natura, quæ eſt principium motus in eo, in quo (tantummodo & donec) eſt; vt propterea manifeſtò pateat, talia ſpõtinorum & artificum exempla inuenta Naturæ minimè congruentia eſſe, & proinde à Veritate longè petita ad Ariſtotelis apparentia (parcant eius, & addictorum Manes), & falſa velanda, nõ ad deuelanda, & nudam Veritatem oſtendendam facere.

Quod malleo talia tribuantur tranſeat, ſed malleo agenti præcipuo coniuncto & actu agenti ac de illius eſſentia, ſecus falſum eſt. Ita pariter ſeminis facultati eſto, ſed præcipuo agenti iunctæ, animæ videlicet ſemen informanti, eo quo aliàs modo enucleauimus.

Semen nutriri patet ex Galeni ſententia rationi maximè conſentanea, & priuſquam membra perficiantur, & nutriri & moueri ſenſus docet in oui fabrica. Vt mittam quòd rationalis anima quã longiſſimè prius ſuis corporis vti poſſit inſtrumentis, corpus ingreditur & informet, vt certa ratione, ſenſu & authoritate patet ſemen ſuapte natura viuere & agere, nequaquam aliena vi, generantis inquam, abſque anima mirabilia efficere poſſe, vti eſt diuina animalis fabrica, quam ſola diuina Natura præſtare poteſt, quod in ex putri ortis, ratio, experientia, ſenſuſque docent, in quibus abſque generantis, parentis, inquam, virtute, facultatibuſque eadem adamuſſim corporis inſtrumenta (vt in mure, &c.) generantur. Quare valeant abſque anima generantis vis, ſpontinorum, & artificis mallei fictitia.

Præterea ad rem, ad ſuperiora propiùs quod attinet, ſi illud innatum calidum, quod ſeminis proprium erat (vt dicitis) factum eſt proprium animalis & hominis; ergo innatum calidum non eſt ſemen, neç ſeminis ſubſtãtia: nec ſemen innatum calidum. Igitur vt erat ſeminis temperamentum, ſic animalis, & verſa vice, vt animalis eſt, ita & ſeminis temperamentum fuit, quod nos aſſeueramus. Tandem ſic concludit cum Galeno aduerſus Lycum.

„ Calidum innatum eſt corpus & ſubſtan- *Vall.*
„ tia corporea Lyco ignota. Secunda Con- *21. Caj*
„ cluſio, Hæc ſubſtantia compoſita conda- *tui de*
„ tur ex prima cõcretione ſeminis & ſangui- *innato*
„ nis menſtrui, quæ vocetur, calidum inna- *calido*
„ tum, calidum quidem ob inditam quali- *Concluſiones.*
„ tatem præcipuam vitæ congruentẽ, inna- *p. 414.*
„ tum quia ab initio eſt tale ad diſtinctio- *et 415.*
„ nem aliarum partium, quæ mox agge-
„ nerantur, vt ſit calidum innatum, qua-
„ tenus ab ipſo primordio tale eſt non a-
„ liunde pendens, cum poſtea intercedente
„ alteratione oſſis, nerui, cartilaginis, li-
„ gamenti, arteriæ, venæ, aliorumque ag-
„ generatio fiat.

Pariſano difficultates patiũtur. Cont. 21. Concluſiones hæ multas ex dictis difficultates pati videntur, vt ex dicendis que-

que

que innoteſcet, nō ſolùm quo ad corpus, ad ſubſtantiam; ſed quo ad ſubſtantiam compoſitam, quale ſic nō eſt ſemen, quod homogeneum corpus ſuſtinent: nec quin etiam quo ad compoſitam ſubſtātiam ex ſeminis & ſanguinis cōcretione, quod vir doctiſſimus aſſerit: quoniam ſanguis vt dictum eſt, & probabitur vlterius nequaquam, numquamue ſemini miſcetur. Vt cōcretio iſta nec ſit, nec fieri poſſit, neque innatum calidum dici queat, neque primum: tum quia ſunt duo calida & alia ac ſpecie differentia, alterum primum ſeminis, alterum ſanguinis ſecundum multos poſt dies additum, ex dictis liquet: alterum ſeminis & ſemineæ partis, alterum ſanguinis & ſanguineæ, ſeu carneæ ſubſtantiæ. Alterum ſeminis primum animæ & corporis inſtrumentū, alterum ſanguinis ſecundum & adiuuans ex influenti influxum, vt eorum mixtio & concretio fieri poſſit neutiquam.

Tall. 22. p.419. Cammus. Menſtruum quō in plantis comprobas. Quod (obiectioni præclariſſimi Viri Cremonini, ſcilicet reſpondens, air) ex Galeni ſententia etiam in plantis eſt calidum innatum, vt in omnibus animalibus, qnia omnibus viuentibus conuenit. In plantis ergo pari cum animalibus pacto conſiderat Galenus hunc calorem, vt facit etiam Ariſtoteles in lib. de vita longa & breui. Et ſi non eſt in plantis menſtruū (quod ab aduerſario obijcirur) cum ſeminè, eſt tamen proportionale. Quod perbellè explicat Magnus Albertus, in lib. de vita & morte, his verbis.

Alberti ſententia. Oportet in omni viuo excellere calidū & eſſe operatiuum & actiuum, & formatiuum, terminatiuum, ſiue complectiuum. Quemadmodum calidum, quod eſt in ſemine operatur, & agit, & format ſimilia, & terminat humidum ad ſpecies homogeneorum membrorum, & ex operatione illorum complet animatum corpus, ita procul dubio calor, qui vocatur naturalis omnia prædicta facit in vtroque humido ſuperinducto. Sicut autem humidū menſtrui non eſt formabile, niſi miſceatur humido ſeminali in animalibus, cui eſt humidum pluuiale in plantis proportionabile, ita humidum nutrimentale non efficitur formabile, & terminabile, niſi per aſſimilationem ad humidum radicale, & penetrationem in ipſum.

En ex Alberto explicatum quod in Plantis proportionale menſtruo, humidū nempe pluuiale, vt in generatione plantarum conſideretur hoc humidum quaſi plantale menſtruum, & ſemen in plantis ortis ex ſemine, vel vis putredinalis ſemini reſpondens in ortis ex putri, vt pulchre docet Auer. 13. & 18. contex. duodecimi Diuinorum. Hoc proportionale & aduertiſſe & oſtendiſſe Galenum patet, cuius hæc ſunt verba in commodo libelli Hippocratici de humana natura. p.421.

Plantarum ſemina vt queant aliquid producere externum poſtulant humorem & calorem moderatum. Quod ſi ad generandum ſufficeret ſemen citra vllam aduentitiam opem non differret fœtum ne in paucos quidem dies, quin è veſtigio expullularet. At qui pleraque ſemina non iam menſes, ſed annos etiam haud raro ſupprimi cernis, non enim ex ſe ipſis tantum obtinent, vt producant, cęterum externum deſiderāt auxilium, quod non hactenus ſuo munere defungitur ſi attingat modo, ſed cum tangentis vires in id, quod tangitur permeant totum. Iam ſi in fœturis alterari prorſus ſemen arborum, herbarum, & cunctarum plantarum videtur, multo apertius in animalibus perſpicitur nihil ex mare ſolo, aut fęmina, ſi abſit coitus poſſe quicquam generari. Hæc affert Galenus ad oſtendendam veritatem dicti Hippocratici, nihil ab vno generari, niſi aliud accedat externum, quod temperamenti quoque cum eo mediocritate conueniat. Veluti ergo in animalibus, ex mare & fœmina, ex ſemine & menſtruo fit fętus inde calidum inatum ſortitus, ita proportionaliter in plantis ex ſemine & humore externo, nēpe terreno, quem pluuialem vocat Albertus, moderati caloris participe ſit ipſa fętura ex his commiſtis & inuicem alteratis principijs propriam caliditatem nacta. imò antequam fœtura conſurgat ex illa commixtione, antequam partes formatæ pullulent, illa duo principia ge-

nerationis dici etiam poſſunt calidum innatũ, quatenus calorem inſitũ nec aliunde pendentem includebant partibus mox generandis communicandum, veluti dixit Galenus ante generationem animalis ipſummet ſemen & ſanguinem menſtruum deferre nomen innati calidi. Sic patet mitam eſſe analogiam in principijs generationis plãtarum & animalium, quam ſexcentis in locis prædicat, & in 2. præcipuè de animalium ortu cõmemorat Philoſophus, vbi eãdem vim tribuit vtero in animalibus, quam habet terra in plãtis, quia vt vterus præbet ſanguinem menſtruum ad conſtitutionem & nutritionem animalis, ita terra porrigit humorem ad conſtituendam nutriendamque plantam. Cuius cum animali analogiam cumulatè declarat Theofraſtus in primo de hiſtoria plantarum, vbi & venas, & neruos, & carnem, non ſolum corticem, lignum, matricem in plantis oſtendit, & de ipſarum calore innato loquens hæc ait. Omnes plantæ humorem, caloremque ſibi inſitum quendam poſſident, ſicuti etiam animalia.

p. 422.

Id ipſum in plantis quoque quod aſſerit, falſum eſt, & ſicuti primum in animalibus ex oui fabrica ſenſatum oſtẽdimus, ita hoc idem in plantarum ſemine ſenſui patens eſt in pineo nucleo, &c. (plantæ partes ſub obtutum cadere priuſquam ſerantur plamenturue) vt Mundinio diximus, Ipſeque poſt apud doctiſſimum Ioſephum Aromatarium id expertum fuiſſe fatetur, in fabæ videlicet, faſeoli, ciceris grano ſemine folia, truncum, radicem ſe vidiſſe teſtatur; Vt ſicuti animal in ouo ante iocinoris & cordis fabricam, & ex ſanguine partes fiant, eſſe & nutriri viſitur, & (vt nos volumus) ſemine principio ali & augeri, ita certum ſenſui quoque eſt, plantarum ſemina, inquam, priuſquam pluuiali aqua & terreo humido alantur, imò ad ea antequam perueniat, enutrita & aucta ſemine à planta præſtito eſſe, & conſequenter pluuiale humidum non eſſe innatum calidum, licet poſtea vt animali fœtui menſtruum, pluuiale humidũ plantæ ſit opportunum, ſed ſecundum, alimentum neceſſarium ad maius incrementum

à Pariſano Diſcutiuntur improbãtur. Cont. 22.

& fabricæ perfectionem & conſeruationem: Magis tamen menſtruum animalibus ad parenchymatum & carnearũ partium conſtitutionem, quæ non ex ſemine, nec ſemineis partibus. Quocirca vbi ſenſus manifeſtè dominatur & nos docet, ratioque ſubſcribit, perſonarum non fiat acceptio, vt Veritas eluceſcat, & Procreãtis Sapientiſſimæ Naturæ optima œconomia pateat, per quam tempori animato ſemini alimenta ſeparatim præparantur & ſubminiſtrantur, ſecus obſcuratur & tollitur. Quam ob rem rectè Theofraſto plantis perinde humor & inſitus calor, ac animalibus, ante nimirum pluuiale, quod externum, & poſt menſes & annum viuẽti & aucto animanti accedit.

Tertio quærit, vbi ſit in animalibus perfectis, veluti in homine hoc innatum calidum, & petit, vt ſibi oſtendatur hoc corpus, quaſi non conſtet apud Galenũ. Legat quæſo diligenter ac relegat libellũ aduerſus Lycum & cetera Galenica ſcripta in hoc argumento verſantia, & agnoſcet hoc innatum calidum eſſe corpus ipſius fœtus pro parte aerea & aquea, & quatenus includit ſeminalem & mẽſtrualem ſubſtantiam, vnde prodit primigenia humiditas, & conſtituitur eſſentia carnoſa & mollis ſanguine referta.

Taſſ. 23. Cai mus vbi ſit inſitũ calidũ docet.

Si maximis Viris Hippocrati & Platoni (inquit Galenus) abſque demonſtratione non eſt credendum, quo modo hic & nunc minimè demonſtrantibus, immo contra, ſenſu, & (vt diximus) ratione reclamantibus? vt dilucidè conſtet & quo ad partium ſubſtantiam, præſtantiam, procreationis modum, tempus, & alias præminentias. Certum & demonſtrans hoc eſt argumentum, quòd ſi humidum pluuiale menſtruo proportionale eſt, vti eſt, & hoc plãtæ ſemini accedit poſt dies, menſes, & annum completæ fabricæ viuentis & auctæ ſub ſenſũ cadentis omnes ſecũdum ſui partes: Igitur manifeſtò patet, illud non eſſe innatum calidum, nec primum animæ inſtrumentum: ergo nec animali ſanguis menſtruus, quod itidem in oui fabrica innoteſcit. Quare ad vitam & primas fabricæ operationes non faciũt,

à Pariſano Diſcutitur nec probatur. Cont. 23.

bene

bene ad illius conſeruationem, augumentum, & complemẽtum, in animalibus potiſſimum, ad affuſiones & carneas partes menſtruus ſanguis conducit & ſimpliciter neceſſarius eſt; vt ad dicta omnia eſt pluuiale humidum.

Neque probabitur (patiamini dicam) innatum calidum ſemen ipſius fœtus corpus eſſe aerea & acquea pro parte, nõ ſolùm quia menſtrualem ſubſtantiam non includit, & quia carnoſa ſubſtantia propriè loquendo de ſpermatica non dicitur (vt logici loquuntur) eo minus addendo, quòd ſanguine referta ſit, quod carnibus propriè dictis ex ſanguine immediatè cõſtructis competit, nõ femineis ſanguinem haud continentibus, niſi vt remotum alimentum, materia videlicet ſanguinis proprij alimenti; Verum etiam quia ſemen (calidum innatum dicunt) eſt corpus fœtus ſpermaticum omnes ſecũdum ſui partes, aeream, aqueam, terream, igneam cõtinens: quando innatum calidum aerea videlicet acquea ſubſtantia actu ſeparata non dãtur, quia ſemen mixtum ex ſanguine exutgẽs, & ſanguis ex quatuor humoribus conſtituitur, nec aliud ipſum ſpermaticum corpus ingreditur. Quòd ſi exterius in ſpermaticis aliqua acquea ſubſtantia uiſitur, non eſt inſitum calidum; quoniam ſi e.g. in mixto pars oſſis & oſſea, quo modo vt eidem mixta & eiuſdem partis extra ipſum, vt talis ſub ſenſum cadet? Sed talis humiditas alimentalis, vel excrementitia dicẽda eſt, à parte videlicet ſeparata, ſepatabiliſue, quod de vera mixti parte aſſerendum non eſt. Quocirca propriùs, ſi calidum innatũ, quod ſemen ſubſtantiæ corpus dicitis miſcetur ad minima (perperam ſic dicitur, quia vlli non miſcetur, ſed mixtum, genitum, & confectum in cirſoidibus paraſtatibus & teſtibus eſt ex ſanguine, bile vtraque & pituita, vt communis fere ſententia) miſcetur, id eſt conſtat ex frigidis, humidis & ſiccis maſſæ ſanguineæ, vt illius & illorum quatuor humorum innata caliditas, ſubſtãtia ſanguis videlicet, bilis, &c. in ſemine nõ ſint ampliùs, quia ex illis quid tertium reſultans eſt, mixtum ſemen nimirum, ita eorumdem calida frigida, humida, & ſicca innata ſubſtantia vnum euaſa vnum iuxta mixtum omnia ſimul continens temperamentum eſt, & dicitur, & ab illis aliud, vt aliud eſt mixtum corpus; nec qui cum alio miſceri poteſt, daturque, nec poſt ſextum diem, vt de Pſaltriæ abortu dicitur, quoniam cui miſceatur, vt conſtat, non datur; ſed bene ex hoc mixto partes animalis ſemineæ emergũt. At quum per vos ſit vnum homogeneum corpus, vt & cetera huiuſmodi mixta, oleum, vinum; ergo vt illorum calidum eſt temperamentum, ita & ſeminis erit.

Quo factum eſt, vt diceret Cardanus „ in ſuis commentarijs in primum Apho„ riſmorum, corpus fœtus & pueri eſſe qua„ ſi totum ſeminale & nil propè aliud con„ tinere, niſi ſemen ſanguini mixtum, quia „ fœtus & puer adhuc retinet quodammodo „ ſeminalem & menſtrualem ſubſtantiam, „ quaſi non bene adhuc in partium confor„ matione fermentatam. *Tract. 24. Caimus Cardani ſententia tdẽ cõprobat.*

Cardani ſententiam ſeu leuem & craſſam ſupra reiecimus, quemadmodum quòd puerilia corpora cerea dici poſſint, & eo nunc cum maximè, quòd fœtus corpus & pueri dicatur eſſe quaſi totum ſeminale, & nil propè aliud continere niſi ſemen ſanguini mixtum, quia fœtus & puer adhuc retinet quodammodo ſeminalem & menſtrualem ſubſtantiam, quaſi non bene fermentatam. Quando rectè ratiocinanti ex ratione & Galeni ſententia certum eſſe poſſit ſemen primum fœtus corpus primis diebus ſemineum à teſtibus præparatum alimentum abſumpſiſſe, etiam quia ſi ſeminea ſemine aluntur, eo magis animatum ſemen vix vita præditum & fruens maximè debile & tenellum, vt certò oſtendimus de plantarũ ſemine altum & auctum ſine pluuiali humido menſtruo ſanguini reſpondenti, poſtea ſemen ſanguinem trahere, (expreſſa ſunt Galeni verba) alterare, vincere, ac in ſuam ſubſtantiam vertere, & ita augeri. Ea propter nullo pacto ſanguis ſemini miſcetur, miſceriue poteſt, tantum abeſt ſemen ſanguini, quem prout opus habet ſibi pro alimento trahit & apponit; quod patet

à Tariſano Diſcurſu ... Cont. 24.

2 de nat. facul. c. 3. aduerſus Eraſiſtratum.

patet, quia ſemineæ partes omnino albæ ſunt omnes rubri nihil proferentes, neque affuſionibus ſubiectæ ſenſu docente, vt ſi ebullitieue, cultroue venas, arteriaſque, membranas, ligamenta, à cordis, hepatis, ſplenis, muſculique carne ſepares & nudes obſeruabis, vt luce clarius ſit, nec miſtionem, nec fermentationem fieri: quia viuens nec miſcetur, nec fermentatur cum vita deſtituto.

Caimus rationes dè rurſus aſſerit. Tract. 25.

Primo innato calido, hoc eſt ſemini innatam caliditatem cum ſanguine habenti aggenerari dicit Galenus membranas, neruos, venas, arterias, & alias partes, quia iſtæ fiunt per vlteriorem exſiccationem cum aliqua deperditione primigeniæ humiditatis in illis primis duobus principijs generationis exiſtentes, vt primum calidum verum ſit ſemen & ſanguis, partes mox inde genitæ licet habeant & ipſæ calidum, tamen non ſunt ipſum calidũ, vt dicebat Galenus in illo aduerſus Lycũ libello, ſed aggeneratur ipſi calido, quatenus deflectunt à genuina eius mollitie, & aduentitiam quandam exſiccationem oſtentant.

à Pariſano Diſcutitur & repellitur. Cont. 25.

Falſum id ex dictis dilucidè liquet & ſenſu, & ratione, Galenoque teſtibus, quando licet ſpermaticæ dictæ partes per exſiccationem, non ſanguinis, ſed ſeminis (non fiunt) emergunt, & ſub ſenſum cadunt, ſanguini non aggenerantur, vt in oui fabrica abſque ſanguine videre eſt, nec non in plantarum ſemine abſque pluuiali humido menſtruo ſanguini reſpondenti: Sed bene ſanguinem venis arterijſque affundi, aggenerari, vnde affuſiones parenchymata, necnon membranæ cutis, ſicuti in illius proprio tractatu oſtendimus. Quamobrem ex altero principio ſanguine videlicet non fit talis mutatio, exſiccatione, quia ex ipſo non fiunt emerguntue vllo pacto ſemineæ partes, ſed ex ſemine, & conſequẽter non eſt primum innatum calidũ, nec ex ipſo partes obtinent. Semen verò vt animatum & nunquam eſſentialiter mutatur, ita ſemper (licet ſecundum magis & minus remittatur) idem ſpecie & numero calidum innatum, nobis temperamentum, retinet.

Ex Caimo quomodo pueri plurimo inſito calido praditi Tract. 26.

Plurimum ergo eſt calidi in infantibus, quia in his omnia ſunt ſanguinea, vt proxima primis generationis principijs, & non multam adhuc alterationem experta. Sanguis vbique diſperſus pertinet ad calidum innatum, ſed ad influens magis, quam ad inſitum, nam inſitum calidum eſt conflatum ex ſemine & ſanguine, non alimentali proprio, ſed mẽſtruo materno. Corpus ergo illud, quod primo naſcitur & præcedit partes omnes, & cui alia omnia adnaſcuntur eſt corpus confectum ex ſemine & menſtruo à principio, quod nondum ſubijt alterationem effatu dignam, quale dicimus fuiſſe corpus illud, quod ſexta die prodijt ex vtero Pſaltriæ iuxta Hippocratis narrationem. hoc enim habet veram genuinam caliditatem, & eſt vera ſubſtantia calida, quæ mox exiccationem perpeſſa recipit alias partes aggeneratas, quæ non retinẽt amplius priſtinam illam mollitiem & humiditatem primigeniam. Hæc omnia clariſſimè patent in Galenicis verbis aduerſus Lycum.

à Pariſano Diſſentitur, reprobatur exponitur. Cont. 26.

Non dico in infantibus plurimum calidi ineſt, quia in illis omnia ſint ſanguinea: quũ non verè omnia ſanguinea ſint, ſed molliora, & ſanguinea niſi quę in maioribus natu; imò eorum ſanguineorum minus, quoniam magnitudine minora; carneæ videlicet partes minores, affuſiones minores, quemadmodum & ſanguis ipſe: tum quia ſanguis & ſanguinea ex dictis vt patet, non faciunt ad innatum calidum, vtpotè à ſemine alia & poſteriora. Sed bene quia infantes primis generationis principijs proximi ſint: quia nimirum eorum innatum calidum minus perpeſſum, quia continuò ex alimenti cõfectione ſibi contrarij perpetuò paſſio, ſeu repaſſio ſequitur: quam ob rem verè ipſi plus, maiores natu minus continent. Semen in ſui inſiti principio plus calidi omnium ſequentium creſcentium continet, quia & quando, inquam, ſemine ex teſtibus ſibi præparato alitur, quo tempore nihil ab alimento perpeſſum eſt: immo quid vlterius calidi adeptum eſt ex nutritione

Pueri cur innato calido affluãt.

tione

Digitized by Google

tione dicti ſeminis, quod vtpote perfectè & exquiſitè concoctum & elaboratum, eiuſdem animati ſeminis temperamẽtum adauget, & vlla abſque pugna illico nutrit. Quum vero illo abſumpto, ſanguine enutriri incipit, incipit repati & minui, & ita in poſterum & perpetuò, ſicque ad interitum tendit in coctionibus & operationibus deficiens. Quo citea menſtruus ſanguis nec primò, nec ſecundò, nec vllo pacto innatum eſt calidum, neutiquam primum tale corpus, & conſequẽter nullo modo partes omnes illi adnaſcuntur: quoniam ſemen tantummodo ex Galeno eſt primum primùm illud corpus, quod primum principiò viuit & nutritur, & cuius poſtea emergentibus partibus ſanguine altis venis, arterijs, ligamentis, membranis ſanguis adnaſcitur ac affunditur, atque poſt ſex à conceptu dies à Pſaltriæ abortu, in quo non legitur apparuiſſe cor, nec hepar, prima ex ſanguine viſcera: & tamen vt pote multos per dies enutritum corpus, & quin etiam auctum veram genuinam caliditatem habuit, non tamen vlteriùs poſtquam exſiccationem perpeſſum eſt alias partes exſiccatas ſpermaticas ſcilicet aggeneratas recipit, quoniam nec illi aggenerantur, nec recipit, quia illas continet, ſeu, melius, eſt totum ſemineum corpus & ſemineæ partes omnes, vt propriè magis tandem dicemus, ſuas partes expromit.

Obiectio. Obijciat aliquis, Pſaltriæ ſex dierum abortus erat corpus ſemineum & ſanguineum quare ſanguis menſtruus primum corpus, primum calidum innatum.

Solutio. Facilis erit ſolutio ſi prædicta mente voluantur & ſenſu, ratione, & authoritate, quia cor & hepar prius fiunt alias ante ſanguineas partes ex Ariſtotele & Galeno, & ante hæc, ſemineas partes cum motu factas eſſe ſenſu patet, vt ex oui fabrica innoteſcit.

Quocitea ſanguis illius corporis veluti grumus erat ex vaſorũ propter aborrum corruptione & effuſione ac concretione quoniam nec de corde, nec de iocinore primis in ſanguineorum generatione vlla inibi mentio fit, nec eſt, vt iam iam ex eiuſdem Galeni (nec non Ariſt.) proprijs verbis innoteſcet.

Non ergo licet aſſere calidum innatum non conſtare apud Galenum quid ſit, & vbi ſit, quia vtrunque innoteſcit diligẽter attendenti, ſed veterum ſcripra ſunt accuratius examinanda iuxta pulchrum Platonis conſilium antequam judicentur damnanda.

Taſt. 27. Caimo. Innatũ calidũ ex Galeno patent.

Semitam & viam ignoranti quærere etiamnum licet: quoniam nec quid ſit, quia menſtruus ſanguis non eſt, vt ſæpe ſæpius diximus, & ex Galeno ſic ſtatuente oſtendimus.

à Pariſano Diſcutitur & dilucidius enodatur.

Maris ſemen in vterum proiectum feminæ nutriri, quod alibi repetendo rationem reddidit, hiſce verbis. [b] Maris ſemen initio ſtatim (nota illud initio ſtatim, quippe quod valdè ponderoſum lites dirimit) & feminæ ſemine nutritur, tamquam id natura familiare magis, quã ſanguis, & omne quod nutritur à ſimilibus augeri facilius poſſit. Alibi poſtea, & vlterius ex ſanguine nutriri addit.

Cont. 27. a 2. de ſem. c. 1. et 4. b 14. de Vſu par. c. 11.

Verum [c] quoniam, inquit, exiguum eſt ſemen, quod in vterum proijcitur, ex ſanguine alitur & augetur. Ipſum verò ex ſanguine generationem accipit, non quidem ſincero, & alijs humoribus admixto, ſed ex eo, quia vincenre nomen eſt adeptus. Aliàs aduerſus Eraſiſtratum, hæc habet.

c In li. Hipp. de natura humana comm. 1 ſent. 27.

At formare [d] & condere non eius eſt partis, quæ ſecundo fit, ſed (nota) eius, quòd fuit prius. Quare neceſſe eſt ſtatim ex ipſo maris ſemine naturæ facultatates, quibus formar, auget, nutritque animal eſſe præſumere. Et paulò ante eodem in libro inquit.

d 2. de natur. facult. c. 6.

Semen [e] artificis vicem gerit circa materiam, quæ ſanguis eſt, alterat enim, cõglaciat, cogit, formatque. Quod namque ſemen prius erar (initio ſtatim, inquit, nutritur) id quum primum & gignit, & formar animal, factura quædam ſit. Tanquam enim Phidias ante habuit (nota ante habuit) facultates artis, quàm materiam attingit, vſus autem ipſis eſt in materia (omnis enim Galeni ſunt verba) facultas ſi competens deſit materia otioſa

e ca. 8.

Semen ſanguine nutritur, nequaquam illi miſcetur.

ſa eſt) ita maris ſemen facultates quidẽ in ſe ipſo poſſidet: actionem verò non didicit à natura, ſed circa hanc obiuit: quare ſanguinem ſibi ſufficientem in quantitateque moderatum, pro indigentia trahit, ſibique ſubminiſtrat, qui nec deficiẽs ſit, nec quantitate obruat, corrumpatque, vt Phidias ſibi ceram. Competens vero menſtruus ſanguis fuerit, qui tenuis adeò halituoſus eſt, vt quum in omnem ſeminis partem veluti ros, ſit attractus, nuſquam ſui ſpeciem repræſentet. Sic namque fiet, vt facilè eum vincat ſemen (nota) & celeriter aſſimilet, & ſibi nutrimentum faciat. Mox arbitror ſecundo attrahat, & tertio, quo ſcilicet molem ſibi, magnitudinemque iuſtam, ex nutritione adijciat. Atque alteratrix inuenta vis eſt, quæ nec ipſa prodita Eraſiſtrato eſt. Tertia verò formatrix apparet, cuius ope ſemen primum veluti concretũ quoddam tenue membranam illam ſibi induit, quam Hippocrates ſexta die cum fœtu (nota fœtu) Maſurgo mulieri ouorum tunicæ ſimilem excidiſſe ait. Poſt hanc verò reliqua (nota poſt hanc verò reliqua, vt nulla pars ſanguinea ſeu carnea adhuc abortui aggenerata fuerit) etiã quæcunque, ſcilicet in libello de infantis natura ab eo ſunt ſcripta fingit. Docet dein augeri &c.

Pſaltria abortus quam ipſa ſe ſtrat.

Quod ſi ita ſe ſe habet id etiam ex Ariſtotele ſic ſcribente colligemus.

3. de anima c. 3.

Naturalium corporum quædam habent vitam, quædam non habent, ſed vacant. Vitam autem dicimus, nutritionem, accretionem, atque decretionem, quæ quidem per id ipſum fit, quod viuere dicitur. Et alibi

At verò quum hoc in officio tria ſint, hæc neceſſarioque cõcurrant, id inquam, quòd nutritur, quo nutritur, & quod nutrit: id quidem quòd nutrit eſt ipſa anima prima: id autem quod nutritur corpus eſt, quod ipſam animam habet, & id quo nutritur ipſum eſt alimentum.

Lib. de ſpirat. 2. de anim. cõ. tex. 49.

Vt hactenus ex Galeni clariſſimis dictis bellè noſtra opinio pateat, ſemen animatum eſſe, nutriri, nequaquam ſanguini miſceri, illius ſolùm innatum calidum eſſe, nequaquam ſanguinis, & conſequenter aliud eſſe ab Excellentiſſimi Academici opinione, aliudque à Galeni ab ipſo relata ſententia, & conſequenter nos Antiquorum ſcripta authoritate ratione, ac ſenſu animaduertiſſe; reliquum eſt venari vbi ſit.

Vera Cõcluſio.

Galenus quamplurimis in locis corporis partes ex ſemine ortas, & deperditas reſtitui nunquam, ſtatuit. Verùm primo de ſemine [a] hanc rem pertractans atque diſcutiens in ſententia manet quidẽ, ſed aliquo modo [b] orationem retexit.

a ca. 11. 13. & 16. b ibidem c. 13. & 16. 2. de ſem. cap. 16.

Quippe, inquit, talium nullum renaſcitur, præterquam alicubi (nota alicubi) in pueris vena; quæ per rarò viſitur quidem.

Seminea an deperdita renaſcantur.

Renatam nihilominus ſe vidiſſe teſtatur. Vt propterea ex Galeno & Galeniſtis hiſce celebribus Academicis, Innatum calidum ſubſtantia, primum ſemen videlicet in pueris alicubi ſeruari, vel intimis & reconditis in ſpermaticis ipſis partibus, ſicuti in ſuperiori opinione relatum, improbatũque à nobis tamen eſt.

Hujus rei cauſam inquirens Galenus triplicem aſſignat. Prima & potiſſima, quia nuſquam tantum ſeminis copiam collectam inuenire eſt, quanta ad vniuſcuiuſque, quod interijt regenerationem ſufficiat. Secunda quia ſupercreſcens caro impedimento eſt, quominus interim ex ſemine inſtauretur, quippe abſciſſæ partis orificium occupat. Tertia quia deperditæ partis vis, & facultas requiritur, quando adnaſcentis partis fabricatrix ſit.

ibid. c. 13.

Quum autem validiſſima hæc efficiens prout opus habet, & germana materialis deſiderentur, impedimentũ verò in promptu ſit liquidò patet, quam obrem non redintegrentur.

Hac de Galeni ſententia hic ne verbum quidem, quando aliàs eandem ſatis ſuperque reiecerimus. [d] Præterea ſi impuriori ex ſemine, vt etiam diximus in vtero fœtus externæ tunicæ fiunt, Corion inquam, & Ammion: & perfectum ſemen initiò ſemine nutriatur augeaturque quemadmodum ex Galeno conſtat, ſanguine poſtea eo conſumpto veſcatur, quo modo quæ-

d lib. 5. nobil. exerc. exercit. 2. c. 2. pag. 246.

umus

Digitized by Google

ſumus pro regeneranda in pueris vena ſeminis portio conſeruatur. At quo modo in pœnario ſeruatur? an in parte detrimentum paſſura, puta in capite, vbi renatam Galenus vidit? Igitur ſciebat Natura initiò ibidem futurum infortunium. At qua in capitis parte? & qua in continenti parte Hariole? Vt haſce à nobis & alias à Galeno dictas ob cauſas id fieri non poſſe certò credamus, vt præterea nec credamus Galenum regeneratã,quòd aſſerit, venam vidiſſe: quoniam vel vulnus apertum voluit, & ſic partes diſtantes carne citius creſcẽte vt viſitur ſanguinis abundantia per quid medium repleræ ſunt & cicatrice vulnus occaluit. Vel vulnus fuit acu, glutine, fibuliſue, & ſic venam per primam intentionem (vt aiunt) regeneratam videre non potuit,& conſequenter omnimodè falſa ſcripſit.

Sed aliorum Celebrium authoritas difficultatem ad auget. Ariſtotelis primum, qui ſic doceat;[e] quod hyrundinis pullorum adhuc recentium oculi, ſi quis ſtimulo eos vexarit renaſcuntur, & cernendi vim poſtea planè recipiunt. Et alibi, inquit,[f] oculos nouellarum hyrundinum ſi quis præpugat, rurſus incolumes redduntur: quum enim fiant, non facti iam corrumpantur: itaque denuò oriuntur & pullulant. Quod alias[g] ſerpentum oculis etiam conuenire tradidit; Ariſtoteli ſubſcribit Auer.[h] necnõ Ioannes Grammaticus & Alij.

Et Auicenna hirundinum filij, inquit,[i] oculos recuperant, ſi ijs extrahantur.

Quibus Hieronymus Mercurialis addit non renaſci, ſed alij effoſſis ſubiecti egrediuntur emerguntue.

Vt ex his videretur & completam & abſolutam poſt animalis fabricam ſeminis portionem innati dicti calidi ſeruari: Ad quæ in præſentia, nos ne verbũ quidem, quando aliàs hæc ridicula ablegauerimus & lapſus cauſam oſtenderimus.[l]

Dicemus dumtaxat Antiquis nõ omnem adhibendam eſſe fidem ex Galeni præcepto, quum ait Hipp.& Plato maximi fuere viri, ijs tamen abſque demonſtratione credendum non eſſe.

Dum ergo quærit vt ſibi oſtendatur hoc corpus, quod primò naſcitur, & primò ſe habet ad totius cõſtitutionem, cui omnia alia adnaſcuntur, quærit vt ſibi oſtendatur ſemen humanum ſanguini menſtruo iunctum & vix coagulatum ante fœtus formationem, petat ergo vterum muliebrem & videbit hoc corpus, vel expectet donec egrediatur ex vtero grumus ſimilis carni egreſſæ ex vtero Pſaltriæ, & iterum hoc videbit, quia hoc eſt primum corpus innatum calidum, cui cetera adnaſcuntur, quia ex ipſo proceſſu temporis quaſi fermentato & à natura elaborato fiunt oſſa, nerui, venæ, arteriæ, & reliquæ partes, quæ dicuntur adnatæ ipſi calido non permanenti in primo ſtatu, ſed taceſſenti in ſubſtantiam partium ſingularum, vt in fœtu non ſit amplius purum innatum calidum, ſed commiſtum cum aduentitia ſubſtantia per adiunctã exſiccationem accedente. In adultis quidem corporibus, & multo minus in ſenilibus, non debet conſiderare hoc calidũ, quia paucum eſt, ideoque nec in ſe ipſo quærere ſeptuageſimum annum agente, nec in me ſenectutis, properantis fores iam validè pulſante.

Ad rem d.ceret (ni fallor) Eminentiſſimus Philoſophus ſe id ex Hippocrate & Galeno verè non colligere, & ſe muliebrem vterum petere non poſſe, nõ viuum ſex dierum prægnantem, quia ſecare non licet, & ſi liceret non eſſet ſimilis abortui, in quo ſanguis ex abortus læſione. Expectare autem ſimilem ſex dierum abortum fortaſſe in tota vita dabitur, ſed forſan abſque occurſu.

Nos verò dicimus, quòd in oui fabrica vidimus corpus ſpermaticum, immo eiuſdem diſtinctas partes cum motu abſque vlla affuſione, ſine vlla carnea ſeu ſanguinea parte, vt in dicta fabrica adnotauimus. Quodque Guilielmus Harueius Anglus poſt nos obſeruauit etiam, vt infra.

Vidimus quoque plantarum ſemina aucta cũ radicibus, folijs, & trunco priuſquam pluuiale humidum ſanguini propor-

e 6. de hiſtor. anim. c. 5.

f 4. de gener. ani. c. 6.

g 2. de nat. ani. cap. vltimo.

h 4. de gener. an. c 6.

i 18 de nat. an. p. 63.

l in prima parte nobil. exerc. 4. exer. 3. p. 248.

Caimi ad Cremonenũ reſponſio. 7 art. 28.

à Pariſano Diſcutitur nec probatur Cont. 28.

Nequaquam ad rem.

portionale poſitum poſita fuerint, tãtum abeſt, quòd fermentationem admittamus, tantum minus abeſt, quòd ex tali fermentatione oſſa, neruos, venas, arterias fieri patiamur; quippè alba (ex fermentatione ſemirubra eſſent) quæ ex ſemine tantummodo, vt Medica ſchola ſuſtinet, & vt nos diximus emergant, atque iam iam enunciauimus Galenum ſecus omnino ſentire.

Non cõmiſcetur. Addo, quòd nunquam cum aduentitia ſubſtantia commiſcetur, ſi propriè loqui velimus, quoniam vt ſemen initiò, ſemen alimentum primùm ſibi aſſumit, ſanguinem poſtea, vt ex Galeno probatum eſt ratione ſubſcribente, ſicuti & vt embryo & fœtus continuò menſtruum ſanguinem illi ſe femininè commiſcendo, ſed in ſe ſe alterando elaborando, demum cõuertendo, vt nec qua ſemen, nec quà fœtus alienæ materiæ commiſceatur, ſed ſemen per aliquot dies ſit purum, hoc eſt vt tale ſub obtutum cadat, poſtea ſemper pure ſemineum corpus ad interitum vſque, tametſi perpetuam cum alimento ob pugnam ex calidi innati temperamenti repaſſione exſiccetur & demum eiuſdem interitus (vt alibi in primo tomo explicuimus) ſequatur; vt idem ſit innatum calidum temperamentum in ſemine & puero, atque ſene, in hoc tamen valde diminutum, vt in illo maxime vigens, & ſic ſecundum magis & minus tantummodò differat.

p. 428. Carmi ad Cremonũ reſpõſio. Quõ infuſum calidũ in vno quoque mini-mo ſit. Tact. 29. Quærit quarto, an hoc calidum ſit diffuſum per totum corpus, ita vt ſit in vno quoque minimo, & ſi diffuſum, quo modo id fieri poſſit ſine corporum penetratione. Cui quæſtioni facillima eſt ex dictis reſponſio. Credit ipſe calidum innatum eſſe corpuſculum quoddam ex Galeno diſtinctum, à reliqua ſubſtantia animalis, ſed perperam credit, quia non eſt quid diſtinctũ, nec diſſitum, imò eſt ipſamet animalis ſubſtantia, & illa quidem purior & perfectior, pars nempe aerea, & aquea, quæ ex ſemine & menſtruo cõtracta remanſit in ſingulis membris, in quibus præter hanc mollem humidamque ſubſtantiam reperitur etiam portio terreſtris, & ſicca, vt ſit facta abſoluta mixtio harum naturarum inter ſe differentium, humidæ & ſiccæ & quælibet ſit in qualubet minima parte totius, quæ pars dicitur habere plus vel minus innati calidi, quatenus habet maiorem vel minorem ſubſtantiæ aereæ & aqueæ portionem. Viuit ergo pars omnis ſecundum omnẽ particulam, quia omnis conflata ex innato calido, & inde ſuam habet conſtitutionem. Vnde reſpondemus calidum eſſe diffuſum per totum corpus, & eſſe in vno quoque minimo non per modum penetrationis, ſed per modum mixtionis plenè à Philoſopho declaratum in primo de ortu.

a Pariſano Diſcutitur, & abnegatur. Cont. 29. Ex Galeni doctrina fortaſſe ab re non fuit credere calidum innatum ſemen corpuſculum à reliqua ſubſtantia diſtinctum & diſſitum, quando vt retulimus in pueris regenerari venam voluerit, & ſuperior doctiſſimus Academicus Sala aſſentitur & idem ſuſtinet, intimam ſcilicet cuiuſque ſpermaticę partis partem ſemen innatum calidum eſſe aſſerit. Sed hoc miſſo ſubtilius quæ neſcimus quæramus.

Si ſemen eſt initiò totum, quia ipſum, & ex ipſo totum ſpermaticum corpus, & poſt (quia in corpus ſeceſſit, ſeu ex eo ſpermaticæ partes emerſere omnes) nihil vlteriùs, quo modo diffuſum eſt per totum corpus, & eſt in vno quoque minimo, quum ipſum ſolummodo ſit totum ſpermaticum, & vnum quodque minimũ ſemineum? Illud verum eſſet dictu ſi ſemen calidum innatum, ſi corpus ſemineũ conſtaret, fabricatum, conflatum alio ex aliquo corpore etiam eſſet; Vt ſi e. g. dicas, Ignis quartum elementũ in vno quoque mixti corporis minimo eſt, in vnaquaque mixti minima parte mixtus. (& ſic quoque non video quo modo in vena potuerit illius ſuperflua pars colligi ad deperditam regenerandam partem Galeni iuxta ſententiam) At ſemen quum ſit initiò totum inquam & illis homogeneũ ex quo partes omnes, quomodo erit in vno quoque minimo mixtum, quum nihil aliud ab illo detur cui miſceatur? Et quũ præterea animatum viuenſque ſit & nu-

tritur

triatur Galeno docente & ratione ſubſcribente? Non enim menſtruo vt diximus pluribus de cauſis miſcetur, & quia illius eſt alimentum, & actu in ſemen verſum, non menſtruum, vt menſtruo nec miſceatur nec miſceri poſſit: bene ſpermaticis, venis, arterijs &c. affunditur & parēchymata, carnes fiunt, ſed nec ſemini nec ſemineis miſcentur.

Adhæc ſi ſemen vobis homogeneũ corpus & calidum innatum, quo modo ab alio corpore quod non eſt calidum innatũ, ſed animatum heterogeneum corpus diſtinguitur quà tale? Si dicas ſunt idem, quo modo? & quo modo ad minima miſcentur, & vlteriùs animatũ inanimi pluſquam genere differentia? ergo primũ non homogeneum: ſi ſic primum quomodo ex eo emergens ſecundum heterogeneum? Si primum accidentaliter & ſecundum magis & minus mutatur, remanet: ergo non miſcetur, nec aliud conſtituit, nec mixtio fit. Si eſſentialiter mutatur: ergo interit: ergo calidum innatũ perit, & omnia à parentibus conſequentia, ſimilitudines, proprietates &c. pereant.

Si aliud corpus non datur, non miſcetur: igitur, cui nam? Et ſi mixtio eſt miſcibilium mixtio non ex ſe ſe ſubſequenti & emergenti corpori quo modo ſi illud ſe ſe vno conſtituit? Nec ſic quidem etiam poteſt, quia ex homogeneo homogeneum, non heterogeneum: quare nullo pacto, niſi vt nos cum Galeno exiſtimamus, quod ex teſtium ſemine homogeneo animatum ſemen (nobis à toto & heterogeneum) initiò alatur, augeatutque.

Dicat aliquis ſemen ſeminis parti in vtero animam conſequuto miſceri. At quo nam pacto huic opinioni ſemen homogeneum ſuſtinenti hæc congruent? Quo modo ex homogenei cōtinui ſeminis vna parte anima ex potentia ſubnaſcitur, alia eidem parti continua remanens (horũ iuxta ſententiam) pro inſito calido ſeruatur? Et ſi vnius ortus alterius eſt interitus, ſeminis pars illa ex cuius potentia anima educta eſt, tali totius ſeminis temperamento priuata & deſtituta fuit, quia huius corporis animati (ideſt ſeminis) illius corruptio fuit: ergo & totius ſeminis, etiam videlicet partis huic animatæ, coniunctæ: & ita non remanet ſemen, quod calidum inſitum dicunt. Et ſi remanet, quo modo illius totius continui animati & anima deſtituti pars? At docendum fuit, quo nam pacto continui homogenei corporis pars animari poſſit, alia eidem continua eiuſdem rationis remanente.

Ampliùs non intelligo, quo modo alia ſeminis ſemineaue particula, alia plus innati calidi, aeteæ ſcilicet & aqueæ ſubſtantiæ obtineat & tali ſic fruatur: quum ſeminis homogenei corporis partes ſint, eiuſdem omnino, inquam, rationis, vti oleum, vinum, & quęlubet eius pars, nec vllatenus differant. Non quæro modò de oſſis ſubſtantia reſpectu e.g. nerui, cerebri, &c. quæ nobis ex heterogeneo ſemine ſũt: ſed de homogeneo ſemine, ex quo nobis vlla abſque eſſẽtiali mutatione ſemineę diſſimilares & heterogeneę partes emergunt.

[p. 429. … reſponſum. Tab. 30.] Quærit vlteriùs, cur in illa Galeni concretione ex ſemine & ſanguine menſtruo, cum primum habeat vim actiuam præcipuè, ſecundum paſſiuam, alterum nō agat in alterũ, & neceſſaria non ſequatur actio, cum fieri nō poſſit vt propinqua ſint actiua, & paſſiua, quin ex ipſis prodeat actio, ſi remoueatur impedimentũ. Vidit reſponſionem vir Doctiſſimus, quæ tollit dubitationem ratione mixtionis factæ, refellit hanc reſponſionem, quia in mixto elemẽta abierunt in vnam formam & redacta ſunt ad vnam mediam naturam, at hoc non licet dicere de ſemine & mẽſtruo, quæ diſtincta permanent, & ſeiuncta, verũ hæc dicens decipitur mirificè, quia hæc mixta ſunt inter ſe & eſt facta mixtio ex mixtis, quia Galenus non vult ſemen, & ſanguinem remanere in fœtu ſub propria forma, ſed faceſſere in naturam partium generatarum, quæ conſurgunt ex illis duobus principijs, vt patet ex libris de ſemine, & de formatione fœtus, & in comm. 14. aphor. primæ particulæ, præter ea, quæ leguntur in apologia aduerſus Lycum. Quo modo ergo poſſunt agere adinuicẽ ſi non ſunt amplius, ſed abierunt in naturã partium? Quare dum quęrit, num hoc corpus

ſit ſub aliqua forma, & num ſit viuens & animatum, reſpondentes, vtrumque eſſe verum, quia eſt ſub forma partis, & membri, & eſt viuens, & animatum, cum partes omnes corporis, quæ ſunt verè partes ſint animatæ, & ante formationem fœtus eſt ſub forma ſeminis & ſanguinis menſtrui, & eſt potentia animatum, vt ſupra oſtendimus ex Philoſopho in ſecundo de generat. anim., & quãdo iam ſuſcipit aliquam fœtus effigiationem, eſt iuxta Galeni placita animatum anima nutriente plantali etiam ante cordis generationem, quia cor eſt principium vitæ perfectioris, non vitæ communioris, quæ pẽdet ab hepate, quod eſt primum viuens, non autem cor, vt oſtendit Galenus in libro de formatione fœtus, & licet tunc fœtus corpus non habeat exactè inſtrumentarium, habet tamen inſtrumenta ad vitam neceſſaria, vt ibidem cumulate docet Galenus.

A Pariſano diſcutitur atque ab legatur. Cõt. 30.

Ex Galeno ob ſæpius dicta ſatis iã patere potuit ſemen in fœtu propria ſub forma partim ſaltem remanere, quia ex illo incila vena fit, quod Doctiſſimi Medici Galenici ſuſtinere conantur, vt ſupra paruit. Secundum pariter multis ex rationibus notiſſimum eſt, ex ſemine videlicet & menſtruo mixtionem mixtumue fieri non potuiſſe; & ſi facta eſt animati & viuentis ſeminis cum ſanguine mixtio non eſſentiali & vera mutatione facta, & ſic iuxta poſitio, ſecus quo modo, à nobis ignorato declarandum fuit. At ſi ſeminis acceſſione & victoria, menſtrui paſsione & corruptione; ergo menſtruum non eſt amplius calidum innatũ. Si eſſentiali abſque mutatione ingreſſum eſt; (quod non eſſe ſatis liquet) ergo mixti partes omnes, nerui, venæ oſſa, &c. rubræ, ſemirubræ eſſent. Itidem ſi faceſſeret in naturam partium generatarum ex illis (aiunt, nobis ex ſolo ſemine) conſurgentium, vt de ſemine patet: & ſic iterum partes omnes ex puro ſolo & ſimplici calido innato conflatæ ſunt; ergo nõ per modum mixtionis eſt in omnibus, & in vno quoque minimo, quia ex ſemine alio cum corpore nulla mixtio.

Ad hæc Eminentiſsimus Philoſophus peteret, priuſquam arbitratu veſtro ſemen & menſtruũ alia & ſpecie differentia corpora in corporis partes (ſpermaticas dico, non parenchymata menſtruum, quia affuſio non eſt cum ſemine mixtio) faceſſant & concretio fiat, actio & paſsio, & eſſentialis mutatio ſequi neceſſe eſſet, & ita formarum innati calidi, temperamenti, ſimilitudinum, proprietatum interitus, & aliæ dictæ difficultates, inconuenientia, atque dicta repugnantia ſubſequuntur ſi bene rationem ſubduximus.

Hepar nõ primo viuit.

Inſuper quo modo hepar in corpore primum ſit viuens non intelligimus, quando nec à ſemine nec à corde, & ſi Galenus, ratio, & ſenſus vera & germana docent, quod ſpermatica ante carneas partes, & affuſiones & viuant, nutriantur, & aucta ſint ex dictis vt patet.

Tandẽ Camus ut ſperat. Fact. 31. p. 431.

Spero reſponſiones noſtras doctis omnibus arriſuras, quia claram afferunt rei quæſitę explicationem, quam non fuit difficile adducere in medium ſeruata præſertim calidi innati diſtinctione, in calidum inſitum videlicet, & influens, ſecundum quam diſtinctionẽ varias habet affectiones, & varias de ſe formatas admittit propoſitiones. nam calor inſitus non eſt quid à partibus diſtinctum, ſed eis inhærens, & fixum, imò eas conſtituens; at influens eſt quid diſtinctum à partibus non fixum, ſed vagum, eaſque non conſtituens, ſed fouẽs & conſeruans.

Pariſanus non deſperat. Cont. 31.

Neque nos deſperamus, quin hæc (ſi rectè ratiocinati ſumus) obiecta & reſponſa præclariſſimo viro, doctiſque omnibus arriſura ſint; ſecus alia expectabimus nos melius doctura.

Quandoquidem mente nos colligere 1
non poſſumus, quo modò mixtarum mixti (puta ſeminis) partium ſubſtantiarum ſanginis maſſę, bilis vtriuſque ſanguinis quarti humoris, & pituitæ ſingularum ſeparatim ſubſtantia (vt de aerea ſeminis calidi innati dicitur) remanere poſſit illaque affici, pati, & deſtrui, & non æquè omnes mixti quà verè mixti partes vna, & eadem ab illis alia euaſæ; ſi (vt credimus) in minimi exempli gratia ca-

pilli

pilli cacuminis magnitudine quatuor mi-
xtatum partium mixtæ ſubſtantiæ ſint, vt
me iudice in mixto nec aëris, aquæue, &c.
ſubſtantiæ à mixto ſeparatæ quanta eſt
pili cuſpis, vt nihil penitus in ſemine qua-
tuor contentorum ingreſſorum ſemen cō-
ponentium ſub propria forma reperiatur,
ſed diuerſum totum & aliud ab illis omni-
no ſit. Quæ ſi vera ſunt, quo modo, quaue
ratione dicitur calidum innatum ſubſtan-
tia quà aerea & aquea alteratur, vitiatur,
ſi æque omnes ſeminis mixti verè mixtæ
partes agant, alterentur, & patiantur?

2 Si igitur vt pote verè mixtæ partes ſui
ampliùs non ſunt iuris, ſed vinctæ & vi-
ctæ: ergo ipſæ vt ſubſtantia non agunt,
ſed temperamento, vt deficiente alimento
totum exſiccetur, terreſcat; quare à tēpe-
ramento, & ſimul alimenti temperie rea-
3 genti. Et ſi iſtæ componentes partes am-
pliùs ſua ſub forma non reperiuntur, nec
ſunt, eo minus earumdem propriæ quali-
tates ab illis dependentes. Quam ob rem
vt quatuor ſubſtantiarum mixtum aliud
reſultat, ita & quatuor qualitatum oppor-
tunum temperamentum prout mixtarum
ſubſtanriarum, quo ad magis minuſue cō-
4 poſitio & miſcella requirit & fert. Vt re-
plicem, hæc nobis ſequi, Impoſſibile eſſe,
ex menſtruo ſanguine & ſemine mixtū fie-
ri poſſe, bene imperfectè & impropriè, iu-
xta poſitio: vt ex teſtium homogeneo ſe-
mine tātummodò, heterogeneum corpus
euadere. Sic Calidum innatū ſemen poſt
ſeminearum partiūm ortum (in quas fa-
ceſſit) aliquandiu poſt remanere, & ſub-
ſtantia, quæ in ſpermatica abijt, & in cre-
ſcentibux & pueris plus ſeminis calidi in-
nati ſubſtātia (non vegetioris innati tem-
peramenti) quàm in adultis ineſſe, impo-
ſſibile inquam eſſe.

5 Vt ampliùs innato ex calido ſemine ho-
mogeneo ſpermaticas in partes faceſſen-
te, omnes eiuſdem rationis eſſent (quia
eiuſdem rationis ſubſtātia temperamen-
tum) neruus, vena, arteria os, &c. & ita os
erit vena erit membrana, neruus, &c. & è
conuerſo, quoniam homogenei pars eiuſ-
dem rationis eſt cum toto, & qualubet
cum ſua parte.

Adhæc ſi ſemen innatum calidum ſit, 6
euadit os, & vt os agit, concoquit, nutri-
tur, & hoc medio innato calido præſtat,
non aget medio ſemine, menſtruoue ſan-
guine, quæ vobis ſunt os, quia os ageret
per os, & idem per ſe ipſum, & eſſet agens
quod, & quo: ergo medio calido innato,
quod eſt oſſis temperamentum, aliud om-
nino ab ipſo, quia ipſius inſtrumentum.

Vlteriùs ſi ſemen quà ſemen & quate- 7
nus homogeneum corpus calidum eſt in-
natum, & ex eodem quà tale ſit quælubet
corporis ſeminea pars: ergo ęque calidum
innatum eſt os, neruus, cerebrum, vena,
arteria, &c. & perinde calidum os, ac ner-
uus &c. & perinde humidum frigidum ce-
rebrum, os &c. omnia, quæ falſiſſima ſunt
communi omnium ex opinione, vtque ra-
tio dictat & ſenſus ſubſcribit dilucidiſsi-
mè exēpli gratia cerebri reſpectu oſſis, &c.

Neque dicendum exſiccatur magis os 8
quàm celebrum, &c. quoniam exſiccans
non eſt innatum calidum ſubſtantia, ſe-
men, quod vt pote homogeneum, vobis,
& in corpus verſum æque in cerebro ac
in oſſe eſt & agit: Igitur innatum calidum
non eſt ſemen, nec ex ſemine homogeneo
ſemineæ corporis partes fiunt. Ergo à ſi-
milibus corporis ſemineis partibus ſimile
ſemen, & partes diſsimiles ſemineæ à
diſsimilibus fiunt. Ergo ſemen anima-
tum à toto prouenit, & à ſimili ſimilis
pars. Anima enim homogenea ex ma-
teria & calido ſic innato homogeneo he-
terogenea gignere, neque medio primo
& præcipuo ſuo inſtrumento, innato ſci-
licet calido vbique, & omni in corporis
parte eiuſdem rationis non poteſt: Vt nec
ex tali eiuſdem rationis, ſed heterogenea
cœnoſa ex materia animalia procreat.

Prætetea ſi homogeneum hoc ſemen 9
in corporis ortu eſſentialiter non mutatur
innatum ne calidum & cetera ſecum inte-
reant, ſed ſemineas in partes faceſſat & ſe-
cedat: igitur ſub eadem forma & acciden-
tibus conſequentibuſque idem eſt ſemen
ac pars, exēpli gratia os, & ita os eſt calidū
innatum, & ſic verè dicetur, quod os ſit
oſsis os, & idem totum ac pars, & totius &
partium inſtrumentum.

10 Inſuper ſi ſemen ſubſtantia innatũ eſt calidum, quum ſemineas & animatas in partes ſaceſſit, quo modo innatum calidum in ſemineis partibus euadit, quo modo remanet declarandum fuit.

11 Quando nos, inquam nõ intelligamus, quo modo ſemen vobis calidum innatum quà homogenea ſubſtãtia abſque ſui corruptione & innati calidi tẽperamenti contentarum parẽtum ſimilitudinum & proprietatum ſine priuatione aliam formam animam videlicet recipere poſſit, & præterea heterogeneum fieri, vt faceſſat inquam (primis eſſentialiter non mutatis, ſed remanentibus) in heterogeneas ſemineas corporis partes, ſi verum eſt, quòd vnius ortus, alterius eſt interitus; quæ nobis animatum heterogeneum & à toto proueniens nullum negotium faciunt.

Ego præterea fateor me neſcire, neque hactenus nouiſſe, quomodo ex mixto, & mixti pars ſubſtantialis, humidum videlicet radicale aerea (dictis) & aquea abſumi poſſit, alijs ſuperſtitibus & incoluminibus remanentibus totius abſque exitio. Quo modo hoc inſitum calidum ſubſtantia ad minima mixtum continuò ab ortus initio abſumatur, reliqua ab hac ſubſtantia ſeruentur, immo ad vigeſimum & vlteriùs in homine annum totum corpus augetur & creſcat, & alimentum, quod in altum tranſit & inſtaurando abit ex omnibus elementati partibus mixtum eſt, & aliti totum & ſingulas partes alit & auget, & ita vt totũ alimentum aſſumitur depaſciturque, ita & partes aliti omnes, humidæ, calidæ, frigidæ ſiccæ æque depaſtæ reſtaurantur, & non solùm calidum innatũ ſubſtantia aerea & aquea. Vnde ſi humidiori alimento corpus nutriatur humidius euadit, ſi ſicciori, frigidiori, calidiori ve, calidius, frigidius; ſiccius fit, vt patet. Quo modo igitur calidum innatum humido adhæret ſi calidum eſt vbique & in ſingulo quoque mixti minimo? Igitur eſt temperamentum toti, & æque toti mixto adhæret, & vt perinde totum continuè abſumitur, ita ęque toti perpetuò alimentum præparãdo præſto eſt, vt reficiatur.

13 Addimus quòd quum plantæ pluuiale humidum perfectorum animalium ſanguini reſpondens innatum vobis calidum ſemper & perpetuò idem plantæ in promptu ſit, ſi innatum calidum eſt ſubſtantia (non temperamentum) planta numquam interiret, immo ſemper augeretur ad aſtra vſque: quia plantæ flumen iuxta ortęaqua numquam defluet, ſed affluet ſemper.

14 Quin ſupra ſi calidum innatum ſemen quatenus ſubſtãtia abſumitur interitque: ergo & temperamentũ: quoniam ex ſubſtantiæ interitu, & temperatio & quodlubet illius accidens perit, & ſi ſecundum totum ſic corrumpitur quòd ſubminiſtratur nihil inſiti calidi, nihil primigenei humidi conſequitur, quoniam nec deperditorum ſubſtantia, nec temperationis quicquam remanſit: At aliqua etiam ſi pars (eſto) remanſerit, quia à deperdita parte nõ regeneratur (quomodo ſi non eſt?) nec ab alia remanenti, (conceſſa,) quippè illa ſibi vni generat procreat reficitque dumtaxat: ergo pars & inſitum calidum non reparatur ſimili; quia ſimile reparans non adeſt: ergo quamprimùm inſitum calidum deſtruitur, quod communi opinioni, ſenſui, & Veritati repugnat: eo quia quod reparatur eiuſdem ſub forma & temperie reponitur, & deperditi vicem gerit, vt propterea aſſerendum & concludendum ſit, temperamentum perpetuò alterare & imminui. Quandoquidem ſi inſitum calidum quà inſitum ſubſtantia conſumitur & quotidie imminuitur; quum alimentum illi remanenti ſubminiſtratum inſitum tale calidum innatum ſemen fieri nequeat, ſequitur, fietque iuxtapoſitio: quoniam hoc poſtremò additũ calidum innatum euadet numquam, quia numquam nec ab abſumpto neque à remanenti non abſumpto idem, ſimileue illi fiat: & ita actiones, quæ ab inſito fiunt ab hoc numquam præſtabuntur, & conſequenter quum innatum calidum ſubſtantia in dies & perpetuò abſumatur, cito peribit hoc mixtum, & quamcitiſſimè eius operationes deficient. Secus ſi temperamentum innatum calidũ cõſtituamus, licet ab

ali-

alimentis inſtaurantibus patiatur, ſeminę pars inſtauratur, temperamētum vero etſi agendo repatiatur, vt ſuperans idem conſeruatur & diutiſſime perdurat à quadruplici etiam influenti adiutum, à teſtium potiſſimum alituoſo.

15 Adde quòd ſic non poteſt aſſignari pars, quę (innatum temperamentum vt ex quatuor omnibus conſtans, æque conſumit omnia) conſumetur, ſuperior ne ſcilicet, an inferior, mediaue &c. totius huius inſiti pars, & omnium minimarum mixti partium, quia verè mixta omnia ad minimum, vt ſit quintum corpus homogeneū, & cōſequenter nullum quatuor corporum amplius vigens, & ita reſultans alia mixta ſubſtantia & temperamentum, ſecus intelligi nequit.

Ampliùs ſi calidum innatum ſemen vt ſubſtantia accipitur, vt mixtum non aereum, aqueum, quam ſecūdum acceptionem calidum niſi à prædominio dici poteſt, quia ſemen compoſitum eſt ex calidis, frigidis, humidis, ſiccis ſui partibus, & haſce ſecundum omnes compoſiti partes, innatas, inquam, quà ſubſtantia à prima ortus hora, ſeu à prima ex menſtruo nutritione alteratur imminuiturque: quo modo igitur dicitur puer totus eſt femineus, quum iam diu à prima ſeminis ſubſtantia receſſerit, & iam tum à ſui principio pati coactus ſit? Quo modo igitur paucæ ſeminis guttæ ortus initiò paſſæ & imminutæ, & continuò ſemper, in maximum augeri potuerunt, vt puer totus ſemineus cū Cardano dici poſſit? Vt nobis inquam hæc inter ſe maximè pugnent, ſemen innatum calidum ſimul & ſemel à ſuis continuò primordijs minui, & maximè augeri, & multos poſt menſes (ne annos dicā) maximè auctum eſſe; vt paucæ ſeminis guttæ vnius duorumue annorum puerum totum ſemineum conſtituere potuerint.

16 Etenim quum poſt ortum, alimentum longè rudius ſemper offeratur à primo alimento ſemineo, quo principio alitur ſemen, remotum ſimiliter à puriori ſanguine, quem ſibi in vtero fœtus puriorem ſeligit impuriori ineptiori affluenti relicto, (vnde matres fœdo colore præditæ nec bene propterea valentes ſunt, vtero dum gerunt) poſt ex lacte ex toto quidem tunc impuro menſtruo, ſed in mammis vlteriùs concocto, vt & menſtruo, & lacte puriori vtatur fruatur, & ſic augeatur, quia duplici tunc innati & influentis calidi beneficio gaudeat, matris ſcilicet, & proprio, quod ad incrementū maximè conducit: demum ex omni rudi nutritur, ſed auctus maximè vigens fętus, quia adiuuatur ab influentibus vigentibus calotibus cordis per arterias, hepatis venas, teſtiū medijs ſuis vaſis cirſoidibus paraſtatibus, & cerebri medijs neruis, quæ vaſa ſingulis quibuſque partibus perpetuò ijſdem prę̄ſto ſunt, bellè floret quidem.

Ceterùm quia innatum temperamentum continuò ab extrinſecus alterātibus, ab intrinſecus aſſumptis vtpote contrarijs, ex alimentorum inquam, perpetuò reagentium pugna, patitur & debile redditur, hinc fit vt deteriùs concoquat. Ex imminuta concoctione ſequitur impurius alimentum, ex quo influentium calores imminuuntur, vnde ventriculus bifariam, (vt cetera ſeminia officialia, cerebrum, teſtes) ſenſim eo deſtituitur, vnde chylus non ita perfectè elaboratur, hinc ſanguis inconcoctior impurior, quoniam hepar ventriculi defectum corrigere emendareque nequit: hinc ſpiritus, & calores influentes iocinoris, cordis, teſtium, cerebri, debiliores; hinc facultatum imminutio, deprauatio, abolitio: caloris partium & totius refrigeratio, occaſus, & ipſa mors.

Vt ex hiſce colligatur capi non poſſe, ſaltem me non intelligere, quo modo innatum calidum ſemen ſubſtantia breui paucorum annorum, ne menſium dicam, ſpatio non conſumetur, quia perpetuò abſumitur, ſed hominis paucum, quercus & pini minimum per centū annos & longè vlteriùs perdurare valeat, & per maximæ quercus & pini vaſtam in molem extendi poſſit.

Quocirca quomodo allatum vetus calidi, & radicalis humidi cum vino exemplum (Galeni aduerſus Lycum, & Marſilij Ficini in Athlantico Platonis) rei, qua de agitur, quadret non ſatis bellè percipio,

pio, quando quæ vini dolio ſuperinfunditur aqua in vinum non tranſit, non miſcetur vino, vera non fit mixtio: non ſequitur pugna, & proinde nec victoria ſicuti inter alimentum & altum, inter quæ mutua eſt actio, & tandem victoria ex aliti parte cũ repaſſione tamen, vt alimentum, exempli gratia panis, caro, vinum in chylum in ſanguinem dein verſa, in ſemen à ſemineis partibus conuertantur, quæque demum proximas in vertendas humiditates conuerſa inſtaurent, ſecus primis diebus, nedum centum annorum ſpatio primogenia ſubſtantia deficeret, & niſi ſemper idem alimentum regeneretur, vt initio, ſemen videlicet à ſemineis, & ſanguis ab influẽtibus fontibus corde, iocinore, ſplene. Sed quia influẽtes calores cordis potiſſimum & iecoris augentur, partium proinde humiditates abſumuntur, vt maiori refectione opus ſit, & conſequenter innati calidi temperamenti maiori repaſſione; vt certò argumento innoteſcit in bene valentibus & robuſtis pueris & iuuenibus, qui nimio ex potu & crapula vnius diei, noctiſue moriuntur, non ex humidi calidiue innati ſubſtantiæ inopia & defectu: quia in pueris & iuuenibus maximè vigebant, ſed inſiti calidi temperamenti concoctionem & pugnam aggreſſi nimia repaſſione & ſuffocatione victi, vt quandoque viſitur.

Ad exemplum addo, quo modo ſeminis, pinei nuclei innatum calidũ ſubſtantia, quæ nec ſeminis ſeu nuclei ſemipars eſt, per totam pini arborem extenditur? quo modo purum innatum calidum ſubſtantia in nouiter è nucleo & è terra erumpente in ramum & ramos decimum, vigeſimum poſt annum ortum, & erumpentes eſſe, reperiri, vigere poſſit non capio: & tamen æque virens, perinde luxurians eſt, atque primi rami: vt mente hæc capi nequeant, & deinceps nec capeſci poſſint. Ita ſaltem nos cenſemus.

Num verò rectè rationem ſubduxerimus, alij ſubtilius ratiocinentur & doceãt quia nos, ad diſcendum paratiſſimi, ad recantandum promptei, & alienam in ſententiam lubentius ituri ſumus, rectior ſi ſemita vel ſola digito mõſtretur indicaturus.

DE

DE SPIRITIBVS TVM INNATO, TVM INFLVENTIBVS.

EXCELLENTISSIMI POMPEI CAIMI OPINIO.

Lib. 1. de Calido innato p. 104. SI omnẽ caloris innati eſſentiam complecti volumus cum Galeno in quinto de ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus, nec ea ſolùm, quæ potiſſima eſt, & primas ſibi vendicat partes, eſſe contenti, dicere debemus hæc omnia caloris innati nomine contineri, ſanguineã ſubſtantiam, & ſeminalem, & cum his complicatum ſpiritum, hoc eſt humidum illud originarium ex ſanguine menſtruali, & ſeminali materia, primis generationis principijs confectum, & partibus omnibus corporis tamquam earum conſtitutiuum inditum, & cum ſpiritu indiuiduo comite complicatum. nam hæc ſucculẽta ſubſtantia, hoc humidum blando, mitique calore perfuſum à ſemine, & mẽſtruo ſanguine profectum, & in ſubſtantiam ſingularum partium, faceſſens eſt noſtrum innatum calidum, ſuorum principiorum, quæ plena erant caloris, magis tamen, ac minus, ſemen dico, ac ſanguinem maternum, naturam retinens, & exprimens.

pa. 123. Diſcrimen Inſiti & Influentis caloris perbellè explicuit Galenus in quinto de ſimplicium medicamẽtorum facultatibus nono, vbi cum noſtrum calorem innatum conſtituiſſet in ſpiritu, huncque eſſe dixiſſet, ſi non animæ eſſentiam, ſaltem primum eius inſtrumentum, ſubiunxit hunc ſpiritum in omnibus animantis contineri partibus, ſed non vndequaque eſſe ſui ſimilem, veluti nec ſanguinem eſſe neceſſe. Tum in ſpatijs inanibus non paruam eius eſſe ſubſtantiam, imo potius velut materiam quandam, leuiculam etiamnũ mutationem expoſcentem ad innati ſpiritus qualitatibus ſuis abſoluti generationem, nihiloſecius tamen iamtũ etiam admodum ad naturalia opera conducentem. Quæ dicens Galenus nobis ob oculos ponit duplicem ſpiritum in partibus, alterum à primordio inſertum, alterum mox accedentem. *Spiritus duplex.* Illum non in omnibus eumdem vel ſimilem, ſed pro varietate partium varium, ac diſſimilem, vt diſſimilem etiam earumdem ſtatuimus ſanguinem vel craſſiorem, vel tenuiorem, vel calidiorem, vel temperatiorem. *Inſitus varius.* Hunc non in ſubſtantia partium, ſed in ſpatijs inanibus verſantem, & materiam potius, quam veram ſpiritus ſubſtantiam exiſtẽtem, materiam verò non perfectam, ſed vlteriori adhuc elaboratione indigentem, *Influẽs.* quatenus ex arterijs & venis ſubtiliſſima ſanguinis portio & ſpirituoſa ſubſtantia manat & prodit, in ſpatia inania, quæ ad reſtaurandum ſpiritum inſitum aſſiduè defluentem debet accedere, ſed rudis adhuc eſt materia, & impolita nec omnem tenuitatis & moderationis gradum aſſequuta, vt non ſit verè alimentum actu nutriens ac deperditum reſtaurans, ſed quaſi alimentum breui defectum diſſolutorum ſpirituum ſuppleturum.

pa. 178. Illa ſpirituoſa ſubſtantia humido primogenio inhærens eſt ſpiritus ille inſitus

ab auctoribus adeo celebratus, qui partibus omnibus corporis eſt impactus, nō vagus, non fluens, ſed permanens & inhærens, calidumque inſitum perficiens.

P. 171. Non immobilis quidem, ſed aliter mobilis ac influens exiſtit, non immobilis, quia tamquam ſoboles ignis & aeris perennem motum expetitur, ſic ordinatum, vt ſit à centro ad circumferentiam, à circumferentia ad centrum, & dum talis perdurat ſit quodammodo ab eodem ad idē, cum à centro incipiat, & in centrum deſinat, vnde eſt aliter mobilis, quam ſpiritus influens, qui partes omnino deſerit, ac derelinquit, quas tamquā proprias ſedes retinet ſemper eaſdem, eiſdemque ſemper inhæret ſpiritus inſitus, in eis ſēper motus, ab eiſdem numquam ſeparatus, ſuo igniculo ſemper iunctus inſtar papilionis in ignem ſemper directi, ab igne numquam ſemoti.

P. 188. Et eſt ipſe quaſi flammula ex ſubiecta ſubſtantia humidiori & aerea continuo excitata, quæ partim mouetur exterius ad ſuperficiem expanſa perſpiratū quemdam inquirens, partim interius ad centrum contracta propriæ ſubſtantiæ alimoniam appetens, vt pote quæ non aliter alatur ex humido primigenio, cui inſidet, ac Lucernæ igniculus nutritur oleo Elychnij, in quo reſidet.

P. 190. *Spiritus influēs.* Alter aduentitius & in ſubſidium originarij adueniens non in ſubſtantia partium inſtar originarij conſtitutus, ſed in ſpatijs inanibus reſidens tamquam ex alimento partibus demandato collectus, & inibi appoſitus, vt completam ſuſcipiat à natura elaborationem, qua intercedente conuerti poſſit in ſubſtantiam innati ſpiritus reparatione continua indigentis.

P. 191. Sic Galenus duplicem nobis ob oculos ponit ſpiritum, primum quidem protogonon ex ſeminali ſanguineaque materia conflatum & particulis omnibus ingenitum, ſecundum verò mox accedentem ex alimonia ſuſcepta, & vacuis partium ſpatijs inſidentem ad primi aſſiduè dilabentis reparandam ſubſtantiam, vt alimentarius priſtini radicalis iam diſſoluti poſſit quo quo pacto vices ſupplere; dixi quo quo pacto, quia numquam vim ipſius æquauerit, ſexcentas etiam immutationes perpeſſus ob impuritatem neceſſariò comitantem, ob excrementitiam labem ſibi ſemper inuſtam, ob terroſiorem qualitatem adiunctām & auræ vitali ab innato calido ſpiranti aduerſantem. Verum ſi non quam vellet, quam poteſt ſaltem, & quærit & excipit refectionem natura.

Quæ ideo indidit duplicem illum motum ſpiritui inſito, vt per primum ſuam tenuitatem & æmulam ignis naturām ſeruaret incolumen, per ſecundum ſuam prætergreſſam ſubſtantiam quacunque ratione faceret reducem. nam primus motus ad ſuperna euehens proprietatem calidi, & leuiſſimi corporis exerit, & qualicunque perſpirationis auxilio feruoris exceſſum remouet marcorem minitantis, ſecundus motus ad inferna ducens, & proprio fomiti adiungens per ſuccedentem regenerationem collabentes eiuſdem corporis vires ſuffulcit, reparandoque ſuſtinet, vt hæc motus contrarij alteratio ſit ad vnius cōſeruationem inſtituta. Hic ergo ſupra, & infra, extra, & intra motus eſt quidem in calido inſito cōtinuus, nec vnquam interpolatus, quia eius interpolatio eſt huius corruptio, nec tamen vnquam innatum calidum propriam deſerit ſedem, ſed eamdem ſemper occupat, quia quantus eſt à proprio principio receſſus per diffuſionem, tantus eſt ad idem acceſſus per contractionem; & competit nimirum calido ratione præſertim ſpiritus inſiti, cuius eſt in ſeminali, aeroſaque ſubſtantia inſignis prouentus, magnaque vbertas, & eſt ob tenuitatem leuitatemque ſubſtantiæ calidiuſculæ mirifica ad motum procliuitas.

Et vt cunctis partibus ſuam cuſtodiam conſeruare debemus, ſolidis vt vndecimo methodi Galenus quidem per alimenta ſolida, carnibus per mediam humidorū, ſolidorumque naturam, ſpiritibus per quaſi aerationem, vt Galenico verbo vtar, & ſanguinis euaporationem. nā veluti ſunt in ſingulis partibus ſui ſpiritus inſiti à primo ortu attributi, ita his etiam P. 307.

opus

ôpus eſt ſua refectione, vt diſſoluti re-
ſtaurentur per propriam nutritionem, vt
animaduertimus ab Hippocrate prius in
libro de alimento ſtatutum. & eſt ſpiri-
tus influens, qui ex Gal. quinto de decre-
tis duplici conflatus eſt elemento, calido
ſcilicet, & frigido, ideſt igne & aere, quæ
inter ſe tota commixta ſint & confuſa, vt
ex corporibus etiam in quibus inſident,
vaporem quemdam contrahant. Qui-
bus nimirum verbis expreſſit, quod in vn-
decimo methodi legimus, ſpiritum fieri
ex aeratione, ſiue aeris inſpiratione, &
ſanguinis ipſius attenuatione, quippe qui
ſubſtantiam habeat ex portione aerea &
portione ſanguinea mirè attenuata con-
flatam, & prima ratione frigidum inclu-
dat, ſecunda verò calidum. Hinc Gale-
nus in tertio de naturalibus facultatibus
affirmauit omnium, quæ in corpore ſunt,
leuiſſimum ac tenuiſſimum eſſe ſpiritum,
ſecundo loco halitum, tertio gradu plane
abſolutum, attenuatumque ſanguinem,
vt mirifica appareat ſpiritus leuitas, ac te-
nuitas, ſi modo ſanguine tenuiſſimo &
vndique perfecto, ſed ipſo etiam vapore
& habitu tenuior ſit, ac leuior, quia hali-
tus fit ex ſanguine, ex halitu ſanguineo,
& aereo fit ſpiritus tenuitate ſemper gli-
ſcente, vt ſpiritus omnem ſenſus appre-
henſionem quodammodo effugiat, vnde
etiam factum eſt, vt vel ipſi animæ omni-
no incorporeæ, ab omnique ſenſibili cō-
mercio alienæ ſpiritus appellatio fuerit
interdum indita. Sic ſolet Ariſtoteles
partē ſpirituoſam in ſemine vocare quaſi
incorpoream & ſeparabilem, à craſſiori
humiditate diſtinctam, quam vocat cor-
pus genituræ, portionem videlicet fœcu-
lentiorem, vt non aliter in hac portione
inſit ſpiritus, ac in ſpiritu natura iuxta
ſæpius commemoratum dictum ſecundi
de animalium ortu. Hanc ſpiritus te-
nuitatem perbellè expreſſit etiam Plato
in Timæo naturæ ſolertiam inſinuans in
inſtrumentis corporis moliendis adeo dē-
ſis, vt ſpirituoſam ſubſtantiam omnium
tenuiſſimam intra ſe continerent, quibus
ſpiritibus refertum facit corpus, eoſque
ad primordiales triangulos ad vitam re-
tinendam inſtitutos redegit. Quæ om-
nia ab Hippocrate prius fuerant explica-
ta partim in libro de alimento, partim in
libro de carnibus, vbi aſſeruit calidiſſimū
omnium in corpore noſtro exiſtentium
eſſe ſpiritum.

Ex his quæ hactenus dicta ſunt de na- p.311.
tura ſpiritus, talem eius colligere defini-
tionem poſſumus, vt dicamus, ſpiritum
eſſe ſubſtantiam corporis tenuiſſimam &
leuiſſimam ex aere & vaporoſa ſanguinis
portione confectam omnium quæ ſunt in
corpore calidiſſimam, ad obeundas ani-
mæ functiones à natura inſtitutam. Hu-
ius ſubſtantiæ hæc eſt prima differentia,
quòd alia eſt partibus ipſis indita & qua-
ſi implantata, & eas nunquam deſerens,
Alia eſt per partes vaga & influēs in præ-
cipuis membris aſſiduè genita, & vniuer-
ſo corpori communicata.

Primi ſpiritus, qui dicuntur inſiti, or-
tum habuerunt cum vero calido innato,
quod diximus eſſe ſubſtantiam partium
aeream, & aqueam molliorē, & pinguem
ex ipſo ſemine, & menſtruali ſanguine
genitam, cum qua magna ſpirituum ſup-
pellex manauit coniuncta, ob inſignem
ſpirituum affluentiam in ſemine exiſten-
tem, quam Hipp. in lib. de genitura, &
de natura pueri inſinuat, & Galenus in
lib. de ſemine cumulatè explanat, & quam
etiam Ariſtoteles in ſecundo illo de ortu
animalium frequentius in medium ad-
ducit.

Non potuerunt ergo partes è ſemine
& menſtruo genitæ non prodire niſi re-
fertæ ſpirituoſa ſubſtantia, quæ aſſiduè
quoque generatur ex actione caloris in
ſubiectum humidum agentis & in vapo-
roſam tenuioremque naturam vertentis
accedente per tranſpirationem, & per ar-
teriarum pulſationem externo aere. Vn-
de Hippocrati in libro de carnibus, cali-
dum in toto corpore eſt. Hinc Galenus p.313.
ſcripſit in quinto de ſimpl. med. facult.
ſpiritum innatum etiam ſi non ſit animæ
eſſentia ſaltem primum eius eſſe inſtru-
mentum in commentarijs de Hipp. &
Plat. placitis demonſtrauimus, & certè
diximus cum ſpiritum in omnibus ani-
mantis

mantis contineri partibus, ſed non vndequaque eſſe ſui ſimilem, veluti nec ſanguinem eſſe. In omnibus ergo corporis partibus locat Galenus innatum ſpiritũ; ſed non in omnibus eumdem, vt pro varietate partium variantem, veluti vſu venit quoque de ſanguine, qui non omnibus membris ſimilis adiungitur, ſed diuerſus vt apparet in ſanguine pulmones nutriente & ſplenem, quorũ alter tenuiſſimus eſt, alter verò craſſiſſimus, ita ſpiritus partium conſectantur earum conſtitutiones varias, vt ſint tot ſpiritus inſiti, quot ſunt partes & membra corporis illis repleta.

p.314. Verum quoniam iſti ſpiritus inſiti nõ habent perpetuam permanſionem, ſed perpetuam potius diſſolutionem patiuntur, ideo neceſſaria irrepſit occaſio ſpirituum etiam influentium ex quibus aduenientibus poſſint inſiti reparari, & factam iacturam corrigere, quos influentes diximus à Galeno eodem capite quinto de ſimpl. medic. fuiſſe inſinuatos, dum ſupraptoſitis verbis adiunxit, ſtatim in ſingulis partium ſpatijs inanibus magnam eſſe copiam ſpirituum, vel potius copioſam inſidere materiam vlteriori adhuc elaboratione indigentem ad inducendam veri & abſoluti ſpiritus naturalis formã. fuerant præterea neceſſarij ſpiritus influẽtes, vt inſtrumentis deferrent vim ſenſus & motus, quia hæc vis non potuit omnibus partibus indi & inſeri, vt naturalis, quæ partibus ſingulis ineſt: vt vis cognoſcens & mouens certam requirebat ſedẽ & domicilium & vnde tamquam à fonte flueret, certos etiam requirebat ductus & quaſi canales per quos ad reliquas partes confluerent, ac tale domicilium fuit cerebrum, tales canales fuerunt nerui. Ab hoc igitur domicilio, & per hos canales ſpecies quædam manauit ſpirituum.

Sed quia ex alijs veniebant hi generandi, qui niſi habuiſſent copioſam eorum ſuppeditationem, defeciſſent cito ex operibus ipſis conſumpti, & ſpiritus hi, qui debebant in materiam illorum ad cerebrum pertinentium, & ſenſum, motumque efficerent, tum faceſſere, calidiſſimi erant futuri, & inſigni quadã lenitate & pernicitate præditi, horum autem generationi non erat omne mẽbrum aptum. Sed vnũ requirebatur, quod eſſet ingentis caloris focus, quale eſt cor; ideo ab hoc viſcere data eſt aliorum anſa ſpirituum influentium, quibus etiam erat opus ad ſingulas corporis partes cõfluentibus, vt calorem ipſarum efficerent vegetiorem, & ad obeũda munia aptiorẽ. Quo fit, vt concludere poſſimus fuiſſe ſpiritus influentes neceſſarios vniuerſo corpori, & eius partibus ſingulis, partẽ vt eſſent, partem vt bene eſſent. vt eſſent quidem, quia neceſſarium erat viſcus ſanguineam ſubſtantiam generans, & per ſuos ductus, nempe venas ad ſingula membra tranſmittens, vt in cauitatibus colligeretur materia ad reſtaurandum calorem & ſpiritum inſitum accomodata; ac tale viſcus fuit iecur. Vt bene eſſent autem partes, opus fuit viſcere gignente ſpiritus delatores facultatis ſenſoriæ, & motoriæ, quale fuit cerebrum, vnde tertium viſcus maxime neceſſarium apparuit ad gignendos ſpiritus, qui abirent in materiam illis delatoribus facultatum, & qui ad partes omnes confluerent, earumque potentiam confirmarent, & caloris ſimmetriam incolumen ſeruarent, quale fuit cor.

Prædicta ſententia à Pariſano excutitur & improbatur.

Singularis Certaminis Lapis Lydius.

HAEC de ſpiritibus ſententia à Viro doctiſſimo & facundiſſimo enarrata & ex Proceribus deſcripta ac confirmata adeò ſub obtutum bella cadit, vt pulchrior nulla, nec diligentiùs accuratiùſque fabricari potuerit, proinde ceu belliſſimã ad verbum referimus, vt quiſquis ea delectari, & artem admirari poſſit. At ſi radices & fundamenta ſigillatim animo volutentur, tota apparens, totaque vt Antiquorum ſolummodo authoritatibus ceu fulcris *Pariſani indicium.*

fulta

fulta ſtare videbitur, certòque experiaris, vt ſi ſolùm Antiquorum authoritati fidem, ſolùm ſi hunc lapidem tollas, paululùmue ammoueas, tota fabrica corruet.

Nos hac de materia aliàs prius in prima parte de ſub. lib. 4. exercit. 2. & 3. Et lib. 10. Exercit. 2. necnon in Par. & San. iudicio, ac in lapide Lydio ſupra ad Mūdinum ſcripſimus & multa abſurda inde ſubſequi manifeſtò collegimus ad quæ ne verbum quidem audiuimus: propterea ſubtiliùs nunc paucis in ſubtiliorum gratiam expediamus.

Intelligibilia. Enimuerò rationes & authoritates audiuimus, at non acquieſcit animus, quia non intelligimus, nec ſcimus quid re vera ſit iſte inſitus ſpiritus, &c. qua ex materia fiat, quo modo ex ſemine & mēſtruo, quo modo fiat, vbi fiat, quam ob rē fiat, à quo fiat, quo loci reſideat, quo nam pacto animetur, quoue modo nutriatur, & id genus conſequentia alia.

Spiritus facultates nō deferunt. Quomodo iuuēt. Influentes facultates partibus deferre ridiculum aliàs (locis citatis) oſtēdimus. Influentes admittimus quidem & ſimpliciter neceſſarios putamus, vt pote ſpiritoſum alimentum, valdè ſcilicet elaboratum illico nutriens, ſeu refocillans abſque vel leui pugna & ſine nutriti labore ac defatigatione, propterea membrum valde vegetum reddunt, & ad operationes expeditum idoneum, & promptum, ſicque intelligi poteſt facultates deferre, hoc eſt illis prodeſſe: ſecus hiſce abſque membrum torpidum ineptumque ad ſuas præſtandas partes & functiones redditur; vt in Eunuchis colligitur, Vtque in obſtructis membris viſitur, in quibus etiam partium emaciatio obſeruatur: tum quia præſtantiori eo ſpiritoſo alimento priuantur: tum quia ex eiuſdem priuatione membri & partis obſtructæ temperamentum in coquendo ſibi alimento craſſiori & contrario magis refrangitur, repatiturque: vnde abſtructi membri accidētia & defectus ſubſequuntur.

Spiritus ortus nō ex aere, et ſanguine. Miram ſpiritus ex ſanguinis halitu & ſubtiliſſimo aere (vt ocyſſimè hinc inde volitet) fabricam audio; ſed craſſæ Mineruæ quum ſim, non capio nec intelligo à quo, quo modo, & vbi hęc mixtio & generatio fiat: Quippe quonam pacto elementorum, aer videlicet mixto corpori, ſanguineo, inquam, vapori miſceatur, & vnum fiat ignoro; potiſſimum vnico cordis ictu pulſu potiſſimum ſi verum eſt, quòd vnius ortus alterius ſit interitus; At à quo hæc eſſentialis mutatio fiat non facile ſcitu eſt. Et ſi corrumpuntur, qui fiat, vt illa remaneant: & niſi eſſentialiter mutentur; ſanguineo halitui aëris iuxta poſitio fiet, & ſic erit vnio mixti cum quinto elemento, aëri nimirum, nouiter accedenti, qui vt dominans ſuam introducet formam, reliqua vt miſſa faciam.

At quam ob rem talis aeratio, veſtrum vt vocabulum vſurpem? Certò non ad vitam, melioremue vitam: neue ad ſenſum: neue ad motum, quando piſces ijs abſque ex aeratione ſpiritibus viuant, ſentiant, & moueantur; Vt definitio omnibus in definito non competat. Gratis igitur & fruſtra talium excogitatio. Vt mittam præterea, quòd vitalis ſpiritus ſubtiliori ſincero vitali ſanguine calidior non eſſet ex aeris mixtione, ſeu iuxta poſitione.

Verùm quum communi omnium ex ſententia influentes ſpiritus ſint & vterum ingredi credantur, ſemineus ex teſtibus ſemini adhærens: naturalis ſāguineus ex hepate, vitalis ex corde, animalis ex cerebro per neruos deſcendens, vt primus per deferentes, & proſtatas, ceteri medijs venis & arterijs, quam ob rem & diuerſos eſſe & formaliter diſtingui creduntur, & proinde quo modo vnus in vtero fiant, inſitus dictus, animetur, viuat, atque agat, durum eſt credere, quoniam quis miſceat, componat ſic alia & diuerſa diſponat animetque non eſt facile inuenire, nec imaginari quidem: quando præterea puri impuris miſcerentur, & inepta impura mixta animarentur Naturę abſurdum: ſecus ſi alius & alter in alterum & alios ſpiritus conuertatur, alterius & cuiuſcunque interitus fiet, & ſic non mixtio, ſed vnus ex quatuor [illegible], remanebit. *Spiritus inſitus pura fabula.*

Com-

Complicatū ſpiritum humidum &c. non datur. Complicatum ſpiritum, hoc eſt humidum illud &c. in Galeni doctrina non datur: quia ſemen, inquit, ſtatim ſemine nutritur, deinde menſtruo: ita vt nihil ſemen cum menſtruo habeat, nec acceſſum quidem, niſi poſt ſeminis ex ſemine nutritionem: & conſequenter non poteſt dari talis ſpiritus, tale humidum primogenium; quòd aſſeritur.

Non in teſtibus confectum, quia ibi non adeſt menſtruum, nec in vtero, tum quia initio ſtatim ex ſemine nutritur: tū quia non poteſt in vtero tale humidum cónfici, niſi à ſemine, ſed poſt nutritionem initiò ex ſemine, vt diximus; neque poſt, quia ſemen ſanguinem menſtruum trahit (inquit Galenus) concoquit & apponit, & ita in alimentum tranſit: & deinceps ſpiritus iſte, humidum illud tale originarium non datur: Ergo menſtruus ſanguis ſemini non coniungitur, vt ſecum vnum fiat, quemadmodum nec ſpiritus ſeu humidum originarium confectum ex ſemine & menſtruali materia; ſed ſemen illud eſt ſolum abſque his, ſanguine mēſtruo, & ex eo confectis impuris, (illius reſpectu) incoctis & parum calidis ac intemperatis. *Inſiti ſpiritus reliqua cōcidunt.* Vt propterea ex dictis & ſtatutis quum innatum calidum mēſtruo ex ſanguine non fiat; vt patet, neque inſitus ſpiritus innato calido coeuus fiet, eritue, materia tūc ex qua minimè animatum principiò corpus ingrediens, & conſequenter primogenio humido non inhæret, quemadmodum nec partibus omnibus impactus eſt, minimèque inhęrens, eoque minus calidum inſitum perficiens. Vt mittam, quòd ſupra conſtitutum fuerit vnum ex tribus eſſe Archigonon conſtituentibus, ſemine ſcilicet, menſtruo ſanguine, & ſpiritu. & ſic non inhęrens, non impactus, non perficiens; ſed reapſe ipſum inſitum calidum.

Vana exempla. Verùm, id tranſeat, ſi corporis humido inhærens partibus impactus, non vagus non fluens, non (vt ait) comes ſed permanens inhærenſque, quo modo Papilionis Irauſtæque inſtar in ignem diracti ſemper? Quo nam pacto flammulæ inſtar à centro ad circumferentiam, & è conuerſo mouetur? Hæc non bene reſpondent, conueniuntue.

Flamma abit continuò & ſurſum tendens euaneſcit, alia ſubſequitur ex alimenti præparatione neceſſario. Spiritus inſitus, ſi daretur, vbique locorum & eodem modo impactus, ſic nec adhæreret, quidem quia vbique ſuum æque pabulū habet, & perinde ibidem & ſemper ſubminiſtratur, vt nec aſcendere, nec deſcēdere opus ſit, poſſitque. Flamma ſequitur pabulum fumum aſcendens, & è veſtigio euaneſcens, ſpiritus inſitus, & quia adhæret & nutritur (eorum arbitratu) & tali parti impactus, loco moueri nequit, niſi ſaltem & minimùm corporum penetratio admittatur.

Ampliùs ſi partibus adhæret non eſt pars, nec partium eſſentia: ergo extrinſecus inhæret: ergo circumcirca, An vt velum, ſeu membranula? At ſic è poris excrementi egreſſum, in poros alimenti ingreſſum dubio procul impediet, nec ſecus fiet corporum abſque penetratione, cum ex inſiti ſpiritus in corpus parte, tum ex alimenti parte in ſpiritum innatum. *Implicantia.*

Ad hæc ſic inſitus iſte ſpiritus eſſet partis, ſeu membri pars, & hoc non, quia non eſſet ſpiritus ſubtiliſſima deſcripta ſubſtantia, ſed eſſet os, membrana, neruus &c. & ita non ſubſtantia inhęrens, impacta, perficiens &c. ergo aliud quid: ergo aliud à partibus, à corpore: igitur aliud ab illo ſeparatum exterius: ergo nō inſitum calidum, ſeu eiuſdem pars Archigonon conſtituens, & quod (aiunt) in corporis partes initiò abijt, quod falſum eſt, & contradictio. *Alia.*

Præterea ſi principiò inſitus ſpiritus eiuſdem rationis erat, quo modo poſtea in omnibus animalis partibus varius & diuerſus euaſit? à quo ita mutatus & factus? At ſi varius & diuerſus redditus, non igitur continuus: igitur innumeri innati ſpiritus: ergo quum non continui, aliqua partis particula abſque innato ſpiritu, quod maximum vobis inconueniēs. *Alia.*

Ceterum ſi inſitus ſpiritus Galeno & vobis protogonon ex ſeminali ſanguineaque *Alia.*

neaque materia conflatus quomodo ad totius & partium incrementum & extenſionem augetur, vt omnia æquet ambiatque non ſubminiſtrata, ſed deficiente feminea materiam.

Vlteriùs ſi ambit quo modo impactus? ſi impactus quomodo inhærens?& ſi membro inhærens non impactus, quomodocumque ſicque nec à centro ad (circumferentiam, neque à circumferentia ad centrum mouebitur igitur vel aliud, vel præterea corporum) penetratio neceſſariò admittenda.

Alia. Inſuper inſitus ſpiritus ex ſemine ortum ducens, quum id (ſemen dico) primis diebus ſemineas in partes faceſſerit, (quum ipſe ſpiritus in illas non abierit, ſecus eſſet (non ſpiritus) neruus, vena, os, quò, & quo modo vera (vt dicunt) nutritione alitur? quandoquidem quia ſemineus, ſemine nutrietur ſed quo, primo ſemine abrupto? quo ſibi parante ſubminiſtrante? quum omnia ſibi, os ſibi oſſi, vena ſibi venæ, &c. & non alijs paret, fabricent elaboret, non alijs, officialibus exceptis, & conſequẽter quî diu perdurabit? quî ad totius ſeminei corporis extenſionem & magnitudinem augebitur?

Alia. Quin ſupra quum ſemen ſpermaticas in partes in os exempli gratia initiò faceſſat, & inſitus ſpiritus oſſis non ſit os, nec oſſeus & plurimas dictas ob cauſas, & quia qualis principio fuit, talis quà ſpiritus ſeruabitur; & quia præterea ex influentibus (aiunt) ſpiritibus nutritur: Igitur ab oſſe (vt à qualubet alia ſpermatica corporis parte) aliud omnino corpus, penitus ſeparatum, prorſus diſſitum, neutiquam coniunctum, nullo modo continuum, ſed contiguum. Itaque haud eadem, ſed alia animatus anima; & quoniam (vt aſſerunt) in qualubet corporis parte alius & diuerſus eſt, alia in quauis parte anima præditus erit. *Alia.* Ampliùs, At quum partium ſubſtantia non ingrediatur, ne corporum penetratio fiat, in vacuis & poroſitatibus ab inuicem ſeparatis & diſtinctis reſidebit, & quippè innumeræ, dabuntur inſiti ſpiritus innumeris animabus præditi, numero ſaltem, ni fortaſſe etiam ſpecie: quia alii, varij, & diuerſi ob inuicem differentes ſtatuuntur.

Alia. Vlteriùs ſi nutriuntur vt ſpiritus; ergo non ſunt mixti, nec in mixtum tranſiere, faceſſereue; ergo ſunt aliud corpus actu à reliquis corporis partibus ſeparatum, & in toto corpore omnibuſque partibus & partium particulis; igitur in poris vbique; Et ſi ſic ſpiritus ſunt, purior & ſubtilior ſanguinis ſeminisque portiones, quamob rem ſolidæ partes ijs nutriuntur refocillanturue ſaltem? ſi ſic, quo modo ipſi alijs ſpiritibus aluntur? Et ſi ſic etiam poſita metamoforſi quo modo, quibuſue inſtrumentis in ſui ſubſtantiam illos recipiunt?

Alia. His accedit quod ſi ſpiritus innatus animatus in partium poris reſidet, & porùs quilubet ab alijs diſtinctùs eſt, & à parte; igitur eo magis ſpiritus inibi contentus; ergo innumeri & minimi ad pori magnitudinem & minores, quà in ijſdem contenti. Aſt ijdem minimi poti alios influentes ſpiritus recipiunt, & pręterea ſanguinem pro nutritione, & pręterea è partibus egredientia excrementa; Quo modo poros obturans innatus ſpiritus, per eoſdem ingreſſus & egreſſus trium influentium ſpirituum, ſanguinis ingreſſus, & excrementorum ſimul egreſſus dabitur? Porus, vt vacuum, diſtinctus eſt à parte; ergo & ſpiritus eo magis inibi contentus; ergo alia numero animatus anima, qui quia ab omnibus actu & re ipſa ſeparatus, vniri proinde & continuari cum ſolidis non poteſt, quo modo? Ergo in vno & eodẽ corpore innumeræ numero eiuſdem & diuerſæ ſpeciei animæ.

Alia. Ampliùs vel ſpiritus inſitus ſemini initiò ineſt & animatus, vel non; non animatus quia ſemen communi ex opinione homogeneum corpus; ergo quum vnius ortus alterius ſit interitus eſſentiali in mutatione dubio procul interit ſpiritus:

ritus; quo modo igitur inſitus, & ab ortu ad occaſum perdurat? quonam pacto animam recipit? quo modo ſemini & corpori iungitur? quo modo nutritur, in ſe ſe inquam vt diximus alimentum recipit? Et quum quodlubet in ſe ſe alimentum perficiat & elaboret priuſquam eo alatur, vt inductione patet, quo nam pacto ſpiritus in ſe ſe hæc? potiſſimum, quia, vt aiunt, ſi inſiti futurum alimentum ſexcentas etiam immutationes perpeſſum fuerit diſſoluti vices non ſupplebit.

Alia. Quod ſi detur ac admittatur calidum innatum, ſemen, innatum ſpiritum nutriri, &c. ſic quoque igitur conceditur menſtruum ſanguinem cum ſemine mixtum ali, quod quum falſum pateat: igitur idem de innato calido, de ſemine, ac de inſito ſpiritu aſſerẽdum eſt, ſecus reddenda ratio, cur non reperiatur menſtruum, quo modo euanuerit, &c.

Alia. Ad hæc ſi inſitus ſpiritus principio eiuſdẽ rationis fuit, & homogeneæ ſubſtantiæ, quo modo; & à quo tot in heterogeneas partes ad corporis membrorum & partium numerum mutatus eſt, vt non ſit amplius vnus, ſed innumeri numero, & fortaſſe ſpetie, quia alij varij, & diuerſi?

Alia. Sanguinis diuerſitatis exemplum nimis friuolũ, tum quia pulmones & ſplen duo tantùm membra, innati ſpiritus tot, minimùm, vt patet, quot partes; pulmones ſubtiliorem ſanguinem attrahunt, lien craſſum continet, vel quia à iocinore, vt aiunt, tranſmittatur, trahaturue (neutrum recipimus) vel quia à cordis arterijs inibi deponatur; At corporis mẽbra omnia, omnes partes varium non attrahunt, nec tranſmittitur. Ante partium conformationẽ ſpiritus inſitus eiuſdem rationis ſtatuitur, in earumdem procreatione, vel poſt ortum, innumeri diuerſæ rationis omnes: à quo verò ſic, quam ob rem, & quo modo varij diuerſi ita diſſiti ac diuiſi, coniunctiuè varij, neſcitur: quibus alimẽtis tot varijs & diuerſis tot varij & diuerſi ſpiritus alãtur an ſciri poſſit, anceps valde ſum, ne omnino impoſſibile affirmẽ, & ſi modò id admittatur: quoniam naturales, vitales ſpiritus eiuſdem ſunt rationis, alius tametſi ab inuicẽ: & proinde à quibus alterentur, immutentur varientur elaborentur haud facile ſcitu, ſi modò (quod aiunt) inſitus, ſeu innati ſpiritus reficiantur reſtaurẽtur per propriam nutritionem, quod nos mente attingere nequimus: quoniam ſi nutriuntur, aluntur quà corporis partes, totum conſtituentes, nimirum quà ſpermaticæ partes (quoniam innatæ primæ partes, quales non ſunt carneæ & parenchymata) cerebrum: neruus, tendo, vena, os, &c. At horum nullum ſunt, nullum conſtituunt: ergo quatenus tales non aluntur: igitur quatenus alia membra, aliæ partes à ſpermaticis, & carneis diſſitæ & diſtinctæ, vt quid illis (aiunt) inhærens ſubtiliſſimum, & vitali ſpiritu ex ſanguinis alitu, & aetatione confecto exiſtente ſubtilius: quippè eo vitali ſpiritu, ſed poſt longè elaboratiori reddito nutriuntur, & quot corporis partes ſunt, tot & ipſi extant, & ab inuicem diuerſi omnes. Ergo ad rem, omnes & tot vt diuerſi & tot varijs alentur alimẽtis, quæ nec imaginatione quis facilè aſſequetur, ſed eſto. Si aluntur huiuſmodi inſiti ſpiritus influentibus ſpiritibus quibuſcumque ſe craſſioribus; ergo in ſe ſe illos dubio procul recipiunt: igitur in ſe ſe attrahunt: ergo inſtrumento trahunt: igitur vt diximus in ſui cauitates & poros, niſi corporum penetratio admittatur; Igitur præterea retinent: ergo concoquunt, &c.: Igitur & demum ſuperfluum excrementum & noxium explodunt: igitur medijs attractrice, retentrice, concoctrice, expultrice naturalibus facultatibus? Bone Deus; Igitur medijs rectis, obliquis, & tranſuerſis fibris, proh Aedepol, Igitur animatæ corporis partes, nullam corporis partem conſtituentes, integrantesue, nullis continuæ, ſed adhærentes & contiguæ, ò Sancte Deus: Ergo quum varij & innumeri, innumeræ erunt

runt in eodem corpore animæ ex partium & pororum numero, eædem partim, aliæque variæ & diuerſæ numero & ſpecie, quæ nos non capimus: & quia vana & ridicula videntur (Sapientum manes parcant) propterea ſubtilioribus ſoluenda proponimus ad diſcendum & prompti & parati.

Hæc ad verbum ante graſſatam Venetijs peſtem, & ijs Ceſare Cremonino inquam, & Pompeo Caimo, necnon Mundinio bene valentibus & priuſquam ijdē peſte caderent ſcripſimus reſponſa expectantes, vt propterea eorumdem caſum moleſtiſſimè tulerimus, tametſi credamus vt præſtolamur alios in arenā literariam deſcenſuros ſequaces potiora allaturos; quod Deus faxit.

ÆMYLII PARISANI ROMANI

PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE

Pars Altera.

DE INSITO CALIDO SINGVLARIS CERTAMINIS LAPIS LYDIVS,

AD SANCTORIVM SANCTORIVM OLIM ACADEMICVM PATAVINVM.

Excellentiſſimi Sanctorij Sanctorij olim in Patauino Gymnaſio Medicinæ Theoricam ordinariam Primo loco profitentis de Calido innato ſententia.

Calidum Innatum eſſentiale temperamentum aſſerit.

A Pariſano excutitur & reprobatur.

Sāctorius in cō. lib. 1. Aphoriſ. Hippo. colūna 333. Sanct. Tac. 1.

GALENVS in commen. ſequent. aphoriſmi 14. & in libello aduerſus Lycum cap. 7. dicit, quod illa, quæ calidum innatum Archigonon, ideſt primigenium complent ſunt ſanguis menſtruus, & ſeminalis materia. Addit ex hac primigenia noſtra ſubſtantia in prima generatione fieri conſtitutionem partium videlicet ſimilarium, quæ ſunt illæ in quibus perficitur augumentum, & nutritio vſque ad mortem.

Hinc calidum innatum vel conſideratur quatenus immediate fit ex ſemine, & ſanguine menſtruo, quod vocatur archigonon ſeu primigenium, vel quatenus eſt prima conſtitutio genita; quæ conſtitutio eſt totum eſſe partium ſimilarium.

Calidi innati primam à Sāctorio

Doctiſſimus Sanctorius pulchra & ipſe Innato de calido affert & Galeni ſententiam ſequi & tueri profitetnr, ſubtili-

terqua

Conſiderationē. Pariſanus non recipit. Cont. 1.

terque diuidendo ratiocinando, atque authoritatibus ipſis ſuam fabricam firmare omnibus neruis intendit; Sed quia multa illius vt ſatis obſcura non intelligimus, vel quia fortaſſe Veritati non quadrent, vel quia promiſſis non ſtent reſpondeantue, in medium illius ſingula afferremus ſingulatim diſcutientes, vt iuxta hinc inde mutua horum ſe poſita luce emergente eluceſcant omnia, & ſua noſtraque inde ex animi ſententia cadentia voti compotes verum aſſequentes ſiamus.

Primū.

In primis nobis obſcuritatem parit prima illa calidi innati conſideratio, quòd quatenus immediatè ex ſemine & menſtruo ſanguine, quod vocatur archigonon, ſeu primogenium, innatum ſcilicet calidum, fiat. (mitto quòd hoc ſub Archigoni nomine ex Galeno & alijs, etiam ſpiritus contineatur.)

Quoniam ſi calidum inſitum (Galeni & ſequacium omnium ex ſententia) eſt ſemen, menſtruus ſanguis, ac ſpiritus, Archigonon, quo modò ex ſemine & menſtruo ſanguine fit? Etenim ex hiſce ſic ſubſequens & emergens aliud, & ab illis quid tertium, aut quartum erit, fietue. Quum tamen neore vera ex illis fiat, nec (quod ex illis verbis colligitur) re à Sanctorio probatur conſtituiturue: ſed bene ab illo Archigono, fit inquit, Sanctorius, non ex illo genita conſtitutio. Præterquàm quòd ſupra ſatis ſuperque hanc ſententiam Caimo reprobauimus, ex ſemine ſcilicet & ſanguine menſtruo, innatum calidum fieri.

Sāctorio in Archigono, & Alteratrix & Formatrix ineſt. Tact. 2.

In primo calido, quod eſt primigeniū (vt docet Auicenna doctr. 6. in prima primi) continetur alteratrix, quæ præbet tēperamentum omnibus partibus ſimilaribus, & formatrix, quæ præbet omnibus partibus compoſitionem videlicet ſitum, numerum, figuram, & meatus.

Pariſano neutiquā nuſquam eſt. Cont. 2.

Obſcurum præterea, immo falſum nobis eſt, quod in dicto (ſibi primo) innato calido Archigono ſit (ex Auicēna probat) contineaturue alteratrix & formatrix, quum non vnum, ſed plura ſint corpora, alia, diuerſa, ac ab inuicem diſtincta, & quo quo pacto contraria, quemadmodum ſatis ſuperque ſupra Caimo probatum eſt. Adde luce clarius, quòd ſi illud primum innatum calidum corrūpitur, vt infra Sanctorius aſſerit, dubio procul & in eo contentæ (ſi continerentur) facultates, alteratrix & formatrix priuſquàm alterum gignatur ex ipſo primo calidum, euaneſcerent, & cōſequenter dictas partes & munera non præſtabunt: quis hæc inficiabitur?

Sāctorio fœtus Formatrix & Generatrix non ineſt. Tact. 3.

In ſecundo calido innato, quòd ſit à primigenio, nec virtus generatrix quæ de nouo facit partes, nec formatrix continetur: quia in fœtu formato nulla virtus reperitur, quæ de nouo membra efficere, vel componere poſſit: in ipſo tamen continentur virtus auctrix, nutrix & ceteræ facultates famulantes. Quomodo verò calidum innatum primigenium differat à calido innato partium ſimilarium paulò infra quoque declarabitur.

Pariſano maximè. Cont. 3.

Eo magis nobis falſum, nec paruum erratum videtur, ſi nobis per doctiſſimum Sanctorium dicere licet, quòd in formato fœtu nec generatrix, nec formatrix, nec virtus vlla reperiatur, quæ de nouo membra efficere, vel componere poſſit: Non ſolùm quoniam Galeno in pueris (tametſi nos non recipiamus) vena regeneretur: Verùm quia quum virtutes iſtæ ſint animæ poteſtates, vt alibi oſtendimus, quamdiu hæc adeſt, tandiu & illæ vigent. In perfectis autem animalibus membra non regenerantur inſtaurantur-ue ſeminea, (carnes maximè) quia ſuperflua ſufficienſue materia ſeminea ex qua, non adeſt quia ſemen officiale generans non adeſt: quia partes ſingulæ ſemineæ ſibi tantummodò ſufficiens alimentū gignunt, propterea nec venam regenerari Galeno admittimus. At quibus nōdum abſoluta eſt fabrica, longum poſt tempus & annos, partes generantur auibus calcaria, ceruis cornua, & rami, dentes, &c. Aſt in imperfectis, vti in omnibus plantis maniſeſtiſſimum eſt, quæ in toto vitæ curriculo nouas radices, nouoſque ramos producunt: quia materia affluit, & nos in cedro cedrulum ſubortū ſæpe vidimus.

Sanctorij & aliorũ caloris inſiti nomenclatio.
Tact. 4. col. 334.

Quærimus modò quid ſit calidum innatum communiter ſumptum, quod videlicet prædicatur de principio & de facto à principio. Pro intelligentia ſciendum, quod calidum aliud eſt eſſentiale, & aliud accidentale. Sic Galenus in hoc comm. ait, calidum innatum transferri ad qualitatem, interdum ad corpus calidum.

Pari modo temperamentum aliud eſt accidentale, quod ſolum conſideratur in puris qualitatibus, aliud eſt eſſentiale, quod conſideratur reſpectu quatuor elementorum efficientium ipſum mixtum.

Pariſano impropria eſt. Cont. 4.

At tranſeat quæſo in Hippocratis, Galeni, & aliorum celebrium Medicorũ gratiam, duplex dari innatum calidum, & duplex temperamentum, atque idem eſſe, ſeu pro eodem recipi inſitum calidum & temperamentum, & vlteriùs iſtius duplicis innati calidi, ſeu temperamenti, alterũ eſſe eſſentiale alterum accidentale. In hoc inquam mihi vobiſcum cõueniat: tametſi ſubſtantiæ compoſitioni non bene, nec verè quadret temperamenti nomenclatura, eo & longè minus, vnquamue calidi nomen, acceptioque.

Sanctorij ratiocinium & declaratio. Tact. 5.

Ceterum quòd vtrumque calidum innatum videlicet primigenium, & à primigenio factum formaliter ſit temperamentum eſſentiale partium ſimilarium confirmari poteſt ratione authoritate Hippocratis, Galeni, Ariſtotelis, & experientia ipſa. Hac ratione comprobatur calidum natiuum eſſe temperamentum.

Illud in quo conſtat eſſe, & viuere eſt calidum innatum; ſed temperamẽtum eſt id in quo conſtat eſſe & viuere, ergo calidum innatum eſt temperamentum. ergo non eſt ſolus calor temperamenti. Maiorem omnes concedunt. Minorem probamus, quia totum eſſe partium ſimilarium non ſolum eſt calor temperamenti, ſed temperamentum ipſum, quatenus conſtat ex calido, frigido, humido & ſicco.

Vocatur tamen calidum innatũ à præcipua qualitate calida, quæ eſt maximè omnium actiua: non tamen tollitur, quin calidum innatum conſtet ex quatuor omnibus qualitatibus: ſic piper dicitur calidum; non propterea ſequitur, quod piper non ſit quoque frigidum; non tamen vocatur frigidum: quia caliditas & non frigiditas prædominatur, & denominatio ſemper fit à qualitate excedente temperatum.

Dum dicunt elementa à calore eſſe redacta ad homogenitatem ſeu ſimilatitatem; ergo calor eſt totum eſſe & viuere ſimilatitatis: non valet, quia ad conſtituendam partem ſimilarem, incipit quidem calor, ſed caloris actio eſſet vana, niſi concurreret actio frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis. *col. 335*

Præterea eſto quod elementa redacta ſint ad ſimilaritatem à ſolo calore, non quærimus à qua cauſa ſimilaritas fieri incipiat, ſed quærimus de eſſe partis ſimilaris iam factæ, cuius eſſentia non ex vna, ſed ex quatuor qualitatibus reſultat.

Pariſano falſa ſũt. Cont. 5.

Modò vtrumque calidum innatum, videlicet primigenium, & à (non ex) primigenio eſſentiale formaliter temperamentum cõſtituit, quod ratione primum probare nititur, ſed confundit tranſiens ab eſſentiale ad accidentale, & vtitur Cremonini ratione, (Cremoninum aduerſus, quodque cum Cremonino facit, vt infra conſtabit) quod manifeſtiſſimum eſt ex proprijs verbis, videlicet „ Vocatur tamen calidum innatum à præcipua qualitate calida, quæ eſt maximè omnium actiua; non tamen tollitur, quin calidum innatum conſtet ex omnibus quatuor qualitatibus, & denominatio ſemper fit à qualitate excedente temperamentum.

Ex quibus verbis manifeſtus patet tranſitus ab eſſentiali ad accidentale temperamentum, & eſt, inquam, Cremonini argumentum, qui admittit & fatetur quatuor qualitatum temperamentum; ſed dicit operationes fieri à calore temperamenti non à calore innato eſſentiali, ſubſtantia archigono; vt Galenus velle videtur: propterea vt à prædominante à Medicis dicitur calidum (non frigidum non humidum, non ſiccum ſubſtantia) innatum, ſic ipſe Cremoninus dicit calor temperamenti ad differentiam ſeminis, eſſentialis, ſubſtantiæ. Quod declarat in proprio dictato v. p. 36., vbi ait nullum

dari

dari temperamentum complexionem frigidam & ſiccam niſi comparatiuè, pro vt minus habet de calido & humido; vnde ſenectus vitæ diminutio tendit ad frigidũ & ſiccum, & mors, inquit, non eſt niſi frigida & ſicca. & ſtante dominio calidi in omni mixto, ſunt tamen aliqua à prædominio frigida, ſicca, humida, hoc nihil repugnat, quia in mixtis dominatur calidum & humidum ſolum ad continẽtiam, non quantum ad molem & quantitatem, vt etiam in animatis calidum & humidũ habent dominium vitale in reliquis ratione maioris, vel minoris participationis alicuius elementorum frigidiorum. Poteſt eſſe complexio cuiuslibet alterius cõditionis. hæc Cremoninus. Illud in quo conſtat eſſe & viuere eſt ſubiectum totum eſſentiale compoſitum, non inſtrumentũ à quo & per quod totius & animæ eſſe & operationes exiſtant, & fiunt, quod quatuor qualitatum temperamentum eſt.

Sanctorij Harum. Taſt.6. His poſitis ceſſant omnes difficultates, dum dicunt quodlubet minimũ viuit & nutritur per calidum innatum: ergo calidum innatum in parte ſimilari erit vbique: ergo hoc calidum erit calor temperamenti, qui in qualubet mixti parte eſſe poteſt.

Nos verò inferemus hoc modo: quodlubet minimum partis ſimilaris nutritur per calidum innatum: ergo hoc calidum erit temperamentum ipſum: quia temperamentum eſt in qualubet minima parte: eſtque totum eſſe partis ſimilaris tam in viuentibus, quam in alijs mixtis. Hinc in metallis, vt in argento & auro temperamentum eſſentiale (non loquor de accidentali) eſt totum eſſe argenti, & auri: illoque deſtructo, deſtruuntur metalla, quare calidum innatum erit temperamẽtum eſſentiale, & non ſolus calor temperamenti.

Pariſanus ablegat. Conc.6. Nequaquam difficultates ceſſant, immo ſuo in robore ſunt & permanent, & præallata illatio fuga eſt, & fallacia: quia accipitur eſſentiale pro accidentali, agens quod pro quo. Etenim temperamentum per quod illud minimum nutritur eſt temperamentum qualitatum accidentale, quod quærimus, & dilucidiſſimè patet: quoniam ſi temperamentum eſt in qualubet minima parte, non eſt ipſa minima pars, eſſentialis ſcilicet, eſſentiale temperamentum dicitis: quando aliud eſt eſſe hoc, & aliud eſt eſſe in hoc: aliud eſt quod nutritur, & aliud quod eſt anima per quod illud nutritur. Si in metallis totum metalli eſſe eſſentiale eſt inſitum calidum ergo eſt materia, eſt forma, quæ dat eſſe rei, eſt totum compoſitum, aurum ſcilicet, quia totum auri eſſe eſt ipſum aurum: hinc fallacia & nugatio corrupto eſſe auri, id eſt aurum, corrumpitur aurum: præterea ſi corrupta auri eſſentia aurum deſtruitur: ergo aurum nõ eſt auri eſſentia, quæ pugnantia ſunt ſaltem nugatio quia idem ſunt.

Sanctorius male probat. Taſt.7. Præterea confirmatur ex Galeno 2. aphor. 51. vbi dicit „ naturam conſiſtere in elementorum commoderatione: ſed hæc commoderatio eſt ipſum temperamentum. Sed quid intelligit per ipſam naturam? certè intelligit calidum innatum: quia libr. de marcore, & multis in locis Galenus calidum innatum vocat ipſam naturam.

Pariſanus probè improbat. Conc.7. Galeni authoritas neutiquam difficultatem facit, etſi commoderatio ipſum ſit temperamentum, quia elementa qualitatibus commoderantur & ad homogeneitatem ſimilaritatem reducuntur: quia natura Galeno eſt ipſum temperamentum accidentale inquam, vt infra patebit, quando dicit, aut eſt anima, aut primum eius inſtrumentum, quo ſcilicet agit, & eſt calidum innatum, temperamentum videlicet, quo anima operatur, accidentale dico, non eſſentiale, quod eſt totũ eſſe rei, & eſt eidem archigonon, quod animæ & naturæ minimè competit, vt luce clarius eſt.

Sãctorio totum & eſſentiale innatum calidum cõſtituentia. Taſt.8. Inſuper Galenus 15. comm. huius primi aphor. ait tria eſſe corpora, quæ primigeniam noſtram ſubſtantiam complent, nempe ſpiritum, ſanguinẽ, & ſeminalem materiam: ſed ſic eſt, quod hæc tria ſunt illa ex quibus cõſtituitur natura, ſeu temperamentum eſſentiale: ergo

Pariſanus oſtẽ, ſed nõ ad Non diſplicet tamen antiquorum authori-

Digitized by Google

vem, inquit, & probat. Cont. 8.

thoritas, nec nomenclaturam improbo; quòd nimirum dicatur, & in quolubet mixto eſſentiale temperamentum collocetur quatenus elementa ſecundum ſubſtantiam temperẽtur, & (licet impropria loquutio) fiat mixtum ſubſtantiale in cõuenienti ſymetria & proportione ſingulæ cuiuſque elementorum ſubſtantiæ, & ſic eſſentiale temperamentũ dicatur, tametſi inquam impropriè temperamentum: ſed tranſeat, hoc non eſt quo & per quod operationes fiunt, & nutritio celebratur, de quo diſputatur & quæritur: quoniam hoc eſt, quod nutritur eſſentiale & animatum corpus: Illud verò per quòd & quo nutritur, quo cõcoctio fit, eſt verum & propriè dictum innatum calidum qualitatum temperamentum & animæ inſtrumentum, quo.

Sanctorius replicat. Tact. 9. com. 336.

Hippocrates vero (referẽte Galeno 8. de placit. cap. 7.) habet hanc ſententiam à Galeno citatam his verbis „ Hippocrates ſemper calidum innatum voluit eſſe auctorem omnium naturalium operationum: ſed ſic eſt, quod temperamentum eſt auctor omnium naturalium operationum vt infra quoque patebit: ergo calidum innatum nihil aliud erit, quam temperamentum, repetit quoque, Galenus ſcilicet in 6. epid. comment. 5. quod calidum innatum ſit naturaliũ actionum auctor.

Ad hæc calidum innatum eſt ipſa natura & eſſentia rei (vt probatum eſt) ſed temperamentum eſt huiuſmodi. Hinc Galenus primo de Vſu part. 9. & in cõm. ſequenti aphor. ait, carnis eſſe eſt temperamentum carnis, eſſe oſſis temperamentum oſſis: ergo ex Galeno temperamentũ eſt calidum innatum partium: ſic eſſe argenti, vel auri eſt temperamentum argenti vel auri, quod idem eſt, ac ſi diceremus eſſe argenti & auri, eſſe calidum innatum argenti & auri. Oſtendimus ſępius ex Ariſtotele & Galeno omnia mixta eſſe talia per ſuum calidum innatum, id eſt per ſuum temperamentum eſſentiale, quo deſtructo deſtruuntur mixta.

Pariſanus con-

Calorem innatum eſſe temperamentum, & e contra de accidentali & proprio temperamento innato calido operationũ authore & animæ primo inſtrumento intelligentes, vltro concedimus. At quòd carnis eſſe ſit carnis temperamentum, eſſe oſſis, ſit oſſis temperamentũ, tale inquam, quod elementorum ſubſtantiæ commoderationem eſſe diximus & admiſimus, omnino inficiamur: quemadmodum (hãc ad rem) quod iam iam ſupra dictum eſt (in 8.) videlicet, quod ex tribus primis, ex ſemine, menſtruo ſanguine, & ſpiritu conſtituatur natura, ſeu temperamentum eſſentiale: ſic enim calidum innatum eſſet natura, anima, & totum: Et ſic quo nam pacto operationum, author? ſi ſic eſt totum, cui dubium, quòd deſtructo eo (quod eſt totum, vt ridiculum) totũ deſtruitur? Cui dubium quòd actiones ſunt totius? à toto? Hic agitur, & quærimus de inſtrumẽto quo anima, quo totum, ſua exercent munia, & proinde de alio ab anima, alio à toto.

fuſa, & implicantia reuocat & reprobat. Cont. 9.

Sanctorij iterũ probata. Tact. 10.

Inſuper patet ex Hippocrate & Galeno 2. de facult. nat. cap. 9., quod operationes dependent à rei ſimilaris temperamento: quia ibi refert Hippocratem aſſerere temperamentum actionis cauſam eſſe: ideo actionem lædi primario ab intemperie: quare quum eſſe & in ipſis viuentibus ipſum viuere, & actiones ipſæ dependeant à calido innato, calidum innatum erit partium temperamentum.

Pariſano probantur, quia ſibi deſtructiua. Cont. 10.

Si à rei ſimilaris temperamento: ergo non à re, quæ: ſed à tẽperamento, vt quo, ſi temperamentum actionis eſt cauſa: non igitur res, eſſe rei. Si actio ab intemperie læditur: igitur à ſuo contrario: ergo temperamentum cuius eſt actio, vt à quo eſt accidentale: ſubſtantiæ namque nihil eſt contrarium. Quare quum viuentium actiones ab inſito calido inſtrumento ortum ducant, innatum calidum erit partium temperamentum accidentale, non eſſe rei, non ſemen, non ſanguis mẽſtruus, non ſpiritus, non archigonon.

Sanctorius repetit. Tact. 11.

Hinc Galenus 3. de cauſis pulſuum 9. conſiderans à qua cauſa ſit ipſa concoctio, quæ eſt actio ita præcipua, profert hanc ſententiam, calor natiuus eſt qui cõcoquit: quare ſi temperatura eſt cauſa.

actio.

Digitized by Google

actionis, temperatura erit ipſum natiuum calidum.

Accedit, quod Galenus 4. de Vſupar. 12. conſiderans à qua cauſa proueniat hepatis concoctio, dicit, quod auctor coctionis in hepate eſt propria caro hepatis: ſed propria caro talis eſt propter eius temperamentum: ergo calidum innatum erit temperamentum.

Pariſanus eadẽ confirmat. Cont. 11.

Hinc Galeni ſententiæ, quia & re & verbis rationi cõſentanea eſt, acquieſcendũ eſt, quãdo calor natiuus qualitatem tantummodò ſignificet, non quod cõcretum & ſubſtãtiale, quam ſecundum acceptionẽ & illationem probamus. Quemadmodum & quod ab ipſo de hepatis carne inſertur, vt quod, ſeu vt quæ, præcipuè & vt totum agens, quod Sanctorij illatio dilucidè manifeſtat: videlicet „ ſed propria hepatis caro talis eſt propter eius temperamentum: ergo calidum innatum erit temperamentum. Rectè itaque nos inferimus: Igitur non eſſe carnis, nõ ſubſtantiarum mixti commoderatio, non eſſentiale temperamentum, ſed accidentatale, id eſt quatuor qualitatum temperamentum eſt inſtrumentum primum quo, à quo animæ & totius operationes....

Sãctorio vniuerſa ſubſtãtia eſt temperamentum. Tact. 11.

Amplius Galenus 3. de temperam. 4. habet hæc verba „ Naturam cum dico intelligo vniuerſam ſubſtantiam & ipſam temperiem: ſed vniuerſa ſubſtantia rei eſt calidum innatum: ergo calidum innatum erit temperamentum, & non calor temperamenti.

Pariſano non arridet, quia nec Galeno probatur. Cõt. 12.

Hoc argumentum aduerſus Cremoninum nobiſcum maximè facit, quoniam vniuerſam ſubſtantiam materiam & formam ab ipſa temperie inſtrumẽto diſtinguit, Galenus pro Natura accipit totum compoſitum, quod, & qua agit.

Si igitur vniuerſa ſubſtantia ipſum rei eſſe ſit, quod calidum innatum temperamentum eſſentiale dicitis; temperies erit calidum innatum, accidentale temperamentum quo, iuxta Galeni illud „ Calidum innatum temperamentum aut eſt anima, vel eius primum inſtrumentum, quod nos (primum ſcilicet eius inſtrumẽtum) aſſerimus. temperies autem & temperamentum idem, quia ſynonyma.

Sãctorio col. 137. prima partium conſtitutio temperatura. Tact. 13.

Inſuper Galenus libello aduerſus Lycum cap. 7. declarat quo modo fiat partium ſimilarium conſtitutio à calido innato primigenio, quod vocatur archigonon, habetque hæc verba, calidum inſitum eſt corpus, videlicet ſanguis menſtruus; & ſemen, ſupple cum ſpiritu vitali (addit) ex his fit prima conſtitutio. Sed addimus nos, non dari aliã primam conſtitutionem, quam temperaturam, & quamuis conſtitutio prædicetur non ſolum de temperatura, ſed de compoſitione & vnitate: tamen temperatura eſt prima conſtitutio: idem Galenus primo de Vſup. cap. 9. collocat compoſitionem & vtilitatem inter ea, quæ neceſſario accidũt temperaturæ: prima igitur conſtitutio eſt temperatura: ergo calidum innatum factum ex ſemine & ſanguine menſtruo ex Galeno erit ipſamet tem peratura eſſentialis.

Pariſanus reprobat, & germanam conſtituit. Cõt. 13.

Hic pede ſiſtendum eſt, vt rem diligentiùs & ſubtiliùs perſcrutemur, ne clarum & luculentum Galeni ſenſum affuſis ex tenebris perdamus, & ſemita hac amiſſa, in hac & alijs inde manifeſtis deuij omninò fiamus, ac cæcutientes poſtmodùm dubiorum baculo falſis innixi rectam fruſtra quæramus.

Non dicit Galenus ab archigono, non à ſemine, ſed ex his ex ſemine (nobis ſolùm) ſimplices ſimilares partes conſtituũtur, non temperamentum. Quid eſt partium ex ſemine conſtitutio? non profectò temperamentum, quod ſemini verè & primò innatum ſemper idem ſeruatur; ſed eſt emerſio (non à ſemine) ex ſemine ſimplicium ſeminearum partium, venæ, arteriæ, nerui, oſſis, quæ ſemineæ à ſemine emergunt, non ex ſanguine, quoniam ex ſanguine nulla pars conſtituitur emergitue, ſed ſanguineæ affunduntur. Nota pulchra tibi noua, quæ rationi & Galeno maximè conſentanea. Qui rationabiliter, inquit, „ ex his (non ab his, à ſemine, ſangnine, ſpiritu) prima fit conſtitutio. Quæ non eſt (vt Sanctorius dicit) temperatura, quæ alia non fit, ſed eſt & ſeruatur ad animalis interitum vſque

prima,

prima, innata ſcilicet, ſemini inquam, non ſanguini, vt toties diximus & oſtẽdimus, quia ſanguis longè poſt ſemini inſito calido prædito & animato accedit poſt primas ſeminis ex ſemine nutritiones, vt alimentum ſecundum pro nutrimento & augmento: quibus peractis primis ex ſemine, ſecundis ex ſanguine nutritionibus augmento ſemini adepto, prima ſequitur partium ſimilarium (ſeminearum intellige) conſtitutio, vt diximus, non vt Sanctorius temperatura: Quibus conſtitutis, venis nimirum, arterijs, membranis, neruis &c. ſanguis affunditur, inde cor, hepar, ſplem, renes & ceteræ carniũ ſpecies, quæ non ex innato calido conſtituuntur emerguntue, vt ſemineæ, ſed ijs conſtitutis affunduntur, inquam, vnde rectè affuſiones, parenchymata. Et ita patet primam ex ſemine conſtitutionem nec eſſentialem temperaturam eſſe, nec fieri, neque ex ſemine, ſanguine ac ſpiritu, propriè archigono: ſed verè ſeminearum conſtitutionem emerſionemque extare.

Sanctorij authoritates & exẽpla. Tact. 14

Hinc Galenus 8. de Vſu par. cap. 13. videns operationem pendere à temperatura, ſeu à calido innato loquens de intellectu ait „ intellectum ſequi nõ compoſitionis varietatem, ſed corporis, quod cogitat, atque intelligit bonam temperiem: quare ſi operationes pendent à calido innato: ſimilitudo dicat Galenus pẽdere à temperatura: calidum innatum erit ipſamet temperatura.

Similiter primo de præſag. ex pulſibus cap. 4. dicit Galenus „ eſſentiam facultatis in commodo temperamento poſitam eſſe: quia quælibet pars, ſi ſit temperatiſſima obit. ſtrenuè ſuum munus: ecce quod ſi temperamentum non eſſet ipſum calidum innatum non poſſet dici, quod eſſentia facultatis conſiſteret in cõmodo temperamento, nec poſſet dici, quod pars quatenus ſit temperatiſſima obiret ſtrenuè ſuum munus. Pari modo Galenus 3. de ſympt. cauſis loquens de prima coctione, his verbis oſtendit à tẽperatura prodire dicens „ primam ciborum coctionem fieri à quadam temperie ex quatuor elementis facta, quę proprietatem corporis ventriculi conſtituit, plurimum ad hanc rem conferente calido elemento, videlicet calore influmente & actuali: quare ſi calidum innatum eſt author coctionis, hoc erit ipſum temperamentum.

Pariſanus recipit vtpote ſecum facientia Gal. [illegible]

Allatæ ex Galeno authoritates aduerſus Cremoninum nobiſcum bellè faciunt, corporis operationes videlicet & facultatum munera ab ipſa partium temperie, quæ calidum eſt innatum, pendere à primo ceu inſtrumento non eſſentiale, quod eſſe rei dicunt, ſed accidentale quatuor qualitatum temperatione, quod allato ex ventriculi exemplo patet: quando non eſſe ventriculi imminuitur, deprauatur, aboletur, ſed ventriculi temperies ipſa, vt multi malè, & peſſimè concoquant ventriculi ſubſtantia haud imminuta, ſed bene temperamento innato calido.

Sanctorij col. 338. ſententiã de ſemine & eius temperiei in teritu. Tact. 15.

Qui verò interpretantur per proprietatem corporis ventriculi temperaturam coniunctam cum ſemine & ſanguine mẽſtruo, quæ ab initio generationis conſtituit corpus ventriculi, errare videtur toto cęlo, quia ab initio illa ſubſtantia menſtrualis & ſeminalis corrupta eſt, ſi verum eſt hoc axioma, quod generatio vnius ſit corruptio alterius.

Pariſanus vt manifeſtè falſã explodit. Cõt. 15.

Nequaquam toto cœlo errare nobis videntur ventriculi proprietatem temperiem generationis initiò ſemini (menſtruo ſanguini minimè ſæpiùs à nobis reiecto) coniunctam exiſtimantes: quia à ſemine omnia dimanarunt & pendent vigẽtque, proprietates, inquam, virtutes, temperamenta &c. Vt maximus ſit dictu error, quod ſemen initiò ſit corruptum, vnde maxima ſequuntur abſurda, vt aliàs mõſtrauimus: quoniam ſemen animatum eſt, vt ſuo in campo explicuimus, vtique ex Galeno oſtendimus: quia nutritur: quia plantarum ſemina & viuunt & plantæ partes gerunt, ſub obtutum cadentes, & quæ eædem numero ſati ſeminis erumpũt ſenſu duce id probante; vt axioma hic ad rem non faciat: quia ſemen non corrũpitur, vt pote viuens & animans, nec inueniri poſſit iamnum illud corrumpens,

nec

nec quamobrem corrūpat, illudque corrumpatur, ſed ex ſemine emergunt partes, & vt iam iam ex Galeno dicebamus ex ſemine primarum partium conſtitutio fit, hoc eſt conſtituuntur, emergunt (vti aſſeruimus) venæ, arteriæ, membranæ, nerui, & ceteræ ſemineæ partes, &c, vnde parentum ſimilitudines, proprietates, innatum calidum temperamentum inſitum, &c. ſeruantur experientia atteſtāte, vt qui contrarium ſentit tota aberret via, quorum pace dixerim: quando horum ſi rectè ratio ſubducatur, nihil inuenire eſſet, quod maximum eſt abſurdum.

Sanctorij de ſeminis poſt conceptū conſernatione ſententiam ex Galeno. Tact.16.

Si verò dicerent cōſeruari in partibus ipſis ſimilaribus ſubſtantiam ſeminalem & menſtrualem; negamus omnino cōſeruari eamdem numero, ſed ſolùm eādem ſpecie: quia eſt omnino à ratione alienū, quod ſemen & ſanguis menſtruus parentum idem numero conſeruetur ſpatio 70. vel 80. annorum & vltra in partibus ſimilaribus ab initio genitis.

Pariſanus vt falſam, & c. reijcit. Cōt.16.

Quod idem ſemen numero (formaliter ſemen, vt menſtruum ſanguinem nos non admiſſimus, immo ablegauimus) ab ortus initio ad interitum vſque ſeruetur ſano ſi modo accipiatur à ratione non alienum; immo verum, (non ſicuti recentiores ſuſtinent, quod ſupra reiecimus) ſed non quale initiò, non liquidum, fluens &c. verùm idem ſemineum, ſemineæ nimirum eiuſdem partes numero, quatenus ex hac ſignata ſeminis parte vena, ex hac alia, arteria, &c. cōſtituta eſt, atque ad interitū vſque ſeruatur. Quòd verò idē ſpecie ſeruetur (patiamini dicā) diſſonū eſt: ex Galeni mēte quādo ſi totū ſemē, quod ſingulis horis generatur continuo abſumitur, quo modo conſeruari dicetur, ſi nec per dimidij dimidiatum diem nec ſemen ex ſemine nec à ſemine fiat? Adde quòd Galenus aſſerit ex primo ſuperfluo ſeruato ſemine in puero (qui quum creſcat eo non abundat, proinde non coit non eiaculat) venam regenerari vt reſponſi mera & caſſa fuga ſit: tameiſi hoc Galeni nos non receperimus.

Sāctorij Tēperamētum. Tact.17

Demum quod eſt immediatum animæ inſtrumentum eſt calidum innatum, ſed temperamentum eſt immediatum animæ inſtrumentum: ergo, maior eſt Galeni 5. ſimpl. cap.9. vbi inquit calidum innatum ſi non ſit animæ eſſentia, ſaltem eſt primum eius inſtrumentum. Minor patet, quia illud eſt animæ inſtrumentum, & primum à quo operationes fiunt; ſed operationes fiunt à temperamento ex Galeno lib. de conſtit. artis med. 5. 1. meth. cap.6. & pluribus alijs in locis ſuperius citatis: ergo calidum innatum erit temperamentum.

Pariſanus, inquit, nec Sanctorio, ne Galeno, nec veritati quadrat. Cōt.17.

Ex hiſce dilucidiſſimè colligitur inſitum calidum nec ſemen, nec menſtruum ſanguinem, nec ſpiritum, archigonumue eſſe poſſe, quia nec coniunctim, nec ſcorſim animam eſſe poſſunt, eo minus animæ inſtrumentum; quo circa quum eamdem ob cauſam, nec eſſentiale calidum, quod eſſe rei dicunt, animæ inſtrumentum eſſe queat, à ſufficienti partium enumeratione, reſtat, vt primum animæ & totius immediatum inſtrumentum accidentale temperamentum innatum ſit calidum, quod nos aſſerimus & ſic per belle Galenus primo de Vſupar.9. „ Cutis eſt Cutis ob certam quandam temperiem caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis.

Sanctorij exempla. Tact.18

Idem colligi poteſt quoque ex Ariſt. 5. de gen. animal. 2., vbi vult calidū natiuū in arteria pulſum efficere, in oculo viſionem, & in aure auditum: ſed ſic eſt, quod viſio à temperamento oculorum, & auditus à temperamento aeris interni, & aliorum inſtrumentorum fit: ergo non ſolùm à calore: Immo cryſtallini & aeris interni aurium calòr minus conſpirat in ſenſorij actionem efficiendam, quam aliæ partes: ideo colligimus temperamentum eſſe calidum innatum, quod eſt inſtrumētum facultatis primum & adæquatum, & non ſolus calor, vt inquit Cremoninus.

Pariſanus vtpote reprobatur. Cont.18.

Idem ex iſtis colligitur & confirmatur, calidum innatum non eſſe quidē temperamenti calorem, ſimplicem nempe qualitatem, (vt Cremoninus ait) ſed nec eſſe calidum eſſentiale, & eſſentia rei; ſed bene calidum eſſentiale ex quatuor nimirum qualitatibus reſultans

ex

ex elementorum mixtione, quod nos aſſeueramus, & eſt primum animæ inſtrumētum vt de Cuti iam iam Galenus dixit. Cōfirmatur interni auris aëris exemplo, necnon cryſtallini: quamuis nos eorum inſtrumentorum ſeu corporum actiones non admittamus, ſed reijciamus, vt ſuo loco patet, An Auris aër &c. vobis ex ſemine, menſtruo, ſpiritu fit? An cryſtalinus?

Sanctorij fuga. Tact. 19. Poſito quòd calidum innatum ſit ipsū tempetamentum eſſentiale: inſtantiæ cōtra illos qui arbitrantur calidum innatū eſſe corpus concretum ex ſemine & ſanguine menſtruo contra nos non habent locum, quia dum dicunt in animalibus ortis ex putredine non eſſe hoc corpus cōcretum ex ſemine & ſanguine: dicimus in his eſſe quid proportionale, quod habeat tale temperamentum, quod poſſit partes ſpermaticas illorum animalium efficere.

Quod nam ſit hoc proportionale in ortis ex putredine, & quod nam ſit proportionale in generatione plantarum nō pertinent ad nos: illud quod proportionale reſpondet menſtruo in plantis ex Alberto Magno eſt humidū pluuiale. Quod verò reſpondet ortis ex putredine eſt certè humiditas, quæ caret nomine.

Pariſanus non probatur. Cit. 19. Si vobis innatum calidum eſt ſemen, eſt menſtruus ſanguis, eſt archigonon, eſt eſſe eſſentiale, eſt eſſe carnis, eſſe oſſis, ex dictis vt cōſtat, quo modo Cremonini inſtantiæ vos aduerſus locum non habent? An ſic vobis non eſt corpus concretum?

Verùm ad rem propriùs, quo modo datur tale proportionale (archigōno ſcilicet) in ex putri ortis, quum ad ſemineas conſtituendas partes ſemen ſat ſit, ſanguine haud quamque opus eſſe, vt ſatis ſuperque demonſtrauimus, & conſequēter minimè archigono reſpondenti; vt quamobrem tali obiectioni ſatisfacere veſtrum non ſit non videam.

Quod in plantis proportionale humidum pluuiale ſit vt Alberto, falſum iam pluries oſtendimus, quando priuſquam plantæ ſemen ſuam egrediatur capſulam pericarpium & humidam ſubſtantiam attrahere & quoquo modo attingere poſſit, viuit, nutritur, augetur, atque partes integrantes poſſidet, vt ſenſus ipſe docet.

Dum verò quærunt vbi ſit hoc corpus in viuentibus reſpondemus, in viuenti & in omni mixto hoc corpus eſſe temperamētum compoſitum ex quatuor elementis: ſic ipſamet caro viuens eſt hoc corpus: ipſum os viuens eſt hoc corpus ſeu temperamentum, quo abolito ceſſat vita & eſſe ipſarum parriū: dicimus eſſe: quia non ſolum intelligimus de viuentibus, ſed de metallis, & omnibus mixtis, quæ talia ſunt per ſuum calidum natiuum, idest per ſuum temperamentum. Hoc igitur poſito non ſequitur dari penetrationem corporis: quia hoc calidum innatum eſt ipſamet eſſentia partium, quæ eſſentia neque diffunditur, neque penetrat ſuas partes intus foris niſi per ſuas qualitates. *Sanctorij reſponſio. Tact. 20.*

Cremoninus quærit vbi ſit calidum innatum ex Galeni mente, ſemen videlicet ſanguis menſtruus, archigonon, quod ſeruari ait, & Galenei affirmant, & alij miſceri ad minima inquiunt, quæ conſiſtentiam non habent, quia inquit corporis penetratio daretur, addimus nos, quū nihil aliud detur (præter archigonō, quod calidum innatum dicitis) cui miſceatur non eſt, nec aſſignare licet, & proinde nec intelligi, & ſubinde & conſequenter iure optimo quærit Cremoninus, quo loci &c. *Pariſano pura fuga. Cont. 24.*

Ea propter ex Galeni mente hoc reſponſum non eſt, nec ipſum tuetur, nec rationi quin etiam conſentaneum: quoniam caromet ipſa (mitto, quod non eſt calidum innatum, nec ex calido, quod eſt ſemen, vel ex ſemine vt patet) viuens, os viuens non eſt hoc corpus temperamentum: quippe ſi eo abolito ceſſat vita & eſſe partium, intelligitur de anima, & hoc non dicetis: (qua recedente non ampliùs caro, os, niſi æquiuoce) ergo de temperamento accidentali primo animæ & totius inſtrumento. Minimè de toto carnis, oſſis eſſe, intelligetur: quoniam ceſſante vita adhuc os remanet, & ridiculum eſſet

dictu,

Digitized by Google

dictu, quo abolito, toto ſcilicet euaneſcente, vita & eſſe ceſſaret.

Sãllerij concluſionem. Tall. 21

Denique ex hoc corpore facto ex ſemine & ſanguine menſtruo reſultat hoc calidum innatum viuens.

Pariſanus excludit. Cõt. 21.

Denique hoc dictum maximam nobis parit obſcuritatem ne dicam falſitatem: quoniam huiuſmodi corpus ex ſemine & ſanguine exurgens non datur cum ex Galeni ſententia, quia ſemen initiò ſemine nutritur, deinde ſanguine alitur, & proinde ſemen & ex ſemine ſolo primum & verum innatum calidum: tum ratione & ſenſu, quibus non colligitur vnquam ſanguinem ſemen ingredi (niſi vt alimentum) eodemue miſceri, & niſi affundi.

Præterea dicendum declarandumque fuit quo modo ex his duobus corporibus, (minimè mixtis, miſcibilibuſue) reſultare poſſit calidum vnum, & aliud innatum viuens: quoniam ſi ſemen primum (primum dicimus ob ſecundum, quod immaginantur) & ſanguis menſtruus archigonon corrumpuntur (vt dicitis) ab aliquo profectò corrumpentur, & à fortiori, quia ſequitur victoria: ergo & pugna: addo & à frigido, quoniam ſimile non agit in ſibi ſimile, & quicquid corrumpitur à ſuo contrario interit, nobis ignotum, & creditu difficillimum. Ampliùs primum ſemen temperamentum innatum primum, quia optimè elaboratum & perfectum à parentum corporibus in vterum deſcendit, corrumpens nequaquam, vnde? quid? vbi? à quo? præterquàm quòd ſic ſimul amittũtur & pereunt teſtium & parentum virtutes, temperamenta, proprietateſque indiuiduales: vtpote à contrario corrũpente, & deinceps alia prorſus & contraria omnia, eo potiſſimum quia dicunt, quòd calidum innatum ſit ſemen, ſit totum ſeminis eſſe.

Ad hæc innatum hoc ſecundum calidum, quid eſt priuſquam ex ipſo conſtituantur partes? non ſemen, ſanguis, quoniam iam corrupta ſunt: & quũ præter ſemen, ſanguinem, & partes ex quibus hæ, nihil datur, nihil erit. Adde quòd corrumpetur primum ſemen, ex Galeno viuens animans, vt ſatis ſuperque patet rationique congruens. Quo modo verò hoc, & à quo animabitur primo emortuo temperamento, virtutibus & proprietatibus à parentibus præſtitis, extinctis, impoſſibile (nobis ſaltem) eſt mente aſſequi: Ideo hæc nobis difficillima, vobis facillima forſaſſe exponenda fuere.

Sãllerij inſiti calidi è parentibus vitam. Tall. 22.

Nec valet dum dicunt ex Galeno hoc calidum non eſſe inſtrumentarium: quia ex ipſo Galeno poſtea adnaſcũtur inſtrumenta: inde colligunt non viuere: quia anima eſt actus corporis viuentis.

Somnia.

Cui inſtantiæ reſpondemus, illud calidum archigonon ex ſemine & ſanguine menſtruo factum viuere in vtero vita parẽtum: ſicuti qui verſati ſunt in anatomia viuorum ſciunt: in principio enim fœtus per arterias vmbelicales, licet non ſint facta inſtrumenta, in fœtum effunditur ipſa vita. Deinde quando facta ſunt inſtrumenta incipiunt infantes vita propria gaudere.

Pariſanus non recipit. Cont. 22.

Vno, inquiunt, poſito inconuenienti plura ſequuntur. Ex diminuta falſa Ariſtotelis animę definitione, hic magnus ſequitur error. In primis quòd archigonon trium diuerſorum corporum non mixtorum, nec quin etiam miſcibilium vnio, viuat. Secundò id parentum vita viuere. Tertio per vmbilicalia vaſa vitam effundi. Hanc peritiam nos virorum ex anatome nondum aſſequuti ſumus, ideo magiſtrum quærimus.

Si vita effunditur igitur & anima quippe vita animæ effectus, & non ſine illa: ergo anima in ſpiritu & ſanguine mẽſtruo, & per hæc effunditur: igitur menſtruus ſanguis & ſpiritus animati: ergo in vtero menſtruus ſanguis & ſpiritus & deinceps in arterijs viuunt, anima præditi ſunt: ergo archigonon à menſtruo mutuata anima, propria (non parentum) vita viuit.

Amplius arbitratu veſtro, ſi aliena vita priùs viuunt: ergo viuunt & non viuunt: quia viuunt propria abſque anima, quia abſque inſtrumentis, & abſque illa (vt abſque illis Ariſtoteli) non viuitur, quia eſt qua viuimus & ſumus.

Si matris vita (non parentum) & hæc ab ipſa præſente anima, matris ſcilicet; ſed & hæc inſtrumenta inibi vbi & degit & agit requirit: ergo vt eſt matris vita, & anima, & e conuerſo: ergo inibi mater viuit; ſed quum abſque inſtrumentis vobis anima non adſit: igitur neutrius vita.

Aſt quo modo matris anima & vita fœtus corpus ingrediatur niſi dicto reiecto modo?

Quoue nam pacto in ouo, ac in ex putri ortis initiò parentum vita viuitur?

Ceterùm factis & abſolutis inſtrumẽtis ſi propria viuitur anima, quid de mutuata priori? Rationabilius propterea cum Galeno dicimus ſemẽ viuere, nutriri, & augeri & proinde propria anima.

Verùm quæſumus vos, vbi in oculi cryſtallino, quẽ viuere, immò videre quin etiam dicitis, inſtrumenta? in interno auris aëre, (nos confutauimus) quem viuere, anima prẹditum eſſe, ac quin etiam & audire abſque erubeſcentia aſſeritis?

Si quæratis quo modo ſemen abſque viſilibus inſtrumentis, reſpõdebimus noſtrum id non eſſe: ſat nobis inſtrumenta ex ſemine emergere aut ab anima fieri (à quo nam poſtea?) & priuſquam fiant emergantue animam profectò adeſſe, & cõſequenter neceſſario nutriri, quod viuere eſt.

Pulcherrimum.

Quo pacto autem hæc fiant ſi ſcrutaberis, conuinceris non intelligere neque tuam imbecillitatem, neque Opificis tui potentiam, inquit, Galenus 15. de Vſup. cap. 1.

Sanctorij argumentum. Tact. 23. col. 342.

Denique ſi ſubſtantia aerea pinguis & oleoſa eſſet calidum natiuum, ſequeretur quod vbi talis ſubſtantia eſſet copioſior, ibi actiones eſſent vegetiores, & ibi vita eſſet magis longeua: at ſic eſt, quod copioſior poteſt eſſe hæc ſubſtantia in puero mortuo, quam in ſene viuo: ergo nulla ratione dici poteſt, quod formaliter ſit calidum natiuũ, calidum enim innatum habet hoc priuilegium, quòd vbi plurimum ſit, ibi actiones ſint vegetiores: quare credimus hoc calidum eſſe tẽperamentum eſſentiale quod à Galeno vocatur eſſentia partium ſimilarium, quo corrupto ceſſant operationes, & per conſequens ipſa vita.

Pariſanus retorquet & ablegat.

A ſimili nos dicimus & argumentamur, quòd puer mortuus erit totus ſemineus, vt (aſſerunt) initiò præterea totum archigonon ſibi abſque vita, & abſque temperamento omnium operationũ auctore: viuens autem ſemen vegetior ad operationes omnes, quæ à calido innato pendent: ergo innatum calidum eſt temperamentum accidentale quatuor qualitatum dicto modo: quoniam, vt Galenus ait, „ primo de Vſu par. cap. 9. & alibi, vt ſupra. Cutis eſt cutis, ob certã quandam temperiem, caliditatis, frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis.

Sanctor. Calidũ innatum eſt res ſolida. Tact. 84.

Andreas Lautentius de cordis temperamento quæſt. 14., dicit calorem natiuũ nihil aliud eſſe, quàm humidum primigeniũ ſpiritu inſito & calore perfuſo. Quot verba tot errata: quia humidum non eſt calidum: deinde quæritur adhuc quid ſit calor natiuus. Præterea calidum natiuum eſt res ſolida & vitã habet actiones quas humidum non habet: quare illud eſſe debet calidum innatum, à quo proueniunt operationes, ſed temperamentum eſt huiuſmodi.

Pariſan. 24 reprobat. Col. 24.

Sic perperàm Galenus & perperàm Medici omnes. (ſi calidũ innatum eſt res ſolida) ſpiritus, ſemen, & archigonum id dicentes, internum interim auris aerem miſſum faciens.

Similiter Sanctorius eadẽ ſemen, ſanguinem menſtruum, ſpiritum, archigonon ex illis calidum innatum conſtituit priuſquã ſemineæ partes vena, arteria, neruus, membrana, os, &c. ſolideſcant, perperàm innatum calidum vocat. Addimus prẹterea, quòd ſic accepta res ſiue ſolida, ſiue liquida perperàm innatũ dicitur calidum temperamentũ operationũ authorẽ, quoniã ſic eſt compoſitũ quod, nõ quo totum, & anima cõcoquit & ſuas operationes exercet, quod quatuor qualitatũ temperamẽtũ eſt, à prædominãte calore innatum (initiò) calidũ dictum, minimè res ſolida, vt mirum ſanè nobis ſit, quòd Sanctorius ſupra & infra ſæpe ſæpius cõtra Cremoninum dicat calidum innatum non eſſe

cali-

Digitized by Google

calidum temperamenti, (quod Cremoninus aſſerit) ſed eſſe temperamentum ex eodem temperamenti calido, & alijs tribus qualitatibus: quare qualitarum temperamentum confirmat: modo verò, id, rem ſolidam ſtatuit, & ſic vndique tenebræ.

Ex Sanctorio Galeni et Auicennæ authoritates. Tact. 25

Hinc Galenus (vt probatum eſt) 8. de placit. 7. ait, calidum natiuũ eſſe auctorem omnium naturalium operationũ. Tertio, verò de cauſis pulſuum c. 9. aſſerit, calorẽ natiuum eſſe illum, qui concoquit, & non ſubſtãtiam oleoſam. Pari modo Galenus 2. de facult. nat. 9. dicit temperamentum eſſe cauſam operationum: lib. verò de cõſtit. artis cap. 5. determinat operationes à temperamento partium ſimilariũ primò prodire. Similiter Auicennas c. 1. doctr. 3. in prima fen loquens de temperamẽto, habet hanc ſententiã. Deus dedit temperamentum cõueniens ſuis operationibus: ergo operationes prodeunt à temperamento: ergo calidum innatum, à quo dependent operationes (vt dictum eſt) in idem reſidet cum temperamento. Sed occurrunt nonnulla dubia circa ea, quæ dicta ſunt. *tol. 343.*

Pariſanus recipit vt ſecum facientes. Cit. 25.

Galeni authoritates haſce recipimus & nobiſcum facere aſſeueramus, & deinceps ex Galeni ſententia, & re ipſa operationes à partium ſimilarium temperamento prodeunt; profectò temperamentum calidum innatum non erit res ſolida, quæ eſt ipſa pars ſimilaris, vena, arteria, membrana, &c. quæ vt agens, quod, operatur ſui medio temperamento innato calido inſtrumento, vt quo.

Sanctorij dubitatio. Tact. 26

Auerroes primo collig. ait, partes agere, & affici à calido innato, qui alius eſt à temperamento: ergo calidum innatũ non erit temperamentum, vt dictum eſt.

Solutio talis eſt, quod calor innatus ſit alius à temperamento videlicet accidentali à quo actiones non fiunt: quia ex Ariſtotele 4. metaphyſ. tex. 14. accidens nõ eſt accidentis accidens; fiunt tamen à temperamento eſſentiali, quod dat eſſe partibus eſſentialibus.

Pariſanus rectius ſoluit. Cont. 26.

Nos ſecus ſoluimus, partes ſcilicet verè agere, quippe vt quę, ſeu vt (aiũt) quod. Affici verò à calido innato, quoniam inſitum calidum temperamentũ partium ſubſtantias abſumit & depaſcitur, cuius eſt alterare & abſumere, accidentale, inquam, temperamentum, non autem ſubſtantiale, elementale quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, neque viſcerum accidentale influens, cordis, &c.

Sanctorij ſolutio et reſpõſio. Tact. 27.

Secunda dubitatio in comm. iſto 14. primi aphoriſ. dicit Galenus ſubſtantiam noſtri calidi innati eſſe aeream & aqueã, ſeu oleaginoſam: ergo non eſt temperamentũ. Reſpondemus temperamentum fieri immediatè ex hac ſubſtantia aerea & aquea: immo oſtendimus ſuperius, dũ calidũ innatum factum eſt, illico corrumpi ſemen & ſanguinem menſtruum, ſeu illam materiam aeream & aqueam: idem tamen calidum innatum rurſus efficere ſeminalem materiam, ſed non eamdem numero, ſed eamdem ſpecie, quæ eſt effectus & nõ forma calidi innati ſimilariũ partiũ.

Pariſano non quadrãt. Cont. 27.

Nos Galeni & ſequacium ſententiam admittimus, quòd ſemen dicto modo innatum calidum ſit: difficultatem nõ facit (vt nec alijs) hæc partium ſpecificatio expoſitio, quæ ſemen conſtituunt; ſed bene obſcuritatem nõ paruam parit Sanctorij reſponſio. Cui, quoniam ſupra ſatis ſuperque factum eſt, (in 16. & 21.) actum non agemus. Addimus tamen.

Si Galeno Calidum innatum eſt ſubſtantia aerea, aquea, ſemen & mẽſtruum: ergo non fit ex illis eiſdẽ. Si dum calidum innatũ factũ eſt Sanctorij, illico corrumpuntur illa, ſemen ſcilicet menſtruũ: materia illa aerea, aquea, ſeu oleaginoſa: igitur illud eſt prius, quàm ea ex quibus fit, (quoniam quod corruptum eſt non corrumpitur) quod nobis implicat.

Sanctorij Gloſſema de ſaltria abortus inſito calido. Tact. 28

Neque fœtum (vt aiunt) in ſuo exordio credimus eſſe calidum innatum, quia tunc in fętu ſunt ſua excremẽta, humores, ſpiritus influẽtes, quæ re vera nõ pertinẽt ad calidũ innatum, quod eſt initium omniũ operationũ, & licet ex Galeno in apparente genitura excreta, quam enarrat Hippocrates lib. de nat. pueri de Pſaltria,

ſit calidum innatum, antequam oſſa, venæ, arteriæ, nerui, tendines, vel ligamẽta appareant; tamen non eſt dicendum, calidum innatum formaliter eſſe carnem illam mollem, ſeu illum ſanguinis grumum, ſed in grumo, ſeu carne molli eſſe ipſum calidum innatum, ſeu temperamentum primigenium: nonne præter temperamẽtum in grumo illo ſunt humores, ſpiritus influentes, & excrementa?

Pariſanus nõ recipit, ſed damnat iure ac merito. Cent. 28. Nemini dubium fuerit, quod Galenus doctiſſimus non affirmauerit, neque crediderit vnquam excrementa in Pſahriæ excreta carnea mole, neque in illis (ſpiritus autem & ſanguinem eſſe aſſeruit dubio procul cum proprio ſub nomine, tũ archigoni) calidum innatum eſſe, ineſſeuc; ſed mirum quòd carneam illam molem id ſtatuerit.

Ceterùm Galeni illa aliàs excuſſa mittamus, & Sanctorij hæc medullitus raptim tamen expendamus quærẽtes, Quid ſit iſtud innatum calidum in grumo, in molli illa carne. Non ſanguinis grumus, caro, quod ipſe etiam inficiatur: quid igitur eſſentiale aliud inibi ſpeculabimur, quod in grumo collocat? nos nec eſſentiale nec accidentale innatum calidum tẽperamentum ibi rimari poſſumus, quia ſanguinis grumus. Bene intus ſemen eſſe credimus: immo potius inchoatam fabricam, embrionem ab eo ſanguine diſtinctam, quia ſex dierum fuit cõceptio. Sed quid quæſo illa de carne, ſanguinis grumo fit? non certè ex ipſo feminea fiunt, quia illa ex ſemine: non carnea parenchymata interfuſiones: quia vaſis affunditur & ſenſim & guttatim, non tũc, ſed quando vix fabrica ſub aſpectum cadit, non intrinſecus, ſed extrinſecus accedit & obruit in minima mole non confuſa, ſed bene diſtincta, vt non conſultò, ſed caſu & ex accidenti propter aborſum ſanguis effluxus grumeſcat.

Sãctorij allata col. 344. Authoritates. Tall. 29 Tertia dubitatio, quo modo calidum innatum poteſt eſſe temperamentum (vt oſtenſum eſt) ſi temperamentum eſt vna qualitas, vt docet Auicenna reſultans ex actione, & paſſione contrariarum qualitatum? Quæ Auicennæ opinio maximè conſentit doctrinæ Galeni in lib. de temperamentis.

Reſpondetur temperamentum ſumi duobus modis, vel pro qualitate prædominante, quæ qualitas eſt accidens calidi innati ſeu temperamenti eſſentialis: hoc modo temperamentum eſt in Prædicamento qualitatis: vel ſumitur temperamentum penes ſubiectum factum ex ſemine & ſanguine menſtruo, vnde fit calidum innatum, quod eſt temperamentum eſſentiale, & totum eſſe partium ſimilarium: hoc modo eſt in prædicamento ſubſtantiæ.

De hoc temperamento Galenus primo de Vſup. 9. habet hæc verba „ Qui dicit carnem, dicit totum eſſe carnis, qui dicit os, dicit totum eſſe oſſis: hoc totum eſſe oſſis vel carnis dicit eſſe temperamentum. Nos addimus hoc totum eſſe partium ſimilarium eſſe calidum innatũ, per quod ſingulæ partes differunt inter ſe: ſic argentum differt ab auro per ſuum calidum innatum, ſeu per eius temperamentum eſſentiale.

Sic Galenus 2. de facult. nat. dicit tẽperaturam eſſe cauſam actionis: tertio verò de cauſis pulſuum vult calidum innatum eſſe cauſam actionis, qui calor innatus eſt ille, qui concoquit. 8. de placit. 7. dicit calidum innatum eſſe cauſam omnium naturalium actionum: quare calidum innatum in idem recidit cum temperamento.

Hac ratione Galenus 6. de placit. cap. 8. videns temperamentum eſſe totum eſſe partium, dicit, ſi aliqua pars corporis haberet cerebri temperamentum, haberet quoque cerebri operationes: quia ſi haberet cerebri temperamentum, haberet ventriculos, & alias cerebri conditiones, quæ pertinent ad compoſitionem: quia compoſitio ſeu conformatio collocata eſt à Galeno primo de Vſup. 9. inter ea, quæ neceſſario accidunt temperamento.

Ex Auicennæ, Galeni, ſentẽtia & re ipſa liquido cõſtat tẽperamentũ qualitatẽ eſſe, *Pariſanus aut*

Falſo, aut falſa. Cont. 29.

ex quatuor exurgentem, ſicuti eſſentiale temperamentum innatum calidum, vt nouum ita purè fictitiũ, & deinceps Galeni ſententiam & ipſam veritatem obſcurare. Quippe Galenus in primo de Vſup. c. 9. hoc non vult, nec talia ſcripſit, (Sanctorij pace dixerim) vt propria illiusverba indicant ac ſonant, & ſunt „
» Inſunt autem primum & maximè tem-
» peramenta, quippe quæ propriam par-
» ticularum ſubſtantiam complent. (igi-
» tur non ſunt ipſa ſubſtantia) corpus e-
» nim tale natura eſt, propterea quod ca-
» liditate, frigiditate, humiditate, ſiccita-
» te ſic commixtum eſt. Nam carni (in-
» quit) eſſe carnem, & neruo neruum, &
» aliorum vnicuique, id eſſe, quod eſt, ob
» qualitatum quatuor prædictarum cer-
» tam quandam temperaturam contingit.
» Hæc Galenus vti exemplo ipſius cutis
» ex eodem ſupra comprobauimus.

Si igitur vnicuique tale eſſe ob quatuor qualitatum temperatura contingit, temperatura non erit vnius cuiuſque illud tale eſſe eſſentiale, ſed quatuor qualitatum temperamentum, & innatum calidum, à quo illius tale eſſe, & totius & animæ inſtrumento operationes dependent omnes. Eſſentiale elementorum temperamentum (non calidum innatum, niſi ſatis lato ſumpto vocabulo, & impropriè) admiſimus & probauimus, & nunc Galeni authoritate comprobamus, qui hæc, habet quarto de ſimplic. medic. facult. cap. 15. „
» Dictum autem demonſtratumque ſæpe
» numero eſt, nec ſecius aliàs quoque re-
» petam, quid ſit ſecundum totas ſubſtan-
» tias, agere, aut pati: (Addit) ex quatuor
» elementis particulatim corporibus om-
» nibus cõſtant generationes impares mi-
» xtura, ac diuerſæ: ſiquidem quædã ignis,
» quàm aliorum elementorũ in ſe plus con
» tinent; quædam aquæ; ſicuti alia ſi fors
» ita tulit, terræ; nonnulla aëris. Ex eiuſ-
» modi itaque imparitate proprietates
» corporum particularium ſunt perfectæ.

Vt ex Galeni hiſce & elementorum & ſubſtantiarum eſſentialia temperaméta & operationes à tota ſubſtantia qualitatibus tribuenda conſtare: vnde diuerſa qualitatum temperamenta ſubſtantiarum mixtura, imparitates, & innata calida, à quibus variæ & diuerſæ coctiones, operationes &c. proficiſcuntur.

De Cerebri allata ſententia & exemplo dicenda haberemus, nec friuola fortaſſe, ſed quia nec Galeni verba, proinde nec ſententiam perpendere potuimus, quia Sanctorius falsò locum citat, (vt nec non alia) forſam impreſſoris errato, propterea miſſum facimus.

Sanctorij primum temperamentum. Part. 30.

Reſtat vt videamus, quotuplex ſit calidum innatum, ſeu temperamentum innatum quod dat eſſe partibus ſimilaribus. Ex Antiquis Latinis, & tandem ex Vgone Senenſi tria dantur temperamenta.

Primum eſt temperamentum innatum ſiue implantatum ab ortu naturæ, quod à Galeno primo Aphoriſ. comment. 15. vocatur vniuerſa ſubſtantia, quod eſt initium omnium operationum: per hoc temperamentum (vt docet Galenus primo de Vſup. cap. 9.) os eſt os, & caro eſt caro.

Pariſanus ratione & authoritate exploditur. Cont. 30.

Iam iam oſtendimus ex ipſiuſmet Galeni authoritate & clariſſimis verbis, oſſi, carni, &c. eſſe, ob certam quandam quatuor qualitatum temperiem contingere: nequaquam per vniuerſam cõpoſiti ſubſtantiam, perperàm temperamentum dictam, vt ex dictis manifeſtum eſt, necnon ex dicendis innoteſcet ex eodem Galeno, & ipſa ratione. Siquidem Galenus loco à Sanctorio citato primo Aphoriſ. comm. 15. non dicit per hoc temperamentum vniuerſam, ſcilicet ſubſtantiam, ſemen, ſanguinem, & ſpiritum, os eſt os, ſed dicit, ex archigono ex primigenia hac ſubſtantia in primo ortui veluti in libris de ſemine diximus, fiunt partes animalis ſolidio- »
res: mox verò augumentum, & nutritio »
in iſtis perficitur. quæ nos ex Galeno »
non ſemel diximus, primum ex ſemine (nõ »
ex menſtruo ſanguine) ſolidiores partes fieri emergere, (non per ſeminis proinde corruptionem, vt Sanctorius vult) ſecundo initiò ſemine nutriri, mox ſanguine, & iiſdem augeri.

Digitized by Google

Præterea ſi hoc temperamentum eſt (vt dicitis) vniuerſa ſubſtantia, per hoc os non eſt os, quando illud, Per hoc, ſignificet efficiens conſtituens, animam, per quam ſumus, viuimus, mouemur, agimus, vel per illius inſtrumentum, quo aliquid intrinſecus fit. Et idem non poteſt eſſe totũ compoſitum, quod, & quo, quatuor qualitatum temperamentum.

Sãctorij ſecũdum tẽperamẽtum. Tact. 31

Secundum eſt calidum influens, ſeu tẽperamentum influens: hoc quoque poteſt dici innatum, quia licet ſit influẽs habet in ſe ipſo ſuum innatum calorem: hac tranſmittitur à corde, & à cerebro in ſingulas corporis partes, in quibus efficit quandam craſim ſeu temperamentum, quod dicitur influens, quod non eſt tamquam forma partium, vt putat Auerroes 4. collig. c. 2., ſed eſt tamquam materia ſeu pabulum, quo nutritur calidum inſitum & implantatum hocque promouet partes ad agendum, alioquin torpent & feriantur.

Pariſanus 31. indẽ ablegat. Cõt. 31.

Neque hoc influens innatum calidum bene dicitur, nec quà innatum, quoniam vt influens nouiter genitum nequaquam innatum: quoniam ſemen priuſquam illa influant in vtero nutritur, vt ex Galeno probatum eſt, eo minus à corde influens, vtpote longè poſterius: nec quà corpus: quoniam quatenus corpus calidum non poteſt aſſeri & dici partium forma, vt Auerroes tradidit, quippe corpus non poteſt eſſe alterius corporis forma, ſed bene qualitatum temperamentum exiſtimantibus calorem, ſeu temperiem partium eſſe formam. Sed dicendus calor influens, cuius præſtantia, & ope partium temperamenta vegeta redduntur & ſeruantur, vtique eiuſdem abſentia torpent feriantur & deſtruuntur, quemadmodum in neruorum obſtructione & paralyſi patet ex defectu acceſſus & tranſitus animalium ſpirituum, à quibus nerui propria temperies & ſymetria ſeruatur; vnde vſus & actio refocillatioque ex tenuiſſima & elaboratiſſima eorum materia ſequitur. Qui ſpiritus à quatuor fontibus influnt, iocinore, corde, cerebro, teſtibus, vt quibus exſecti ſunt oſtendunt eunuchi, capones, boues, ſicuti aliàs fuſius declarauimus.

Sãctorij tertium tẽperamẽtum.

Tertium temperamentum eſt mixtum ex innato & influente: ex innato tamquam forma, ex influente tamquam ex pabulo tam nutriente calidum implantatum, quam actiones promouente atque ad actum ipſum illas reducente.

Col. 347.

Ab hoc temperamento ſic mixto immediatè & adequatè dependent operationes omnium partium corporis: per hoc temperamentum oculi vident, & ceteræ corporis partes exercent ſua officia, per hoc cerebrum generat ſpiritus animales, dum ſpiritus vitales influunt in plenum mirabilem, vbi ferunt quandam, craſim, ſeu temperamentum, quod dicitur influẽs, ex quo & ex innato fiunt animales ſpiritus, quibus exercentur animales operationes.

Pariſanus ſimiliter reijcit & reprobat. Cõt. 32.

Hoc tertium temperamentum nos ſubodorari potuimus numquam, vel quia parum emunctæ naris ſimus, aut quia reapſe non reperiatur, vt vel ſubtiliter diſcurrenti innoteſcet. Primum quia innatum calidum eſſentialiter nullo modo poteſt eſſe forma, vt pote mixtum: & influens vt pabulum (ſicuti re vera eſt) non poteſt eſſe pars compoſiti, quia vtpote verè pabulum & maxime elaboratum illicò in oſſis, nerui, &c. alimentum & ſubſtantiam (cũi corrupta forma) nerueam, oſſeam tranſit, & ita non video quo modo tertium ex hiſce fieri poſſit. Præterea vel influens ſanguis, calor, ſpiritus ab hepate, à corde miſcetur primo innato calido, archigono, inquam, (quod nos non admiſimus) & hóc non, quia tunc (præterquam quòd non datur nutritio) actiones non eſt promouere; ſed quod omnino repugnans eſt, quia non datur influxus, nec influens, nec partes influentes, nec ſpiritus, vbi (ne ad matris ſubminiſtrantia, & influentia viſcera confugias) in ouo, vbi ex cœnoſa materia ortis? Vel miſcetur ſecundo innato calido eſſentiali veſtræ inuentionis, conſtitutioni videlicet per corruptionem primi, archigoni ſolidis ſimplicibus partibus venæ, neruo, oſſi, &cæt. Et hoc non dictas ob certas cauſas.

Digitized by Google

fit. Vel miſcentur influentes calidi cerebri, teſtium, neruis, venis, &c. Et hoc minimè, non ſolùm quia fluida ſolidis miſceri nequeunt, verum quia iſti ſeminei ſpiritus ſunt effectus & pabulum ſemineorum ad vim vigorem & temperamenti ſymetriam ſeruandos tranſmiſſi, quibus ipſæ ſemineæ partes refocillantur, nutriuntur, vigorantur, atque in propria temperie & robore ſeruantur, vt in illorum abſentia experimur ex obſtructionibus & paralyſi, ſi contrariorum eadem eſt ſcientia. Aut miſcentur influentes ex innato primò calido cerebri & teſtiũ cum influentibus ſpiritibus influentium ſanguineorum viſcerum iocinoris, cordis: & hoc haud quaquam, quoniam quid, ſeu (vt aiunt) ad quid perditio hæc, ſi confeſtim ad partes conſeruandas vt pabulũ aduolant, & nutriunt? Sed vbi, quando, à quo, quo modo, quo fine miſceantur non intelligo, proinde dubito caſſum & vanum excogitatum eſſe inuentum.

Quod ſi hoc ita mixtum temperamentum inueniri non ſit, nec colligere licebit ab eo immediatè adęquatèque corporis partium omnium ope actiones depẽdere; bene à qualitatum temperamento.

Et ſi ex dictis vt patet, ex innato ſeminalium calido & influentium parenchymatum influenti mixtio fieri nequit, eo minus ex vitalium ſpirituum craſi temperatura mirabili, inquit, plexui illata impreſſa & ex innato cerebri temperamento, & conſequenter neque ab hac ficta mixtione animales ſpiritus fient, cerebri & neruorum purum alimentum: quando innatum cerebri eſſentiale calidum, quod illis, eſt cerebrum ipſum, vel ſi mauis cerebri ſubſtantia, animalem ſpiritum non ingreditur; ſed per vlteriorem concoctionem & elaborationem vitalem in animalem ſpiritum, quo animales operationes exercentur, vertit.

Adde quòd communicata à vitalibus ſpiritibus mirabili plexui craſis (vt eius verbis vtar) eſt accidentale temperamentum, non eſſentiale, & ita inuitus noſtram in ſententiam, ad accidentale temperamentum deſcendit, & ſibi deſtruit.

Sed præter temperamenta propoſita dantur duo alia temperamenta: alterum, quod conuenit toti indiuiduo: alterum verò quod conuenit alicui particulæ ſingulari, quod ſolum conſiſtit in mutua actione & paſſione quatuor qualitatum accidentalium. Hæc duo temperamenta valde differunt ab innato, ab influente, & à mixto ex his: quia hæc tria reſpiciunt ſubſtantiam: hæc duo poſtremo propoſita reſpiciunt accidentia. *Sanctorius duo accidentalia tẽperamẽta memi nit. Tall.33*

Non improbamus duplicia hæc accidentalia temperamenta, immo multiplicia quin etiam eſſe aſſeueramus, quoniã aliud eſt eſſe venæ accidentale temperamentum, aliud arteriæ, nerui, membranæ, oſſis, &c. & aliud totius indiuidui: Vnde dicimus, Franciſcus eſt calidior Antonio, ſic ſpeciatim leo calidior equo, equus aſino; ſed hoc parum ad rem, ad præſentem difficultatem facit nihil. *Pariſanus etiã, & alia addit, ſed non ad rem. Cõt.33.*

Sed ſi loquamur de calido innato, quod pertinet ad nos, dicimus, quod triplex ſit: primum eſt archigonon, quod ex Galeno lib aduerſus Lycum cap.7. ſtatim fit ex ſemine & ſanguine menſtruo. in hoc calido collocata eſt virtus alteratrix, quæ de nouo fabricat neruos, membranas, & ceteras partes ſimilares, mox virtus formatiuã, quæ componit, datque partibus viuentibus ſitum, numerum, figuram, & meatus, vt probatum eſt ſuperius. *Sanctorius quę Cont.18. ſupra repetit, & comprobare mittitur. Tall.34.*

Secundum calidum innatum eſt conſtitutio partium ſimilarium, ſeu temperamentum partium ſimilarium, quod dependet ab archigono; ideſt à ſemine & ſanguine menſtruo, vt filius à Patre, quod probatur à Galeno lib. aduerſus Lycum loco citato, vbi dicit ex ſemine & ſanguine menſtruo fieri conſtitutionem ſimilarium.

Similiter Galenus 2. de ſemine cap.4. habet hanc ſententiam „ Vt primum ſemen coniectum eſt in vterum, vna pars in membranam, alia in vaſa conuertitur. Eadem vaſa quoque generant materiam ſeminalem, ſed non ita excoctam & perfectam (ait Galenus) quod poſſint de nouo generare partes ſimilares, vt facit illud archi-

archigonon, quod ſtatim ex ſemine & ſanguine reſultat antequam genitæ ſint ſimilares partes. Ex his colligimus, quod ſecundum calidum innatum fiat ex ſemine & ſanguine menſtruo per veram generationem, ita deſinant eſſe illud ſemen & ſanguis menſtruus, & aliud ſimile generetur à ſecundo calido, ideſt à temperamento ſimilarium facto ab archigono calido, quæ ſeminalis ſubſtantia ſpecie conuenit, ſed non numero cum primo ſemine efficiente calidum archigonum.

Quare licet Galenus dicat loco citato & in hoc comm. quod idem ſemen perſeueret vſque ad obitum, intelligit idem ſpecie, & non numero: ridiculum enim eſt, quod ſemen parentum perſeueret in filio vſque ad obitum: quaſi quod eſſet ingenerabile & incorruptibile.

Tertium calidũ natiuum conuenit ſanguini, & ſpiritibus, quatenus ſunt corpora mixta: habent enim ſuum calidum innatum, ſeu temperamentum eſſentiale, per quod ſpiritus ſunt ſpiritus, & ſanguis eſt ſanguis. De his tribus duo viuunt, nempe calidum natiuum archigenon, & natiuum partium ſimilarium, quod eſt ipſum eſſe, & ipſum viuere illarum; calidum vero innatum humorum & ſpirituũ non viuit: ideo habet ſolùm vſum & non actionem: actio enim ſolum à viuentibus perficitur.

Pariſanus deni que et reprobat, & firmiter ſignat. Cle. 34.

Demùm innato de calido concludit vt planè illud referet Sanctorius, ſed nobis planè claudit, vt Galenum & rem ipſam obſcuret, & (ſua pace dixerim) confundat, ijſdem reclamantibus Galeno & Veritate ipſa ſi bene intelligimus & ratiocinamur. Non ſolùm quia non ſit triplex, calidum ex dictis vt patet. Quod non fiat ex ſemine & ſanguine, ſed, ex Galeno ibidem & vbique & ſequacibus, ſit ipſummet ſemen & ſanguis totum eſſe rei. Quod ſecundum calidum non datur ex Galeno & alijs, nec reapſe ſit, vti ex ſequentibus Galeni cum Hippocrate verbis eo loci in libello aduerſus Lycum c. 7. videre eſt „ videlicet fiunt deinde ob multam & quæ aſſiduè (nota aſſiduè, non dicit, illicò, e veſtigio, temporis momento, vt in generatione contingit (ſit, mutationem (nota mutationem, non dicit eſſentialem, vt intelligat alterationem accidentalem abſque corruptione, & hæc eſt partium conſtitutio, vt hiſce ex ſequentibus innoteſcet) „ oſſis lineamenta (lineamenta, inquit) quædam ac chartilaginis, & ligamenti, & neruî, & arteriæ, & venæ, quo quidem tempore innatus adhuc (adhuc innatus, nota, perſeuerans,) perſeuerans calor fetus ipſius corpus eſt, quod nihil, quàm ſanguis, ſemenque aliud eſt. quid clarius?

Quem addit Sanctorius Galeni locum 2. de ſem. cap. 4. non facit ad rem, tum quia de fœmineo ſemine (ibidem) non fœcundo: tum quia de fœtus membranarum & vaſorum ymbelicalium productione Galenus loquitur. Alia quæ ſequuntur verba, videlicet, Eadem vaſa quoque generant, &c. falsò ac perperam Sanctorius Galeno tribuit ſua pace dixerim, quando error maximus, quia multa inde ſuboriuntur errata.

Primùm (vt mittam, quòd lectorem fallit, eidem ſi fidem adhibeat, vel quia ſæpe ſæpius loca citati authoris non reperiantur: vel quia alia & diuerſa ſignificantia afferantur. Vt non ſecus alij malè etiam conſueuerunt libros citare nõ capita, vt ſuo iure & ſcriptores & Lectores propriam in ſententiam trahant, quæ quàm bellè, aliorum eſto iudicium. Primum, inquam, quòd ſecundum calidum innatum vera generatione fiat. Secundũ, quòd illud primũ deſinat, quod manifeſtiſſimè Galeno & Veritati (de innato ſemineo nobis ſaltem, cõtrariatur. (quemadmodum quod, addit, Archigonon generet, quod nec ſomniauit Galenus quidem, ſed aduerſus Lycum clarè dicat reliqua eidem ad generari, quod intelligendum ex eodem ſemine exurgere, quoniam ſeminea ex ſemine, nec datur, addiiurue aliud ſemen præterquàm quod ſibi alimentum progignit) vt ex iam iam allatis Galeni verbis dilucidiſſimè patet, vtique paulò infra hiſce confirmat eumdem aduerſus Lyceum.

Pompeius Caimus.

cap. 7.

Quare ex his colligitur, & in ijs, qui „

cte-

,, creſcunt, plurimum ineſſe corporis calidi
,, innati, & in ijs, qui cõſenuere, minimum,
,, ſic etiam ſemen, quod ex ſeroſa humidi-
,, tate, ac ſpiritu, qui in ea eſt, conſtat, in
,, his quidem qui conſenuere exiguum ad-
,, modum eſt, at in horum, qui creſcũt cor-
,, poribus, plurimum, atque inter ipſos in
,, hls potiſſimum, qui nati nuperrimè ſunt,
,, quemadmodum in commentarijs de ſe-
,, mine demonſtrauimus.

Hæc Galenus de calido innato, de ſemine primo eodem numero. Quòd ſi idem ſpecie acceptum ſemen in teſtibus & ſpermaticis vaſis genitum dicas, ſi huius plurimum in nuper natis infantibus, minus in creſcentibus, iuuenibus, ac ſenibus credatur, profectò perquàm maximè ridiculum erit, vtpote ſenſui & rationi repugnans: quòd minimi infantis, minimi eiuſdem teſtes, minimæ ſemineæ partes ſeminis pro ſui alimento tantum progignant, nedum plus, quantum iuuenum præcipuè, & etiam ſenum lõgè maiora membra.

Vt ex hiſce maniſeſtiſſima ſit Galeni ſententia in fœtu, in creſcentibus, &c. ſemen actu & formaliter remanere & ſeruari: quodque ex venæ in pueris regeneratione ex eiuſdem ſententia (vt oſtendimus) confirmatur.

De Inſito Calido Authoris ſententia.

Propterea meritò & rationabiliter me iudice Cremoninus quærit, vbi calidum hoc inſitum ſit. Et ſi vbique, quo modo mixtio ad minima ſit corporum abſque penetratione, &c.

Concluſio ex Authoris ſententia.

EA propter decem ab hinc annis hanc Inſiti Calidi materiã pertractantes, huic Galeni ſententiæ cũ Galeno nũtium remittere coacti fuimus, (parcant Doctiſſimi Viri, & medicinæ Principis manes) vt ſatis ſuperque hic & alibi patet ex falſis exploſis & germanis ac veris cõſultò ſanctis, necnon ex ipſo iactis, ſua ni alibi nos ſententia fallat, quam veriſſimam ſuſtinemus; Semen videlicet, ſimulatque in vterum proiectum eiaculatum, que eſt nutriri & augeri, proindeque meritò ſtatuere, calidum innatum eſſe (non ſemen, non menſtruus ſanguis, non ſpiritus, non archigonon) ſeminis temperamentum quatuor ex primis qualitatibus quam ſæpiſſimè refractis & mutatis ac ad ſymetrum varijs pro ſpecierum & indiuiduorum temperiebus redactum, totius corporis & animæ primum inſtrumẽtum, quo operationes peraguntur, ad vitam & meliorem vitam, à principio ad finem, ab ortu ad interitum vſque: nos, haud quaquam interimens, vt alibi expoſuimus, ſed nobiſcum faciens, tametſi perpetuò perpetuam & continuam alimentorum & contrariorum ob reactionem & pugnam imminuatur, vt tandem deficiat. Non, vt aiunt, quo ad ſubſtantiam, quippe quæ alia omnino genere euadat, veluti tandem ex vino aqua, quemadmodum Marſilius Ficinus in Platonis Athlantico exemplificat, ſicuti ſi è vini dolio quotidie vini phialam extrahendo exhauriendoque, & aquæ tantundem addendo, vt demum puram aquam reddas, & vinum minimè ſapiat ampliùs: quoniam ſemen ſubſtantia, os ſemper eſt os, vena ſemper vena, neruus, &c. Sed temperamentum minuitur, & interit docente ſenſu. Neque vt oleum in lucerna, quod Sanctorius exiſtimat & aſſerit: Quando ſic pariter calidum innatum ſubſtantia minueretur & euaneſceret, os, vena, neruus, quod V. ſenſui repugnat, & æque paucum ſuppleret, ac multum & affluens ad extinctionẽ vſque quia purum in lucerna oleum ſi purũ enfundatur, ad vltimas vſque guttas perinde inſeruit, ac initiò affluẽs, quoniam ad ſui totius conſumptionem eiuſdem eſt vigoris, perfectionis ac roboris: quippe ſubſtantia pariter ac temperamento idem ſeruatur.

Sed cum Galeno aduerſus Lycum poſito exemplo vini vnciæ in cyato, & tantumdem ſimiliter, vncia videlicet vini in dolio aqua plenis; pari paſſu dicimus tãtumdem, immo idem omnino in minimo quanto ideſt in ſemine in vtero, quod nutritur & augetur, ac in maximo puta homine (miſſis interim ac in præſentia cordis, cerebri, ac teſtium influentibus adiuuanti

Digitized by Google

uantibus caloribus) calidi innati temperamenti ſeminis quatuor ex qualitatibus dicto modo exurgentis ineſſe.

Quomodo verum eſt, qui creſcūt plus innati calidi habent, tùm in agendo, qui a virtus vnita fortior tūm quia initiò alimentorū ex pugna minus perpeſſa, robuſtior.

Declaro, Pomi, Pyri calidum non eſt temperamentū elementorum, ſed Plantæ Pyri à nobis comeſti calidū nō eſt amplius illud pyri temperamentū, ſed chyli à Ventriculo aſſequuti. Ex chylo ſanguis, cuius aliud ab Hepate. Ex ſanguine ſemen, cuius aliud à ſanguine ſimile, ſpermaticis omnibus omnino temperamentum, calidum, ſeu calor inſitus ſic dictus à prædominio, alius inquam & varius, prout ab alijs & varijs ſemineis totius partibus progignitur & proficiſcitur. Amplius quia Maris & fœminæ ſemina miſcentur adhuc aliud, non vera & eſſentiali mutatione, ſed miſtione: vnde prolis varietas, inſiti caloris, & totius, & ſingularum partium, vt ex aliàs dictis, & experiētia muli & equi patet. Et ſic non eſt Temperamentum elementorum, vt Cremoninus autumat, neque ſubſtantia vt Sala & Caimus exiſtimant: minimè ſubſtantia, influens, ac tertium ex illis mixtum, vt Sanctorius voluit.

Recipimus & admittimus quidem aliud calidū non ſubſtantiale, ſed temperamentum, quod eſt parenchimatum, affuſionū, carnoſatum partium; ſed hoc non eſt verè innatum, ſed ſubſequens, quia poſt dies à primo inſito ſeminis ſuboritur: Nec author eſt vitæ vt eius fundamentum baſis, ſed conſeruans, quapropter carnea pars, & ex ſanguine immediatè progenita ſi deperdatur regeneratur: quoniam ſemper & illico ab influentibus membris, Iocinore, Corde, Splene materia ſanguis ex quo regeneratur, præſto eſt & ſubminiſtratur. Contra nequaquam primæ ſemineæ partis, quia nullum membrum materiam, ſemen videlicet ſubminiſtrat. Sed hoc carnium temperamentum nec eſſentiale, non verè primò inſitum, & vitæ principium, ſed poſt ſubſequens ac influens & perpetuò adiuuans & conſeruans, & proinde verè influens, & non innatum ſtatuitur & dicitur.

Et hîc paucioribus quo ad potuimus de Innato Calido dicenda nunc denuò habuimus, in eorum cōfirmationem, quæ olim in prima parte ac proprio in tractatu ſcripſimus, quæ vt Veritatis gratia arbitratu noſtro, addiſcendique cauſa obiecimus, ſic æqui boni fieri & benigne excipi expoſcimus, atque ſic etiam corrigi peroptamus. Ita Deo & Deiparæ honor & gloria.

FINIS.

AEMYLII PARISANI

R O M A N I

PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI

NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE

P A R S A L T E R A

DE CORDIS ET SANGVINIS MOTV

SINGVLARIS CERTAMINIS

L A P I S L Y D I V S.

AD GVILIELMVM HARVEVM ANGLVM

ANATOMICVM LONDINENSEM MEDICVM REGIVM.

Digitized by Google

PRÆCLARISSIMIS

Celeberrimi Philoſophorum

AC MEDICORVM COLLEGII

VENETIARVM DOCTORIBVS

ÆMYLIVS PARISANVS

EIVSDEM COLLEGII CONSILIARIVS

B. A.

IAm viginti ab hinc annis noſtro Auguſtiſſimo Veneto Collegio & Vobis Prȩclariſſimis Collegis Hominis Epilogum ſacraui, in quo, ſicuti in alijs noſtris de Subtilitate Libris, de Cordis potiſſimùm Hiſtoria, (alijs nunc miſſis) nec non de ſibi præparanti & ſanguificanti membro, Liene videlicet: de ſanguinis procreatione, ortus modo, ad Cor acceſſu, & eorumdem inſtrumentis necnon de ſpirituum generatione ac diſtributione egimus: Quorum ni fallor, nec ſuperflua parciſſime ad rem delibauimus, nec leuiter neceſſaria & germana duce ſenſu ac comite ratione, attigimus; vt deinceps rem ipſam aſſequuti videremur.

Qui proinde Vobis & alijs Doctiſſimis Iudicibus placuit, & probatus eſt. Modò interim nobis in poſſeſſione, ac in ſinu gaudentibus, Vobis inquã probantibus. Ecce tibi ſuperioribus elapſis mẽſibus, huc Venetias Guilielmi Haruei Angli Medici Regij, Londinenſiſque Anatomici, De Sanguinis per Cor circuitu, Enchyridion appulit; cuius & totius Celebris Londinenſis Academiæ iudicio, poſſeſſione priuamur: & tot, ac tantis rationibus, experientiis, atque obſeruationibus, iiſque iam diu diſcuſſis & confirmatis, vt nulla Antiquorum, Recentiorum, noſtrique tutela relinquatur: nullus dicendi, propugnandæque concreditæ Veritatis ſalutis locus, noſtræue agendæ cauſæ, nullum ius (eorum arbitra-

permanſimus. Quodque Vobis Præſtantiſſimis nunciare voluimus, vt quæ olim oblata, & ſacrata, atque alibi rata facta nunc denuò pro virili & conſeruemus & oſtendamus: quando vt aiunt,

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Secus an ne à nobis deceptos vos fuiſſe arbitraremini? An ne nobis ſilentibus ſolatium erit miſeris ſocios antiquos, recentioreſque habere pœnantes, pœnarumue? An itaque tacendum, abſtinendum, ſuſtinendum? An verò contra culpa vacare maximum eſt ſolatium? Et nunquid præterea rem vobis dicatam, bene geſtam, nunc iterum exoluere & ſeruare, ac de quoquo authore & Doctiſſimo Viro, Celeberrimæque Academiæ in Veritatis gratiam Trophæum vobis (ſi Deo placebit) offerre, ſolatio, nobis dignum erit facinus? Quandoquidem promulgata eſt conſolatio, & illa maximè, quam ſemper in ore, atque in animo habere debemus, vt homines nos eſſe meminerimus ea lege natos, vt propoſitæ fortunæ telis omnibus & noſtra ſit vita, & noſtræ actiones cunctæ ſub Cenſoribus ſemper extent: proindeque perpetuò pugnandum ſit, vt nunc cum maximè, cum pro aris & focis, atque etiam Lararijs, (quippè de Corde, &c.) fortiter decertandum: tum quia cum maximè ſtrenuo Scriptore, & quod vrgentius, Celeberrimæ Academiæ comitatu, Victore iure ſuo, cominus conſerendum eſt, quod nobis tamen ſanè periucundum fiet. Siquidem cum magnis pugnare magnum ducimus, etiam ſi (in literaria paleſtra) vincamur: quia diſcendo anima alitur & perficitur: & ſic ſecunda, aduerſaue Minerua dimicetur, ſemper victoria & palma præſto eſt, quæ proinde vt nobis, itidem & Haruio alijſue ac ſequacibus gratiſſima foret. Quocirca vtrinque gratiæ habendæ & agendæ erunt: quod Vobis integerrimis & Doctiſſimis Viris ac amantiſſimis Collegis perquamgratiſſimum fore certum habeo, potiſſimum ſi res ex ſententia cadat, vti vobis caſura proponitur. Id autem vt luculentius fiat, ad verbum Haruei omnia & ſingulatim ad calculos reuocantes, in medium, ac ad Lydium Lapidem ducemus, & ſubtiliter contactui, malleo, necnon ponderi trutinæ non popularis, ſed argentariam facientis Aurificis ſtateræ tamquam ad libram Critolai ducta pro mei ingenioli viribus examinanda ponderandaque reſpondeant, & veſtris teretibus ac religioſis auribus obiecta iudicanda probentur. Quamuis tamen optimè mihi conſcius, leuidenſe hoc literarium munuſculum veſtro nomine, veſtraque ſapientia parum dignum fore ſat ſciuerim. Nihilominus tamen vt Haruei eiuſdem libelli ſacratio, & erga Celeberrimum Londinenſium Collegium exemplum, ita & hoc noſtrum partim aliàs dicatum, rurſus veſtro ſub luculentiſſimo nomine in lucem emittere ac confirmare, & præterea ſingularis eximiaque veſtra humanitas, qua omnem literarum ſtudioſum, nedum collegam alterum veſtrum & quin etiam Conſiliarium amplecti conſueuiſtis dicare & commendare effecit. Nihil enim luculentius habet Auguſtiſſimum Venetum Col-

legium Vos Præclariſſimi authoritate ſplendidius, quàm vt poſſitis, & natura melius, quàm vt velitis complures eximios literarum alumnos, ita meum leue munuſculum in veſtram tutelam patrociniumque ſuſcipere. Potiſſimum quod Præclariſſimi Londinenſis, & Auguſtiſſimi noſtri Veneti Collegij huius ſit Iudicium; Vos Vos Spectatores, & Iudices, vt noſtrum, Doctiſſimi Haruei & mei Pariſani ſingulare certamen, Valete & diligentiſſime ſpectate Doctiſſimi Eruditiſſimique viri, & hoc quicquid eſt muneris, eo, quo offertur à me animo, hoc eſt candido, ſyncero, germano ſuſcipite. Valete, & me conſtanter, vt facitis, amate.

Digitized by Google

ÆMYLII PARISANI
ROMANI
PHILOSOPHI, AC MEDICI VENETI
NOBILIVM EXERCITATIONVM DE SVBTILITATE
Pars Altera.
DE CORDIS ET SANGVINIS MOTV
SINGVLARIS CERTAMINIS
LAPIS LYDIVS.
AD GVILIELMVM HARVEVM ANGLVM
ANATOMICVM LONDINENSEM MEDICVM REGIVM.

Exercitationis Anatomicæ de Motu Cordis & Sanguinis in Animalibus.

Proœmium Guilielmi Haruei Angli.

Quo demonſtratur, quòd quæ hactenus ſcripta ſunt de Motu & vſu Cordis & arteriarum minus firma eſſe.

Eadem Haruei ab Aemylio Pariſano Romano Philoſopho ac Medico Veneto in examen ducuntur expenduntur exploduntur.

Harueius. pag. 10. Proœmium. Haruei Tab. 1.

DE cordis arteriarũque motu pulſu, actione, vſu, & vtilitatibus cogitanti, operæ pretium eſt, quæ prius ab alijs mandata ſunt literis, euoluere, quæ vulgo iactata & tradita, animaduertere, vt quæ recte dicta, confirmẽtur: quæ falſa diſſectione anatomica multiplici experientia, diligenti, & accurata obſeruatione emendentur.

Ex Harueo impedimẽta.

Penè omnes hucuſque Anatomici, Medici, & Philoſophi ſupponunt cum Galeno, eumdem vſum eſſe pulſus, quem reſpirationis, & vna re tantũ differre, quod ille ab animali, hæc à vitali facultate manet: reliquis, vel quod ad vtilitatem, vel quod ad motus modum ſpectat ſimiliter

ſe habentibus, vnde affirmant (vt Hieronymus fabr. ab aq. p. libro ſuo de reſpiratione nuperime edito (quod quoniam non ſufficit pulſus cordis & arteriarum ad euetandum, & refrigerandum; ideo à Natura pulmones circa cor fabrefactos eſſe. Hinc patet quod quæcunque dixerint priores de Syſtole, & Diaſtole, de motu cordis & arteriarum, hæc omnia ad pulmones reſpicientes eos tradidiſſe.

Cum verò aliter ſe habeat motus, & conſtitutio cordis, quam pulmonum, aliter arteriarum, quam pectoris, alios exinde, vſus, & vtilitates exoriri veriſimile eſt, differreque plurimum cordis, & ſimiliter Arteriarum pulſus, & vſus, à pe-
p.2. ctoris & pulmonum. Si enim ijſdem vſibus inſeruiat pulſus, ac reſpiratio, & in Diaſtole introſumant aerem in cauitates ſuas arteriæ (vti vulgo dicunt) & in Syſtole per eoſdem poros carnis, & cutis fuligines emittant, nec non medio tempore inter ſyſtolem, & Diaſtolem aerem contineant, & quouis tempore aut aerem,
Obiectio ex Galeno. aut ſpiritus, aut fuligines. Quid itaque reſpondeant Galeno, qui librum ſcripſit, Natura ſanguinem contineri in arterijs, & nihil præter ſanguinem, nimirum neque aerem, ſicut ab experimentis, & rationibus in eodem libro facile colligere licet.

Pariſani Cõtactus primus. Eia expendamus iam nos Doctiſſimi Viri rationes & acuti eiuſdem ingenij inuenta, nec alio quàm ſuo præſtanti & nobiliſſime (quemadmodum ſemper profeſſi ſumus) vt relictis præceptoribus, & magnæ authoritatis Viris arbitratu ſuo, in vnius Veritatis gratiam ſubtiliter ſubtiles per Naturæ cancellos talia nitemur exilirer, niſi quo ad pro virili poſſumus, ad viuum reſecremus.

Pariſani fundamẽta notanda. Primò itaque vt rationi & ſenſui appenſum Veritatis filum, adamuſſimque primum ductum de Corde ſtamen ſit,
1. quod, num vt initiò Cor (vnde poſtea multa exurgunt) primum ortum & principium exiſtet, (aiunt) & idem totius operis animalis efficiens necne; vt eo & eodẽ rectè ſtabilito, reliquorum ſcopum & metam attingere & conſequi valeamus, & vt cominus ad remque promptiùs, animaduertenda proponimus.

Animalium partium, membrorum, inſtrumentorum, plures eſſe actiones, quẽadmodum & vtilitates plures, ſicuti apud omnes in confeſſo eſt, & res ipſa loquitur, quarum vna & præcipua, altera, vel aliæ ſi plures, ſecundariæ, vtilitates, vſus, quos abuſus etiam vocant, vt cordis ſic arteriarum, pectoris, pulmonum, &c. *Declaratur.*

Ad rem, Cordis & Arteriarum motus 2.
plures, vt actiones, & vtilitates, ſunt: Vnã propria & præcipua & ſimpliciter neceſſaria, reliquæ non item, poſteriores, & ſecundarij vſus, abuſus. Prima & præcipua actio eſt ſubtilioris & calidioris ſanguinis, (intellige in iam perfecto animali fœtu in ouo (in vtero geſtis fit à matre) non in fabricæ initio & ante cordis parenchyma, quando à motu ſolummodò vitalis ſpiritus) ac vitalium ſpirituũ procreatio ad conſeruandam producendamque omnibus vitam, & ad potiorem præſtandam; ad ſpontaneos poſtea motus, ad perfectos exercendos ſenſus. Quod ſic iactum, principium, medium, & totius operis finis eſto. Reliquæ actiones ſecundariæ, reliqui vſus ſecundarij & abuſus ſunto, omnibus corde præditis haud neceſſarij, (hoc opus hic labor eſt) vt aeris attractio, cordis refrigeratio, fuliginum exploſio &c. Vnde ſimiliter alij ab hiſce pectoris, diaphragmatis, pulmonum vſus, præterquàm ad reſpirationem, ad refrigerationem, ad vocem edendam, (hinc varia & alia horum à corde & arterijs cõſtitutio) vlulatumque ad animæ paſſiones declarandas, non in hominibus tantummodò, verùm & in auibus, ijſque præditis omnibus.

Vitalis ſpiritus à cordis motu (carnis 3.
poſtea calore) & arteriarum fit. Arteriæ præterea motæ ad deferendos ſpiritus (vt ſanguinem cordi & ſunt ſecundarij vſus) ſunt. Spiritus vitalis ob cerebrum potiſſimum, animalem ſpiritum conſtituit. Animalis ſpiritus ob ſenſum & motum ad præſtantiorem vitam ſubſequitur. Ergo cordis actio, & vſus, ſpiritus nimirum procreatio, & eiuſdem deinde exploſio,

ploſio, ſunt potiſſimum propter præſtantiorem animalis vitam, quæ eſſe nequit ſine cerebri animali ſpiritu, à quo ſenſus & motus.

Secundariò verò vitalis ſpiritus eſt ad producendam partibus & toti vitam mediis arterijs motis, ſine quibus, & corde, ſemen prius viuit, nutritur, augetur, vt ipſæ & ſpermaticæ partes omnes itidem viuunt quemadmodum vermes, abſque corde.

4. Si de calefacienti vi & partis actione ſermo ſit, quæ ſimplicis partis eſt, & cui primò debetur actio, (inquit Galenus) hæc matricis erit, prima, inquam, actio, & neruoſæ (largè ſumpto vocabulo) fibreæ ſemineæ cordis, & Aortæ parti cordi intimæ ſemineæ parti iunctæ, & ni fallor continuæ, vt ex motu initiò priuſquàm cordis parenchyma fiat, viſitur, (noſtra ex obſeruatione, vt in fœtus hiſtoria ex ouo patet) tribuitur. Ea propter antequam cor fiat, eius radici ſemineæ motricis actio ineſt (obſeruatu digniſſimum) & conſequenter effectus, ſpiritus, à calore ex motu præcipua actione.

Secunda calefacientis vis & actio cordis & parenchymatis propriæ ſimplici carni ſuapte natura calidæ, & ex motu feruentiori, tribuitur, à qua vna cum motu poſtea feruentior ſpiritus progignitur aptiſſimus ad cerebri operationes in perfecto animali potiſſimum, in quo poſtea maiorem ob calorem pulmones, & reſpirationis inſtrumenta requiruntur.

Et ita noſtra ex obſeruatione & ſententia cor initiò ceteris cum ſpermaticis membris & partibus fit, & ſimul operatur: Quò ad parenchyma, & Ariſtotelis communemque opinionem falſum eſt.

Galeni obiectio tollitur. Modò hic & nunc propriùs his iactis & firmatis de ijs quæ Natura agitur per ſe, primò, ac ſecundariò, &c. Galeno nihil cõtrariatur: quippe in arterijs, inquit, nihil Natura continetur præter ſanguinẽ, videlicet per ſe primò, ſui gratia neceſſario ſimpliciter pro nutrimento ad vitam. Propterea ſcitè dicit, aer, fuligo, ſpiritus non continentur: ſed continuò aer, vt neceſſarijs in calidis & perfectis frigidus trahitur, ita perpetuò illico tractus, è veſtigio excalfactus cum fuliginibus exploditur. Pari paſſu ſpiritus ex cordis (& arteriarum) motu & calore geniti, quamprimùm expelluntur ad cerebrũ ob ſenſus & motus ac ad ceterarum corporis partium vſum, ad producendam, & meliorem præſtandã vitam, quibus abſque partes & inſtrumenta torperent & otiarentur.

Haruei 2. Tact. pag. 11 Obiectio Etſi in Diaſtole replentur arteriæ ab aëre introſumpto, in maiori pulſu, maiori ſubeunte aeris copia: ergo magno exiſtente pulſu, ſi totum corpus in balneum immerſeris, vel aquæ, vel olei, neceſſe eſt pulſum ſtatim aut minorem eſſe, aut tardiorem multo: cum per corpus ambientis balnei, aerem intra arterias permeare difficilius ſit, ſi non impoſſibile.

Pariſani 2. Cont. Solutio. Dicimus quòd tunc temporis & in balneo ſi neceſſitas vrgeat, Cor maiorẽ aëris quantitatem à pulmonibus trahere & explodere, & ita ſupplere. quid tum?

Haruei 3. Tact. Difficultas. Similiter cum omnes arteriæ tam profundæ, quam cutaneæ, eodem tempore, & pari velocitate diſtendantur; quo modo poterit aer tàm libere & velociter per cutem, carnem, habitumque corporis in profundum pertranſire, quam per cuticulam ſolam.

Pariſani 3. Cont. Tollitur. An non aer in cutis poris & intrinſecus arteriarum oribus ſemper præſto eſt? Numquid & qua ab arterijs trahitur deferturque, vi & fuga vacui in cuticulæ poros raptus arterias perpetuò ingreditur ab ipſiſque continuò trahitur, defertur, exploditur, quemadmodum & fuligines, ac quo quo verſus ingreſſus egreſſuſue datur? quid impedit, quid tum inquam? Harueus ſibi videre videtur, ſed falsò, Aëris velociores tranſitus feſtucam, ſed non videt ſanguinis ab arterijs in carnes & ſolidas partes effuſionis, collectionis, & delationis tranſitus maximam ſubdiu trahere impedientia.

Haruei 4. Tactus Error. Et quo modo Embryonum arteriæ foriſſecus in cauitates ſuas, aerem per ventrem maternum, & per corpus vteri attrahant?

Pariſa. 4. Cont. Embryonis corpus tali extrinſecus non

eget

Oſtenditur. eget refrigeratione, quoniam in vtero in aqua degit, & natat: quoniam eius cor non mouetur, & proinde ex motu non caleſcit: ideo materno arteriarum ſolo aëre & refrigerio contentus, opus habet.

Haruei Tact. 5. Simulis. Vel quo modo Phocæ, Balenæ, Delphines, cetaceum omne genus, & piſces omnes in profundo maris arteriarũ ſuarum Diaſtole, & Syſtole per immenſam aquæ maſſam celeri pulſu aerem intro-ſumunt, & emittunt. Dicere vero quod aerem implantarum in aqua abſorbeant, & in aquam fuligines ſuas reddant, figmento haud abſimile.

Pariſani Cont. 5. ſimiliter. Bone Deus, ſi piſces imperfecta, & quia imperfecta animalia nec pulmones nec proinde reſpirationis inſtrumenta conſequuta ſunt, & proinde nec alias vtilitates à prima: patet in ſecundo notando quia frigida & in aqua degentia refrigeranti aſſumpto & ambienti non egent aëre, affluenti & ſupplente intrinſecus & extrinſecus aqua. Ea propter quis dicet, nec fuligines incrunt, aſt nobis gerant, quid impedit, officitue quin in aquam reddant?

Haruei Tact. 6. Nodus. Et ſi in ſyſtole arteriæ per poros carnis, & cutis, fuligines è cauitatibus illorum expellunt, cur nõ item ſpiritus, quos dicunt etiam in illis contineri, cum ſpiritus multo tenuiores fuliginibus ſint.

Pariſano Cont. 6. Soluitur. Deus Optime. Quia Spiritus ex Naturæ vſu ſunt, & conſultò Naturæque opus optimum. & ſimpliciter neceſſarium, & cuius procreationis & vſus cauſa (addimus) cor ipſum, vt quid effundi, & abici velint? Cur Ventriculus bilem, pituitam euomit & reicit, non cibum, non chylum?

Haruei Tact. 7. Nodus. Et ſi cum Syſtole, tum in Diaſtole aerem arteriæ accipiunt & reddunt, vti pulmones in reſpiratione; cur non hoc faciunt inflicto per arteriotomiam vulnere?

Pariſano Cont. 7. Diſſoluitur. Deus pluſquàm Optime. An hæc ſimilitudo quatuor pedibus currit? Non eſt pulmonum & arteriarum vulnere affectarum par ratio: quoniam pulmones ſemper aperti à nullo impediuntur ſani: quod ſi vulnerati diceres, neque tunc impetuoſo affluenti ſanguinis arteriali fluxu vrgerentur, quin etiam ſuo naturali & reſpirationis ſpontaneo motui obediãt. Aſt arteria vulnere læſa, & minimè eo loci ſui iuris ſanguinem ruentem pleno ore effundens, aerem trahere nequit: quoniam ſi intus exiſtens extraneum prohibet, an intus exiſtens & impetu in limine & effluens, ingredientem, immo ad fores accedentem admittet aerem? An neſcis quod ſimul & ſemel flare & ſorbere haud facilè eſt? Quapropter inde recipere non poteſt. Ceterùm ſi ſanguinem effundit, quam ob rem aerem inibi contentum non effundet, & is vtpote ſubtilior exploſus non egreditur? Dices fortaſſe, non videtur, quid tibi faciam? Lynceos ne oculos?

Certæ rationes, publica fides & experimenta neutiquam neganda niſi ratio cum ſenſu reclamet. Democritum plures dies ſolo odore vixiſſe teſtantur, num verum parum intereſt; Verùm odores (plurimi refert) nutrire certò creditur, hoc eſt leuiter & aliquatenus inſtaurare, vt ſpiritus: quippe odor eſt vapor rei odore odoratæ, propterea vt ſubtilis ſubſtantia inſtar ſpiritus alere poteſt diceret. Atqui odores cor petunt (vt olfactus mamillares proceſſus) medio inſpirato aëre: & bonos odores cordi prodeſſe communiter dicitur & creditur, vt prauos obeſſe & interficere notum eſt, inſpiratione. Quare aer à corde trahitur, quòd infra ob Haruco negatur, vt hic abnuitur.

Sectione tracheæ per vulnus aerem ingredi, regredi duobus contrarijs motibus, palam eſt: Secta vero arteria ſtatim vno continuo motu ſanguinem vi protrudi, & non aerem vel ingredi, vel regredi manifeſtum eſt. *Haruei 8. Tact. pag. 12. Obiectio*

Neque hoc exemplum quadrat, quoniam trachea vacua eſt, arteria minimè: trachea inſpirationis & exſpirationis vi trahit & reiecit, arteria vulnerata Syſtolis vi, ſed ruentibus ſanguine & aëre, vt dictum eſt effundit ſolummodo, & dictis de cauſis haurire nequit, quod meridiana luce clarius. *Pariſano 8. Cont. Soluitur.*

Si pulſus arteriarum partes corporis refrigerant, & euentant vti pulmones ip- *Herueus 9 Tact. Nodus.*

ſum

ſunt. Nam quo modo dicunt vulgo arterias à corde in partes ſingulas vitalem ſanguinem deſferre refertiſſimũ ſpiritibus vitalibus? qui partibus calorem faueãt, ſopitũ ſuſcitent, & quaſi abſumptũ reſarciãt.

à Pariſano Cõt. 9. Diſſoluitur. Ratio eſt in promptu, quia ſpiritus vitales (non vitalis ſanguis arterioſus, non ſanguis materia craſſa noſtra ex ſententia, vt infra) nimis feruent ex motu ab igneoque cordis calore, eaproptèr ſi in perfecti hoc eſt in calidioris viuentis animalis cor digitum immittas, inquiũt, ibidem vrentem calorem non ſuſtinebis: Idcirco aliqua vitalis ſpiritus frigidi aëris refrigeratione & moderatione egent, & temperamento, & partium inſito temperato calido occurrere velint, cuius vita & actiones in æqua temperatione, vigent, ſecus, efficerent, & actiones læderent, vt de febrili, & inflãmationis calore cõſtat.

Haruei Tract. 10. Obiectio. Et quo modo (ſi ligaueris arterias) ſtatim partes non modo torpent, frigent, & quaſi pallidæ cernuntur, ſed & ali tãdem deſinunt, quod ſecundum Galenum contingit, quia calore, qui per omnes partes ſuperne à corde confluxerat, priuatæ ſint? cum hinc pateat magis arterias calorem partibus deferre, quam refrigerium, & euentationem.

à Pariſ. Cont. 10. Tollitur. Facilis cum ex dictis ſolutio eſt, tum quia ligatæ & arctè, quia calore deſtituũtur, magis alimento priuabuntur, & ita bifariam maximè afficiuntur. Quòd ſi inde præterea colligere lubeat, magis calorem, quàm refrigerium, & euentationẽ deferant, ſui gratia eſto, quoniam nihil officit, dummodo (vt conceditur) vtrumque præſtet.

Haruei Tract. 11. Difficultas. à Pariſ. Cont. 11. Declaratione abigitur. Præterea quo modo Diaſtole ſimul ſpiritus à corde attrahat, ad calefaciendas partes, ſimulque ab externo refrigerium?

In hoc nos communi opinioni omnino non ſtamus, nec Haruei, ſed Diaſtole ſimul intrinſecus ſanguinem trahere à ſplene, ad cor, vt alibi à venis per anaſtomoſim ſui nutriendi cauſa, & à corde ſpiritus & aërem, vti extrinſecus aërem refrigerij gratia. Syſtole verò à corde ſpiritus acceptos deferre, & calidum iam reditum aërem vna cum fuliginibus reijcere.

Haruei. Tract. 12. Obiect. Amplius tametſi iiſdem vſibus pulmones, arterias, & cor inſeruire aliqui affirment, tamen cor ſpirituum officinam eſſe, & arterias ſpiritus continere, tranſmittere etiam dicunt: Pulmones autem ſpiritus facere, aut retinere contra Columbi opinionem negant.

à Pariſano Cont. 12. Tollitur. Nec errare nec falli nobis videntur (de Columbi opinione infra) dummodo ſpiritus contineri in arterijs donec ad cerebrum & ceteras corporis partes deferũtur velint, quoniam dum in corde geniti in arteriaſque tranſmiſſi ad partes deferendi, non poſſunt non contineri: ſed quia raptim feruntur, & deponuntur, dicuntur non contineri, hoc eſt Naturæ, & ſui gratia, vt ſanguis trahitur & retinetur.

Haruei Tract. 13. Opinio. Quin & cum Galeno, quod ſanguis contineatur in arterijs, & non ſpiritus, contra Eraſiſtratum affirmant. Videntur iſtæ opiniones ita inter ſe pugnare, & ſe inuicem refellere vt omnes non merito ſint ſuſpectæ.

à Pariſano Cont. 13. Tollitur. Quo modo ſpiritus in arterijs nõ contineatur, ſicuti nec aer, fuligo, Natura videlicet, iam innotuit, vt hactenus nulla pugna, nulla contradictio, proinde immeritò ſuſpectio.

Haruei Tract. 14. Obiectio. Galenus quod ſanguinem cont. in art. Sanguinem in arterijs contineri, & arterias ſolum ſanguinem deferre tum experimento Galeni, tum in arteriotimia, tum in vulneribus manifeſtum eſt, cum ab vna arteria diſſecta, hoc etiã Galenus affirmat pluribus in locis vnius ſemihoræ ſpatio totam maſſam ſanguinis ab vniuerſo corpore, magna, & impetuoſa profuſione exhauſtam fore, experimentum Galeni tale eſt. Si inquit, funiculo arteriam vtrinque ligaueris, & medio reſciſſo ſecundum longitudinem, quod inter duas ligaturas in arterijs comprehenſum erit, nihil præter ſanguinem eſſe reperies: & ſic probat ſolum ſanguinem contineri.

Pariſano Cõt. 14. Non eſt. Arterias ſolùm ſanguinem deferre, nec aerem, nec ſpiritum, nec fuligines ex arteriotomia, ex vulneribus haud quaquam motum, vt iam dictum & reſponſum eſt. Quòd ſi ſpiritus in corde gignuntur

gnuntur & in arterijs, ſi fuligines ſimiliter inibi procreantur, ſi aer aſſumitur, dubio procul niſi contineatur ſaltem neceſſariò deferuntur: Implicat enim aliquid in parte progigni, attrahi, & ibidẽ non eſſe, non contineri ſaltem raptim, vt fit, tranſiectum. Galeni exemplo fidem adhibemus, prout poteſt ad ſenſum quod attinet: Præter ſanguinem nihil reperiſſe tranſeat; ſed reperire & videre ne potuit egredientes ſpiritus, aerem, fuligines?

Haruei Tact. 15. Obiectio.

Vnde etiam ſimiliter nobis ratiocinari licet: Si eumdem ſanguinem, qui venis ſimiliter ligatis, & reſciſſis ineſt, inueneris in arterijs (quem in mortuis, & alijs animalibus ſæpius ego expertus ſum) eadem ratione ſimiliter concludere nos poſſumus, arterias eumdem ſanguinem, quem venæ, & nihil præter eumdem ſanguinem continere.

à Pariſano Cont. 25. Auf-rtur & declaratur.

Quum ſanctum ſit, quod authoritati non ſtandum, ſed ſenſatis & ratione cõſtringentibus, quando & Galeni conſilio Hippocrati & Platoni maximis Viris abſque demonſtratione ſtandum non ſit. Quocirca ſi Galeni experimentum non probamus, quia euidenti rationi repugnat & contrariatur, neque alterum ex illo deductum recipiemus, quoniam aliud eſt corpus, alius finis, actio, vſus. Non poteſt experimento probari, quod ſanguis, qui in venis eſt, in arterijs huiuſmodi inueniatur facile dictu, quia ſic creditum vt ſibi imaginatum, facile proinde aſſertu: quoniam partim eſt ex ſplene, partim ex venis, quidem ſed ob vitalium ſpirituum calorem, propterque continuum arteriarum motum, alius illico, quod ex calore, colore, craſſitie, tenuitate, motu, quiete, actione, vſibus, effectibuſque, procreationis modo, locis & fontibus, elaboratione iuuantium ſeruantium, eum, & abſque motu, egreſſu, ingreſſu, regreſſu, quemadmodum duplicis vaſis continentis & deferentis ad teſtes electione colligere eſt, & nos infra luce clarius oſtendemus.

Haruei Tact. 16. Impoſſibile.

Si vero hunc ſanguinem in arterijs, è corde per arteriarum Diaſtolem attrahi dicunt, videntur aſtruere, quod arteriæ ſuâ diſtentione ſanguine iſto repleantur, & non aëre ambiente, vti prius: Nam ſi etiam aëre ab ambiente repleri dicant, quo modo, & quando recipient è corde ſanguinem? Si in Syſtole id fiat, continget impoſſibile; repleri arterias, cum attrahantur, vel repleri, & non diſtendi; Sin autem in Diaſtole, in duos vſus contrarios, & ſanguinem, & aerem, & calorem; & frigus ſimul recipient; quod eſt impoſſibile.

Pariſano Cõt. 16. Poſſibile & neceſſarium.

Nos Diaſtole vtrumque trahi & neceſſariò aſſeueramus, quia vtroque ſimul opus eſt, materia & qualitate ſic mutuò alteratis potiſſimùm. Sed Cor ſanguinẽ à liene, aerem * pulmonibus, Aortam (vt minimæ arteriæ aerem extrinſecus, ſanguinem vel à liene, aut à venis per anaſtomoſim) alterum à liene, à corde alterũ, vt maximè decere animaduertimus, ſi rectè vt ſupra ratiocinamur, quicquid alij dicant. Si de ſpiritu ſermo ſit, Aortam vtrumque à corde trahere certum eſt.

Haruei Tact. 17 Inconueniens & neceſſarium.

Amplius cum affirmant, ſimul Diaſtolem cordis & arteriarum eſſe, & ſimul ſyſtolem, alterum eſt inconueniens. Quo modo enim cum ſimul diſtenduntur duo corpora ſic inuicem connata, alterum ab altero attrahat, vel cum ſimul contrahuntur, alterum ab altero recipiat aliquid?

Pariſano Cont. 17. Conueniens & neceſſarium.

Tantum abeſt hoc inconueniens exiſtimemus, & ſit, vt maximè decens ſummèque, immo ſimpliciter neceſſarium affirmemus, & extet, & pluribus nominibus, Primum quid Herophilus, Ariſtoteles,[a] & Galenus[b] affirmãt & docẽt. ſecundo quia ſenſus id ſentit, ſi altera manu ipſius cordis pulſum, altera arteriæ in carpo motum attendas. Tertio ſi forte Galenum & ſenſum decipi poſſe dicere auderes, quia id aſſerere implicat. Siquidem repugnat vnum continuum corpus, ſeu duo melius (ſi mauis) alterum alterum ingrediens eodem fine, & modo agentia, contrario ſimul & ſemel modo, ſeu diuerſo tempore aliter agere & poſſe. Etenim cor ſuis vaſis continuum eſſe (immo Ariſt. & ſequaces ab ipſo arterias & venas ortum ducere mordicus

a Lib. de ſpiritu.
b de pul. ad tyron. lib. 1. de vſu p. & lib. 7. anat. adminiſt. 1. de cor cordã reſpondere pulſam di modo.

dicus

dicus ſuſtinent, quod tamen falſiſſimum aliàs oſtendimus ſenſu duce in pulli ex ouo fabrica, vbi vaſa exrare iam, & agere priuſquàm cordis fiat affuſio parenchyma, vt ante, & infra & piſcium cor dextro carens ventriculo & cõſequenter vena caua deſtitutum) patet; niſi vlteriùs dicere velimus, nimirum arterias & venas ipſum cordis corpus ingredi (licet melius & magis proprium dictu eſſet, vaſis iam genitis affuſionem fieri) immo pertranſire, eiuſdemque carneæ ſubſtantiæ adeò arctè alligari, vt inde arguant ab ipſo originem ducere.

His igitur ſenſu & ratione ita ſe ſe habentibus, quo modo quæſo quum arteria dilatatur extra cor & in corde (quod ingreditur, inquam, in ipſum materiam ſanguinem deferens) cor ipſum conſtringetur? Et verſa vice, quum cor conſtringitur, & in ſe ſe, in ſuo, inquam, corpore contentam arteriam conſtringens, arteria dilatabitur. An non implicãt hæc?

Implicantia.

Sic in ipſo cordis corpore duo ſimul & ſemel contrarij motus eſſent, Diaſtolis alter, ſyſtolis alter. Et ſic præterea nec vnum ab altero reciperet, ſed alteri impedimento eſſet, & inuicem confunderentur: ſicque à duobus principijs non ab vno ſeminatum cordis principio, vt nos credimus & clarè monſtrauimus.

Ad quæſitum, quum Cor ab Aorta arteria ſanguinem (infra demonſtrabitur) à pulmonibus aerem allicit Diaſtole, & Arteria Aorta Diaſtole ſimiliter à pulmonibus, proximè à corde aerem, à ſplene immediatè ſanguinem trahit. Quum Cor ſpiritum vitalem & aerem in Aortã Syſtole explodit; Ita Aorta in ſe ſe receptum à corde ſpiritum & aerem in ſibi cõiunctos ramos Syſtole tranſmittit. Venoſa arteria ſanguinem per anaſtomoſim à pulmonem ſui pro nutritione venis, aerem à pulmonibus ſui Diaſtole dilatatione recipit, & aerem in cor tranſmittit: Syſtole immiſſos à corde ſpiritus in ſe ſe & recipit, & eorumdem pulmones participes facit, vt Aorta totum reliquum corpus.

Interim hoc iactum firmum ſit fundamentum ad circulationis ſanguinis tot tantiſque fulcris fulctam Anglicam turrim demoliendam & euertendam ſequentibus addendis.

Inſuper forſam impoſſibile eſt, aliquid poſſe aliud corpus ita in ſe ipſum attrahere, vt diſtendatur, cum diſtendi ſit pati, niſi vt ſpongia prius vi ab externis conſtricta, dum redeat ad conſtitutionẽ ſuam naturalem. Tale autem aliquid in arterijs poſſe, eſſe difficile eſt fingere. Sed arterias diſtendi, quia replentur, vt ſacculi & vtres, atque non repleri, quia diſtenduntur vt folles, facile & aperte demonſtrare me poſſe, & palam ante hac demonſtraſſe exiſtimo. Attamen libr. quod ſang. cont. in art. Galeni experimentum in contrarium ſic ſe habet. Arterã nudatã ſecundum longitudinem incidit, calamumque, vel concauam, per viam fiſtulam immittit, quo & ſanguis exilire non poſſit, & vulnus obturetur. *Quoadusque*, inquir, *Sic ſe habet, arteria tota pulſabit: cum primum vero obductum filum ſuper arteriã, & fiſtulam in laqueum contrahens arteriæ tunicas calamo obſtrinxerit, non amplius arteriam vltra laqueum palpitare videbis.*

Haruei 17. Tactus. Impoſſibile.

Nec ego feci experimentum Galeni, nec rectè poſſe fieri viuo corpore ob impetuoſi ſanguinis ex arterijs eruptionem puto, nec obturabit ſine ligatura vulnus fiſtula: & per fiſtulæ cauitatem vlterius proſilire ſanguinem non dubito, tamen hoc experimento & probare videtur Galenus facultatem pulſificam per tunicas arteriarum à corde manare, & quod arteriæ dum diſtendantur, ab illa facultate pulſifica repleantur, quia diſtenduntur vt folles, non diſtendantur, quia replentur, vt vtres.

Pariſani 18. Contactus. Poſſibile & certum.

Nos non impoſſibile, ſed poſſibile, & certò eſſe, & fieri credimus, immo teſtamur, non ex Galeni experimento, quod non fecimus, ſed ex oculata fide, Et iam decem ſunt anni ipſi, ſcripſimus in pulli ex ouo fabrica, vti ibidem videre eſt, & cuique proprijs oculis obſeruare, indeque philoſophantium de corde vanitates colligere & abigere.

Vbi

Subtil. inuētū et probatū. Vbi enim priuſquam cordis parenchyma procreetur, antequam affuſio fiat arterias moueri viſitur. (Harueus motum admittit, ſed hallucinatus, cordis auriculis tribuit, de quibus infra) Et quū non ab irruente ſanguine, quia nec cor expellens, nec talis ſanguis adeſt, maximè, inquam, ſubtilis & calidus, & niſi inconcoctus, quia oui vitellus: Igitur à propria vi ſpermaticarum partium, Cordis nimirum ſpermaticorum ſtaminum & arteriarum, ideſt membranarum: Ex ſeminis ſpiritu, mox vitali ſpiritu conſeruandæ vitæ gratia, & motu impurum ſanguinem, vitellum concoquendi & elaborandi ad cordis & hepatis affuſionem.

Haruei 19. Tact. Obiectio Sed & in arteriotomia & vulneribus contrarium manifeſtum eſt: ſanguis enim ſaliendo ab arterijs profunditur cum impetu, modo longius, modo propius viciſſim proſiliendo, & ſaltus ſemper eſt in arteriæ Diaſtole, & non in Syſtole. Quo clarè apparet, impulſu ſanguinis arteriā diſtendi. Ipſa enim dum diſtenditur, non poteſt ſanguinem tanta vi proijcere, potius aerem in ſe per vulnus attrahere deberet, ſecundum ea, quæ vulgo de arteriarum vſu iactata ſunt.

à Pariſano 19. Contract. Reycitur. Hoc non poteſt colligi, quia ſanguinis fluxus & impetus in Diaſtole inhiatione facilior & promptior ad egreſſum vt non expectet tunc Syſtolem, in qua arteria inibi præſentis ſanguinis eſt ſemi exhauſta, ſicuti in Diaſtole eo plena, vt à ſuperioris, & inferioris proximi ſanguinis, ſpiritus, aeris ſubſequentium & exitum quærentium accelerātiumac ſibi parantium ſolo hiatu incipiente Syſtole impetum & ſaltum faciunt, vt etiam idem viſitur, quoniam coactus motus eſt, quam ob rem etiam aer neue ingredi, neue trahi poteſt.

Haruei Tact. 20. pag. 15. Obiectio. Neque eumdem vſum pulſus ac reſpirationis quis exiſtimet, quod iiſdem cauſis vti reſpiratio, crebriores, maiores celeriores fieri cernat, vti curſu, ira, balneo, aut quouis calfaciente, vt dicit Galenus.

à Pariſano Con-tact. 20. Tollitur. Dummodò conſter & firmum ſit eumdem eſſe præcipuum finem & vſum pulſus, ſeu motus cordis & reſpirationis, quēadmodum ſanctum eſt: de reſpirationis ac pulſus, ſpeciebus & cauſis parum modò refert, immo nihil pertractare intereſt, ad rem, qua de agitur, ad ſanguinis circulationem, inquam, nihil facientes, propterea ſtemus in ſemita, & porrò pergamus. Id in primo contactu ex 2. notando liquet.

Haruei 21. Tact. Difficultas. Cor affirmare vulgo fontem, & officinam vitalis ſpiritus eſſe, quibus vitam ſingulis partibus largiatur, & tamen negant dextrum ventriculum ſpiritus facere, ſed præbere dumtaxat alimentū pulmonibus, vnde dicunt piſcibus deeſſe dextrum ventriculum cordis, & omnino omnibus deeſt quibus non ſunt pulmones: Et quod dexter ventriculus cordis pulmonum gratia fit.

à Pariſano Cont. 21. Exploditur. Ideo meritò dicunt Cor, quā ſpiritus gignit, totius fontem, totius gratia fabricatum (qua verò corporis parti tantùm, pulmonibus nimirum in calidioribus inſeruit, non ſpiritus generare, ſed alimentum, contra quàm ſiniſter toti ſpiritus non ſanguinem) ſolūmodò, opportunum tamen iiſdem progignere & nihil præterea: proinde quibus non eſt pulmo, neque dexter ventriculus ex optimo ratiocinio, quod ſiniſter ventriculus non debuit, ne elaborata ſpirituum materia exinaniretur in perfectis, & toti corpori ſuo munere & auxilio deſtitueretur, preterquam quòd fieri non poſſet.

Cauſa ignota. Potiſſima verò cauſa, & ratio eſt (ab omnibus ignorata) quòd dexter ventriculus affluenti ſanguine ſemper à vena caua refertus & plenus eſt, ea propter nec motu, nec carnis calore, quæ proinde minus calida, ſanguinem ſic ſubtilem & elaboratum ac calidum, & conſequenter in ſpiritum vertere poteſt; Vt vice verſa ſiniſter, tum quia elaborationem à ſplene & arteriarum motu, tum quia ſenſim & guttatim recipit, perficit & toti belliſſimè conſulit Naturæ ſapientia.

Haruei Tact. 22. Difficultas. Cur, quæſo, cum eadem pene conſtitutio ſit vtriuſque ventriculi, eadem fabrica fibrarum lacertulorum, valuularum vaſorum, auricularum, & eodem vterque

in

in diſſectionibus referciatur ſanguine, ſimiliter nigricante, ſimiliter grumeſcente: Cur (inquam) cum eadem ſit vtriuſque actio, motus pulſus, varijs eos vſibus, tam differentibus, exiſtimemus deſtinatos fuiſſe? Si valuulæ tricuſpides tres ſub dextri ventriculi ingreſſu, impedimento ſint ſanguinis regreſſui in venam cauam, & ſimilunares tres illæ in orificio arterioſæ venæ vt ſanguinis regreſſum impedirent factæ ſint: cur, cum ſimiliter ſe habeant. ſiniſtro ventriculo ſimiliter ſanguinis tum egreſſui, tum regreſſui impedimento factas eſſe, negemus.

à Pariſano 22. Contact. Euertitur.

Cur (amabo) quum dexter cordis ventriculus pulmonibus dumtaxat (pulmonibus carentibus non ineſt, vt nec vena caua ibi) inſeruiat, ſiniſter verò toto corpori famuletur, ſenſus vt ipſe docet, hoc quæritur? de primo non ambigitur. An igitur id potius admirati (niſi manifeſtis redditis cauſis & rationibus in poſterum acquieſcant) à Natura, à Deo ſcilicet ſi debuit quærãr poſtquam capere nequeũt.

Quod ventriculorum conſtitutiò, fabrica, magnitudo, figura, ſitus, finis, &c. eadem ponantur miramur profectò, quoniam contrarium, præterquam quòd Celebrium Anatomicorum aduerſa ſententia ſuſtinet, ſenſus id ipſum ſentit & docet. Quòd dexter ventriculus non perfectè rotundus, ſed ſemilunari figura prẹditus, ſuperficialis, ſiniſtro longè maior ad copioſiorem ſanguinis copiam continendam, proinde ſanguineus & venoſus ſinus dicitur: carne laxior, mollior, atque tenuiori pariete præditus eſt, tales ſuas ad actiones exercendas, proprioſque præſtandos vſus aptus, conſtitutus extat. Siniſter autem ablata ipſius dextri ſuperficiali portione, cordis medium occupare viſitur: dextro anguſ ior, rotundus ad mucronem vſque perueniens, ſubſtantia ſeu carne tripla craſſiori, duriori, & ſolidiori ad inſitum calidum, ſeruandum vitaleſque ſpiritus procreandos vt arterioſus, ſpirituoſuſque ſinus dicatur. Hæc eadem eſt Valuularum ratio, quia eadem finalis cauſa. Venæ Cauæ, & venæ Arterioſæ portæ valuulæ pulmonum tãtùm cauſa, in pulmonibus carentibus horum nullum eſt veſtigium quidem. Vt hęc omnia, valuulæ, ventriculus, vena caua, vena arterialis ob pulmones, pulmones ob ſiniſtrum vẽtriculũ, & hic & valuulæ totius gratia. Vt meridiana luce clarius eſt. Sed de hoc iam iam enucleatius & ſubtilius.

Er eum magnirudine, forma, ſiru omnino eodem pene modo ſiniſtro ſe habeãt ventriculo, quo in dexiro, cur dicunt hic ſpiritum egreſſui, & regreſſui impedimẽto eſſe in dexrro vero ſanguinis. Idem organũ ſimile nõ videtur sãguinis, & ſpirituũ motus ſimiliter impedire apte poſſe. *Haruei 23. Tact. Quaſtiõ.*

à Pariſano 23. Contact. pluribus ſoluitur.

Deus Bone, ſenſus quæ ſunt, ſenſui relinquantur, & quæ rationis, ratione expẽdantur Valuulæ neque magnitudine, neque eædem numero: quando illic tres tricuſpides triſuleæ, hic duæ & mitrales Vexallio dictæ, nec ira proinde ſigillatiùs claudentes ſint: propterea ſpirirui ſuperiùs etiam patet egreſſus, nimirum in pulmones ingreſſus: vnde nec ſanguineo ſpiritui cum aëre calido regredienti impedimento eſſe credimus vtriuſque ob tenuitatẽ: licet non credamus ſpiritus ſanguineos ad vitã pulmonibus ſufficienter miſſos regredi: quia illico attrahuntur & retinentur, vt pote ex eorum vſu; Vt nec calido, inquam, aëri cum fuliginibus egredientibus: quem aerem ad ſpirituum procreationẽ facere haud credamus, vt aliàs diximus, idque reprobauimus. Tres verò tricuſpides venæ arterioſæ ſemiplenã lunam contractas conſtituentes apertas ex cordis ventriculi motu ſanguis iacentem, ſeu apertam fulcatam lunã demiſſas valuulas facilè etiã ſaltu tranſcendit in pulmones: à quibus ad vẽtriculũ, ideo nõ datur regreſſus, quia & falcata luna eſt, & ex cordis pulſu & motu nõ fit ſanguini regrediẽri ſaltus, & triſcupides clarę & vena arterialis nõ pulſat, vt ex Galeno clarè colligitur, (& quia à vena ortũ ducit) ideirco ſemilunã nullo modo ſupergradiri valet. *7. de anat. adminiſtr.*

Digreſſio.

Ceterùm aliquantulum hîc digredi oportet, quoniam durum hîc manſu os ſeſe offert, quod nec primioribus quidẽ labris vllus vnquam deguſtauit, vndeque commune non parum (ni fallor) ſeſe pro-

mit erratum, quod vt luculentius ſubtilius agentes & paucioribus quo ad poſſimus elucceſcat. Quærimus quam ob causã cor pulſet, quis ſit Cordis fabricæ finis. Et erit primùm (communi ex ſententia) vitæ cauſa, & mox præſtantioris vitæ gratia. Vno verbo, ad producendos ex vitali ſanguine, vitales ſpiritus, ex quibus corporis partibus communicatis & vita producitur, & præſtantior communicatur. Hæc omnibus, vt in confeſſo probatione non egent. Modò breuitatis gratia altero relicto membro, quòd præſtãtioris eſt vitæ gratia; vt relinquamus ob calorem refrigerationis cauſam, ſpirituum ex aëre procreationem, ſermonem, vocem, ſonum ex aëris attractione &c. primum expẽdamus, quod eſt conſeruandæ & producendæ vitæ cauſa jam ſuppoſitum, & omnibus cordatis ſeu corde præditis ſimpliciter neceſſarium ſtatuitur, non autem ſecundam, quod perfectioris vitę perfectioribus calidioribus tantummodo animalibus conceſſum & donatum eſt, ſed abſolutè ad vitam. Vt in omnibus perfectis & cor & cordis motus requiratur, vnde vitæ conſeruatio & productio pendet, quæ à ſpiritu, qui à corde ex arteriali ſanguine, qui ex cordis motu & calore.

Quærẽdum itaque modò reſtat ex quo ſanguine cor, & vnde ipſum cõſequatur, hoc opus, hic labor eſt. Sanguine ex quo arterialis itaque non impuro, craſſo, ſeculẽto, ſed ſubtili & elaborato fiat, opus eſt, meritò creditur. Hic defecatus non à Vena Caua medio dextro ventriculo per ſeptum à dextro in ſiniſtrũ, quod aliàs ablegauimus, nec Haruejus admittit, præterquam quòd in piſcibus & alijs innumeris animaliũ ſpecibus deſideratur. Quam ob rẽ & Colũbi & Haruęi ſimul ſentẽtia & sãguinis circuitus cõcidit, & alias ob multas alibi dictas, & infra dicendas rationes: vt aliorũ opiniones ibidẽ cõfutatas, propterea breuitatis gratia nũc miſſas facimus.

In prima parte nobil. Exercit.

Si vt Cordi corporis conſeruatori ſubtili depurato ſanguini occurrendum, vt ex eo iam elaborato illicò ac è veſtigio & ſimulatque recepto enutriri, & vitalem ſpiritũ totius gratia procreari valeat, innatoque calido præſto ſit, & conſequenter ne partes & membra ac inſtrumenta lãguentia orientur, & proprijs muneribus deſtituantur opem ferat; Profectò præcipuum huic operi, & Principi ſanguificans membrum conſultò à ſapientiſſima Natura dicatum fuit, & omni ratione conſtituendũ à nobis eſt huic muneri aptũ, promptũ, vicinum, cõiunctumque cordi & nõ alijs, vt vni cordis eiuſdẽque inſtrumento Arterię ſuppetias ferat purum alimentum propria ſanguificatrici vi, ſpirituum vitaliũ, calore necnon arteriarum perpetuo motu adiuuantibus, iocinori haud præſtitis, conficiendo perpetuò ſubminiſtret, nimio calori & ſiccitati frigido humidoque ſero præſto ſit, atque excrementa, craſſum, terreum, atrumque humorem ad progignendos ſpiritus ineptum, auertat.

Splenis munus & præſtantia.

Hoc autem à ſufficienti partium enumeratione ex reprobatis, & à corporis ſtructura, fabrica, magnitudine, aptitudine proprio opere, necnon à duplici inſeruientium vaſorum annexione, quorum altero ad attrahendum aliundè impurũ alimentum vtitur, altero poſt receptas vtilitates ad elaboratam iam materiã affluentem Principi cuius gratia confecit, tranſmittendam arteria nimirum vtitur, quid opportunius, præſentius, præſtantiuſque Viſcus eſſe poteſt, ipſo liene? Aliud videlicet Iecur, hepatis ſanguificandi munus gerens, & longè præſtantius, cordis, ſeu copiæ & magnitudinis arteriarum, beneficio, quę perpetuò ſuo motu & calore cõtentorũ ſpirituum ob copiã in ipſo viſcere craſſum & impurũ ſanguinẽ attenuãt elaborãtque, ac demũ in Cor ipſum deferũt, quoque ipſæ adhuc alimentali nutriuntur per Aortam ad caput tranſuehunt, & ad alias partes, quæ à venarum oſculis per anaſtomoſim non mutuãtur eo indigẽtes.

Vt rationabiliter diſcurrenti dilucidiſſimè pateat (vt enucleatiùs in proprio ſplenis hiſtoriæ tractatu oſtendimus) ex ſplenis fontis ſanguine ad Cor aſcendẽte (non deſcendẽte in arteriam Aortã ex vena caua ab ipſo corde) & perpetuò ſubminiſtrato, Circulationẽ penitus corruere.

Obiectio.

Ceterùm obijciat quiſpiã, quo modo

Digitized by Google

ex ſplene ſanguis ſiniſtrum cordis vētriculum ingredietur clauſis valuis ianuis? Si ſenſus & communis conſenſus oſtendit in cordis & aortæ diaſtole dilatatione tres membranulas ſemilunares oſtio in-

Solutio. tus apertas foris clauſas eſſe? Solutio, ſapientiſſimè à Natura omnia, ne copioſus à ſplene, ſeu ab Aorta ſanguis, & cum eiuſdem arteriæ Aortæ motus impetu diaſtole ventriculum repleret, & conſequenter ſpiritus generationem impediret id factum eſt: ſed quia non ſigillatius & exactè claudunt, per earumdem hiantes rimas arteria plenis buccis ſanguinem euomens ſingulaquaque diaſtole dicendi modo minimā portionē & guttatim quaſi introducit, Syſtole poſtmodū ſpiritū receptū & ad extima trāſmittit, & ita cōſultò ſapientiſſimè Natura prouidēs cōſulit.

Iuſta admiratio. Proh Deorum hominumque fidem, ex Communi Conſenſu, & Haruei Lōdinenſiumque potiſſimum aſſeritur, quod magna arteria, Aorta in altero ſuo motu in caſſum agat, in ſuo primo motu, & præcipua actione, ſua Diaſtole (à qua altera & ſecunda Syſtole pendet, nec fieri poteſt niſi prima, & primę effectus attractio & repletio præcedat & fiat) & magno amplificationis motu nihil agat, præſtet, portet, fruſtra & vanus ſit motus? Hoc ſanè me iudice rationi valde diſſonū, quod omniū talium ſapientum pace dixerim.

Haruei Tabl. 24. Quæſitū. Et cum meatus, & vaſa ſibi inuicem reſpondeant magnitudine, videlicet, vena arterioſa, & arteria venoſa; cur vnū priuato vſui deſtinetur, videlicet alēdis pulmonibus, alterum publico.

à Pariſ. Cons. 24. pluribus ſoluitur. Hæc certa ex ſenſu iacta ſciſcitari, eſt quærere principia, propterea dicta ſatiſfacient: quia hoc pulmoni genitum dumtaxat in perfectis, in alijs pulmonibus deſtitutis, & ipſum deſt, ſicuti & alterū, cui & ipſum inſeruit ſpirituum ſubminiſtratione. Nec partis magnitudinis, ſimilitudiniſue eumdem eſt præſtare vſum, toti, partiue deſtinari, famulari: quando prorſus eædem eiuſdem eſſentiæ, formæ, magnitudinis venæ & arteriæ ſanguinē, aliæ chylū, alię ſemen deferāt, vt notū eſt.

Addimus quin etiam quia hæc alia ſint & diuerſa alijs vſibus, proinde ſumma etiam Naturæ ſapientia deſtinata ſūt pro tempore, ſecus in fœtu, in lucem editis aliter: nec ſecus ſapienter fieri poterat, vnde manifeſtiùs hinc colligetur, ſi iſtud enixè quæratur. Quandoquidē hoc dextri ventriculi vas Vena ab vſu & officio, quia à caua ſanguinem (venarum modo) deferat, Arterioſa, quia ſubſtantia arteriæ corpori ſimilis ſit nuncupetur. Siquidem non ſimplici vt vena, ſed duplici tunica, externa quali vena, interna autē craſſitie huius ferè quintupla prædita. Inſuper durior in tranſuerſas fibras diſſoluta, quibus exterior, venæ tunica ſcilicet nullis contenta eſt, inquit Galenus, quam talem proinde rectè Varolus ad robut expulſionis gratia factam voluit. *7. adminiſtr. anat. c. 5.* In lucem namque editis, non arteriæ, ſed venæ (à caua in pulmones ſanguinem aſportans) partes agens talem dictam obtinet, ne in reſpirationibus facilè comprimatur dilateturque, & pulmo ſubſtantia leuis & rarus, faciliùs eleuetur, ac ſanguine iam à dextri cordis ventriculi motu, tenui reddito diutiùs in hac (ſubſtantia) arteria contento tenuiori ac ſpumoſiori euaſo in ſui ſubſtantiam exſudante cōmodiùs & meliùs alatur. Necnō vt ſua craſſa dura, ac denſa tunica minus aëris excipiat, (quam arteria venoſa) ne dexter cordis ventriculus ſiniſtro minus calidus refrigeretur, quod Hippocratis docuit: Quemadmodum ne in fętu (in quo arterię munus præſtat) vitalis ſpiritus maternus ab Aorta exceptus ab ipſa in pulmones tranſuectus tranſpiret, euaneſcatque.

Aſt Arteria venoſa à munere arteria, & quia pulſat, & aerē deuehat contineatque in lucē iam editis, ſimplici ac tenui tunica conſtat, vt ſua tenuitate & laxitate ad trahendum conducenti faciliùs & promptiùs aet ex aſperæ arteriæ ramis à corde tractus per ſui cæcos meatus in cordis ſiniſtrum ventriculum (& eſt illius nobis publicum tantùm munus, non ſanguinis in cor delatio vt Harueio & communiori opinioni) ad æſtum contemperandum, tranſpiret: Quemadmodum prius in fœtu ſimplici eadem tunica, vt venæ

eſt alimentarium ſanguinem à caua ad pulmones nutriendos deferebat. Vt per quam bellè pateat ſapientiſſimæ Naturæ prouidentia vno & eodem ſemper inſtrumento alijs in neceſſitatibus diuerſiſque in temporibus toti conſuluiſſe, vena inquam, arterioſa. Sicuti alio ſimiliter alijs & diuerſis in temporibus, egeſtatibuſque vni parti pulmoni ſemper præſto fuiſſe. Nec aliter fieri potuit, niſi aliquid initiò in fœtu opportunum, in lucem egreſſis deinde alio addito illud fruſtra, & nullius vſus remanſiſſet, quod de Naturæ ſapientia dictu magna execratio foret. Adde, quòd quum hæc feminea, & ex principio & principiò ſimul fiant omnia, ſecus patrari non potuiſſent. Ea propter in Diuinis nolite plus ſapere, quam oporteat, quoniam paruus error in principio fit maximus in fine.

Naturæ prudentia.

Et quo modo probabile eſt (vti notauit Realdus Columbus) tanto ſanguine opus eſſe ad nutritionem pulmonum, cũ hoc vas vena videlicet arterioſa, exuperat magnitudine vtrũque ramum diſtributionis venæ cauæ deſcẽdẽtis cruralem.

Haruei 25. Tact. Obiectio.

Eadem poſita manifeſta cauſa, & ex hiſtoria, quòd in cordis gratiam in calidioribus, eodem ſatiſfactum reſponſo eſſet. Præterea Cauæ deſcendentis ramos exuperat iure ac merito, quia non ſimplici vt vena, ſed duplici tunica, propria interna craſſitie ferè quintupla prædicta eſt, vt ex Galeno diximus, inſuperque tranſuerſis fibris, quibus vena minimè, vt ſapienter Natura, non item Harueius. Nihilominus tamen adhuc pluribus de cauſis id maximè probabile eſſe ſtatuetur, ſi magni & continui pulmonum motus ſãguinis plurimũ abſumentes animaduertẽtur. Si ſubiecta Cordis caloris & motus officina æſtum pariens perpendatur. Si arteriarũ pulmones percurrentiũ motus, & nutritio attendantur. Si cõtinui aëris, & fuliginum à corde expiratione per pulmones egreſſus, ac per eoſdem aëris pariter ingreſſus ad cor inſpiratione aduertantur. Ac demum ſi ex vocum emiſſione calor, ſitis & ſiccitas, vt in ſermonem, orationem, concionemue habentibus pateat, notetur, plurimũ & tamſũde ſanguinis abſumi facilè, ſatiſque probabiliter colligetur.

à Pariſ. 25. Contra pluribus ſoluitur.

Et (quæſo) quum pulmones tam propè ſint, & vas tam amplum exiſtat, & ipſi cõtinuo motu, quid eſt quod dextri ventriculi pulſu opus ſit? & quid eſt, quod Natura, gratia aliĕdorũ pulmonum, alterum ventriculũ cordi adiũgere neceſſe habeat.

Haruei 26. Tact. Obiectio.

Ratio manifeſtiſſima in promptu eſt, quia ſi pulmones leue cordis flabellum tenuis ſubſtantia ſimili nutrimento ali & ſeruari debuere, ſi paruo ex Diaphragmatis ſpontaneo motui (vt aliàs oſtendimus) obſequi, eleuari, attolli, dilatari aëris inſpiratione debuerunt, tenui & ſubtili depurato (ſpumoſo ſpongioſis pulmonibus ſimili) ſanguine nutriri itidem debuerunt. Ad quem efficiendum & talem elaboratum præſtandum dextri ventriculi pulſu, & continuo motu opus neceſſario fuit, & deinceps alterum ventriculum neceſſe habuit, nec ſecus fieri potuit in calidioribus & perfectis dictas ob cauſas ad tales ſecundarios vſus præſtantiores vitæ gratia. Ad præcipuum verò finem, & vſum, ad vitam ſimpliciter, vt in piſcibus & alijs liquet, haud neceſſaria iſtæc. Vnde manifeſtè corruit ſanguinis ad cor deorſum motus & circuitus; ſed bene à ſplene ad Cor ſurſum ſanguinis motus & ingreſſus.

à Pariſ. Cont. 29. Euertitur.

Cum dicunt ſiniſtrum ventriculum è pulmonibus, & deſtro cordis ſinu materiam attrahere, ad ſpiritus condendos: aërem videlicet & ſanguinem, & pariter in Aortam ſpirituoſum ſanguinem diſtribuere: & hinc fuligines, videlicet retro per arteriam venalem remitti in pulmones, illinc ſpiritus in Aortã. Quid eſt, quod ſeparationem facit, & quod modo huc illuc ſpiritus fuligines citra permiſtionem aut confuſionem commeãt. Si tricuſpides mitiales non impediunt egreſſum fuliginum ad pulmones, quomodo impedient aëris? Et quo modo ſimulares prohibebunt regreſſum ſpirituum (ſubſequente Diaſtole cordis) ab aorta? Et omnino quomodo dicunt per arteriam venalem ſpirituoſum ſanguinem diſtribui è ventriculo

Haruei 27. Tact. Difficultates.

ſiniſtro

Digitized by Google

ſiniſtro in pulmones; nec interim impediant tricuſpedes? cum affirmarint aerem per idem vas à pulmonibus in ventriculum ſiniſtrum ingredi, cuius egreſſui tricuſpides illæ valuulæ impedimento eſſe voluerunt Deus bone? Quo modo tricuſpides impediunt aeris egreſſum, & non ſanguinis?

à Pariſ. 27. Cont. Soluuntur. Horum re vera quædam communia non admittenda, vtpote rationi haud conſentanea, ceterùm nullum negotium faciunt.

Aerem ad condendos ſpiritus attrahi, tam falſum eſſe, quàm quod falſiſſimum, in tract. de ſpiritibus dilucidè oſtendimus. *in prima parte Exercit.* Siniſtrum verò ventriculū ſpiritum in Aortam diſtribuere & hinc retrò fuligines in pulmones remittere non me mouet, quando vtrumque rationi maximè conſentaneum ſit: quoniam ſeparatio ſuapte natura fit, quia ſpiritus à ventriculo mittuntur, ab arterijs & totius corporis partibus vtpote earumdem ex vſu ad vitam alliciuntur, trahunturque fuligines quippe quæ minímè ex vſu, ſed noxiæ, ab omnibus expelluntur, & proinde abſque confuſione.

Tricuſpides mitriales vt ſpiritus in pulmones à ſiniſtro ventriculo admittūt, ita & pari ratione ſimul calidi aeris cum fuliginibus in eoſdem egreſſum permittere vltrò concedimus. At vitalium ſpirituum in ſiniſtrum cordis ventriculum regreſſum à ſemilunaribus non prohibere quia Syſtole abierunt, & à partibus retinentur. Ceterum nos alius & contrariæ opinionis ſumus ſiniſtrum ventriculum à ſplene ſanguinem in arteriæ diaſtole admittere nequaquam à pulmonibus recipere, vt ſupra diximus, non propterea id de ſpiritibus aſſerimus; ſed dicimus vitales ſpiritus à Cordis & Aortæ Syſtole exploſos ad Cor non regredi, tum quia non ſolùm expelluntur, & ad extremas partes tranſmittuntur: Verum etiam quia vbi à corde & aorta ſimul & ſemel vt affluentes ſuperflui, & in aliorū gratiam geniti, exploſi ſunt, ab alijs alliciuntur, trahuntur, retinentur inſiti in calidi, & in ſui cuiuſcumque partis vitæ gratiam, & conſequenter non ampliùs cor petunt.

Haruei 28. Tract. Difficultates. Ampliùs cum venam arterioſam, vas amplum, magnum cum tunica arteriç factum, non niſi priuato, & vni vſui (videlicet alēdis pulmonibus) deſtinarint: Cur arteriam venalem vix pari magnitudine cum tunica venæ molli, laxa, pluribus vſibus, tribus, vel quatuor videlicet fabrefactam aſſeuerant: volunt enim per ipſam aerem è pulmonibus in ſiniſtrum ventriculum permeare: volunt ſimiliter è corde in pulmones fuligines per ipſam remeare: volunt ſpirituoſi ſanguinis portionem à corde per ipſam in pulmones ad ipſos refocillandos diſtribui.

à Pariſ. 28. Cont. Diſſoluūtur. Quam ob rem vena arterioſa craſſa duplici tunica, Arteria verò venoſa tenui & ſimplici tunica prædita ſit, ſupra iam dictum eſt, ex mirabili Naturæ ſapientia ob neceſſitates & diuerſa ob exercenda munera etiam diuerſis in temporibus alijs & diuerſis offitijs præſtandis tunc in fœtu, nunc in lucem editis ita ſanctum eſt. Alterum verò vni priuato muneri, alterum vas pluribus vſibus dicatum, tum quia ita conducebat, tum quia ita inſtrumēto, parti eſſentiæ & ortus initiò, & poſt competebat, tum demum quoniam ſitui partis poſitioni ſic opus fuit: Cur vlterius ſi quæras, quia ſic melius, & quoniam fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Ita Naturæ ſapientiæ. Quid multa?

Haruei 29. Tact. Obiectio. Si fuligines & aerem à corde illas, ad cor hunc per eumdem tubulum volunt tranſmitti; tam contrarijs motibus, & vſibus vnum vas, & vnam viam fabricare Natura ſolita non eſt, nec videre vſpiam contingit.

à Pariſ. 29 Cont. Expenditur. Si in vno tantummodo vaſe inſtrumētoue colligeretur quam ob rem id Naturæ vitio vertendum? curue mirandum? At Maſeraicæ à Iocinore ad alteram ventriculi & inteſtinorum tunicam ſanguinē ferre, ab eadem chylum ad portam deferre creduntur. Tracheam aerem ferre & referre, potum in thoracem admittere, & catarrhum, eumdemque foras remittere. Naſum aerem & odores trahere ſeu ad.

Digitized by Google

mittere ad mamillares proceſſus ad pectus, ad cor (vt os) ad cordis ventriculos, ad cerebrum; eumdem & fœtores aerem, necnon catarrhum, Quid tum naſuti? An vſpiam viſitur?

Haruei Tact. 30. Obiectio. Si fuligines, ſi aerem hac via permeare, remeare concedunt, vt per Bronchia pulmonum quare exſecta, vel inciſa arteria venoſa; neque aerem neque fuligines reperire in diſſectione poſſumus, & vnde ſemper refertam craſſo ſanguine arteriã venoſam iſtam videmus, & numquam aere; cum in pulmonibus, & aerem remanentem cernimus?

à Pariſ. Cont. 30. Ablegatur. An neſcis, quod intus exiſtens prohibet externum? Si craſſo ſanguine referta eſt, quo modo aëre plenam contendis? An non accedente ſanguine aer recedit? An dum animal moritur in expiratione totus ſanguis ad cor, totus aer foras, vel in pulmones ſe ſe recipit, & ſanguis calens ad viſcus calens accedit? quid quod? An aerem inibi videre contendis?

Haruei Tact. 31. Difficultates. Si quis experimentum Galeni faceret, & cani adhuc viuenti trachæam incideret, & follibus pulmones aëre impleret per vim, & diſtentos ligaret fortiter; Idem mox diſſecto pectore multam aëris copiam in pulmonibus vſque ad extimam illorum tunicam inueneret, ſed neque in arteria venoſa, neque in ſiniſtro ventriculo cordis quidquam. Si aerem è pulmonibus, in cane viuente, aut cor attraheret, aut pulmones tranſmitteret, multo magis hoc experimento id facere deberent. Imo in adminiſtratione Anatomica inflatis cadaueris pulmonibus, etiam aerem ſtatim huc ingredi (ſi vlli eſſent meatus) quis dubitaret? Tam magni vero faciunt hunc vſum arteriæ venoſæ, videlicet ad aerem è pulmonibus cordi deferendam; vt Hieronym. Fab. ab aq. p. huius vaſis cauſa pulmones factos fuiſſe, & hanc eſſe præcipuam pulmonum particulam contendat.

à Pariſ. Cont. 31. Reijciuntur. Quæſumus in Natura pugnantia non quærantur. Si canis animal moriens expiratione vitam terminat, & expiratione Cor, arteriæ Syſtole, pulmones, atque diaphragma & intercoſtales muſculi expirationi inſeruientes aerem explodunt; Et aër & quia exploſus, & vacui fuga egreditur, & quod reliqui demùm eſt iiſdem de cauſis in ſpongiam in vacuos pulmones ſe ſe recipit, quà corde egrediens, & reiectus, & vi vacui ſubſequente ſplenis ſeu Aortæ ſanguine cor, & pulmonũ ſeu venæ arterioſæ arteriam venoſam replente, vt tandem nullo exiſtente cordis motu, ſed adhuc calore, & conſequenter nihil impedientibus tricuſpidibus valuulis, quid mirum, quod in ſiniſtro cordis ventriculo, & arteria venoſa nil præter ſanguis & ſpiritus reperiatur?

Viuentis canis exemplum non eſt ad rem, niſi nobiſcum facere, ac quin etiam implicare mauultis.

Si cor ideo aerem trahit, vt refrigeretur, & aëre inflati, maximè & maxima vi extrinſecus viuentis canis pulmones vt expirare nequeant, vt proinde & ipſi, & diaphragma & intercoſtales muſculi valde excalfiant, & ſemper magis, quia aer ſubtilior calidiorque iugiter reddatur, ſemper minus mouere mouerique poſſint maximè tenſi, nimis excalfacti.

Cor ſuapte natura calidius quàm par ſit, proinde pulmones ad ſui refrigerationem à Natura conſequutum; corum modò benefitio fruſtratum, frigido externo aëre priuatum, interno nimis calido, & inſeruientium partium nimio calore inflammatum ac ſibi maximè patienti occurrentibus ſummopere excalfactis arteriarum ſanguine, & vitalibus ſpiritibus toto repletum ſanguine parum aut nihil agentibus valuulis: quia cor proprijs motibus niſi omnino, ferè prorſus deſtituitur, & quia diaſtole fieri nequit; tũ quia aer vi ſuperfluus immiſſus, & mora auctus, calore rarefactus, nullum datur vacuum; neque egreſſus: potiſſimum etiam attenuato arteriali ſanguine vaſa replente, & in cor patiens toto confluente & irruente, Syſtole deſtitutum totius (inquã) arterialis ſãguis in ſiniſtro eius vẽtriculo, vt à pulmonibus ſeu ab arteriali vena in venali arteria colligitur, & remanet. Et ſi hoc à rei natura colligitur, quo modo cor cũ venoſa arteria aëre refertũ eſſe poteſt?

Inflatio

Inflatio in cadaueribus non inſeruit, quia pori frigore conſtricti, & frigidis humoribus clauſi penitus ſunt. Exemplo ſit manifeſto veſica vrinaria, quæ viuens & lotium & arenulas, nec non lapillos à renibus & vreteribus deſcendentes admittit: mortuam ſi follibus infles, aerem minimè egredi, nequaquam vrinarios meatus ingredi obſeruabis. Nō propterea viuens illa non recipiebat. Sic de vtre, & animalium (vti & pelle dictum velim, quæ viuentes, non ſubtiliorem tantummodo aerem, ingredientem, ſed ſenſibiliter ſudores & craſſiores ſordes explodunt, haud quaquam mortuæ calidiſſimo immiſſo aëre egreſſum permittunt.

Vena Arterioſa præcipuum pulmonum vas eſſe certum eſt, quia eſt proximum inde cordis inſtrumentum ſimpliciter neceſſarium, propter quod & pulmones & arteria venoſa ad refrigerandum attemperandumque facti ſunt præſtantioris vitæ gratia, quæ in alijs non ita calidis & perfectis, in quibus (vt in piſcibus &c.) propterea ſenſuum perſpicacitas & præſtantiores operationes, locutio, vox &c. non ſunt, non requiruntur.

Harvei Tact. 32 Obiectio.

Sed amabo, ſi aëri deferendo arteria venoſa condita ſit, cur eius conſtitutio eſt vena?

à Pariſano Cont. 32. Tollitur.

Quia ſic Naturæ ſapientiæ conuenit, quia ita decuit non aliter: quia ita fœtui in vtero, in lucem egreſſo conduxit, nec ſecus, ſapientiaſue haſce ob actiones & vtilitates fieri potuit, vt ſatis ſuperque iam explicatum fuit.

Harvei Tact. 33. Figmēta.

Fiſtulis potius opus eſſet Naturæ (& quidem quales Bronchia ſunt annularibus, vt ſemper pateant, & neque concidant, & vt omnino vacuæ ſanguine permaneant, ne humor aëris tranſitum impediat, vti manifeſtum eſt, quando pulmones pituita Bronchijs vel infarcta, vel paululum admiſſa laborant ſibilo & ſtrepitu oborto dum reſpiramus.

à Pariſ. 33. Cont. Oſtenſa.

Mineruam docere nimia eſt fidentia: quam ob rem pluribus, & quàm dilucidiſſimè ſupra patet, ne fruſtra tempus conteramus.

Harvei Tact. 34.

Minus tolleranda illa opinio, quę cum duplicem materiam (aeream & ſanguineam) neceſſariam eſſe ad ſpiritus vitales efficiendos ſupponit, ſanguinem per mediaſtini cordis cæcas poroſitates de dextro in ſiniſtrum ventriculum tranſudare, aerem per magnum vas Arteriam venoſam è pulmonibus attrahi contendit: & Proinde in ſepto cordis poroſitates plures eſſe producendo ſanguini accommodatas. Sed me hercule poroſitates nullæ ſunt, neque demonſtrari poſſunt. *Placita.*

à Pariſ. 34. Cont. Recepta.

Hoc planè lato ore fatemur, & alibi planius & plenius profeſſi ſumus in prima parte Nobil. exerc. tract. de Spirit. Atque de Cordis ſepto in Cord. tract. fuſius & luculentius.

Harvei 35. Tact. Experimentum ac inde ſequela.

Andreas Laurentius lib. 9. capit. 11. quæſt. 12. authoritate Gal. 6. de loc. aff. cap. 7. & experientia Hollerij fultus, aſſerit, & probat è cauitate pectoris ſeroſitates, & pus Empyicorum in arteriam venoſam abſorptum per ſiniſtrum ventriculum cordis & per arterias cum vrina, vel cum fęcibus alui poſſe expelli recenſet, quin etiam in cōfirmationem caſum cuiuſdam Melancholici, qui ſæpius deliquium animi paſſus à paroxymo liberatus erat emiſſione vrinæ turbidæ, fœtidæ, acris; quo genere morbi tandem confectus, diſſecto cadauere, talis ſubſtantia, qualem mingebat, neque in veſica, neque in renibus vſpiam apparebat, ſed in cordis ſiniſtro ventriculo, & cauitate pectoris plurima: vnde gloriatur, ſe horum affectuum talem prædixiſſe cauſam. Ego autem non poſſum non mirari, cum ipſe materiam heterogeneam poſſe eodē tractu euacuari diuinarat, & prædicauerat: quod ijſdem vijs ſanguinem è pulmonibus in ſiniſtrum ventriculum ſecundum naturam deduci conuenienter cernere, aut aſſeuerare non potuit, aut noluit.

Itaque ex his & huiuſmodi plurimis patet, cum ea quæ dicta ante hac à prioribus de motu, & vſu cordis, & arteriarum, aut inconuenientia, aut obſcura, aut impoſſibilia diligentius conſideranti appareant, vtile proinde admodum erit paulo penitus rem introſpicere, arteriarum, & cordis motus non ſolum in homine,

mine,ſed & alijs vniuerſis animalibus cor habentibus contemplari: Quin etiam viuorum diſſectione frequenti, multaque autopſia veritatem diſcernere, & inueſtigare.

à Pariſ. 13. Cont. Satis ſuperque factum & infra fiet.

De Andreæ Laurentij deſcripta experientia nunc ne verbum quidem, quoniam non eſt huius loci de ijs verba facere: ſed bene infra vbi occaſio ſeſe obtulerit, opportuno ſermonem habebimus, ſi Deo placebit.

Iam nunc & hactenus præter vnum aut alterum (quæ aliàs ablegauimus) à Docto & ſubtili Viro, magna & ſagacitate ex allatis & diligenter excuſſis, nihil è ſapientibus obſcuri, inconuenientis, impoſſibiliſue obuiam venit, nedum trepidationem fecerit, ac quàm Vir maximè ingenio valens circulationem præferat.

Reſtat vt eius veſtigia quoquo verſum ſequentes hoc pulcherrimum monſtrū ex eius ingenij acumine ortum hactenus à nobis minimè ſubodoratum, obſeruemus, veneremur, atque ſubſiſtentes pro viribus cordis & inſeruientium partium ſuſceptū munus ſuſtineamus, idemque in Naturæ ſapientię, & ſapientum gratiam tutemur.

GVILIELMI HARVEI

Exercitatio Anatomica

DE MOTV CORDIS ET SANGVINIS IN ANIMALIBVS.

CAPVT PRIMVM.

Cauſa, quibus ad ſcribendum Author permotus fuerit.

IN primo capite ſcribendi cauſam Harueius reddit, quia de cordis motibus, vſibus, & vtilitatibus iādiu hæſitans relictis libris & aliorum authoritatibus, viuorū diſſectionibus animum appulit, multoſque labores & diſquiſitiones viua introſpiciēdo multis collatis obſeruationibus rē ſe ſe attigiſſe ratus, ſuos amicos & doctos viros priuatim & publicè in anatome adminiſtranda participes faciens; quæque quum alijs placere, alijs minimè probari animaduerteret, id vel inuidia, vel malignitate, inquit: Tandem amicorum precibus, vt ipſi participes fierent, ac de ſe, deque re ipſa iudicium ferrent, typis mandare coactus fuit. Vtque ſi quid Reipublicæ literariæ ſua ex opera vtile & cōmodum hac in parte accideret, forſam rectè ſe feciſſe conſtaret, nec alij omnino inertem ſe vixiſſe viderent.

ÆMY-

ÆMYLII PARISANI ROMANI

ASSERTÆ HARVEI SANGVINIS AD COR Circulationis Diſcuſſio, & Omnimoda Euerſio.

Scribendi Occaſio. Caput Primum.

Simulatque ſublimis ingenij Viri libellus noſtras ad manus peruenit, & ſummis quidem Doctorum Virorũ laudibus comitatus: Viſa inſcriptione: Arduo animaduerſo argumento, Authorem cùm ex hiſce, tum ex præacceptis laudibus, magni ingenij credidimus, vti experti etiamnum fatemur. Quippe qui ſui ingenij acumine omnium iamnunc Sapientum authoritate, laboribus, & rationibus hac in re poſt habitis in alia omnia iuit. At quod admirabilius, Doctiſſimos Viros, totamque Londinenſium Academiam ſecum duxit. Quinimo & quod grauiſſimum, Sapientiſſimæ Naturæ Opus & Fabricam aliorum omnium, cum Antiquorum, tum Recentiorum Sapientum omnium (ſuis exceptis dictis) aduerſus opinionem ſuo arbitratu interpretatur, & quaſi ſibi perſpicaciſſimo morem gerere facit, cogitque, ſi illi & dictis, Doctiſque Viris fidem adhibeamus; Quod opus eximij, inquam, ingenij eſt. Quamobrem eius Fidentiam, quemadmodum & Londinenſium Doctiſſimorum Academicorum adhibitam eidem Fidẽ admirati, Arduum ab ipſo ſuſceptum Opus præſenti animo, vt in Subtilibus & Ingenioſis neceſſum eſt, omnia volutari cepimus, & animaduerſa cuncta eius ingenioſæ ſubtilitati, & magnæ caliditati tribuenda credidimus.

Quandoquidem re vera Talia (ſua & ſecum facientium pace dixerim) malleo haud ſtare exiſtimauerim, vt ſi ad Lydium Lapidem ducantur, periculum faciemus, vt nec ponderi, ſicuti ſupra nonnihil experti ſumus.

Quomodocumque tamen res ſe ſe habitura ſit, Virum laude dignũ dicimus, cum multos ſuſceptos ob labores: tum quia ſuopte ingenio munus omnes aduerſus Sapientes maximè, & perquammaximè laborioſum, & ponderoſum ſuſcepit, idque oneris de ſuis humeris hactenus portauit, alioſque omnes Doctos (quibus dicatum fuit) Collegij Londinẽſes, & quos ipſe laudantes audiui in ſuam ſententiam duxit. Quodque nos maximam in admirationem, inquam, trahit: tot Doctiſſimorum videlicet mentes, & quinetiam oculos, hoc veluti magico opere (ni fallor) deludat, cuius, quorumque pace dixerim.

Quam ob rem ægrè fero ipſum aduerſum, alioquin doctum Virum, in ſingulare certamen deſcẽdere; quoniam quum ſuopte ingenio & ſagacitate mirificũ repræſentatum ob opus magna laude & honore dignum exiſtiment omnes; ſic ijſdẽ eum exuere me velle videar: Atque proinde poſitus in medio, quò me vertã neſciam; Nec tacere, inquam, nec loqui, proſequi ue ſciam. Quandoquidem ſi ſileã, quodammodo operi, quod non ſentio, ſcriptis, & factis, & fictis (ni fallor) ſubſcribo, nedum ſi alijs aſſertior, & eadem ſi laudibus efferam, quod ingenui nõ eſt hominis, nedum Philoſophi. Et quod maximè vrget, Antiquos Sapientes noſtrûm optimè meritos Magiſtros (ſi bene dixiſſe credam) derelinquam. Et quòd magis intereſt, Veritatem deſeram; Atque quineriam, quod plurimi noſtra refert, me ipſum, qui aliàs Cordis hiſtoriam, aliàs Splenis fabricam (in prima parte noſtr. nobil. Exercit.) pertra-

ctans

ctans oppoſitum ſcripſi,& ſuſtinui,fallens derelinquam.

Quas propterea ob cauſas Subtilis Vir, non moleſtè, ſed ęquo pacatoque animo feret, ſi meas ſpeciatim, & Antiquorum partes generatim ſuſcipiam, ſi Veritatis cauſam agam. Secus præclarum ſuum ingenium admiror, & difficillimum ſuſceptum munus laudo,quatenus ſibi & multis probabile viſum redditumque eſt, & quatenus in maximè arduis nedum impoſſibilibus voluiſſe & tentaſſe ſatis. Ita Pręclariſſimi Londinẽſes Academici Medici ſecum ſentientes æqui bonique facient: quando tendimus hîc omnes metam properantes ad vnam, ad Veritatem hominis finem,qua cognita(vtinam) Verum, Vnum vna conſequamur omnes.

De Motu Cordis & Sanguinis in Animalibus.

Ex Viuorum diſſectione, qualis ſit, Cordis motus Harueio. Cap. II.

Haruei Tact.36. PRimum itaque in Cordibus,omnium adhuc viuentium animalium aperto pectore,& diſecta capſula,quæ cor immediate circumcludit obſeruare licet. Cor aliquaodo mouere, aliquando quieſcere, & eſſe tempus in quo mouetur, & in quo motu deſtituitur.

Hæc manifeſtiora in cordibus frigidorum animalium, vt buffone ſerpentibus, ranis, cochleis,cancris,cruſtatis, conchis, ſquillis,& piſciculis omnibus: fiunt etiam omnia manifeſtiora in cordibus aliorum, vt canis, porci, ſi eo vſque attente obſeruaueris quo ad emori cor, & languidius moueri, & quaſi extingui incipiat: tum etenim tardiores, & rariores ipſius motus fieri, & languidiores quietes, cernere apertè & clarè poteris, & motus qualis ſit, quo modo fiat,commodius,& intueri, & diiudicare licet. In quiete,vt in morte cor laxum, flacidum eneruatum, inclinatum quaſi iacet.

In motu, & eo quo mouetur, tempore tria præ cæteris animaduertenda. Prima obſeruatio.

Quòd erigitur cor, & in mucronem ſe ſurſum eleuat, ſic vt illo tempore ferire pectus, & foris ſentiri pulſatio poſſit. Secunda obſeruatio. *Tact.37.*

Vndique contrahi, magis vero ſecundum latera,ita,vt minoris magnitudinis, & longiuſculum, & collectum appareat. Cor anguillæ exemptum, & ſuper tabulam aut manum poſitum hoc facit manifeſtum, æque etiam apparet in corde piſciculorum,& in illis frigidioribus animalibus, quibus cor coniforme, aut longiuſculum eſt. Tertia obſeruatio. *Tact.38.*

Comprehenſum manu cor eo quo mouetur tempore,duriuſculum fieri,à tentione autem illa durities eſt, quemadmodum ſi quis lacertos in cubitu, manu comprehendens,dum mouent digitos,illos tendi, & magis renitentes fieri percipiat. Quarta obſeruatio. *Tact.39.*

Notandum inſuper in piſcibus & frigidioribus ſanguineis animalibus, vt ſerpentibus,ranis,&c.illo tempore, quo mouetur cor albedioris coloris eſſe, cũ quieſcit à motu coloris ſanguinei ſaturũ cerni. *Tact.40.*

Ex his mihi videbatur manifeſtum: Motum cordis eſſe tentiorem quãdam ex omni parte,& ſecundum ductum omnium fibrarum, & conſtrictionẽ vndique, quoniam erigi,vigorari,minorari, & dureſcere in omni motu videtur, ipſiuſque motũ eſſe,qualem muſculorum,dum contractio fit ſecundum ductum partium neruoſarum,& fibrarum, muſculi enim cum mouentur,& in actu ſunt vigorantur,tenduntur ex mollibus duri fiunt, attoluntur incraſſantur,& ſimiliter Cor. *Tact.41.*

Ex quibus obſeruatis rationi conſentaneum eſt, Cor eo quo mouetur tempore,& vndique conſtringitur, & ſecundum parietes incraſſeſſit: ſecundum ventriculos coartari, & contẽtum ſanguinem protrudere, quod ex quarta obſeruatione ſatis patet,cum in ipſa tenſione ſua,propterea quod ſanguinem in ſe prius cõtentum expreſſerit,albeſcit,& denuo in laxatione & quiete ſubingrediente de nouo ſanguine in ventriculum,redit color purpureus, & ſanguineus cordi. *Tact.42.*

Verum nemo amplius dubitare poterit, *Tact.43.*

ſit, cum vſque in ventriculi cauitatem inflicto vulnere, ſingulis motibus, ſiue pulſationibus cordis in ipſa tenſione proſilire cum impetu foras contentum ſanguinem viderit. Simul itaque hæc & eodem tempore contingunt, tenſio cordis mucronis erectio, pulſus, qui forenſecus ſentitur ex alluſione eius ad pectus, parietũ incraſſatio & contenti ſanguinis protruſio cum impetu à conſtrictione ventriculorum.

Tab.44. Hinc contrarium vulgariter receptis opinionibus, apparet cum eo tempore, quo cor pectus ferit, & pulſus foris ſentitur, vna cor diſtendi ſecundum ventriculos, & repleri ſanguine putetur, quaquam cõtrarium ſe habere intelligas, videlicet cor dum contrahitur inaniri. Vnde qui motus vulgo cordis Diaſtole exiſtimatur, re vera Syſtole eſt. Et ſimiliter motus proprius cordis, Diaſtole non eſt, ſed Syſtole, neque in Diaſtole vigoratur cor, ſed in Syſtole, tum enim tenditur, mouetur, vigoratur.

Tab.45. Neque omnino admittendum illud; tametſi diuini Veſalij adducto exemplo cõfirmatum; De vimineo circulo ſcilicet ex multis iuncis pyramidatim iunctis, cor ſecundum fibras rectas tantum moueri; Et ſic dum apex ad baſim appropinquat, latera in orbem diſtendi, & cauitates dilatari, & ventriculos cucurbitulæ formam acquirere & ſanguinem introſumere, nã ſecundum omnem quem habet ductum fibrarum, cor eodem tempore tenditur, conſtringitur, & potius incraſſari & dilatari parietes, & ſubſtantiam, quam ventriculos; & dum tenduntur fibræ à cono ad baſim, & cor vna ad baſim trahunt, nõ in orbem latera cordis inclinarent, ſed potius contrarium, vt omnis fibra in circulari poſitione dum contrahitur verſus rectitudinem. Et ſicut omnes muſculorum fibræ dum contrahuntur & in longitudine abbreuiantur, ita ſecundum latera diſtenduntur, & eodem modo quo in muſculorum ventribus incraſſantur, adde, quod non ſolum in motu cordis per directionem & incraſſationem parietum contingit ventriculos coarctari, ſed vlterius eo quod fibræ illæ, ſiue lacertuli, in quibus ſolum fibræ rectæ (in pariete enim omnes ſunt circulares) ab Ariſtotele nerui dictæ, quæ vario in ventriculi cordis maiorum animalium dum vna cõtrahuntur, admirabili apparatu, omnia interiora latera veluti laqueo inuicem cõpelluntur ad contentum ſanguinem maiori robore expellendum.

Neque verum eſt ſimiliter; quod vulgo creditur, cor vllo ſuo motu, aut diſtẽtione ſanguinem in ventriculis attrahere, dum enim mouetur, & tenditur, expellit: dum laxatur, & concidit, recipit ſanguinem eo modo, quo poſtea patebit. Tab.46.

Propoſitorum Excuſſio & Euerſio. Pariſani. Cap. II.

HEri, hoc eſt in præcedentibus Dedicatorijs Epiſtolis ac dein in primo capite expoſita vtriuſque noſtrũ ſcribendi occaſione, hodie & nunc propiùs in biuio poſiti concordes ambo iter facturi, ad lucem & Veritatem apiſcendam tendimus: Et vt Harueius prior ſiniſtram verſus (ſua pace dixerim) ſuum tetendit iter, nos dextrorum pergemus, hinc viſuri, quis noſtrum lucis ortum & Solẽ verſus tendat, quis verò contra, tenebras & Occaſum verſus vergat & progrediatur; Vt hinc poſtea pateat, quòd paruus in & ex biuio receſſus, paruus error in principio, fiat & ſit maximus in fine.

Quum autem ille authoritatibus nullis ſtare profiteatur, & auerſus contrariuſque prorſus ijs ſit, (& eſt altera biuij via) quæ ſenſu comprobatæ creduntur. Propterea ſi ſapientibus antiquis & modernis concordibus, & ex ſenſibus de promptis, & communiter vna ſanctis Harueius ſenſu & ratione contra ſentiat: tametſi alterius partis ſenſum deceptum, rationemque halluncinatam & falſam fore profectò aſſerendùm ſit: quando vna Veritas, & Contradictorium alterum tantummodò verum extet: Etiam ſi nos ſecus & contra ac ille aſſeramus, nihil actum erit: quoniam ſi tot doctiſſimis idem ſentientibus fides abrogetur, nobis vnis, vel alijs

alijs etiam additis non adhibebitur. Ea propter in dubiũ omnibus verſis, ſenſatis principijs veluti maximis, & axiomatibus, ac alijs ex ſenſu ſimul depromptis, quibus ratione contradici nequit dumtaxat poſitis agendum nobis erit; Vt talibus oppoſitis iuxta ſe poſitis, & ipſa ex repugnantia, atque vrgente conuincenteque ſimul ratione Veritas eluceſcat.

Contrariæ autem opinioni hactenus probatæ & communiter receptæ vt plurimum adhærebimus, & erit altera Biuij ſemita, qua porrò pergemus.

Animaduertenda. Itaque omnium omnibus relictis, & miſſis, Harueius aliò vertens animo, aliã contrariam ſententiam omni arte expiſcari conatur, atque ſenſu duce (vt ait, opinaturque) ratione comite ſui ingenij acie pulcherrimum ſibi, & ſibi credentibus ædificium erigit. Conſultò quidem hæc agenda pertractat, & diuturno tempore animo verſat manuque peruoluit. Verùm quia à Sapientibus, & peritis piſcatoribus ſecedens & penitùs abdicatus, iiſque ſpretis, riuum ſibi piſcatu facilem (caſu fortaſſe) ingreſſus, animalium feces inibi expiſcatur.

Tendenda. Quandoquidem (ad rem propius) vt facilius & luculentius Veritatem indagare poſſit, animalium feces in riuulis ex ipſo cœno expiſcatur, piſciculos videlicet, ranas, anguillas, teſtudines, ſerpentes, buffones, vnde ſenſus veneno inficiuntur & pereunt, inde intellectus. In ſumma omnium frigidiſſima animalia, quorum cor puſillo calore, pauciori & debiliori ſpiritu præditum, tardiori motu mouetur, colligit, & accipit de Cordis motibus periculum facturus, iudiciumque laturus. Proh Deus, quomodo Celebres Viri quandoque hallucinantur, irretiuntur?

Expendenda. Amplius tale illius motus iudiciũ deſumitur ex illorum aperto pectore: vlteriùs reſerato pericardo cordis capſula aëri expoſitis, magnis excitis vaſis caua & aorta, euacuatoque ſanguine. Adhæc vtroque priuatis ſanguine venali, arteriali; & inſuper (Bone Deus) nudis in tabula poſitis, aut in manu poſt diuturnas lacerationes & totius ſanguinis ſpiritusque euacuationes pluſquam ſemi mortuis languidiſſimi cordis motus ſenſu quæritur. Qui experiendi modus in dubio poſitus, immo omnino fallax ineptis ex ſubiectis corporibus, laceratis, & expirantibus ferèque mortuis, mirum in modum admiratione nos afficit. Quando potius id periculi faciẽdum foret in magno corde duorum ventriculorum calidiſſimo, robuſtiſſimo, quam ocyſime, ac in viuenti animali, & non omnino cõtra, vbi omnia in obſcuro ac in tenebris ſunt. Quo in caſu, inquam, ſenſus non poteſt nõ decipi & falli, atque deinceps experientis intellectus, & ſequaces cortice natantes, immo fidem dictis & ſcriptis facilè adhibentes, vix ſuperficietenus ſenſu & intellectu rem ipſam intuentes, vt ille tota via, toto & ipſi cœlo aberrant.

Contall. 36. Multis nominibus labitur. Ad rem propiùs. Cor nunquam quieſcit niſi laboret & ægrotet, nec tunc eſt quies: nec vllam in eo ſenſilem eſt reperire quietem, niſi quæ mente concipitur contrarios inter motus, Diaſtolem & Syſtolem. Si laboret, pulſus interpolatio; in pra focatis quies non omnino in corde, quia laborantes viuunt, ſic quo ad ſenſum. Sic in morientibus & valde frigidis languida Diaſtole, languidiſſima & tardiſſima ſyſtole, vt vix appareat, propterea quieſcere tunc cor videtur. Quid mirum igitur, quòd in frigidiſſimi ſuapte natura animalis languentiſſimo & morienti corde anguillæ, ranæ, piſciculi, buffonis, ac etiam calidiorum canis, porci, (à ſuis ne perlatam paleam exemplis recedamus) ſed morientium, vix cordis elatio Diaſtole primus præcipuusque cordis motus ſibi ſimpliciter neceſſarius appareat, alter verò, vt pote non ſui cordis gratia, proinde ſibi minimè neceſſarius, ſyſtole tardior, vt vix appareat; & fortaſſe tũc nulla, quoniam quid explodat non habet; ſed bene dum viuit dilatatur alimentum appetens & dilatatione Diaſtole allicit, non autem reicit quod non habet, propterea potius cõcidit, quàm ad ſuperfluum reijciendum moueatur; quod non animaduertẽs Harueius quietem vocat, & vnum dumtaxat cordis motum ſtatuit; Hinc in-

quam

quam hallucinatio, & Haruei & ſequacium, quòd vnus tantummodo motus, & non Diaſtole, dilatatio ad ſanguinis attractionem; ſed ſyſtole à pulmonibus affluentis, & fluentis ſanguinis exploſio: Hinc poſtea totus in aëre piſcatus.

Contact. 37. Non ſibi conſtat. Quod in primo notando Author ſcribit bene quidem ſonat, quoniam rectæ fibræ (rectæ, inquam, nota, quia mox omnes confundit) baſim verſus ſuum principium ſe ſe colligentes, & mucronem cui infiguntur trahentes eleuant cor dilatantes, ſic pectus feriunt, quod non vult.

Contact. 38. Inconſtãtia oſtenditur, & ſimul repugnantia. In ſecundo notando mox confundit & pugnantia dicit, quoniam ſe ſe cor erigere, eleuari, & pectus ferire eſt (à rectis fibris) attolli, breuius fieri, & in ſphæricum in orbem augeri.

At contra contrahi ſecundum latera, vt minoris magnitudinis & longiuſculum (nota longiuſculum) appareat, eſt contrarij motus, quos ſimul & ſemel fieri repugnat: Et hic eſt motus languentis & morientis cordis conſtrictionis & cadentiæ. Et huic conſtrictionis motui repugnat erigi & ferire pectus, quia illius eſt deſcenſus & receſſus à pectore, vt elatio & acceſſus ſurſum eſt diaſtolis per rectas fibras eleuatio & ſurſum tenſio.

In anguillæ exenterato morienti corde vnus tantùm ſe ſe promit motus, aut vix alter: & eſt Diaſtole, quam pro ſyſtole recipit Harueius. Syſtole autem vtpote paruus motus in languenti & quaſi quies, quando ſub ſenſum vix ferè cadat, proinde Harueium fallit, & deinceps vnum putet, & Diaſtolem pro ſyſtole accipiat.

Contact. 39. Fallitur et fallit. In tertio notando & fallitur & fallit vt iam iam ex eius verbis colligetur, quia tentio, & durities ex tentione vt in lacertis muſculis fit contractione per rectas fibras ſuum verſus principium, ſui breuitate, ſed latitudine & augumento in orbem in ſphæricum, cum cutis & muſculi eleuatione contingit: Quum tamen ex authore à cordis parietum conſtrictione verſus centrum fiat, quę eſt in ſyſtole concidentibus & laxatis (melius à ſyſtole contractis) cordis parietibus, quod duritiei & tentioni, muſculorum renitentiæ repugnat, & Veritati, quia ibi nulla obſiſtentia, quando parietes deorſum vergentes & cadentes cedant non repugnent, & parua, quæ percipitur durities, non ex renitentia, ſed ex ſubſtantię ſoliditate eſt, quoniam in conſtrictione non fit renitentia, bene in contractione rectarum fibrarũ ſurſum, & tunc vẽtriculi in orbẽ dilatati tãgenti digito occurrũt & reſiſtunt.

Contact. 40. Decipitur. In quarto ſimiliter notando hallucinatur Author, (quamuis ſermo verus ſit) quoniam albidioris coloris cordis ſuperficies apparet in elatioris eleuationis in ſphæricum motu, quando rectæ fibræ rectè tendentes & mouentes ad ſuam baſim, mucronem, cordis medio parietes à centro eleuant, & conſequenter à ſanguine ibi exiſtente, eoque fluente, & deinceps ab ipſo ſanguine remota piſcium parietum ſubtilium ſuperficies, vt potè ſpermatica, alba euadit, non autem ex contrario motu conſtrictionis ſyſtolis ſanguinem expellentis (& proinde tunc & tangentis expellentiſque rubra redditur in piſcibus ob parietis tenuitatem) vt nunc ſibi videri aſſeret.

Contact. 41. Texit & retexit. Quinto bene texit, cordis motum (pręcipuum ſaltem tentionis ſcilicet) eſſe tentionem quamdam ex omni parte, qualis muſculorum, vt nil verius dici poſſit, quia vigoratur, minoratur (ſecundum ſcilicet longitudinem) dureſcit, inquit. Sed ſubiungit retexendo, & ibi ac Veritati deſtruendo, videlicet, eſſe motum ſecundum ductum omnium fibrarum, & conſtrictionem vndique quod multifariam repugnat. Primò quoniam diaſtolem, motum eſſe negat, de quo infra, ſecundo quia erigi vigorari conſtrictioni contraria motui aduerſantur, quippe ille ſurſum & extrorſum extra rectas ſcilicet fibras ſimul, hic conſtrictionis deorſum & introrſum vergit & tendit. Ille dilatando & recipiendo, hic conſtringendo expellendoque, hic tranſuerſis, & alijs (inquit) fibris, ille rectis dumtaxat.

Demum quia vt duplex motus, diaſtolis & ſyſtolis, ita duplex inſtrumentum,

duo mouentia & ab inuicem ſeparata & ſeiuncta, non autem in actione coniuncta, vt ſtatuit, quod ex duplici (vt patefiet) motu, ex omnium authoritate, & ratione, tum ex ipſo ſenſu diſtincta eſſe & ſeorſim agere docente: vt nec ſecus eſſe poſſe abſque confuſione & totius deſtructione conſtabit.

Contaſt. 42. Errat. Sexto. Ex his non benè notatis, præposterè concludit ex quarto notato ex albidiori videlicet coloris ſuperficie ventriculi, quod exploſum eſt, & ab altero motu diaſtolis ſcilicet ſubſequi patuit.

Contaſt. 43. Hallucinatur. Septimo. Experimento id confirmat certiſſimo, ex ſanguinis egreſſu ex inflicto in ventriculum penetrante vulnere in conſtrictionis motu, quod nobis falſiſſimum & rationi maximè repugnans. Rectè quidem ratiocinatur primùm, vt colliges lector, & noſtræ communique opinioni, & Veritati facit, ſed in calce, his verbis (conſtrictione ſyſtole) totum deſtruit, & in alia omnia vadit.

Dum vulnus clauditur ſanguis ſiſtitur nec egreditur, ſed agentibus tranſuerſis fibris ad expellendum in magnum vas, dum ſyſtole fit, dum conſtringuntur ventriculi, vulneris labra conſtringuntur, neceſſario obſtruuntur, & conſequenter in ſyſtole, in ventriculorum conſtrictione non egreditur, nec exire ex vulnere ſanguis poteſt; ſed bene ac belliſſimè in diaſtole, in dilatationis motu, quia ſuetum contractis rectis fibris in orbem in ſphæricum ventriculi dilatantur, & deinceps vulnus, vt iunctas manus ſi contrahas experieris, necnon ex Vaſalij opportuno exemplo conſtare poteſt, & conſequenter ex experimento hallucinatio.

Contaſt. 44 Fallitur. Octauo. Aduerſus communem opinionem concludit aliter moueri cordis ventriculos; Et quòd qui vulgo cordis motus Diaſtole creditur, re vera ſyſtole ſit: quemadmodum nec Diaſtole cordis proprius motus, ſed ſyſtole ſit. Quæ quoniam ſatis ſuperque reprobata patent, ne fruſtra tempus conteratur, omittantur: potiſſimum, quòd infra de Diaſtole loquendi ſe ſe occaſio offeret.

Nono. Veſalij de viminco circulo exemplum reicit (immeritò, quoniam opportunum eſt, pro ut ex arte ſumi poteſt, quoniam iunci in ſe ſe non contrahuntur rectà, ſed flectuntur, tamen effectus flexio & contracto ſequitur) ſuo falſo innixus principio, quòd omnes cordis fibræ ſimul vnum tantummodo motum ſyſtolis ſcilicet efficientes arbitratu ſuo, & ita alter Diaſtolis motus præcipuus æque ac alter ordinatus, datur abſque mouente, quod non capio: quamuis & hic etiam deſtruat poſtea & cōfundat cum muſculorum motu, & mouendi modo, qui præterquam quòd neutiquam verum ſit, pro vt poteſt etiam nobiſcum facit: quoniam muſculi mouentes in ſe ſeque colligentes breuiores redduntur, (cor ſibi longiuſculum euadit) & in latum ac in orbem prout poſſunt attolluntur, (ſibi cor conſtringitur & longiuſculum euadit) vnde ſe & cutim extolluni. Diximus pro ut poſſunt, rectà videlicet, & per rectas fibras partem in quam infiguntur ſuum verſus principium trahentes, vt cordis fibræ; ſed (nota) muſculi fibræ per totum muſculum æque diſſeminantur & ſparguntur: muſculus corde ſubſtantia laxior cogitur in ſe ſe ipſum colligere; At cor nec ſtructuræ, nec duræ ſolidioris & denſioris ſubſtantiæ ratione ſic poteſt, vt nec Naturæ dedita opera debet: Ideo præter denſioris ſubſtantiæ repugnantiam rectas fibras (quod Harueio notandum velim) in ſui ventriculorum ſubſtantiam diſſeminatas muſculi inſtar non habet, ſed ab inuicem ſeparatas, & à parietibus, & in ventriculorum vacuis (quod Ariſtotelem lacertulos hoſce neruos credentem fefellit) à cordis baſi ortum ducentes mucroni infixas: Et ideo à traſuerſalibus & circularibus in parietibus exiſtētibus ſeparatæ & diſtinctę mouentes ſeorſim & rectà mucronem baſim verſus trahentes, quū denſa cordis parietum, inquā, caro nullo modo, vt muſculorū in ſe ſe recipi poſſit, & vti ipſe inquit, incraſſari. Neceſſario parietes flectūtur extra fibras. ſ. in orbem, Cor attollitur pectus

Contaſt. 45. Tota via aberrat. De exemplo. De principio. Confundit.

pectus feriens, vacuum augetur dilatatis in orbem parietibus: & ſic dilatatio ampliatio diaſtole, ſanguinis attractio vero germano à fibrarum motu, quem immeritò inficiatur Harueius.

Contact. 46. De ſanguinis tractione deſinet. Demùm inficiari audet, quod vulgo (inquit) creditur, Cor vllo ſuo motu, aut diſtentione ſanguinem in ventriculis attrahere. Bone Deus, quum partium omnium munus ſit, peculiaris actio & præcipuus finis, cum priuatarum, cutis, & carnis vtriuſque generis, ſemineæ, & ſanguineæ ſui nutriendi & ſeruandi gratia; tum officialium vêtriculi, Iocinoris, lienis, &c. ſui primùm, aliorum deinde cauſa allicere trahereque alimentum copioſius, Cur nô Cordis etiã erit primùm potiſſimùmque? quippe quod totius præcipuum officiale, vitæ fons & conſeruator, & cui vni hoc præſtandum munus, toti & cuique vitam præſtandi & quam ocyſſimè proprijs motibus, & conſequenter proprijs & peculiaribus inſtrumentis: non ſyſtole, non laxatione, concidêtia, quibus expellit, vti Diaphagma, pulmones: ergo diaſtole dilatatione medijs (rectis manifeſtiſſimis ſui fibris de induſtria huic officium Natura fabricatis, & non alia de cauſa, vt nulla tenus, nec vllo alio muneri inſeruire poſſint) propterea ab Harueio cum alijs (quod nullo modo poteſt) perperàm confundit. Infra docere promittit, & nos doceri expectabimus, ſed ſubtiliûs quàm hactenus.

Arteriarum motus qualis ex viuorum diſſectione Harueia. Cap. III.

Tactus 47. Vlterius in cordis motu obſeruanda veniunt hæc, quæ ad arteriarũ motus, & pulſationes ſpectant.

1. Ea têpore quo cordis fit tentio, contractio, percuſſio pectoris, & omnino Syſtole, Arteriæ dilatantur pulſum edunt, & in ſua ſunt Diaſtole: ſimiliter eo tempore quo dexter ventriculus contraitur & protrudit contentum ſanguinem, vena arterioſa pulſat, & dilatatur ſimul cum reliquis arterijs corporis.

Tactus 48. 2. Quando ſiniſter ventriculus ceſſat moueri pulſare & contrahi: ceſſat pulſus arteriarũ; imo quando languidius tenditur, pulſus in arterijs vix perceptibilis, & ſimiliter ceſsãte dextro in vena arterioſa.

3. Item ſecta quauis arteria, vel perforata in ipſa tentione ventriculi ſiniſtri propellitur foras ſanguis ex vulnere cum impetu. Similiter ſecta vena arterioſa eodem tempore, quo dexter ventriculus tenditur, & contrahitur, ex inde cum impetu ſanguinem proſilire videbis. *Tactus 49.*

Similiter etiam in piſcibus ſecta fiſtula, quæ è corde in brõchia ducit, quo tempore cor tendi & contrahi videbis, eo vna etiam sãguinẽ exinde pertrudi cũ impetu. *Tactus 50.*

Similiter denique cum in omni arteriotomia ſanguis proſiliendo exeat modo lõgius modo propius ſaltum fieri in arteriarum diaſtole, & quo tempore cor pectus ferit, comperies: atque hoc nimirum eo tempore quo cor tendi, & contrahi apparet, & in ſua eſſe ſyſtole erectione, vnaque ſanguis expellitur eodem motu. *Tactus 51.*

Ex his videtur manifeſtum cõtra communia dogmata, quod arteriarum diaſtole ſit eo tempore quo ſyſtole: & arterioſa repleri, & diſtendi, propter ſanguis à conſtrictione ventriculorum cordis immiſſionem, & intruſionem; quin etiam diſtendi arterias, quia replẽtur vt vtres aut veſica; non repleri, quia diſtenduntur vt folles. Et eadem de cauſa vniuerſi corporis arteriæ pulsãt, videlicet, à tenſione ſiniſtri cordis ventriculi, ſicut vena arterioſa à dextri. *Tactus 52.*

Denique arteriarũ pulſum fieri ab impulſu ſanguinis à ventriculo ſiniſtro: eodẽ pacto, quo cũ quis in chirothecam inflat, omnes digitos ſimul, & vna diſtendi, & pulſum emulari: etenim ſecũdum cordis tentionem pariter pulſus fiunt maiores, vehementiores, frequentiores, celeres, rythmum, & quantitatem, & ordinem ſeruantes, nec eſt expectandum, vt propter motum ſanguinis tempus inter conſtrictionem cordis, & arteriarum (præcipuè magis diſtantium) dilationem intercedat, ne fiant ſimul, cum eodem modo ſe habet, vt in inflatione chirothecæ, aut veſicæ, quod per plenum, (vt per tympanum & in lõgis lignis) ictus & motus ſimul ſunt in vtroque extremo, & quod Ariſtoteles: Palpi- *Tactus 53.*

g.ani- mo.9. ore re- ſpir.c. 11. „ tat intra venas(arterias intelligit)ſanguis
„ omnium animaliũ pulſuque ſimul vndi-
„ que mouetur, ſic pulſant venæ omnes &
„ ſimul inuicem, propterea quod pendent omnes à corde; mouet autem ſemper, quare & illæ ſemper, & ſimul inuicem quando mouet.

Tactus 54. Notandum cum Galeno, à veteribus Philoſophis venas pro arterijs, appellatas fuiſſe. Accidit aliquãdo me vidiſſe, & præ manibus habuiſſe caſum quemdam, qui mihi hanc veritatem apertiſſimè confirmabat. Habuit quidam tumorem ingentem pulsãtem Aneuriſma dictum in dextra parte iuguli prope deſcenſum arteriæ ſubclauiæ in axillas ab ipſius arteriæ exceſſione prognatũ (qui ſummũ in dies incrementũ capeſcebat) & illud propter miſſionẽ ſanguinis ab arteria, ſingulis pulſationibus diſtenſis (quod ſecto poſt mortẽ cadauere) deprehenſum erat) in illo pulſus eiuſdem brachij exilis admodũ, eo quod maior ſanguinis portio, & influxus in tumorem diuertebatur, & interceptus fuit.

Tactus 55. Quare ſiue per compreſſionem, ſiue per infarctum, vel interceptionem vbicunque ſanguinis motus per arterias præpeditur, ibi vlteriores arteriæ minus pulſant, cum pulſus arteriarum, nil niſi impulſus ſit ſanguinis in arterias.

Huiuſmodi arteriarum motus diſcutitur & exploditur. à Pariſano. Cap. III.

SI facti dimidium bene qui cepit habet; quum ſatis luculenter hactenus egerimus, omnia ablegauerimus, vt primos noui & magni Haruei Ædificij fundamenti lapides effoderimus, alios proximè ſubſequentes fulctos eruere aggrediamur.

Contact. 47. Pugnantia ſcribit. Primum quod in cordis motu obſeruandum tradit, pugnantia itidem multifariam in ſe continet: quoniam cordis tẽſio, contractio, & pectoris percuſſio diaſtolis ſunt, (quas ille ſyſtoli tribuit) quia vt intendi & remitti contrariantur; ſic ſurſum contractio conſtrictioni; Et pectoris percuſſio à pectore receſſui, quæ receſſio conſtrictio remiſſio ſunt ſyſtolis anguſtationis conſtrictionis ad expellẽdum ſanguinem, vt verſa vice ad attrahendum in cor tenſio, rectarum ſcilicet fibrarum baſim verſus, ventriculorum baſim verſus in orbem contractio ad diaſtolem dilatationem, parandum vacuum, vt ſapientes tradunt, vt ſenſus & ratio docent, vt voces verba ipſa ſonant & ſignificant.

Contact. 48. Texit & retexit. In ſecundo notando deceptus in noſtram ſententiam venit, & inſcius inuituſque quod nos aſſerimus, fatetur: Non ſolum, quia dicit ſiniſtrum ventriculum cõtrahi, & pulſare (quod eſt attolli diaſtole, ipſe ſyſtoli tribuit) ceſſat arteriarum pulſus: ergo eſt iſdem motus, quia pulſus, qui eſt elatio potiſſimum diaſtole, & vna ac eodem tempore ceſſat. Immo (inquit & confirmat) quando vẽtriculus languidius tenditur, pulſus in arterijs vix perceptibilis, & ſimiliter ceſſante dextro in vena arterioſa: Ergo manifeſtò ex eius verbis colligimus vnum & eumdem vtriuſque cordis & arteriæ eſſe motum, diaſtolem ſcilicet, & non duos & diuerſos, vt ipſe vult; cordis ſcilicet & arteriæ; ſed vnam vtriuſque eſſe Diaſtolem, vnam ſyſtolem.

Contact. 49. Falſo repetit. In tertio notando non bene ratiocinatus in ſententia permanens probare nititur ſanguinem ex ſecta arteria in diaſtole exire, ſed per ſyſtolem cordis, quod (in ſuperiori capite, & in proœmio reprobauimus) falſum eſt ex ſyſtole, bene fit in Diaſtole vtriuſque & ventriculi & arteriæ, vt ſupra bis oſtendimus; quoniam in Diaſtole, quando & ventriculus (ſi in ipſo cõtingat vt ſupra) & arteria dum dilatãtur, in diaſtole, inquam, vulneris foramen dilatatur & ſanguis egreditur & impetu dilatationis; quum verò conſtringuntur in ſyſtole, vulnus quoque & maximè conſtringitur, vt ſanguis egredi nequeat, vt ſenſata ratio docet.

Contact. 50. Iterum. Quarto, Idem exemplo ſectæ fiſtulæ à corde in bronchia ducentis, in piſcibus aſſerit.

Contact. 51. Rurſus, ſed nobiſcum facit. Quinto ex omni arteriotomia confirmat, & in cordis ſyſtole aſſerit, & quãdo, inquit, cor pectus ferit, tenditur & cõtrahitur, quod eſt proprium Diaſtolis, vt dilucidè monſtrauimus.

Sexto,

Contradict. 52. Falsò cõcludit.

Sexto, Concludit ex dictis cõtra communia dogmata: quæ concluſio falſa eſt: quoniam ſi præmiſſæ caſſæ, & concluſio certè vana. Et quia præter communem opinionem, ſenſum inficiatur, vt in proœmio ſenſus experimento oſtendimus, ſi altera videlicet manu cor tangas, alteri carpi atteriam, vnum pulſum diaſtolem ſimul vtriuſque iudicabis.

Præterea falſum arterias repleri & diſtendi ſolùm ſimpliciter, & propter ſanguinis (nobis nullo modo ſanguine) à cõſtrictione ventriculorum cordis immiſſionem & intruſionem, & quia repleantur vt vtres, aut veſica, & non quia vt diſtendantur vt folles, & eadẽ de cauſa arteriæ omnes pulſent: quoniam iiſdem actionibus & pulſandi quibus cor, & arteriæ in ſui ortu, ab eademque & in ipſa radice præditæ ſunt: propterea ijdem motus diaſtolis & ſyſtolis cordis, & arteriæ continui ſimul tempore, & eodem ſui ipſorum, & totius fine attrahendo primùm ſibi alimentum, vt ceteræ corporis partes, tum officiales, tum priuatæ: mox expellendi aliorum gratia. Priuſquam enim cor factum eſſet affuſio parenchyma, inquam, cordis feminea fabrica extabat, & motu, & actione prædita, vt in pulli ex oui fabrica ex oculata fide monſtrauimus, & quilibet ijs animaduerſis & ſeruatis, periculum facere poteſt. Quocirca arteriarum motus ſunt à propria cordis ſpermatica radice, continui, inquam, per totas arterias, vtpote illius partes & ſurculi, à qua tamquam à radice & fonte pendent, & emergunt; ſicuti nec ſecus nerui à cerebro & ſpinali medulla cerebri partibus: à Cerebro tamen pẽdent tamquam à radice & principio, à quo continuò influitur animalis ſpiritus ad actiones & præſtantiorem vitam, ad ſenſum & motum, quo ſpiritu interclusa ligatura, obſtructioneue, actionibus deſtituuntur: ablato impedimento, influente cerebro præſtito vigore, reſtituuntur. Sic arteriæ vinctæ ſuo priuantur motu, liberæ tranſmiſſis à propria radice ſpiritibus (non ſanguine) actionem recipiunt, & agunt vt illius ſurculi.

Quam ob rem non quia vt vtres & veſica replentur, mouentur, ſed quia vt folles, propria tamen vi trahentes & expellentes, ſicuti in propria ſui radice, feminea videlicet cordis agitur, & motio vtraque fit, ita & in ipſis ijdem motus & ſimul eodemque tempore, quo in radice, eadem Naturæ pulſifica vi ſui primùm, aliorũ deinde cauſa fiunt & agũt, trahunt & deferunt celeriter per pulſum. Si verò vt vtres & veſica replerentur remotæ arteriæ non pulſarent, aut nõ ita, vt mox contra chirothecæ exemplum innoteſcet.

Cont. 53. Falsò exemplificat pluribus nominibus.

Si igitur res ita ſe ſe habet, quemadmodum ex oculata fide retulimus, quòd arteriæ cum ſuis mouentibus femineis fibris ſint cordis baſis quibus affunditur & priuſquã ſanguis effundatur, antequam parenchyma fiat, arteriæ cum dictis fibris moueantur cõtrarijs alternatim motibus ab oppoſitis mouentibus, rectis ſcilicet fibris rectâ ſurſum cordis baſim ſuum principium verſus trahentibus; & tranſuerſis vndequaque arctantibus ad cordis centrum & vacuum, arterias mouere, ſiue à ſe ſe, ſeu eaſdem moueri à ſuis femineis fibris certum erit trahendo, & expellendo iuxta Naturæ finem ſuæ ſyſtolis motu, aliorum gratia.

Chirothecæ exemplum minimè ad rẽ, & proinde nihil concludit.

Quod ſi fortaſſe Harueius noſtrum ſenſatum experimentũ inficias iret (quod tamen infra fatebitur, nimirum ante cordis carneam fabricam arterias moueri, & conſequenter addimus nos à mouentibus fibris, & proinde proprijs motibus alternè diaſtolis & ſyſtolis) arteriarum partes remotæ à ſanguine à corde in eas impulſo (nobis minimè ſed ſpiritu) & vecto motæ, in capite, manibus, pedibuſque, non eo adæquato, ordinatoque motu ad vnguem, immò eodem penitus mouerẽtur, ſed pacatiori, tranquilliori, & tardiori, nec primo reſpondenti, nec eumdem rythmum ſeruanti, ſaltem remiſſiori & hebetiori, vt in omnibus naturalibus motibus, quo magis à motore recedunt experimur, vt in maris, fluminum, & ab alto cadentium aquarum motibus viſitur,

quemadmodum vt in reliquis motis, iacto lapide, ſagitta ex arcu, pila plumbea ex arcu perforato,&c. certum periculum facimus, vt inficias ire nequeat.

Quare eſto etiam motum (nobis ſpiritus) ſanguinis iugiter & ſucceſſione fieri in tota arteria ſubſequentis motus & ſãguinis impulſu, ſicuti in veſicæ & chirothecæ inflatione oris aut follis intercapidine inſuflantis poſita non erit iſdem motus, ſed alius & diuerſus, ac demũ, quod melius obſeruabis ſi longum inteſtinum inſles, necnõ ſi aqua impleas, nec falleris.

Exemplum ictus in Tympano, & ligno quoniam hic eſt purus ictus medio aëre nulla reſiſtentia, & proinde celerrimus, non tamen ſimul ictus & motus ſunt, ſed propter celeritatẽ nobis videntur, quod in cæleſtis ſeu aëris clamore in tonitruo ac fulgore patet, vt longè prius alterum videas, quam alterum audias; qua propter fallitur, nec eſt par ratio: quando hic non eſt aëris ictus, ſed ſpiritus ſanguinis motus ex ſyſtole, ſed craſſioris & tardigradæ materiæ pulſus, qui non temporis ferè puncto fit, cominus (Haruei ex ſententia) ſanguis iſdem numero in corde motus in pede illico eſſe & oculi nictu in pede ferri, & quod vrgentius, eumdem numero oculi nictu eumdem preactum pulſum motumque edere poſſet, quia implicet idem materiatum, eumdem motum, eamdem actionem ſimul & ſemel in duobus remotis ab inuicem locis eſſe agereque: Adde, cordis, arteriæue pulſus non eſt ictus, non in continuo ſolido corpore, non in maximè tenſo inſtrumento, non aëre iuuante, & vllo abſque impediente, remoranteue, vt eſt ſanguis in arterijs reſpectu tranſmiſſorum & fluentium ſyſtoliſue vitalium ſpirituum: Vt ſatis conſtet allata exempla nec officere, nec ad rem facere.

Quod propterea non fallaci, obſcuro, fucatoue, ſed certo & ſenſili experimento concludatur. Vinciatur arctè fœmur per horas (in primis ſanguinis circuitus inibi non fiet), & tamen cordis & Aortæ motus ad vinculum vſque abſque detrimento paſſioneue efficietur) ſanguis in femore, genu, totoque crure ac pede nullo mouetur modo, quia ibi arteria omninò quieſcit, ſicuti & prorſus neruus talem ob cauſam: ſoluatur vinculum paulò poſt ligatum, illico & è veſtigio ſimul & ſemel fœmoris, genu, cruris totius, & pedis arteria cordis eodem ad vnguem motu mouetur: Non à ſanguine ſanguiniſue motu, ad ligaturam prius vectione pulſioneue tranſmiſſo, quoniam fœmoris, genu, cruris, pedis quieſcens ſanguis, non poreſt à ſubſequenti & perueniennti ad vinculi locum oculi nictu, ac ocyus moueri & ad rythmum, in ordinatum motum redigi, & illicò ſimul & ſemel cordis pulſui & ictibus reſpondere. Benè pelli & vlterius ſanguis vehi poteſt; (poſita circulatione) ſed maximè remoto, & plurimo quieſcenti ſanguini in toto crure priorem reſtitui motum & pulſum cordi reſpondentem, nemo aſſeret. Ea propter, vt neruus pars, & cerebri ſurculus ſuapte natura ſentiendi & mouendi virtute præditus influẽte à cerebro animali ſpiritu ſuis illico muneribus fungitur: Ita & Arteria cordis ſpermaticę radicis pars & ſurculus communicato ſibi vitali ſpiritu ſui fontis opere eoſdem propria vi cum propria cordis radice, (nerui inſtar) cuius eſt riuulus, motus præſtat, & ſemper, & eodem modo, & vbique vt eius proprium eſt, & ſecundum Naturæ prouidentiam, & ſapientiam, ſecus multa errata, inconuenientiaque ſequerentur, vt infra innoteſcet.

Neque quicquam ſimiliter huic opinioni Aneuriſmæ exemplum conducere reor, tãtum abeſt illam (veritatem vocat) apertiſſimè confirmare: quoniam ex arterialis ſanguinis potiſſimum, & vitalium ſpirituum, vnde arteriarum alimentum, robur, & vita, nimia euacuatione, & quilibet motus, & quæuis functio minuitur, & ipſius etiam cordis, cuius motus (Authoris) non pendet ex ſanguinis fluxu; Et ſi inde ex ſanguinis effuſione, & ſpirituũ iactura mors ſequitur, quid mirum, quòd eamdem ob cauſam eiuſdem partis exiles pulſus fiant, ſi quod ſanguinis, & ſpiritus ſui nutrimenti, & roboris, vigoris cauſa *Cont. 54. Exemplo fallitur.*

cauſa trahebat parte deſtituatur defraudeturque ex proximæ vicinæque partis, euacuatione, roboris, & vitæ exitium ſequatur?

Quare non quà non tranſmittitur à corde vt in vtrem in arteriam debiliter pulſantem id cõtingit; ſed quatenus non tranſmiſſus primum à cordis & aortæ ſimul ſyſtole ab arterijs attractus aliunde ſanguis ad nutritionem, & ſpiritus vitalis ad robur ratione maioris attractionis ad aneuriſma maiorem nutritionis ob neceſſitatem, & ratione vacui, & effuſionis potiſſimum, aliæ vicinæ parti vtriuſque neceſſariæ materiæ partim ſubripitur.

Cont. 55. Cõfirmatur & oſtenditur. Quapropter quo quo modo arteriarũ motus præpediatur, & vlteriores arteriæ minus pulſent: non quia in ipſas vt in vtres à cordis ſyſtole impellatur vehaturque ſanguis id euenit, ſed partim, quia & à cordis, & Aortæ, & arteriæ cuiuſcumque ſimul ſyſtole ſpiritus non tranſmittatur; Atque præterea ſimul quoniam ab eiſdem arterijs non attrahatur, attrahiue nequeat: & quia virtus pulſifica ab arteriarum radice, ac corde non affluenter, ſed leuiter, & diminutè ſubminiſtretur (vt in neruis à cerebro pendentibus contingere liquidò patere diximus) arteriæ leuiter pulſent; Vt hucuſque nihil inſtet, vrgeat, inſectetur.

Motus cordis & auricularum qualis ex viuorum diſſectione. Haruc io. Cap. IV.

P.25. PRæter hęc circa motum cordis obſeruanda ſunt, quæ ad auricularum vſum ſpectant.

a Lib. 2. c. 21. *b Lib. 8. c. 1.* Quod Caſpar [a] Bauuhinus & Ioan. [b] Riolanus viri doctiſſimi & Anatomici peritiſſimi obſeruarunt, & admonent, quod ſi in viua ſectione alicuius animalis cordis motum ſtudioſè obſerues, quatuor motus loco, & tempore diſtinctos aſpicies: quorum duo ſunt proprij auricularum, ventriculorum duo.

Cont. 56. P.26. Pace tantorum virorum, quatuor ſunt motus loco, non vero tempore diſtincti. Simul enim ambæ auriculæ mouentur, & ſimul ambo ventriculi, vt quatuor loco motus diſtincti ſunt duobus tantum temporibus, atque hoc ſe habet modo.

Duo ſunt quaſi eodem tempore motus, vnus auricularum, alter ipſorum ventriculorum; nec enim ſimul omnino fiunt. *Tact. 57.*

Præcedit motus auricularum, & ſubſequitur cordis, & motus ab auriculis incipere, & in ventriculos progredi viſus eſt. cum iam languidiora omnia emoriente corde, & in piſcibus, & in frigidioribus ſãguineis animalibus inter hos duos motus, tempus aliquod quiętis intercedit, vt cor quaſi ſuſcitatum motui reſpondere videtur, aliquãdo citius, aliquando tardius, & tandem ad mortem inclinãs ceſſat motu ſuo reſpondere, & quaſi capite dumtaxat leuiter annuit, & obſcure adeo mouetur, vt potius motus ſignum præbere pulſanti auriculæ videatur. *Tact. 58.*

Sic prius deſinit cor pulſare, quam auriculæ, vt auriculæ ſuperuiuere dicantur, & primus omnium deſinit pulſare ſiniſter ventriculus, deinde eius auricula, demum dexter ventriculus, vltimo, (quod etiam notauit Galenus) reliquis omnibus ceſſantibus, & mortuis pulſat vſque dextra auricula, vti vltimo in dextra auricula vita remanere videatur. Et dum ſenſim emoritur cor videre licet, poſt duas vel tres pulſationes auricularum aliquãdo quaſi expergefactum correſpondere, & vnum pulſum lente, & ægre peragere, & emori. *Tactus 59.*

Sed & præcipue notãdum, quod poſtquam ceſſauit cor pulſare adhuc auricula pulſante digito ſuper ventriculum cordis poſito, ſingulæ pulſationes percipiuntur in ventriculis, eodem planè modo, quo vẽtriculorum pulſationes in arterijs ſentiri antea diximus à ſanguinis impulſu nimirum diſtinctione facta. *Tactus 60.*

Et hoc tempore, pulſante ſolum auricula, ſi forfice cordis mucronem abſcueris, exinde ſingulis auriculę pulſationibus ſanguinem effluere conſpicies: vt hinc pateat quo modo in ventriculos ſanguis ingrediatur, non attractione, aut diſtentione cordis, ſed ex pulſu auricularum immiſſus. *Tactus 61.*

Notandum eſt vbique omnes, quas voco, & in auriculis & in corde pulſationes, *Tactus 62.*

can-

contractiones eſſe: & plane primo cõtrahi auricula videbis, & in cõſequentia cor ipſum. Auriculæ enim dum mouentur & pulſant albidiores fiunt, præſertim vbi pauco ſanguine replentur? replentur autem tamquam promptuarium & lacuna ſanguinis declinante ſponte ſanguine, & venarum motu compreſſo ad centrum) quin etiam in finibus, & extremitatibus ipſatum hæc albedo à contractione fieri, vel maximè apparet.

Tactus 63. In piſcibus, & ranis, & ſimilibus (vnũ ventriculum habent cordis, & pro auricula veſicam quandam in baſis cordis poſitam refertiſſimam ſanguine) hanc videbis veſicam primo contrahi, & ſubſequi poſtea cordis contractionem apertiſſime.

Tactus 64. At verò quæ his contrario modo ſe habent à me obſeruata aſcribere huc viſum eſt. Cor anguillæ & quorundam piſcium, & animalium etiam exemptum ſine auriculis pulſat; Imò ſi in fruſta diſſecueris partes eius diuiſas ſeparatim ſe ſe contrahere, & laxare videbis ita, vt in his poſt ceſſationem motus auricularum cordis corpus pulſum faciat, & palpitet. Sed an hoc proprium viuacioribus animalibus, quorum radicale humidum glutinoſum magis, aut pingue, & lentum eſt, & nõ ita facile diſſolubile. Quod etiam apparet in carne anguillarum, quæ poſt excoriationem, exenterationem & in fruſta diſſectionem motum retinet.

Tactus 65. In Columba certo experimento facto poſt quam cor deſierat omnino moueri, & nunc etiam auriculæ motum reliquerãt per aliquod ſpatium digitum ſaliua madefactum, & calidum cordi ſuperimpoſitum detinui; Quo fomento quaſi vires, & vitam poſtliminio recuperaſſet, cor & eius auricula moueri, & ſe ſe contrahere, atque laxare, & quaſi ab orco reuocari videbantur.

Tactus 66. Sed & præter hæc aliquoties à me obſeruatum fuit, poſt quam cor ipſum, & eius auricula etiam dextra, à pulſatione quaſi mortis articulo quieſcebant, in ipſo ſanguine qui in dextra auricula continetur, obſcurum motum, & inundationem, ac palpitationem quandam manifeſto ſuperfuiſſe, tandiu ſcilicet qua calore & ſpiritu imbui videretur.

Tactus 67. Tale quiddam euidentiſſime in prima animalis generatione intra ſeptẽ dies ab incubatione in ouo gallinaceo cernitur. Ineſt primum ante omnia gutta ſanguinis, quæ palpitat (quod etiam annotauit Ariſtot.) ex qua incremento facto, & pullo aliqua ex parte formato fiunt cordis auriculæ, quibus pulſantibus perpetuò ineſt vita: cum poſtea corpus delineari intermiſſis aliquot diebus inceperit, tum etiam cordis corpus procreatur, & per aliquod tempus albidum apparet, & exangue, vt reliquum corpus, nec pulſum edit, nec motum.

Quin etiam in fœtu humano vidi, circa principium tertij menſis ſimiliter cor formatum, ſed albidum, & exangue, cuius tamen auriculis ſanguis inerat vberrimus & purpureus. Sed enim in ouo, iam adaucto, & conformato fœtu, ſimul, & cor adaugeri, & ventriculos habere, quibus ſanguinem tunc recipere, & tranſmittere occepit.

Tactus 68. Ita vt ſi penitius introſpicere quis velit, non ſolum cor eſſe primum viuens, & vltimum moriens dixerit, ſed auriculas (& quæ in ſerpentibus, piſcibus, & huiuſmodi animalibus pars pro auricula eſt) & prius quam cor ipſum viuere, & poſt etiam mori.

Tactus 69. Imo an prius adhuc ipſe ſanguis, vel ſpiritus habeat in ſe obſcuram palpitationem, quam poſt mortem retinere viſus eſt: & an cum palpitatione vitam incipere dicamus, dubitare contingit, quandoquidem, & ſperma animalium omnium (vt notauit Ariſt.) & ſpiritus prolificus palpitando exit, velut animal quoddam. Ita Natura in morte quaſi decurſione facta reducem (vt Ariſt.) agat motu retrogrado à calce ad carceres eo vnde proruit ſe ſe recipit, & cum animalis generatio ex non animali procedat in animal, tãquam ex non ente in ens iiſdem retrogradibus corruptio ex ente reuoluatur in non ens, vnde quod in animalibus vltimo fit deficit primum, & quod primo vltimum. *De motu animal. c. 8.*

Tactus 70. Obſeruaui quoque in omnibus pene anima-

animalibus cor vere ineſſe, & non ſolum (vt Ariſt. dicit) in maioribus & ſanguineis, ſed in minoribus, exanguibus, cruſtatis, & teſtaceibus quibuſdam, vt lumacibus, cochleis, conchis, aſtacis, gammaris, ſquillis, multiſque alijs; imo veſpis, & crabronibus muſcis (ope perſpicilli ad res minimas diſcernendas) in ſumitate illius particulæ quæ cauda dicitur, & vidi pulſans cor, & alijs videndum exibui.

In exanguibus vero Cor lente admodum, rariſque ictibus pulſat, atque vt in alijs iam moribundis contingit, & tardo ſe ſe cótrahit, vt facile in cochleis eſt cernere. Quorum cor deprehendes in fundo illius officij in latere dextro quod ſe aperire, & claudere euentationis cauſa videtur, & vnde ſaliuam expuit, ſectione facta in ſummitatem iuxta partem iecori analogam.

Sed notandum & hoc, hyeme & frigidioribus tempeſtatibus exanguia aliqua (qualis eſt Cochlea) nihil pulſans habēt, ſed vitam magis plantæ agere videntur, vt etiam reliqua, quæ plantanimalia ideo dicuntur.

Notandum inſuper in omnibus animalibus vbi cor ineſt, ibi etiam auriculas eſſe, vel auriculis aliquid analogon: Et vbicunque cor duplici ventriculo donatur, ibi duas ſemper adſtare auriculas non contra.

Tactus 71. Sed ſi in ouo pulli conformationem aduertas: Primum ineſt vt dixi, tantum veſicula, vel auricula, vel gutta ſanguinis pulſans, poſtea incremento facto abſoluitur cor.

Tactus 72. Ita quibuſdam animalibus (quaſi vlteriorem perfectionem non adipiſcentibus) pulſans veſicula quædam inſtar puncti cuiuſdam rubri, vel albi, dumtaxat ineſt, quaſi principium vitæ: vti apibus, veſpis, cochleis, ſquillis, Gammaris, &c.

Eſt hic apud nos minima ſquilla (quæ Anglicè dicitur à Shrimp, Belgicè een Gernee) in mari & in Thameſi capi ſolita, cuius corpus omnino pellucidum eſt: Eam aquæ impoſitam ſæpius præbui ſpectandam amiciſſimis quibuſdam meis, vt cordis illius animalculi motus liquidiſſime perſpiceremus, dum exteriores illius corporis partes viſui nihil officerēt, quominus cordis palpitationem quaſi per feneſtram intueremur.

In ouo Gallinaceo poſt quatuor, vel quinque dies ab incubatione primum rudimentum pulli inſtar nubeculæ videndum exhibui, nimirum ouo cui cortex adhuc adimebatur, in aquam limpidam, tepidámque immiſſo, in cuius nubeculæ medio punctum ſanguineum palpitans tam exiguum erat, vt in contractione diſpareret, & viſum aufugeret in laxatione inſtar ſumitatis acus appareret rubicundum: ita vt inter ipſum videri, & nō videri quaſi inter eſſe & non eſſe palpitationem & vitæ principium ageret. *Tactus* 73.

Harvei prælata à Pariſano expenduntur, exploduntur, & Cordis noua & germana adhuc ignota hiſtoria; ac Vitæ ſcientia traditur. Cap. IV.

Ex ſuperius diſcuſſis & reprobatis ſenſui & rationi reſpondentibus, quid inde ſtatuendum fuerit iam nunc noſtra ex ſententia ſatis patere exiſtimamus, vt in hac excuſſorum indagatione dumtaxat, contenti, quòd hactenus ritè & ad pares angulos egerimus, & iuxta illud dimidium facti qui bene cepit habēt. Modò ad maiora arduaque magis ingenioſi viri pergentes dictis & in ſententia ſtantes proſequamur.

Priuſquam verò cordis motus perpendere aggrediamur, altiùs rem hanc reſumentes, hic ad rem reticere nequeo, quod ſupra lubens ſilentio præterij: mihi nequaquam probari, quod Harueius ſupra ſtatuit, & ſuſtinere omnibus neruis contendit, Cordis nempe vnum dumtaxat motum eſſe, ſyſtolem videlicet, & ſubinde Diaſtolem cordis attractionem negās. Non ſolùm quia communi ſententiæ aduerſatur, ſed quia ſenſatæ etiam rationi, fabricæque conſtitutioni repugnet, ac demum de Naturæ prouidentia & ſapientia non parum derogat. *Cordis motus nō ſed plures demōſtrantur.*

Quandoquidem ſi cor ſyſtole, vt ipſe fatetur ſanguinem à ſe ſe expellit (arbitratu

tu ſuo) aliorum gratia, vt officialis mēbri eſt, illum in ſe ſe ſui cauſa prius peruētum ſtatuendum, quando omnis Naturę actio ad finem ſit, & finis eſt ſui gratia primū, mox aliorum, & quū nemo expellat, detque quod nō habet peruenisſe igitur credēdum vt ad partes, ad membra alia omnia cum officialia, tum priuata, vtque alijs omnibus attractum ſui gratia & proprio fine aliarum partium more ſuis medijs inſtrumentis, ſed proprijs & ab aliorum diuerſis alijs conſultò ſic factis aliud ob præſtandum munus.

Quo circa vt primus finis communem & aliorum præcedit, ſicuti in officialibus omnibus inductione patet, vt actio & motus quietem, habitus priuationem præcedunt, ſicut attractio & repletio expulſionem, & reſerare prius ſit, quam claudere, vt ſecundum ſequitur primum vti ſyſtole Diaſtolem, quoniam non exploditur quod non continetur: non continetur niſi (ſecundum naturam) trahatur: non trahitur abſque fine, (niſi inquam, præter naturam & ex accidenti) qui primùm ſui cauſa eſt, mox aliorum in officialibus, qui eſt nutritionis, vel vitæ gratia. Vt niſi Cor ſanguinem dilatationis motu ex fabricæ conſtitutione rectis fibris ad hoc opus conſultò factis (non alia de cauſa, nec ab Harueio allata, miſſa Ariſtotelis exploſa) albis rotis partim à ventriculorum parietibus ſeparatis toto ductu, partim affuſione carne indutis manifeſtò ſub ſenſum cadentibus trahat; Vt conſequenter poſtea tranſuerſis conſtringentibus ſeiunctis & omnino alijs loco, poſitione, ſubſtantia, & officio, & diuerſis expellantur (ſyſtole) ſpiritus. Niſi, inquā proprio & præcipuo altero motu cor moueatur, & ſanguinem trahat, ſuo & totius vitæ fine, ſibi ſanguine, toti, ex ſanguine fabricatis ſpiritibus occurrēdo, deſtitueretur, & totum rueret.

Adde, quòd facta conſtrictione ſyſtole, ventriculum dilatari, reſerari, extolli ſimpliciter neceſſarium eſt; ſed à quo, niſi proprijs villis? Vt hac ex Haruei opinione, niſi infra melius probet, ex Diaſtolis ablatione totum deſtruatur, & Naturæ prouidentia ceteris omnibus vel minimis & vilioribus partibus pro vſu & rata, attractione conceſſa, Cordi Vitæ Conſeruatori denegata pateat.

Imperatoriū de Corde exemplū.

Dignum ſanè (fateor) & perquam maxime Decens, vt exempli gratia, *Mundi Imperator Ferdinandus Secundus omnium Imperatorum Maximus* ſeruum à poculis habeat, & eum magnum Principē merito potiſſimum ſuo, vt etiam non omnibus commune vinum & potum; *Sed ſibi ſingulare*. Optimè quidem. Verum quòd poſtmodum ſui non ſit iuris, ſed ſerui ad arbitrium bibere, quando vult, quale vult, quantum vult, & quomodo lubet, vt ſerui obedientis eſſet, ſic maxime ridiculum. Ita Cordis Microcoſmi Principis, Principem à poculis non habere (membrum præcipuum ſibi conſulens) non particularem ſibi elaboratum ſanguinem paratum non poſſidere, non quali, quanto, quando, et quomodo vult vtis; ſed eodem communi omnibus à famulo à pedibus (vt ita dicam) ſeruiatur ad eiuſdem tranſmittentis arbitrium, cōmunem omnibus vel infimis potum, nō vltrò, nec ſua (vt ſic dicam) ſpontè; ſed vt vtris, & ſacci os ingeſtum recipere, vt extra omnem oeconomiam et prouidentiam, ita et omnem præter rationem exiſtimādum eſſe puto. Vnde lienis ſumma neceſſitas.

Splenis neceſſitas & præſtans munus.

Cordis motu difficillimi ſcitu.

Modò de Cordis motibus, eorumdem numero, ordine, fine agendum: Res quidem difficillima ſcitu, vt propterea omnium hactenus animos valde torſerit, et vehementer vexare nunc cum maximè experimur, vt iamnum nec rationi, nec ſenſui, vt viſitur, credatur. Vt proinde doctiſſimus Fracaſtorius non ſine ratione dixerit, Cordis fabricam & motum ſoli Deo nota eſſe.

Fracaſtorij dictū.

Verum enimuerò ſi ſenſum, fabricæ conſtitutionem, Naturæ finem ſummamque eiuſdem prouidentiam & ſapientiam ſimul quis cōſulat, rem profectò aſſequuturus, puto, vti nos (ſi Deo placebit) adeptos fore credimus, & conſequenter lites dirimere, & cōponere poſſe, tot tenebras & ridiculas opiniones ablegaturos eſſe, quemadmodum ſimiles alias de auditus

fabri-

fabrica & hiſtoria, & alijs, prętitimus. Ceterùm priuſquàm enodandum difficilimum ſuſceptum opus & vinclum aggrediamur, interrogatiuncula lectori id prius proponamus, veluti dicendorum epylogo facilioris apprehenſionis gratia.

Breuis proximè dicendorū interrogatiuncula.

Cuius eſt proximè in corpore, Vitæ munus? Cordis inquies. Quibus actionibus? Diaſtole, (propria ſui tantùm gratia, Atractio) & Syſtole. Quibus inſtrumentis? proprijs villis dices. Quid agentibus? Rectis trahentibus: complectentibus obliquis: & expellentibus Tranſuerſis. Quid? ſanguinem & ſpiritus fuligines reſpondebis. A quo ſanguinem, & quò? Ad ſeſe, & à ſui parte (ſi primas noſti) Arteria magna ſui ventriculum ingrediente. (alio cor non eſt prædit um ſi de corde abſolutè loquimur, (& proinde certò caua non à corde oritur, in piſcibus quicquid Ariſtoteles dicat) non de perfecto perfecti animalis) Vnde ipſa à ſibi coniuncto magno officiali membro dedita opera genito, à Splene, à quo preparato illico & immediatè, ac affluenter (nō impuro & mendaciter ab aliorum riuulis) repplere poſſit. Spiritus quibus expelluntur, & quò? Syſtole, ab oppoſitis tranuerſis fibris, & in ſeſe, in coniunctam minima ſui partem deferentem Aortam arteriam, à qua & eadem in totum corpus ſyſtole tranſmittuntur. Quid fit de ſanguine in cor attracto, ſi illico apertis omnino ſemilunaribus valuis euomitur? In primis partim ad proprium ſui finem & vſum ad nutritionem ab obliquis vllis huic muneri dicatis retinetur, reliqui quod eſt cum ſpiritibus à tranſuerſis fibris ex ventriculi centro, & recondita parte exploditur quidem, ſed vt tardigradus egreſſis ſpiritibus non exit.

Quo modo vi exploſus apertis ianuis valuis non egreditur? Quia vt pote ſanguis non ita leuis vt ſpiritus, qui quoquo verſum volitans in cordis dorſum obliquè in aortæ vacuum ingrediens, vt ſanguis craſſior & tardi motus moueti & expellenti obediens rectà tendit antrorſum, & in tenſum ibi reticulum auriculam incidit, atque retro illicò ferè mittitur intimas in ventriculi cauernulas, in quibus contentus moratur, donec incipiat finiatque diaſtolis motus, & dum alter ſyſtolis fiat. Quo modo fiunt ſpiritus? A magno & continuo cordis, arteriæ, atque appendicis motu, necnon à magno carnis cordis calore. Suntne aliæ cordis huic officio dicatæ partes, aliaue munera? Nō quà Cordi. Sed quo modo aliter alia? Hęc in corde præditis animalibus generatim ad vitam faciunt, & ſufficiunt: At ſpeciatim cordi animalis calidioris & præſtantioris vitæ alia munera, & deinceps alia organa, atque præſtantia etiam requirantur. Verbi gratia? Quemadmodum calidiori animali, ſeu cordi, refrigeranti aëre opus fuit: Proinde tali animali pulmones inditi fuere aerem trahentes, & conſequenter aliud vas calidiori cordis læuo vētriculo aerem eidem ſiniſtro trahenti ſubminiſtrans additum fore, & eſt arteria venalis per quam pulmonibus cor ſiniſtro ventriculo par reddens ſpiritus ad vitam communicat, & ſimul deinde excalfactum aërem & ſimul fuligines in ipſos tranſmittit, Et præterea tenuiori pulmonū carni tenui venali ſanguine copioſo dextro ventriculo occurrit, & proinde non arterioſo & ſpirituoſo, qui fit à perpetuo quidem ſiniſtri cordis ventriculi motu & Aortæ, & præterea ab æſtuante cordis carne, ſed ex minima ſanguinis copia ab Aorta in ſiniſtrum ventriculum immiſſa, non ex copioſo & craſſo ſanguine à caua ſubminiſtrato, quo perpetuò affluit dexter ventriculus, & cōtinuò & illicò ferè tranſmittit pulmonibus: propterea & quia non ita elaboratus, vt ille in ſplene ab arterijs, quantitate minimus reſpectiuè, ab Aorta deinde concuſſus, & quàm maximè poſtea à ſiniſtri cordis ventriculi motu & maiori calore in ſpiritus verſus, (& potiſſimæ cauſæ ſunt quam ob rem ſiniſter, non autem dexter ventriculus ſpiritus & ſanguinem arterialem progignat, quod quærit & ignorat Harueius) quo ſi arterioſo ſanguine corporis partes nutrirentur, nec dextro ventriculo, neque tali vaſe vena arteriali opus fuiſſet, quemadmodū neque Aortæ valuulis: ſecus Naturę ſuperfluitati vitio dāda, (quod abſit) & conſequenter neceſ-

Spiritus à quibus fiant.

ſarium

ſarium concludens Haruei argumentum contra communem opinionem.

Vt pateat corporis partes arteriali ſpiritali ſanguine non nutriri, ſed tantùm vitali ſpiritu foueri, vegetas & valentes ſeruari, Proindeque ad nutritionem conſultum eſt altero cordis dextro ventriculo dedita opera huic muneri in perfectis fabricato, & iiſdem inſtrumentis, villis, valuulis, auricula ſeu reticulo, & vaſa, vena, inquam, arteriali ſanguinem in pulmones deferente imperfectis verò vnus cordi ventriculus, craſſo modo & confuſo omnia. Sed iam acuratius & clarius.

Animalis ortus & principium.

Sapientiſſima Natura vtpote quæ dās eſſe, & ad illud omnia neceſſaria tribuat: præſtita vita animali, quod initiò eſt ſemen, quodque vt tale principiò viuit, nutritur, augetur (vt primus omnium aliàs in proprio tractatu conſultò, & ex profeſſo, vt dicitur, dilucidiſſimè oſtendi in gallinacci pulli ex ouo procreatione, & ante cordis ortum in embryone, ita poſtea de ſeminis animatione Doctiſſimi Viri Brōzerius & Mundinius nobis ſubſcripſerūt, quemadmodum & nunc in hoc capite, tactu numero 70. vt ſupra, & infra de embryonia motus ante cordis procreationē, Doctiſſimus Haruecius expertus aſſentitur.) Quoniam verò & perfici, & diuturnum voluit, opportunum inſtrumentum inſtituit & præbuit, quo ſcilicet animæ cum corpore vinculum iam progenitum, & primum iam animæ & corporis organum & operationum omnium primum inſtrumentum cōſeruaretur, operaretur-

Innatus Calor.

que, quod eſt ſeminis innatus calor primus opifex quà inſtrumentum ad eſſe & conſeruationem ab ortus initio, ad animalis interitum vſque; ſed quà tale vinculum & inſtrumentum paulò poſt initiū & ſui ortum quum alimentali humido, primo alimentali ſemine, mox oui vitello ſanguine ſparmaticarum cordis & arteriæ Aortæ, (dicto & confirmando modo, ante cordis procreationem) motu, & gallinæ fotu, euaſo & perfectò deſtituatur, auctis ſemineis inſtrumentis, Aortæ potiſſimum mouenti parti, & Cauæ iſdē ſangui e affunditur, & Cor parenchyma progignitur vitæ conſeruator, quod ſuo calore & celeri motu & curſu veluti à currendo Cor dictum, non ſecus ac ſol Mūdum, ſuum Mycrocoſmum conſeruat, & omnibus partibus ſui ope iam perfectis, perpetuò ſuo calore & ſpiritu præſto eſt, ne torpeant & otientur, ſed ſuas partes præſtent & præſtantioribus muneribus fungantur innatum calidum fouendo, conſeruando, augendo.

Cordis fabrica.

Ariſtotelis & cōmunis error.

Hoc mirabile inſtrumentum totius vitæ conſeruator, vt ſemper & continuò operari, mouere, & moueri poſſit ex duriori denſiori ex flexili materia conſtructum ſecundum fundamenta ſeminea videlicet conſtitutum fuit, vt omnibus æque ferè præſto eſſe poſſet, & ceu Rex tutum in pectoris medio locum obtinuit inter firmos cancellos, thoracis oſſa: vtque omnibus perinde facilè & citiùs ſuppetias ferre quiret perforata idonea inſtrumenta ad deferendum, adque perpetuos ſuſtinendos motus & labores eadem ex prima ſeminea materia fabricata conſequutum eſt, arterias nimirum, ſimul & eodem tempore cum ipſo corde ante cordis affuſionem, vt diximus.

Quum itaque fabricæ initio cor moueatur, priuſquam affuſio parenchyma fiat teſtante id ſenſu (quicquid Ariſtoteles & ſequaces dicant, videlicet primum ex ſanguine cor fieri, mox reliqua corporis membra, quæ iam ablegauimus) & motus ſit in cordis poſitione in ſpermaticis, & ex ſemineis, quod quærimus.

Nunc indagandum, quot, & quibus motibus, quibus temporibus, & quomodo habita finis, & Naturæ prouidentiæ, atque fabricæ conſtitutionis animaduerſione ipſo duce ſenſu, à quo exordiri, & cui ſtare debemus, ratione comite.

Neceſſaria ſenſu.

Hoc vt faciliùs adipiſcamur, & certò, à nobis notioribus incipiemus ad minus nota progredientes, vt in manifeſtis, & ſubdiu hæſitare & tergiuerſari non liceat, quemadmodum ſi noctu, & veluti in tenebris vbi candelæ lumine & conſpicillo opus ſit, vt nos ipſos deludamus fallamuſque, ſi ab obſcuris minuſue notis principium ducamus.

Non

Neceſſaria cōditiones.

Non viui animalis cor ſpectabimus, quoniam ſic nunquam conueniemus, vt nec tot ſapientes Anatomici conuenerunt: propterea alij alia dicunt, & ſuſti-
1. nent, & vltimò Harueius aduerſus omnes ſurrexit in omnibus & per omnia cōtrarium ſuſtinere auſus. Ratio eſt, quoniam ſi viuentis perfecti ſeu calidi animalis cordis motus ſpectemus, quia inibi ferè, & eodem penè tempore quatuor peraguntur ſenſiles motus, vt non poſſint ſimul & oculi nicta diſtingui diſcerni & internoſci veloces & momēto quaſi temporis oppoſiti facti motus diuerſis in locis diuerſarum in eodem ventriculo partium non cognita potiſſimum membri conſtitutione, nec Naturæ fine ac prouidentia quibus bene cognitis faciliùs veritatem inſtitutumque conſequeris.

Cū Realdo Columbo.

2. Minimè omnium frigidorum animalium viuentium corda aſpicienda, ranæ, anguillæ, teſtudinis buffonis nimis tardè gradi motus: vnde certus lapſus, eo magis in exenteratis: eo minus, nec ſecus poteſt à vaſis ſecto ſuper tabula, manuue, hoc eſt languidiſſimis & morientibus; in quibus vnus dumtaxat vix apparet motus, eo minus, & minimè omnium veſicę. Vt ſicuti in perfecto animali motus celeritas, (niſi vt diximus cognitis fabricæ conſtitutione, & Naturæ fine præſenti adſtes animo & bene occulatus) ita in frigidis tarditas & languor omnino dubios & ancipites reddant.

Accepto igitur Vituli corde, quod præ manibus eſt, & in quo fabricæ conſtitutio, & omnia apertè dignoſci poſſunt. Ex prouidæ Naturæ optima oeconomia eſt, vt procreatum minimum (in ſui ortus principio) imperfectum animal, initiò ſemineum tantummodò, augeatur, perficiatur, conſeruetur ad præſtātiorem dein vitam, nobilioreſque exercēdas operationes venturū. Accretioni opt imo alimēto alijs à corde inſtrumentis ſuppetias fert, non à corde præcipuè & primò: (non ſemel oſtendimus) In reliquis & ad reliqua magno influenti calore per vitales ſpiritus poſtea ad vitam & præſtantiorem vitam ipſo corde occurrit, perpetuo ſcilicet motu ipſius & partium atque ſurculorum, cordis, inquam, arteriarum in corde & extra cor, atque ſuarum appendicum auricularum dictarum, necnon proprio parenchymate denſa ac dura carne arterioſo calidiori ex ſanguine affuſo conſtante.

Cordis ſanguis vnde, & quomodo in ſiniſtrum Cordis ventriculum ſe recipiat.

Vt autem vitalis ſpiritus calidiſſimus à corde fiat, materia requiritur ex qua, & eſt ſangnis aptus idoneus & aliqua elaboratione præditus, non craſſus, fœculentus, impurus, parum coctus: proinde ab aliquo præcipuo membro, fonte, ac de induſtria præſtitus.

Hic magna & prima difficultas, vt Alij à dextro cordis ventriculo per medium ſeptum in ſiniſtrum calidiorem vbi vitales fiunt, deferunt. Alij à Pulmonibus, vt Columbas, nos ambas, & aliàs reprobauimus in proprio tractatu, & à ſplene confici, atque per Aortam ſubminiſtrari probauimus. Alij poſtremo, vt Harueius à cordis auriculis Realdi Columbi recepta opinione ſubminiſtrari autumat, quod iam iam excutiendum.

Ex elaborato ſanguine in ſiniſtro ventriculo vitales ſpiritus fieri hactenus apud omnes in confeſſo eſt; Sed an à Ventriculo attrahatur ſanguis, vt Antiqui Recentioreſque Anatomici voluerunt, & nos ſupra probauimus, infra ex cordis fabricæ conſtitutione comprobabimus, ab Harueio in dubium vertitur, immo prorſus negatur, & ab auriculis in ventriculos influi immittique aſſeritur, quod mox perpendetur conuetieturque.

Poſita itaque idonea præparata materia in ſiniſtro cordis ventriculo ſpirituum & caloris commoda officina, reſtat vt continuo motu & calore apretur, attenuetur, & in ſpiritum verſa ad vnāquamque corporis partem tranſmittatur vitæ & melioris vitę gratia iuxta Naturę prouidentiam ex optima oeconomia & corporis neceſſitate, vt ſenſus certitudine conſtat. quando & plures motus in cordis ventriculis, eorumdem appendicibus auriculis, atque in arterijs ſimul & ſeorſim manifeſtè conſpiciantur, necnon in eiſdem omnibus ſemper ſubtilis & maxi-

mè purpureus ſanguis viſitur; Vt propterea inquirendum ſit, vnde & à quibus talis ſanguis in cor perueniat, ac inde explodatur: & conſequenter cordis fabricæ conſtitutio innoteſcat, atque vnde tot, diuerſi, & contrarij motus, & quorum gratia ipſo ſenſu depromatur.

Primus motus in animali. In Animalis procreationis principio priuſquam cordis affuſio fiat, qui primus viſitur motus (vt in ex pulli gallinacei ortu noſtra hiſtoria ex oculata fide conſtat, vt infra ab Harueio, vt in hoc cap. tactu num. 70. confirmatur) eſt in ipſa cordis poſitione, immo in eiuſdem fabrica, ſpermatica, inquam, necnon in Aorta; Apparet namque duplex intentio, & remiſſio, acceſſus & receſſus ſanguinis in proxima loca, & alternis vicibus partes modo albæ, modo purpureæ, prout ſcilicet ſanguine replentur, mox exinaniuntur, vt attractione in cor, expulſione ab eodem in arteriam opus eſt. (Non eſt autem auricularum motus, nec guttulæ ſanguinis vt Harueius exiſtimat, de quibus infra ſuo loco.) Et quia non eſt dare motum abſque mouente, aſſerendum eſt profectò talem motum fieri à ventriculi ſemineis parietibus (nondum affuſo ſanguine) mediis ſimiliter ſpermaticis fibris, quæ in perfecto corde manifeſtè & dilucidiſſimè viſuntur; rectæ ſcilicet in ventriculi medio albæ, tendines ſeu neruos emulantes. (vnde Ariſtotelis de neruorum principio lapſus) Harum plurimæ in ſiniſtro ventriculo, pauciores in dextro, fortaſſe quia ad ſiniſtrum craſſiorem mouendum, & ſurſum baſim verſus magis contrahendum maiori robore opus ſit ſi pectus ferire valeat. *Cur plures fibræ in ſiniſtro, quã in dextro cordis ventriculo.* Hæc ſpermaticæ fibræ à reliquis parietis fibris omnino ſeiunctæ ſunt immo ab ipſo etiam pariete omnino liberæ præterquam à principio vbi ortum ducunt, & fine mucronem verſus, vbi infiguntur. Et quum omne mouens immobili initi debeat (iuxta axioma) ad hoc vt mouere poſſit, quum ſupra cordis baſi immobili, infra mucroni mobili, dubio procul verſus principium (ex maxima) trahentes mucronem ſurſum contrahent, & ita in orbem dilatantes, & conſequenter non expellentes, quod repugnat, ſed attrahentes: & hic eſt primus motus neceſſarius & ſibi & reliquis, ſi cor nutriri debet, & ſpiritus toto corpori conficere velit. Interimque in hac ventriculi diaſtole amplificatione ſãguinis attractione in cauernulis obliquorum villorum miniſterio attracto gaudet fruiturque ventriculus, & tenuiorem partem valido motu & calore in ſpiritum vertit. *Spiritus generationis & diſtributionis modus.* Quoniam verò alius ſpectatur contrarius motus, & præparati ſpiritus aliorum gratia expulſionem in arterias deferentes neceſſitas requirit, remiſſis rectis fibris contrahuntur tranſuerſales carne affuſione indutæ ventriculi verſus medium & cordis vacuum centrum & propriè fit conſtrictio & contenti ſpiritus (non ſanguinis vt communis fert ſententia, quæ de ſanguinis, inquam, remiſſione falſa infra oſtendetur) exploſio in eadem magna vaſa, à quibus Cor ab Aorta ſcilicet ſanguinem ab arteriali venali duxit & hauſit aerem de ſiniſtro ventriculo loquenter: quia dexter ob pulmones ſolummodò factus eſt. Vt in primo ſiniſtri ventriculi motu diaſtole dilatatione à pulmonibus media arteriæ venali attractus eſt aer ad refrigerandum: ita contrario conſtrictionis motu ſyſtole, & fuligo & calidus aer remittitur, & vitalis ſpiritus ad eoſdem tranſmittitur. Quemadmodum in Diaſtolis, fine ab Aorta ſanguis ad nutritionem & procreandos ſpiritus trahitur, ita ex ſyſtole præparati ſpiritus traiciuntur.

Semilunarum Aortæ Vſus neceſſarius communiter ignotus. Sed hic communis ſe ſe obiectio offert, quæ trepidationem incutere creditur; Quod Aortæ principio tres ſemilunares valuulæ præſto ſint in cordis diaſtole ſanguinis ingreſſum prohibentes. Fateor Naturæ ſapientia id factum & tali de cauſa, ne ſcilicet ſanguis (vt ſpiritus egreditur) plenis bucis ingrediatur, cor repleat, & ſpirituum generationi magna ſui copia impedimento ſit; ſed contra optimè cõducens ſæpiſſimè ob celerẽ diaſtolẽ, ſed pedetentim ingrediatur, prout cordis nutritioni ſufficiat, & ſpirituum

tuum

tuum procreatione ſuppeditet per ſemilunarium foraminis medium non ſigillatim claudentium in viuenti potiſſimùm corde, quum vaſa latiora & ora, non concidentia, ſint, & ſanguis ingreſſum ſibi parat, præcipuè vi tractus: quæ in mortuo non conſtant non arteriæ & cordis dilatatio diaſtole, ſed contraria ſyſtole videlicet, immo conſtrictio & concidentia, & quaſi interclusio. Et ita Aorta ſimul cum corde & eodem diaſtolis motu in ſe ſe & in cor à ſplene ſanguinem attrahit, ſyſtole ſimiliter ſpiritus explodit: Secus in diaſtole Cor nihil attraheret, quod me iudice maximus eſt error, & tanto maior, quanto omnium communis, quòd Aortæ præcipuus cum Corde motus nullius actionis ſit, nullius vſus, ſed penitus fruſtra: quum tamen, inquam, eiuſdem ſit diaſtolis cum corde, & in corde, in quo ſuam obtinet baſim, principium, & primum motum, & moueatur verſus cor diaſtole trahendo, in cor ſanguinem portando, vt poſtmodum eiuſdem, ſeu eadem ac cordis ſyſtole apertis Aortæ valuulis arteria in corde & cum cordis ſyſtole ſpirituum copiam explodit & hoc modo cordis & arteriæ motus ſunt, & finis.

Commu- nis error.

Ceterùm cautè & ſubtiliter hic agendum animaduertentes ne in Columbi & Haruei erratum à nobiſque notatum incidamus, & Cor & Naturæ ordinem confundamus. Propterea Naturæ mirabile opus declarãtes dicimus, ſanguis in Diaſtolis (non principio, medioue) fine (quando ſemilunares clauduntur) attrahentium Cordis ab Aorta, Aorta à ſplene, cuius Aortæ diaſtole attractricis vi præſto eſt, & deinceps Cordi, non prius, non in principio medioque diatollis, inquam, (quando cordis calor, & ſpiritus nimium ob affluxum fuerent) ob impedimentum præcedentis ſyſtolis ad explodendos ſpiritus, & conſequenter ad remorandum ſanguinis ad ſe ſe, ac ad Cor acceſſum atque aduentum Naturæ ex ſapientia; & ſic ſanguis (non affluens & plenis buccis vt aiunt) ſenſim & guttatim opportunè & & ſumma Naturæ prouidentia pro ut oportet præſto eſt. Sed quo digreſſa eſt reuertatur oratio.

Declarã- tur.

Sanguis quando Cor ingrediatur.

Sin verò Aorta diaſtole à corde traheret, ſeu ſpiritus raperet, vt prohibent cõmuniter hallucinati, confuſio & caos ſequeretur: quoniam contrariæ diaſtoles eſſent, quippe cordis altera intro, foras Aortæ altera ſimul & eodem tempore traherent, quod repugnans eſt. Sed res manifeſtiſſimè ſic ſe ſe habet, Dilatatur Aorta, ſua Diaſtole ab arterijs lienis ſanguinem ſurſum trahit, & eadem Diaſtole ab Aorta ſanguinem dicto modo cor recipit: Interim recti dum cordis villi remittuntur & ceſſat Diaſtole ſemilunares prius claudentes valuæ concidunt, ſimulque ſyſtole inſurgit, & dum illæ concidũt & ſyſtole incipit cor in Aortam ſpiritus tranſmittit, eademque ſyſtole Aorta vniuerſum per corpus eoſdem ſimul defert.

Quum itaque Aorta ſit cordis ſeu in corde pars ſpermatica, & ibidem ortus principio amplificationis (vt etiam conſtrictionis) motu pulſet cum corde & in corde dilatetur & cum corde trahat, non à corde) (quod repugnat) ſed in cor neceſſario à liene (non aliunde à quo nam?) in cor ſanguinem vehit trahit: & ſic Naturæ oeconomiæ, rationi, & ſenſui ſimul factum eſt ſatis: quod luculentius infra extabit, potiſſimùm quum exploſis de cordis auriculis nugis, & falſa hiſtoria, earumdem germanas actiones, & veros vſus Naturæ ſummam ſapientiam in cordis fabrica adhibitam, & hactenus ignotam explicuerimus.

Hactenus de cordis Diaſtole, & quis motus primus, qui ſecundus, à qua parte & magno mẽbro in cor, & per quod vas, & quo motu, & quamobrem trium ſemilunarium impedimentum, ſed non omnimodum Naturæ magnæ prouidentiæ optimè conducens.

Ceterũ niſi iure noſtro magna ex Naturæ ſapiẽtia ab Aorta ex ſplene ſenſim & guttatim ſanguis ſingulaquaque diaſtole Cor ingrediatur, (ſed affatim pleniſque buccis apertis ianuis cor ingrediatur & illico breuiori, quã oculi nictu mora egrediatur) quõd quæſo Cor æſtuans Viſcus à continuo affluenti fluenti ſanguine mi-

nus calido non refrigerabitur? Quo nam pacto (amabo) Cor perpetuo affluenti fluenti refertur ſanguine nulla, aut vix ſenſili mora craſſum ſanguinem ſubtilem reddere, ac in ſpiritum vertere poterit? Nonne pugnantia hæc & impoſſibilia ſi rectè perpendantur? Quum tamen Sapientiſſimæ Naturæ maxima ſit in cordis fabrica prouidentia non obſcura, ſed vt oſcitanter animaduerſa omnibus proindè ignota, ex qua omnium (patiamini dicam) quamplurimi errores & ineptiæ, vt (de Auditus mirabili fabrica, & Naturæ Sapientia aliàs dicebamus) ex dictis & dicendis dilucidiùs conſtabit; vt ſi pergamus nunc (quoniam Veritas moras odit) maximum inde erratum addentes cõmune omnium aſſerentium credentiumque Cordis elaboratum, ſed euolantem ſanguinem in magnam arteriã ab ipſo tranſmitti ad totius corporis partium nutritionem, quo modo ex alimenti neceſsitate certo in Haruei Circulationis ſententiam neceſſariò eumdem eſſet: quum nihiloſecius, omnes partes copioſis venis ſanguinem à caua vena alimentum deferentibus, paucisſimis arterijs præditæ aſſequantur: & quia cor ex pauco re vera ab aorta attracto trium ob ſemilunarium valuularum impedimentum ſanguine ſibi nutriendo alitur vt non omnibus ſimiliter nutriendis arteriali ſanguine, præſto eſſe poſſit ſicuti nec alijs, arterijs deſtitutis, & remotis ſimul & ſemel? quæ ratio reddi poteſt? quod diſcrimen haſce inter partes afferri poteſt? quod nam ſignum huius nutritionis, huius & illius partis roboris virium? & omnibus æque fotu ſpiritibus vitam, perinde robur producere haud quaquam poſſet. At in ardenti febre (alijs multis miſſis) quo modo ex ardenti ſanguine vbi aer frigidus (vt in corde) non peruenit refrigeratio nutritio, conſeruatio?

Pugnantia et impoſſibilia.

Erratũ maximum.

Præterquàm quòd ſi decuit & potuit, fruſtra Natura dextrum cordis ventriculum ad venalem ſanguinem media vena arteriali ad nutriendos pulmones conſultò fabricauit, & ad vitæ fotum læuis ventriculi, arteriam venalem: quod quum erroneum ſit dictu, falſum erit ſanguine arteriali partes nutriri.

Confirmatur.

Adde aliud inde cõfuſionis abſurdum, quod quũ Aorta ſanguinẽ ad cor re vera deferat, ſi à corde per hoſce ad partes, ſimul & ſemel in eodem ducto riuulo miſtus erit vterque ſanguis, & ita quod Natura molitur conſequi nequit, quod pariter eſt erroneum dictu. Et demum vt manifeſtis ſenſatis ſtemus, alia multa miſſa faciẽtes breuitatis ſtudio, hoc breui demonſtranti argumento contenti contrarium ex ipſo ſenſu, ex rei natura, fabricæ conſtitutione, & Naturæ optima œconomia & ſapientia in meridiana luce poſitis pateat.

Si Sapietiſsima Natura ad vnam corporis partem nutriendam, pulmones, inquam, magnum dextrum ventriculum fabricauit magno ſanguinis fonti venæ cauæ coniunctum (vnde dextro ventriculo & vena caua piſcium cor deſtitutum eſt, quia pulmonibus carent.) & continuum, vt quantum inde ſanguinis hauriri oporteat, hauriat, & hauſtum illicò & continuò in pulmones magno reſpondenti cõiuncto vaſe vena arteriali nullo impedimento, ſed apertis prorſus potiùs valuis tricuſpidibus tranſmittat; An ad totum nutriendum corpus paruum & minorem ſiniſtrum ventriculum (& vnica tantummodò in piſcibus abſque venæ cauæ coniunctione) fabricauerit? Aut vt ſaccus & vtris nihil nihil penitus aget? omnes corporis partes eodem puro & impuro ſanguine nutrientur? An vero guttatim quaſi ſanguinem attrahendo, & recipiendo? An ne clauſis ferè ſemilunaribus valuis ianuis? & hoc præterea ex pauco accepto ad ſui primùm nutritionem affluenter vlteriùs ad totius & partium omnium vitam omniumque præſtandas operationes, ſpiritus vitales efficiat ſubminiſtretque? proh Deus quàm diminutè, quamque deprauatè diſcurritur, & Sapientiſsimæ Naturæ opera diſcutiuntur, omnibus ſpretis, & phantaſticè, atque iure tantummodò cerbellotico diudicantur, ſi vera quæ diximus ſunt, vt veriora quàm, quæ apud Sagram geſta ſunt, extant.

Cæte-

De Cordis Auriculis.

Ceterùm poſtquam cordis motibus moti huc quaſi inuiti, Harueio relicto, peruenimus cordis motuum expiſcandæ Veritatis deſiderio ducti, reliqui quod eſt, auricularum videlicet motuum proſequamur, vt dictis certis, certis enarratis, alijs ſimiliter fabricæ præſtantiſſima conſtitutione, à reique natura ipſius Naturæ mirabilem artem, & ſapientiam iam nunc in tenebris deliteſcentem ex ſeſe luculentiſſimam ſubdiu in apertum prodeamus, vt poſtmodum expeditus Harueium alloquamur.

Nugæ mittuntur.

Itaque miſſis interim nugis & fabulis de Auricularum nomẽclatione nullo modo ad rem facientibus, quod ſint cordis flabella, & ad cor refrigerandum follis, vt Hippocrates voluit. Quo id modo ſi ſanguine ſolito calidiore à cordis ventriculis replentur? quo modo ſi duplici ſemper motu agitantur, & motus ſit caloris cauſa, & ad ſanguinem attenuandum inſtitutus, tametſi hic abuſus ſit. Quod Arcangelo tendines ſint, quia cor muſculus, vanitas vanitatum, quando vtrunque falſum, & quia cor minimè moueant, & quia contrarijs & alijs motibus moueantur. Quo modo mirabiles ſequentes Vſus Laurẽtio & Bauuhino, Quod ſanguinis & aëris quædam promptuaria ſint de repente irruentium, ne ſubita contractione per oppreſſionem ſuffocetur, & rebus foris introconfertim occurrentibus frangatur cor. Quo modo quæſumus cordis promptuaria & ijs de cauſis, quum non à vaſis deferentibus, ſed ab ipſis cordis vẽtriculis per ſyſtolem ijs repleantur, potianturque, vt mox enucleabitur? Quo modo de repentè irruẽtium ſi ab ipſo corde ſeu ventriculis trahuntur, & ſi trahuntur ad vſum, quo modo tanta copia, vt ſuffocari poſſit? Et quo modo ſi à caua in dextrum non fluat, ſed moderatè prorſus trahatur? Et quo modo ab Aorta (vt verè iure noſtro) ſi valuulæ partim impedimẽto ſunt, trahaturque? Quo nam pacto cor frangi poteſt à ſe ſe tracto pro nutritione ſanguine, refrigeratione tepido aẽre? In naris, ore, trachæa, & pulmonibus tepeſcit. Quo modo ne cor, & magna vaſa (addir Bauuhinus) frangantur, An pollentaceũ eſt Cor, araneæ telæ magna eius vaſa ſunt? An verò ventriculorum celeres motus tractio & exploſio Bombardę ictus ſunt? Bone Deus, quam ridiculi mirabiles iſti vſus. At præterea ſi non impetu, quia trahuntur ad vſum, ſi non replentur, quia ventriculi, maximùm ſemper ſemiuacui, vt aliorum gratia dexter ſanguinẽ attenuare, ſiniſter ſpiritus parare mora motibuſque hinc inde poſſint, trahunt, mittũt, remiſſumque ab auriculis, iterum continent, retinent, atque expellunt. Aſt quum communi omnium ferè opinione ſanguis cordis ventriculos per ſepti inſenſiles meatus & ductus ingrediatur, quomodo impetus & conatus fient? Et ſi per pulmones & arteriam venalem, vt ceteri aſſerunt, quo modo in pulmonibus & arteriali vena carentibus? Vt proprerea id ſtare etiam ob id non poſſit, quia ad deſtruendum ſufficit vnum. Atqui ſunto iſtæc omnia, quo modo ingredientium primos ſanguinis & aeris impetus (vt aiunt & vrgere putãt) & conatus auriculæ ſuſtinebant, ſi aduerſæ cum vaſis poſitionis ſunt, & ſanguine, aereque (ſiniſtra) ab ipſis ventriculis (quos ore ſpectant, & illos verſus reſerantur, contra vaſa clauduntur) mutuentur? Vt manifeſtè pateat, quòd hac de cordis fabrica & in omnibus, & quo ad omnia, nihil ſcitur, omnium pace dixerim: Propterea haud immeritò Harueius vbique lamentatur, & proinde vagus & errans ipſe quoque ſit, vt iam iam ſua pace oſtendemus.

Vrgentia.

De cordis fabrica nihil ſciuer.

Verum enimuero (ad rem) quum ſanguinis in ventriculos attractio, & ab eiſdem exploſio eorumdem motibus iugiter fiat, ita vt Diaſtolem illicò ſyſtole ſequatur: quoniam (vt diximus) proprius finis vniuerſalem communem præcedit, vt ſyſtolis expulſio ſupponit à Diaſtole attractum, non contra, & attractus ſanguis cũ in dextro, tum in ſiniſtro ventriculo temporis ferè momento in hoc, vt in vitales ſpiritus conuerti queat, in dextro vt attenuari & elaborari poſſit ad tenues pulmonum carnes nutriendas, & celeribus pulſibus ad vtrumque præſtandum munus,

& ad pulmonibus & toti corpori ſpiritibus ſuppetias ferendas, quo modo hic agendum in maxima contrarietate, quum ſanguinis elaboratio, & ſpirituum procreatio cordis motu, calore, & quod pluris refert, mora, mora inquam in corde in ventriculis egeant, & tamen dictum factum, & de facto (vt loquuntur) vix facta ſanguinis in cor attractione, mox & confeſtim ſequitur exploſio: Quo nam igitur pacto ſanguis pulmonibus elaboratur, toti corpori vitalibus ſpiritibus ſic conſulitur? eo maximè teſtante communi omnium ſententia, ac ſenſu ipſo, quòd in expulſione valuæ ianuæ apertæ protſus ſũt.

Maxima diffi cultas in diſcuſſa diſcutitur.

Hoc opus, hic labor, à nullo hactenus nec ſub nube quidem viſa, à nobis fortaſſe cognita extabunt, (abſit verbo inuidia, hominum malignitas recedat, ſecus rumpantur ilia Codris) vt tandem in re tam ardua occulta ac ſecreta prouidæ Naturæ diuinæ ſapientiæ fons aperiatur & pateſcat, in dictorum etiam confirmatione.

Quum itaque hiſce ſtantibus difficultatibus, poſitis obſcuriſſimis tenebris, Naturæ opera belliſſimè & luculentiſſimè peragantur, quũque omnino in ſiniſtrum præcipuè ventriculum, (in hoc omni animali ſimpliciter neceſſario præſens potiſſimum difficultas eſt) nec ingreſſum in aortam, nec in venalem arteriam regreſſum permiſerit appoſitè poſitis & clauſis ianuis, vt ex fabricæ admirabili conſtitutione viſitur: ita nec vndequaque eiuſdẽ egreſſum ſtatim admiſiſſe eadem ex admirabili conſtitutione inquam, & arte a piſcemur iiſdem diligentiùs & acuratiùs obſeruatis, non contrarijs poſitis vaſorũ oribus portis, valuis, quod fieri non potuit, ſecundis & alijs portis contrarijs primis ianuis valuis ibidem vei, & motui & fabricæ conſtitutioni repugnantibus; ſed opportunioribus veluti retibus potiorem modum expiſcata adhibuit, vt ſcilicet ingreſſus ventriculis ſanguis non illico & immediatè exploſus ſit, vt pote ineptus ad pulmones nutriendos, et eo minus, ac minimè omnium ſiniſtri ventriculi ad partes arterijs delatus ad vitam, fo-

Naturæ mirabilis promittitur.

tum et innatum calidum conſeruandum, roborandum, vegetumque ſua ad exercenda munera aptus & cõgruus; ſed multiplici motu & calore, conuenienti ſtata mora accommodatum & appoſitum vt redderet maximè idoneis fabricatis inſtrumentis ſubitum & vndequaque ſanguini ingreſſus & egreſſus (dicendo modo) præbuit, Et mirab liores longè plures quàm Euripi illius in Euboea fluxus & refluxus interdiu noctuque acceſſus, & receſſus inſtituit hactenus ignoto, & vt pote qui iis occultiores Ariſtotelem iterum in mare præcipitarent.

Peruentus itaque ad cor à liene (altero Hepate ob id conſulto) fabricato, per arteriam magnã elaboratus ſanguis cordis & aortæ amplificatione diaſtole dicto modo in læuum dico ventriculũ trahitur ſenſim tenſas ob ſemilunares valuulas foramẽ dedita opera anguſtantes (in viuo corde latiora ora foramina ſunt, quæ in mortuo prorſus cõcidũt & anguſtãtur) ne impetu & copia cor læderet & ſpirituum procreationi impedimento eſſet. In hac, hac dico dilatatione, dilatatione rectis cordis fibris mucroni infixis ſuum verſus principium (baſim videlicet) contractis Cor ergitur pectus tracto mucrone feriens, & in ſphæricum in orbem tendens ſeſe dilatat, vt quaſi rectà ab Aorta ſanguinem, ab arteria venoſa aerem rapiat. Mox relaxantibus rectis fibris, à dicta rectitudine, à ſphærica figura, à pectore mucrone recedit, & ſanguis & aer ventriculi fundum mucronem verſus tendunt relaxatis, inquam, & quieſcentibus rectis fibris. Interim ventriculus ſanguine aliquatenus refertus, aëre ſpiritibuſque inflatus tranſuerſas ſecundum fibras procul à ſua poſitione remotus, attracto, retentoque obliquorum villorum miniſterio pro nutritione debita ſufficienti ſanguinis portione, reliqui quod eſt ſibi oneri (vti ventriculo chylus) fuliginis potiſſimum & excalfacti aëris vt propellat & abiget, tranſuerſalibus fibris in ſeſe collectis contentas verſus materias & vacuum conſtringitur ſyſtole nimirum, & apertis ianuis in Aortam ſpiritus copiam, in ve-

Tractatur.

nalem

nalem arteriam ad pulmones ſpiritus portiunculam tranſmittit, ac ſimul cum fuliginibus excalfactum aerem remittit.

Abſcondita, & obſcura. Ad ſanguinem verò, quod vrgens ſpectat, quam ob rem reſeratis portis exploſus ventriculum non egrediatur, apertaque vaſa non ingrediatur, quod repugnare viſum: re vera perarduum creditu, vt ſcitu & cognitu difficillimum eſt. Nihilominus tamen ſi ingenium acuamus, cordis ſitum ſyſtolis tempore, materiam expellendam, ſimulque obſtantia animaduertamus, & fabricæ cognita conſtitutione, atque Naturæ magna ſuppoſita prouidentia Sapientiaque, quod quærimus attingemus.

Elucidantur. Quum cor vitæ fons conſeruator videlicet & productor credatur medijs vitalibus ſpiritibus, quibus inſito calido primum, & ſingulis poſtea partibus præſto eſt, cerebro petiſſimum ijs copioſis ad animales procreandos ſpiritus ſuppetias ferendo, quibus & motus ſtrenuè peragũtur & ſenſuum externorũ, internorũ, ac intellectus operationes egregiè mirabiles in alijs, in alijs hebetiores ſecus ob defectum exercentur; qui quidem vitales ſpiritus ex ſanguine præcipui membri lienis cordi & ijs conſultò fabricati præparato, mox in corde, perfecto fiunt, ſed medio calore pluribuſque motibus continuò factis alternis vicibus alijs oppoſitis, conuenientibus alijs, & præterea tempore ac mora, non temporis momento, vt in vna cordis diaſtole, ſyſtoleue, ac etiam ambabus tantummodò, quod aſſeritur, & repugnans, ſaltemue impoſſibile etiam Naturæ eſt. Ea propter calido carneo fabricato corde, celeri ſuis aptis idoneis inſtrumentis fibris medijs motu prædito, & locis officinis ad opus, & continendum præſtitis ſapientiſſimè, vt nil ſuperflui, nihilque diminuti, nihilque propterea perfectionis in fabrica addi poſſit, & ijs non ſufficientibus ad moram ad ſanguinem intus aliquantiſper continendum & retinendum, aliud molita fabricataque hanc ad rem de induſtria ſimpliciter neceſſariũ inſtrumentum eſt: Quod extra cor appoſitum appoſitè in cor agat, ab ipſoque agatur, & eſt Apendix altera ſiniſtro, dextro ventriculo altera, iiſdem de cauſis eodemque fine ijs adiunctæ aures dictæ, licet inſulſæ, Nos à ſimilitudine (amatonicorũ more) quam cum Monacorum cucullis habet, cucullum dicimus, aut à ſimilitudine, vſu, & fine, quos cum piſcatorum reticulo retinet, Cogollum (ſic piſcatores nominant) reticulum nuncupabimus.

Appendices Cuculli iſti extra cor poſiti, cordis tamen baſis poſtremæ parti juncti intro ſpectãtes & ſuo lato ore quãta eſt cuculli baſis in cor aperto, membranei ſunt, vt ſi immiſſo ſtylo tangas, aut ad candelæ lumen ſpectes obſeruabis, & ſubtilem albamque membranam intueberis. At remota extrinſecus tali luce rubri apparent ob induram fibris carnem.

Omnium generum fibris carneis craſſioribus ipſius ventriculi, rectis (ab ipſius cordis baſi exteriori principio ortis cuculli mucroni infixis) tranſuerſis, & obliquis ventriculorum inſtar, ad trahendum, retinendum, atque expellendum præditi ſunt.

Dexter læuo maior ob præſtandum vſum, quia maiorem ſanguinis copiam in ſui vacuum attrahere & continere debet, quam ſiniſter, qui dextro tamen aliquanto craſſior ſpecialem ob vſum, continendi ſcilicet & retinendi ad tempus tenuiorem & ſpiritibus proximiorem ſanguinem à maiori ſiniſtri ventriculi calore ſic redditum. Ad quem vſum, opportunum obtinuere ſitum, qui vtriuſque cuculli conſultò eſt ſub vaſis aorta ſcilicet & arteria venali ſiniſtrorſum ſpiritus ſuſcipientibus, atque ſub vena, arteriali dextrorſum, ſed inferius ad elaboratum pro pulmonibus excipientes ſanguinẽ, & vlteriùs ſuo calore fibrarum carnearum videlicet) & motibus attenuantibus ſanguinem, vt læuis reticuli potiſſimum ad ſpiritus elaborandos.

Poſita itaque totius cordis adamuſſim ſenſata hiſtoria, & fabricæ conſtitutione, Eiuſdem modò opera, actiones, & vtilitates proſequamur, vt eiuſdem, totius corporis, & ſingularum partium ad hoc ſpectantium, finem conſequamur.

Cordis

Prim cordis actio & finis. Primus Cordis motus.

Cordis primum opus & actio eſt ſanguinis attractio (ſpermaticæ eius parti ortus initio ex oculata fide tribuitur) à ſibi continua parte arteria magna anguſtū per orificium in diaſtole trium ſemilunarium valuularum ferè obſtruentium, non omnino, quoniam in diaſtole Aorta, vt cor, maximè dilatatur, (quæ dilatatio in mortuis proríus delitescit concidentibus partibus) ſed maiori ex parte, opportunè & dicto modo ne vt diximus cor, & eius actio læderentur, ſufficienter tamen admittentium, compenſata conſultò ſanguinis attractionis paucitate parua quantitate frequenti diaſtolis attractione ex proprio & primo fine, ſui videlicet nutriendi gratia, toti deinde & omnibus corporis partibus ſpiritibus communi ex ſanguine venali, (quem à ſplene recipit) vt de ſingulis partibus patet à venulis delato & ſubminiſtrato ſanguine, de pulmonibus, necnon de ipſius cordis corpore, dextro ventriculo, & externis, eius partibus à coronarijs venis aſportato.

Alter finis.

Alter verò communis Cordis totius officialis membri finis, non ſibi (ſed Naturæ) motus finis, quemadmodum nec alij alijs officialibus membris, conſeruandæ vitæ, & præſtantioris vitæ, eſt frequēs, primum attractio, Diaſtole, ſubſequentibus alijs & oppoſitis, alijſque diuerſo tempore concordibus dicendis motibus. Ad rem modò propiùs.

Facta à corde per diaſtolem in ſeſe ſanguinis attractione medijs nerueis (vt ſic vocem) rectis ſurſum ad baſim mucronem pectus ferientem trahentibus villis, & conſequenter in orbem dilatantibus eiuſdemque ſanguinis portione ad ſui actu & immediatè nutritionem obliquarum fibrarum miniſterio attracta gaudet & fruitur, hactenus ex proprio fine, & ſui gratia. Reliqui quod eſt cordi tunc ſuperflui, & minimè cōducentis, ſed potius impedientis ſanguinis cor ſua illius ſuperflua quantitate eleuatum & ſuſtinētis tranſuerſas, inquam, fibras à iuſta propria & ſolita poſitione elatas: hinc fit, vt ipſæ eædem tranſuerſæ fibræ proprio fine (Naturæ communi conducenti, vt motu & calore ſpiritus progignantur) ſtimulatæ tamen ad exprimēdum expellendumque illum ſuperfluum ſanguinem moueantur, & ideo colliguntur verſus medium, & conſtrictæ cor longius & anguſtius reddunt exploſo ad baſim & vaſorum ora verſus ſanguine.

Secundus motus.

Tertius motus.

Spirituū tranſitus.

Huius totius ſanguinis exploſi pars ſubtilior ſpirituoſa ac leuior ſuapte proinde natura ſurſum tendens ſupernatans & præcurrens Aortam totius & partium gratia ex læui ventriculo maiorem ſecundum ſui partem, ſecūdum verò minimam, arteriam venalem in pulmones ingreditur. Alia vero pars, ſanguinea videlicet ſimul exploſa, quippe craſſior minus elaborata, & quæ proinde efferri non poteſt, ſed deorſum repens inferiorem parietem ad ventriculi baſim ſiniſtrorſum arteriæ venalis orificium verſus tendens, & ſyſtolis expultricis vi perueniens in Cucullum (Cogollum vulgo) ibi appoſitè ac de induſtria poſitum & exploſa, & ab illo attracta vadit. Etenim Cuculli rectæ fibræ ab exteriori ventriculi baſi naſcuntur, & in ſui obtuſam cuſpidem deſinunt, & ita ſe ſe deorſum contrahentes, (contra quàm ventriculi faciunt) deorſum verſus cucullus dilatatur & in ſe ſanguinem trahit ac recipit ſui pariter nutriendi cauſa, cuius fine dicti ſanguinis portione in fibrarum cauernulas, ac intima attracta & contenta vtitur fruitur. Vt certò pateant auricularum actiones & vſus: & non quia implentur dilatantur, vt ex Hippocrate Bauuhinus aſſerit; ſed quia agentes dilatantur implentur, vt ſyſtole conſtringentes à ſe ſe expellunt & exinaniuntur, ſicuti ventriculi dicto modo.

De ſiniſtri Cordis ventriculi motu & quiete notabilia.

Cuculli præſtantia. Ortus. Actio. Finis.

Interim remiſſis & quieſcentibus tranſuerſis ventriculi fibris ſeu ſyſtolis, abſumpta ſanguinis ab obliquis ventriculi retēta portione, iterum nutritionis cauſa & neceſſitate, diaſtolis motus, attractricis vis ad attrahendum inſurgit, & vētriculi amplificatio fit: dum autem cor dilatatur vt expoſuimus, ventriculus, inquam, cucculli reticuli tranſuerſæ fibræ arctantes deorſum, (quia cucullus vt diximus ventriculum ſpectat & in ipſius vacuum è regione hiat(

Quò Cuculli ſpectant notandũ vt intelligas mira, &c

hiat) deorſum ſuperfluum receptum ſanguinẽ expellit & remmittit, vt vi exploſus & raptim à vẽtriculo deorſum raptus illicò in eius fundum & intima aduolet ſemi præparatum & elaboratum ex primę diaſtolis motu, & ſecundi ſyſtolis ſimiliter ventriculi, & duobus itidem cuculli reticuli, & quinto huius præſentis ſecundæ diaſtolis, & ſexto futuræ proximę ſyſtolis, qua in vaſa expellentur ſpiritus: Et prætetea ex mora facta in ventriculis & cucullis reticulis, dum tot & tales motus facti ſunt, nec non inter eorumdem quietes, quum inter oppoſitos motus aliqua intercedat ſemper, aliqua quies interpoſita ſit. Quæ de præparato pulmonum in dextro ventriculo ſed copioſiori & affluẽti ſanguine pariter dictum adamuſſim puta, non ſpiritibus.

Naturæ ſũmam ſapientiam.

Dum verò in ventriculi Diaſtole à cuculli ſyſtole ſanguis mutuatus ſuperfluus in ipſum ventriculum remittitur ſimul & eodem tempore aliud ex aorta trahitur, & ita continuò id fit, perpetuòque alternatim conuenientes motus, ſic alternis vicibus oppoſitæ motiones fiunt, & alternæ quietes ſubſequuntur, & ſummo Naturæ ordine procedunt omnia; Vt qui primus motus, & qui ſequentes, & quando, & quo modo, atque quibus finibus ſingulatim, ſpeciatim, generatimque fiãt belliſſimè ex fabricę conſtitutionis cognitione dilucidè innoteſcit, Naturæ maximè admirabilis prouidentia & ſapientia pateat: Cui, Deo ſcilicet honor & gloria ſemper.

Modò ad rem, Harueium alloquamur. Si iam notis fabricæ ex ſenſu conſtitutioni nimirum rationi maximè cõſentaneis, & Naturæ ſapientiſſimè diſpoſitis & fabricatis ſtemus, dilucidiſſimè oſtenſis prout ſenſus ſentit, ratio ſubſcribit, atque fabricæ neceſſitas & Naturæ finis, ac ordo neceſſario requirunt: Si ſtudioſè cordis motus ſpectemus & perpendamus, nõ oſcitanter, vt Riolanus cum Bauhino, &

Contraſt. 56.

eo magis magiſque Harueius, (quorum

Cordis motus nõ 4. ſed 8.

pace dixerim) non quatuor totius cordis motus, hoc eſt, amborum ventriculorum, & ambarum auricularum; ſed octo, Duo videlicet vnius vtriuſque vẽtriculi, & totidem vnius vtriuſque auriculæ, & ſi ſubtiliùs magiſque intrinſecè & propriè rẽ ad viuum reſecemus, quatuor vtriuſque partis, dextræ, & totidem ſiniſtrę motus tempore & loco diſtinctos rectè ſtatuemus, (mouentium fibrarum ſitus principium & finem, atque iuxta illa ſi animaduertamus obſeruemuſque) ſin minori ſtudio, ſaltem tempore.

Oſtenduntur de Vẽtriculis.

Etenim quum vẽtriculus attrahit diaſtolis motu, ſyſtolis fibræ quieſcunt: & è contra dum ventriculus ſyſtole expellit, Diaſtolis villi decumbunt. Ecce vnius ventriculi duo motus tempore. Donec Ventriculus diaſtole ſurſum attrahit, ſe ſe in orbem in ſphæricum colligit, mucrone pectus feriens: Dum vero ſyſtole ſanguinem exprimit à ſphærico, à pectore ſe ſe contrahens conſtringitur. Ecce duo eiuſdem motus loco diſtincti & ſeparati.

De Reticulis declarantur.

Similiter quum & dum dilatatur cor ſeu ventriculus primò, Auricula, Cucullus, reticulum conſtringitur, vt mutuatũ ex præcedenti ventriculi ſyſtole, eidem ventriculo ſanguinem ſibi ſuperfluum reſtituat, remittatque. Ecce duo diuerſi & oppoſiti motus. Dum ventriculus poſtea ſe ſe conſtringit foras exprimendo ſanguinem expellendo, Auricula dilatatur & vt cucullus vt reticulum ſanguinem (non ſpiritum in aortam, in arteriam venalem euolantẽ) excipiens mutuatur. Ecce duo pariter alij diuerſi & oppoſiti ventriculi & auriculæ motus, & tempore diuerſo ac alio, quando dum ventriculi diaſtole agit, Auriculæ, quieſcit, & è conuerſo ſic de ſyſtole vſu venit. Demùm Auriculæ, Cuculli, Reticulo dilatatio eſt villorum contractio deorſum ad ſuam baſim & principium: Ventriculi amplificatio Diaſtole eſt ſurſum, præterquã quòd Ventriculorum motus ſunt in corde, Auricularum vt pote appendicum ſunt extra cor, & conſequenter loco diſtincti, vt tẽpore, & octo, vt ſatis luculenter patet. Si quis verò minus acuratè velit, arbitratu ſuo dimetiantur.

Contraſt. 57.

Ad motuum prius vt poſterius quod attinet, dũ motus ferè momentanei sũt & alijs

Difficultas maxima. alijs, ac diuerſis in locis quemadmodum ex dictis & probatis patet in cordis ventriculis videlicet,& extra in eiuſdem auriculis cucullis difficillimè ſenſus iudicium fert, quoniam ſimul & ſemel ac temporis ferè momento vtrunque motum videre, non, aut vix poteſt, potiſſimum quo ad eorum principium & finem pariter, & fabricæ conſtitutione, Naturæ fine, ac cordis neceſſitate potiſſimum ignoratis, quibus ni vna maximo ſtudio & ſubtiliter conſulatur in omnibus hallucinari contingit.

Haruei errata colligas. Multa hic propterea à Docto Viro errata committuntur, quæ ex inſpectione colligemus quidem, ſed dictis principijs ſtantes, & ordine ratiocinantes, maximè proinde poſito Naturæ, & partis agentis fine.

Finis { Naturæ / Animalis Naturæ finis eſt, vt conſtitutum & à ſe fabricatum animal conſeruetur. finis animalis & partis iſdem, eſt, ſe ſe conſeruet, alimento nimirum, non remoto, ſed proximo & præſenti, in ipſo (e.g.) corde exiſtenti. Sed quæritur proinde, quo modo in cor peruenit, aſporteturque. Hoc opus, hic labor eſt. Propterea quòd Harueius ab Auriculis in cor aſportari vult, & omnibus neruis id cõtendit, quod pluribus nominibus maxima admiratione me afficit. *Haruei maximũ erratũ, &c.*

Pluribus oſtenditur. Quo modo Bone Deus ſi omnes & quin etiam minimæ ac ineptæ (oſſa ligamenta &c.) corporis partes alimento ſibi ab officialibus præparato, à ſe ſeque tracto non proiecto vtuntur fruuntur, Nedum Officialia Membra ſuis dedita opera prædita inſtrumentis, Cor præcipuum corporis membrum, & totius corporis & vitæ fons, à quo omnia membra & cunctæ partes conſeruantur, hoc præcipuo munere deſtituetur? vt à ſuis mendiculis appendicibus & vernis, alimento præſtoletur? Quid? ſi Cordis Ventriculus omnium primus appendici auriculæ cucullo alimento præſto eſt? Si cucullo Ventriculus vtatur tamquam proprio promptuario (non vt perperàm Laurentius, Bauhinus, Harueius & alij appendices auriculas haſce ſanguinis promptuaria cordis ſtatuunt, quòd ſanguinem aliundè acceptum attractũque cordi ſubminiſtrent, & ſic ſuppetias ferant) & penu in quod tractum à ſe ſe ſuperfluum (vt officiale præcipuum membrum) in cucullum ſuum penarium reponit, mox recepturum? *Communis error.*

Præterea ſi auriculæ ſunt cordis promptuaria & cordi totum pro nutritione & pro totius corporis ſpirituum procreatione ſanguinem ſubminiſtrant: igitur trahunt totum partem retinent ſemper: & tamen alternis temporis momentis inanes & vacuæ viſuntur: igitur trahunt? vnde, à quo? præparant, quo nam pacto, quo calore? Ergo ſunt cordis officialia membra? Echu.

Sanguis tum Cauæ, tum Aortæ, venaliſue arteriæ (vt Harueius exiſtimat) ab auriculis, inquam, trahi nequit: quoniam ſanguis ex vaſis à ventriculis trahitur: & quia (iure quoque ſuo) motus in vaſorũ ore deorſum verſus in ventriculos tendat, non poteſt ad latus fluens ab auriculis trahi illius ob deſcenſum & tractũ deorſum cordis mucronem verſus, quum retrogradi & ſurſum, dum deſcendit, & deorſum, inquam, trahitur, tendere oportet, & quando auricula conſtringitur & expellit, quæ fieri poſſe repugnant. Adde, quòd vt diximus auricularum baſis os cucullorum maximè latum ventriculos ſpectat, & è regione poſitum eſt, non autem vaſorum ora, vt os contra ſpectet, & fibræ ſimiliter rectæ & rectà trahentes; Vt repugnet cucullos à vaſis ſanguinem trahere poſſe, præterquam quòd vt diximus, ſanguinis motus, & raptus deorſum à latere tractum & ad latum non admitteret. *Repugnantia plurima.*

Sed præterquàm quòd hæc nulla ratione, ſed gratis à doctis Viris aſſerantur, quod vrgentius eſt, rationi, ſenſui, fabricæ cõſtitutioni ſimul repugnat: quoniam à corde auriculas cucullos ſanguinem recipere et mutuari ſenſus, dictus vſus, ratio, et neceſſitas docent: quoniam quum vtriuſque auriculæ iſdem ſit vſus et eædem actiones (quæquæ ſint nemine contradicente) vtriuſque auriculæ, et dextra auricula ſuperior et remotior à caua vena dextrum ventriculum ingrediente, neutiquàm

Digitized by Google

quàm trahere poteſt: quare nec ſiniſtra, ſi iſdem vſus, eædem vtriuſque actiones ſunt: Et ſi dexter ventriculus à vena caua, non ab auricula, cur ſiniſter ab auricula, non ab Aorta? Et ſi ſiniſtra auricula circulationi Harueio inſeruit, quid de dextra? Et ſi magna vaſa, Cordis ventriculos ingrediuntur, & rectà ſpectant, non autem auriculas, quomodo auriculas ingredietur, in ipſas trahetur-ue? quo modo à ſiniſtra auricula à proxima ſibi ſuperiori laterali ſiniſtrorſum arteria venali ipſam nec ingredienti, nec ſpectanti trahet? Amplius ſi cucullorum lata ora ventriculorum vacuis continua, ſi rectà in ventriculorum vacua ſpectant: Si eorumdem cuculli rectæ fibræ, à cordis & ventriculorum baſi ortum ducentes quum dilatantur vt attrahunt ſanguinem, deorſum tendant ora aperiãtur, & ſanguis à ventriculi ſyſtole exploſus ſurſum attrahatur, quomodo deorſum à vaſe à latere propè auriculam deſcendens repugnante motu, oris & fibrarum poſitione, fabricæ conſtitutione, ſenſu, Naturæ ſapientia, & alijs conſequenter iure ac meritò allatis ſumma ratione eorumdem cucullorum præclaro fine, neceſſitate, vſibus & actionibus!

Contradict. 18. Cautio. At pergamus, & in ſemita ſtantes, adnotemus, quòd in huiuſmodi imperfectis frigidis animalibus, potiſſimum morientibus, & in exenteratis cordibus ſenſum dumtaxat conſulere non debemus, quoniam in ijs & tunc temporis ex ipſo veritatem erruere nequimus; vt cum illo potius & prorſus nos ipſos hallucinari facilè ſit, & proinde in perfectis, & maioribus animalibus non exenteratis hæc inueſtiganda & maximo ſtudio ſint. In quibus præterea morientibus, nec ſenſui quidem fidendum optimo abſque ratiocinio, niſi ipſi vna cum piſcibus, ranis, buffonibus irretiri velimus, vt Harueio contigiſſe ex dicendis innoteſcet.

Primus motus eſt primi mouentis, à quo reliqua, vt eorum motus cordi principi & primæ cauſæ proximè inſeruientes, quemadmodum & vltimus, motus, inquam, quoniam rationi conſentaneum ab omnibus receptum axioma confirmat. Quod cor primũ naſcatur (& verũ eſt de ſpermatica eius parte, id eſt initio reliquis cum ſemineis) & vltimò moriatur. Quod Harueium fallit, & auriculam primò moueri (non cor) cogit, eſt diaſtolis (quam nẽgat & talem eleuationis motum ſanguinis è vaſis fluxioni tribuit) ignoratio, in qua cor ab arteria Aorta & ab auricula cucullo mutuatum ſanguinem attrahit, qui motus, inquam, ab ipſo ignoratur. *Haruei erratis prima cauſa.* Hoc peracto Diaſtolis motu, ſyſtolis (hic incipit Haruei cognitio & motus principium) ventriculi motus ſequitur, in quo ſanguis exploſus auriculam cucullum penu ingreditur, vt elatior & plena euadit: (& eſt primus motus Harueio) Poſt, dum ventriculi diaſtole incipit, auricula ſua ſyſtole in ventriculum ſanguinem remittit, & ſic Harueius ſecundum motum pro primo accipit, & vẽtriculi eleuationẽ diaſtolẽ ab auricula recipit, & hallucinatur. Et quia in anguilla, rana, & buffone, &c. Syſtole, quæ vẽtriculi cõſtrictio eſt & depreſſio quaſi inſẽſilis (quia elatio diaſtole parua) & ferè quies ſenſui eſt Harueio ignota, quia diaſtolẽ pro ſyſtole accipit, ignorans ſanguinem ventriculi in auriculam in cucullum ſyſtole expelli, & à vaſis immitti credens, Proinde bifariam hallucinatus vnum tantummodo cordis motum ventriculi ſcilicet ponit diaſtolem, quam ſyſtolem nuncupat.

Non eſt verum, quòd Cor prius pulſare deſinat, deinde auricula, quia auriculæ pulſus eſt poſterior, & à corde depẽdens, & cordis gratia facta, cuius penu extat, vt ex dictis colligere eſt. 2

Cur autem poſterior auriculæ motus videatur, in promptu cauſa & ratio ſunt: *Declaratur.* quia ſiniſter cordis ventriculus, quippe qui craſſus, tunc languens & moriens attolli nequit ob deficientes calorem, ſpiritus, vires: viuit tamen mouetur que trahens ſua inſenſili diaſtolis tractione, & facilioris ſyſtolis paruo motu ſub obtutum non cadenti à ſe ſe ſanguinem in auriculam de more explodenti, auriculæ motum cauſat, qui vt in auricula parte membranea, in veſica leui, leuis motus ſub

ſen-

ſenſum cadit, quod quam primùm Harueius ſenſu & experimento confirmabit,

Contraſt. 59. Demonſtratur. Quocirca vt verum eſt ſiniſtræ auriculæ motum poſtremò ſub aſpectum cadere inuiſo ſiniſtri ventriculi motu, mouentibus adhuc dextris, ventriculo ſcilicet dextro & auricula: ac demum immoto dextro ventriculo incolumen dextram auriculam remanere, & cordi tandem ſuperuiuere & moueri viſus ſit: ita reapſe iſtæc fore, ſic ſeſe habere falſum eſt: quoniam & ſi auriculæ vltimò moueri videantur, quia membraneæ, leues paruo motu, pauco ſanguine, minimo ſpiritu & aura eleuantur. Sic dexter ventriculus, quia exterior, ſuperficialior & ſubtilis faciliùs attollitur, quàm ſiniſter, ſerius tamen & difficilius, quam ſua auricula dictas ob cauſas. At ſiniſter vt interior & maximè craſſus primus omnium ſenſili motu deſtituitur allatis etiam de cauſis: quia tamen læuis ventriculus ſuo leui motu communicato ſaltem ſuo ex motu auriculæ minimo ſpiritu ipſam ſenſiliter moueri in cauſa eſt; quia eſt fons caloris, motus pulſus author, & efficiens ac vitæ conſeruator; Ipſe poſtremo mouet, tametſi inſenſiliter, vltimòque omniũ vt fons, & principium caloris & vitæ ijs deſtituitur, & deficit, defunctis prius auriculis (nõ amplius vẽtriculi ſyſtole tranſmittẽte, & ipſis à vẽtriculi fundo remoto ferè quieſcẽte ſanguine nõ trahentibus) mẽbraneis & frigidis ſuapte natura partibus, extra caloris fontem, extra cor poſitis, nec non dextro ventriculo, ijs minimè beneficijs, facultatibus, & dignitatibus, totius vitæ caloris, motus, & ſpirituum fontis, principij, principis, præditæ; ſed pulmonum tantummodò cauſa procreato.

Contraſt. 60. Cõfirmãtur. Hæc autem vera germanaque eſſe, ex tactus ſenſu primùm, mox etiam viſus, & experimentis ab Harueio ſibi deſtruenti (ſua pace dixerim) liquidò conſtant; quoniam dum mortuum ſiniſtrum ventriculum, nedum immobilem credas, eidem ſi digitum admoueas, eaſdem (inquit) quas in arterijs pulſationes ſenties.

Contraſt. 61. Præterea ſi immobilis ventriculi pulſante adhuc auricula forfice cordis mucronem obſecueris, exinde ſingulis auriculæ pulſationibus ſanguinem affluere, inquit, conſpicies; vt hinc pateat (addit & perperam) quo modo in ventriculos ſanguis ingrediatur, non attractione, aut diſtentionè cordis, ſed ex pulſu auricularum immiſſus. Hæc Harueius, quæ iterum deſcribere placuit, vt denuo mireris.

Primùm bene procedit, & inuitus veritatem profert; poſtea extra chorum ſaltat. Verum ſanè eſt, quòd exſecto ex cordis mucrone ſingulis auriculæ pulſibus ſyſtole in cor immittentibus (bene hactenus mihi ſecum conuenit) ſanguinẽ egredi, ſed ventriculi (non ſyſtole vt ipſe hallucinatus putat, quia ſyſtole vulnus clauditur, vt ſanguis egredi neutiquam poſſit, ſicuti ſupra enucleauimus. Si vero quis dicat ex ſyſtolis auriculæ vi (Harueio ignotæ) faciliùs ſanguis ex ventriculi vulnere ob motum egredi, non reclamabo, ſed ex accidenti, per ſe autem (vt dicunt) in dilatatione & ex diaſtole dilatatis labris egreditur) diaſtole, quoniã in vẽtriculi dilatatione vulnus, ſeu vulneris labra dilatãtur & ſanguis prôprè egreditur: Et iſti duo motus, vt ſupradiximus, cordis amplificatio videlicet, & auriculæ conſtrictio ſyſtole ferè ſimul (non vna omnino) fiunt: quoniam cor in diaſtole ab arteria dicto modo & tempore aorta ex liene nouum ſanguinem trahit, necnon ab auricula proximiorem ſanguinem, & ſemi elaboratum ipſi auriculæ in (antecedenti diaſtole tractum) præcedenti ſyſtolis motu mutuatum; quippe vt oſtendimus, auricula eſt ventriculi penus recepti & mutuati ſanguinis à ventriculi ſyſtole. *Oſtenditur.* Vt iam multis pateat cordis attractionis Veritas ex partis nobilitate, neceſſitate, ordine, fabricæ conſtitutione, Naturæ prouidentia ſapientiaque, partiumque omnium tum præcipuarum officialium agentium, tum priuatarum & inſeruientium, & ſolum vſum habẽtium, & conſequẽter ex eiſdem omnibus falſitas, impoſſibilitas, ac repugnantia præſtiti ab auriculis cordi operis, & deinceps earumdem præſtantiæ, muneris, actionum etiam ex Harueci experimentis, dilucidè notæ,

In

Digitized by Google

Contraſt. 62. Confirmantur. In ſententia permanens Harueius vt in 56. & 57. omnes cordis motus, auricularum (ſibi primò) ſcilicet & cordis, quos quatuor loco, duos tempore conſtituit (nos octo loco, quatuor tempore diſtinctos ſtatuimus) conſultò & notanter contractiones vocat, & ita ventriculorum & auricularum diaſtoles ex ſanguinis cõfluxu fieri exiſtimans, fabricæ conſtitutionem, rectas vtriuſque ventriculi & cuculli ſenſiles fibras, Naturæque prouidentiam & ſapientiam inficiatur, ſuum vt commentum probet: quodque vt firmet repetit primò auriculas contrahi, & in conſequentia cor ipſum, quod patet, inquit, quoniam auriculæ dum mouentur & pulſant albidiores fiunt. quod nos ſupra reprobauimus, & ex contrario motu diaſtole nimirum fieri oſtendimus, dum ſcilicet auricula inanis ſe ſe dilatando, vt ſanguinem trahat, à ſanguine & ſui centro remota & diſtans, alborem, ſui ſcilicet ſpermaticæ partis proprium præ ſe fert, & potiſſimum extremæ ſui partes, vt ſenſus ſentit, & ratio ratum certò facit: Et conſequenter à Diaſtole, non contractione ſyſtole ea fieri ex iiſdem, & alijs multis congruentibus dictis apertiſſimè conſtat.

Contraſt. 63. In piſcibus motus. In piſcibus eſto duo motus (ſunt tamen quatuor, ventriculi duo, & duo veſicæ) arbitratu ſuo, ſed non contractiones ſyſtoles tantùm: ſed ijs binæ, Diaſtoles priores, poſt quas ſenſu ratione, & omni ordine, ac neceſſitate totidem ſyſtoles ſubſequuntur, vt oſtendimus.

Contraſt. 64. Confirmantur. Quæ ex eius obſeruatis & ingenuè relatis pateſcunt, piſcium cor videlicet, & aliorum animalium exemptum ſine auriculis pulſare, vt cor non pulſet ex immiſſo ab auriculis ſanguine, quia exemptum auriculæ ſanguine prorſus deſtitutæ, ſed proprijs villis, vt cor auriculæ alimentum mutuet, & vitam, & motum præſtet, non è conuerſo. Nec officit Anguillæ corpus diuiſum moueatur, quod id cum ex craſſis & glutinoſis humoribus, & ſpiritibus, tum ex neruorum motu ac vi (non cordis immediatè) perueniat.

Contraſt. 65. Demonſtrantur. Alia ſimiliter eius experimento, quæ ſupra dicebamus viſui non eſſe credendum, tactus oſtendit, immoti, & motui columbæ cordis crediti, digiti fotu motum perſentiri, iterumque ſub obtutum cadere, & ex inde etiam auriculam prius quieſcentem, aut ſibi mortuam rurſus moueri, certo (Harueio fuiſſet) argumento, quòd ex cordis fotu reſumptis à corde viribus conſeruatione, & ſpirituum collectione, ſanguis ad & in auriculam ſyſtole tranſmiſſus, ipſa ſanguinem mutuata, eo plena contracta fit: Poſtmodum ad remittendum cordi ſanguinem, & eſt demonſtrans aduerſus Harueium, quòd ſanguis non fluat, ſed à corde trahatur, quòd ſanguinem cor auriculæ mutuet, & quod cordis motus prior ſit, non auriculæ, nec non auriculæ & omnibus ſuperuiuat. Quæ ſi ſuis etiam ex obſeruationibus Harueius obſeruaſſet, præter tot alia à nobis obiecta, & multa obijcienda, in ſententia non permanſiſſet.

Contraſt. 66. Confirmantur. Quem præterea certiorem reddidiſſet, ſi quod toties obſeruauit animo voluta ſſet, nimirum quieſcentibus corde & dextra eius auricula in mortis articulo, ſanguis in ipſa auricula obſcurum motum præbere, inundationem & palpitationem præ ſe ferre, quòd ex paruo & inordinato languentis & morientis cordis motu perueniebat, adhuc vigente, & cõſequenter nec ſanguinem, nec calorem, nec ſpiritum à vaſis auriculam recipere potuiſſe, ſed à ſolo eorum fonte Corde tunc temporis viuenti, quod nemo inficiari audebit.

Contraſt. 67. Quæ in pulli ex ouo generatione à ſe viſa affert, nullo modo recipimus, nec vllam ijs fidem adhibere poſſumus, parcat Harueius, quoniam totum oppoſitum noſtra ſumma cum diligentia, omni adhibito ſtudio, & ſubtiliter omnibus perquiſitis obſeruauimus, vt ſi quiſpiam hanc de pulli ex ouo ortu hiſtoriam legere perpendereque velit, nec ſine admiratione poſſit, noſtros conſulat libros, in prima parte nobil. Exercit. lib. 6. cap. 6. & videbit hæc ſua malleo ſtare non poſ-

ſe, poſtea facto periculo, iudicium ferat. Sed ijs noſtris interim miſſis breuitatis gratia: Experiamur nunc, an iſtæc Lydio lapidi reſpondeant.

Pugnantia & inconuenientia plurima.

Quo modo bone Deus, ſanguinis gutta, quæ primum ante omnia, inquit, in generatione ineſt, (falſiſſimum) adnotante Ariſtotele palpitat? qui ſanguis palpitare poſſit primum ignoro.

Secundo igitur ſanguis quà ſanguis palpitans viuit, & hoc mihi ignotum. Si ex ipſa ſanguinis gutta incrementum fit, eo dilucidius viuet, & ſic ex eadem ante omnia pullus formatur, adhuc clarius: igitur pulli prima ſtamina Harueio non ex ſemine. Si poſt hæc cordis auriculæ fiũt: Ergo (quum ſint cordis auriculæ) erunt Auriculæ ante cor, vt ſi pedes ante crura, parietes ante fundamẽta; Igitur auriculæ veſicæ in imperfectis (vt in reliquis) quæ albę, & ex ſemine certò ex sẽſu & ratione credũtur, ex ſanguine fabricãtur, & initiò ante cordis ſemineæ fabricæ ortũ. Et quum vaſa non tranſmittant, (arbitratu etiam ſuo) vt quid mouentur auriculæ potiſſimum non initiato ſibi corde, nedum mouente? Quid ſi nec vaſis, à quibus dependent, & quorum gratia? Aſt præterea, quum ſint minimæ cordis partes, appendices, ſpermaticæ partes extẽt: quo modo appendices ante illud, cui appendices inſunt? quo modo ipſæ ſunt, & mouentur immoto corde, parte ſaltem ſeminea, immo inuiſo toto & magno corde? Et ſi totum femineum corpus initiò tam paruum ſit priuſquam cor initietur, quod magnum eſt reſpectu auricularum, quo modo appareat auriculæ illius minimæ appendices & mouentes viſuntur ante baſim, fundamentum & totum non mouens, ſed nedum exiſtens initiatumue? Hæc certè nobis impoſſibilia.

Admittimus quidem motum cordis initiò carnea nondum fabricata parte abſque ſcilicet affuſione, ſed vix viſilem, tametſi tunc magnum corpus ſit reſpectu earum, vt auriculæ ſemineæ partes minimè ſub ſenſum cadere poſſint, & tunc nullius etiam vſus, dextra potiſſimum, quia pulmones non ſunt, nec multos poſt dies eſſe queunt; quia ſanguis tunc (Haruecio à vaſis ad auriculas non affluit) cordis radici ſemineæ parti non affluit, ſed oui vitellus, corde, hepate, ſplene nondum fabricatis, vt cuique rectè & ſubtiliter ratiocinanti manifeſtum eſſe poteſt. Sed quo digreſſa eſt eò reuertatur oratio.

Quibus pulſantibus, inquit, perpetuò ineſt vita: Igitur prius vita non inerat, & tamen palpitatio erat, & formatus pullus: Ergo Auriculæ cordi inſtruientia, inſtrumenta vitæ principium & cauſa, & Cordi, & Toti vitam præbentes conſeruanteſque, quando, poſt, aliquot intermiſſis diebus, corpus delineari incipit: poſtea demum, inquit, cor procreatur, & vlteriùs, addit, per aliquod tempus albidum apparet & exangue, vt reliquum corpus, nec pulſum edit, nec motum. Sed quo modo tunc temporis auricularum motu ex vaſorum fluente ſanguine, iure ſuo, Aorta, cetera vaſa, & corporis partes immoto corde & arterijs, ſpiritus, ſanguinem, vitam conſequuntur, participant? Nos ſanè non capimus.

Obiectio ponitur.

Nec quicquam obſtat, cor humani abortus fœtus albidum & exangue eſſe, quoniam iam carneum viſitur, ſed carne non ita indutum, vt auctum & perfectum, & propterea non ita rubrum nec denſum, quoniam motum in vtero non edidit, quia ex morbo & abortu hæc contingunt. Minus officit, quòd cor eſangue, auriculæ ſanguine refertæ apparuerint, quoniam cor in vtero, inquam, non agens non vltimum moritur, vt poſtremo ad ſe ſe motu & calore ſanguinem alliciat & trahat, ſed immobiles ventriculi illico & primùm concidunt vt ſanguinem fluxum & tunc fluentem non admittant, ſed auriculæ tenuiores recipiant, etiam à ventriculorum relaxatione & caſu, propterea ſanguine magis refertæ ſunt, & neceſſariò, vti

Alia enarratur.

fabricam

fabricam callenti notum eſt, & luce clarius.

Contact. 68. Maximè repugnantia. Nobis contra prorſus certum eſt, quod nec poſtremis quidem labris quis ita degustet, nec ſuperficie tenus attingat, tantum abeſt ſic penitius introſpiciat, quod noſtra in ex ouo pulli hiſtoria ex dictis & dicendis meridiana luce clarius eſt. Secus prætetea & ordo, & Natura, & ſenſus, & ſimul ratio confunduntur, deſtruuntur, ſi vili, frigidæ, & ineptæ Cordis parti auriculæ penario, veſicæ principij principium, motus principium, vitæ principium, & conſequenter caloris, & ſpirituum principium eſſe tribuamus, & deinceps & eſſe, & conſeruationis, & operationum authorem conſtituamus, primum exiſtens, primum agens, primum mouens, primum viuens, & primum vitam præbens, ac vltimum moriens: & conſequenter prima pars, primum membrum independens, & à qua in omnibus & per omnia dependeant omnia, agantur omnia cor & cuncta moueantur, omnia moderentur, gubernentur, vt verè ſic dici poſſit, Homo Veſica, Bulla eſt, ſi iſtæ Auriculæ adeò longè Londini audiant; ſed vereor, quod nimis malè ab omnibus audient.

Contact. 69. Purè ficta. Neque verum, vero ve conſentaneum eſt, quòd fabricæ initio in ouo palpitare viſitur, quemadmodum inter moriẽdum, ſeu poſt mortem ſit ſanguis, aut ſpiritus; ſed ſunt debiles parui & frequentes pulſus, qui maximè laborantes tales confuſos motus efficiunt, ſpiritus verò & ſanguis ſunt materia mota. Sed quo modo poſt mortem ſanguis ſpirituſue palpitãt, ſi palpitatio eſt effectus & certum ſignum vitæ, & viuẽtium motus? Similiter quod cum Ariſtotele id confirmãdo afferre, Nimirum animalium omnium ſperma, & ſpiritus prolificus, palpitando exit, velut animal quoddam, Et falſum & purum ſomnium eſt, tum quia in animalibus ſemen remanet, nec videri palpitans poteſt: & ſi cernatur ex muliebri cunno egrediẽs, tunc mortuum eſt & minimè prolificum, vt ex ipſo Herophilo, Ariſtotele & Galeno aduerſus Auerroem aliàs oſtendimus, ſi aliquantiſper in penis tortuoſo canali, &c. moretur, tantum abeſt ex vulua egreſſum prolificum eſſe & palpitare: prætcrquam quòd Ariſtoteli excrementum eſt, vt ſuo in campo oſtendimus, confutauimuſque. Adde, quòd in vera ſchola, & germana Philoſophia prolificum ſemen ex vtero non egreditur; ſed ex ipſo prima cordis, & totius ſpermatica mouentia ſtamina procreantur, emergunt & nobis animal eſt.

Quod huiuſmodi imperfectis animantibus verè cor inſit, haud facile admittimus, quoniam abſque corde viuitur, non ſolùm plantæ vita, ſed præſtantiori, vt in pulli ortu ex ouo obſeruauimus, quodque Harueius fatetur priuſquàm cor progignatur, cui poſtea vt pote perfectiori calidiorique ad perfectiora exercẽda munia, neceſſario adgeneratur. Talis autem motus ob exenierationem erit, qualis in anguillæ, ſerpentis, & lacertæ ſectis caudis, non autem cordis: propterea Cor in cauda collocari non arridet, ſed bene riſum mouet, ſi cordis munera, & eidem requiſita inſtrumenta & ſui, & aliorum gratia perpendantur. Quemadmodum in Cochleis hyeme & frigidioribus tempeſtatibus non pulſare argumento certo eſt, Cor non ineſſe, quia repugnat cor fore ſine pulſu: Vt lubens prætercam cor ſibi requirere præparantia membra, & etiam vaſa ad ſe ſe humorem portantia, & prætcrea alia ad partes omnes deferentia: Aſt quo modo hæc in hiſce? Et quo nam pacto iſtæc minimo & vix viſili puncto? Sed hæc vt omnino caſſa, & vana adque præſentem rem nihil facientia, mittamus. *Contact. 70. Merè imaginata.*

Paulò ſupra primúm moueri, inquit, auriculas, modò hic in pulli conformatione aduertendum ait, hæſitans tamen, primum pulſans eſt tantum veſicula, vel auricula, vel gutta ſanguinis. Nihilominus in pullo ſunt duæ auriculæ, duo duorum ventriculorum penaria. Cur vna tãtũ pulſans? & alia non, & poſtea alia quoque, & quo modo ſic? Præterea maximũ eſt diſcrimen inter veſiculam & ſanguinis guttam, vt hæſitatio hæc eſt talis du- *Contact. 71. Caſſa hæſitationes.*

bietas hiſce in obſeruationibus non bene ſapiat. Amplius quî ſanguis quatenus ſanguis, quà contenta materia pulſare poſſit, & vt veſica, auriculaue nobis non facile captu,

Contrad. 72. Similiter quòd in imperfectioribus quibuſdam, inquit, (apibus, veſpis, cochleis, ſquillis, gammaris, &c.) pulſans Vana dubitatio. veſicula quædam inſtar puncti cuiuſdam rubri, vel albi dũtaxat ineſt. Quo modo, quæſo, inſtar puncti, pulſans ſub obtutũ cadit? quo modo inſtar pũcti pulſare viſitur? Verum eſto, quî inſtar puncti veſica dari poterit, & pulſans, & deinceps aliquid continens, recipiens, expellens? Sed ſi eſt veſica & propter cor, & illius gratia, Cor vtique maius; Ergo à primo ad vltimum, dicendum eſt, quòd illud mouens viſile ſit cor, quod manifeſtè in oui fabrica viſitur, ſicuti nos ibidem enucleatius. Mittimus interim, quòd ſi punctum pulſans aſpectum mouet, eo magis color proprium obiectum oculatum virum mouiſſet, ne de albo aut rubro hæſitaret, & nos omnium dubios redderet.

Contrad. 73. Quòd demum in oui fabrica primum palpitans punctum ſanguineum confirmat, non verum, fucatumque prorſus eſt: Verè commenta. non ſolùm, quòd ſanguinis non ſit palpitare, ſed moueri, & agi quando ineſt; ſed quod primum mouetur eſt cordis ſpermatica pars abſque affuſione, & quod præterea nubeculæ tempore nec punctum palpitans extet, nec ſanguinis veſtigium quidem adſit. Vt certior fies candide lector, ſi pulli ex ouo ortum noſtram ſtudio & accuratè fabricam, quo modo (non in aqua ex Harueio) expoſuimus, ſtudioſè & diligenter obſeruabis, periculum facies.

Cordis motus actio, & functio. Harueii. Cap. V.

pag. 29. Textus 74. EGo vero ex his tandem & huiuſmodi obſeruationibus repertum iri confido motum cordis ſic fieri.

Primum ſe ſe contrahit auricula, & in illa contractione ſanguinem contentum (quo abundat tamquam venarum caput, & ſanguinis promptuarium, & citterna) in ventriculum cordis conijcit, quo repleto cor ſe ſe erigit, continuo omnes neruos tendit, contrahit ventriculos, & pulſum facit, quo pulſu immiſſum ab auricula ſanguinem continenter protrudit in arterias, dexter ventriculus in pulmones per vas illud, quod vena arterioſa nominatur, ſed re vera, & conſtitutione & officio, & in omnibus arteria eſt: ſiniſter ventriculus in Aortam, & per arterias in vniuerſum corpus,

Iſti duo motus, auricularum vnus, alter ventriculorum ita per conſecutionem Textus 75. fiunt, ſeruata quaſi armonia & Rhytmo, vt ambo ſimul fiant, vnicus tantum motus appareat, prælertim in calidioribus animalibus, dum illa celeri agitantur motu.

Nec alia ratione id fit, quam cum in Textus 76. machinis, vna rota aliam mouente; omnes ſimul mouere videantur, & in mechanico illo artificio, quod ſclopetis adaptãt, vbi compreſſione alicuius ligulæ, cadit ſilex, percutit chalybem, & propellit, ignis elicitur, qui in puluerem cadit, ignitur puluis, interius prorepit, diſploditur, euolat globulus, metam penetrat, & omnes iſti motus propter celeritatem quaſi in nictu oculi ſimul fieri apparent.

Sic etiam in deglutione, radicis linguę Textus 77. eleuatione, & oris compreſſione, cibus, vel potus in fauces deturbatur, larinx à muſculis ſuis, & epiglottide clauditur, eleuatur, & aperitur, ſummitas gulæ à muſculis ſuis, haud aliter quam ſaccus ad implendum attollitur, & ad recipiendum dilatatur, & cibum, vel potum acceptum tranſuerſis muſculis deprimit, & longioribus attrahit: Et tamen omnes iſti motus à diuerſis, & contra diſtinctis organis facti, cum harmonia, & ordine, dum fiunt, vnum efficere motum videntur, & actionem vnam, quam deglutitionem vocamus.

Sic contingit plane in motione, & actio- Textus 78. ne Cordis, quæ deglutitio quædam eſt, &

transfu-

transfuſio ſanguinis è venis in arterias. Et ſi quis (dum hæc habuerit in animo) cordis motum diligenter in viua diſſectione, animaduerterit, videbit, non ſolum, quod dixi, cor ſe ſe erigere, & motum vnum fieri cum auriculis continuum, ſed inundationem quandam, & lateralem inclinationem obſcuram ſecundum ductum ventriculi dextri, & quaſi ſe ſe leuiter contorquere, & hoc opus peragere.

Textus 79. Et quemadmodum cernere licet, quum equus potat, & aquam deglutit, ſingulis gulæ tractibus abſorberi aquam, & in ventriculum demitti, qui motus ſonitum facit, & pulſum quemdam & auſcultantibus & tangentibus exhibet, ita dum iſtis cordis motibus fit potioris ſanguinis è venis in arterias traductio, pulſum fieri, & exaudiri in pectore contingit.

Textus 80. Motus itaque cordis omnino ad hunc ſe habet modum, & vna actio cordis eſt ipſa ſanguinis transfuſio, & in extrema vſque, mediantibus arterijs propulſio, & pulſum, quem nos ſentimus in arterijs, nil niſi ſanguinis à corde impulſus ſit.

An vero cor ſanguini præter tranſpoſitionem, & motum localem, & diſtributionem aliquid aliud addat, ſiue calorem, ſiue ſpiritum, ſiue perfectionem, poſterius inquirendum, & ex alijs obſeruationibus colligendum.

Textus 81. Hoc in præſentia ſufficiat ſatis oſtenſum eſſe impulſu cordis ſanguinem tranſfundi, & deduci è venis in arterias per cordis ventriculos, & diſtribui in vniuerſum corpus.

Textus 82. Sed & hoc omnes aliquo modo concedunt, & ex cordis fabrica, & valuularum artificio, poſitione & vſu colligunt. Verum tamquam in loco obſcuro titubantes cœcutire videntur, & varia, ſub contraria, & non cohærentia componunt, & ex coniectura plurima pronunciant, vt ante demonſtratum eſt.

Cauſa maxima hac in parte hæſitandi, & errandi vna fuiſſe mihi videtur, cordis cum pulmone in homine contentus: cum venam ibi arterioſam in pulmones obliterari, & ſimiliter arteriam venoſam conſpexiſſent, vnde, aut quo modo dexter ventriculus in corpus diſtribueret ſanguinem, aut ſiniſter e vena caua exhauriret, obſcurum admodum illis erat; hoc atteſtantur Galeni verba (dum contra Eraſiſtratum de venarum origine, & vſu, & ſanguinis coctione, inuehitur) „ reſpondebitis, inquit, ita eſſe effectum, vt in iecore ſanguis præparetur, atque inde in cor deferatur, ibi poſtea reliquam propriæ formæ perfectionem abſolutam accepturus. Quod profecto ratione vacare non videtur: Nullum enim perfectum & magnum opus repente vna aggreſſione fieri, totamque ſuam expolitionem ab vno inſtrumento acquirere poteſt. Quod ſi ita eſt, oſtendite nobis vas aliud, quod è corde ſanguinem abſolutè perfectum educat, atque ipſum vt arteria ſpiritum in totum corpus diſpenſet. *Gal. de plac. Hip. & Pla. l. 6.* Ecce opinionem rationabilem non approbaſſe, & reliquiſſe Galenum (quia præterquam quod viam tranſitus non videbat vas reperire non poterat, quod in totum corpus è corde ſanguinem diſpenſet.

Textus 83. Si quis verò ibidem pro Eraſiſtrato, vel pro illa, & nunc noſtra opinione (ipſius confeſſione Galeni) alias rationi conſentanea inſtaret, & arteriam magnam ſanguinem è corde in vniuerſum corpus diſpenſantem digito commonſtraſſet; Quid diuinus ille vir ingenioſiſſimus & doctiſſimus reſponderet, miror.

Textus 84. Si arteriam ſpiritus diſpenſare & non ſanguinem diceret; profecto Eraſiſtratū refelleret (qui in arterijs ſpiritus dumtaxat contineri arbitrabatur) ſed ſibi ipſi contradiceret interea & id eſſe turpiter negaret, quod libro proprio acriter eſſe contendit contra eumdem Eraſiſtratum: & multis, & validis argumentis comprobat, & experimentis demonſtrat, quod ſanguis contineatur in arterijs natura, & non ſpiritus.

Textus 85. Sin vero diuinus vir (vti facit eodem „ loco ſæpius) concederet, omnes arterias „ corporis à magna arteria oriri, & hanc à „ corde: quin etiam in ipſis omnibus ſanguinem naturam contineri & deferri, & „ valuulas illas tres ſigmoides orificio aortæ poſitas regreſſum ſanguinis in cor „ prohi-

" prohibere profeſſus, & quod hæc Natura
" nequaquam præſtantiſſimo viſceri appo-
" ſuiſſet, niſi maximum aliquod miniſte-
" rium illæ fuiſſent exhibituræ. Si, inquã,
" hæc omnia, & his ipſiſſimis verbis conce-
" deret Pater Medicorum, (vti facit recita-
" to libro.)

Tactus 86. Quo modo negare poſſit arteriam magnam iſtiuſmodi vas eſſe quod ſanguinẽ (iam abſolutam ſuam perfectionem adeptam) è corde in vniuerſum corpus diſpẽſet, non video. An adhuc forſam hæſitaret, vt omnes in hunc vſque diem poſt ipſum, quod propter contextum, vt dixi cordis cum pulmone, non videat vias, per quas ſanguis à venis in arterias transferri poſſit.

Tactus 87. Quod dubium etiam anatomicos (dum ſemper in diſſectionibus inueniunt arteriam venoſam, & ſiniſtrum ventriculum cordis repletas ſanguine, eoque craſſo grumeſcente, atro) non mediocriter perturbat cum ſanguinem è dextro ventriculo in ſiniſtrum per ſeptum cordis tranſudare coacti ſunt affirmare. Sed hãc viam antea refutaui: Iam ideo via paranda eſt, & aperienda, qua inuenta, nulla nunc eſt difficultas, quæ quempiam (credo) inhiberet, quo minus quæ ante propoſui (de pulſu cordis, & arteriarum, de transfuſione ſanguinis è venis in arterias, & de diſpenſatione in vniuerſum corpus per arterias) concedere, & agnoſcere facile poſſit.

Haruei Prædicta à Pariſana ventilantur, abiguntur. Cap. V.

SI ſupra facti dimidium conſequuti ſumus, quia bene cepérimus, modò cum prudentiſſimo Pittaco Mitylenæo, dimidium nobis plus toto erit, ſuperioribus obſeruationibus ad vnam exploſis omnibus. Nunc collato pede ad manus.

Contact. 74. Aperta litem dirimens. Iam oſtendimus, quod auriculæ cõtractio (propiùs) conſtrictio, qua in cordis ventriculum ſanguis immittitur, nõſit prima eius actio; non primus motus, Haruecio (ignotus) ſed ſecũdus, qui primus attractio eſt: quoniam ſicuti planum fecimus; & perquàm manifeſtum eſt, priuſquam aliqua pars contentum à ſe ſe expellat, in ſe ſe recepiſſe vel fluxum, miſſum, attractumue fuiſſe oportet, quis dubitat? quis reclamabit? Atqui ſanguis à Caua, abſque Arteria venali in auriculas fluere, in auriculas immitti, ab auriculiſque trahi nullo pacto poteſt: Igitur ſi talis Cauæ venæ, & Arteriæ venalis ſanguis neutiquam in auriculas fluere, recipi, attrahiue poteſt, quo modo Bone Deus in ventriculos ab ipſis auriculis extruderetur? Quo modo venarum caput, earumdem ſanguinis promptuarium, & ciſterna? Dices cum Haruecio & ſequacibus, Viſus eſt. Et ipſe fateor, quod viſus eſt, ſanguinem ab auriculis in ventriculos (non mitti) remitti, hoc eſt prius à ventriculi ſyſtole exploſũ, & à propria auriculæ diaſtole (ſui prima actione, vt dicebamus) attractum & mutuatum, ſyſtole dein remitti, non autem dictorum vaſorum ſanguis. Et ita Haruei circulatio ex huius commenti & ficti fundamenti ablatione & fabrica fundirus corruit & euertitur, licet magni ingenij ſit, cuius acie doctiſſimos viros ſecum illaqueat: quia nũc partim & vbi perquam magni ſua & ſuorum intereſt ex libro (alioquin ſubtilis ac diligens) nauigat. Nec mirum, quia communis error, communiter ignorata eſt cordis fabrica, vt enucleatius ſatis ſuperque patet: quoniã ignorat & inficiatur ventriculorum alteram actionem, diaſtolis motum ex ſe ſe manifeſtum viſui & tactui, vt fabricam copioſarum rectarum fibrarum ignorat, vti communiter (mitto ex Aorta à ſplene ſanguinis tractum) auricularum fabricæ conſtitutionem actiones, penarij vſum, necnõ poſitionem & ſitum vaſorum, Cauæ videlicet, & venalis Arteriæ oribus oppoſitum, & earumdem ora magna dilatata vẽtriculis continua in ventriculos hiantia & ſpectantia dictis vaſis auerſa; & conſequenter dictæ Haruei ſententiæ repugnantia, ac ipſam penitus, penituſque deſtruentia.

Quemadmodum è conuerſo noſtra Naturæ Sapientiæ, fabricæ conſtitutioni, ſẽſui, ac rationi & deinceps actionibus & vſibus

vſibus congrua viſuntur & extant.

Si hæc noſtra vera ſunt, vt veriſſima, ſicuti Naturæ prouidentiæ & ſapientiæ belliſſimè reſpondentia, quemadmodum & fabricæ conſtitutioni maximè congruentia, ſicuti ventriculorum duplici fibrarum genere, & copioſarum rectarum trahentium, tranſuerſarum expellentium (præter obliquas retentioni & nutritioni facientes) duplici motui maximè conferentia, & totidem ſimiliaque, ijſdem ex fibris cucullorum auricularum non in corde, vel à corde, ſed extra adnatarum & fabrefactarũ, motibus, actionibus, & proprio vſui conſentientia: Sicuti & potiſſimum maximè manifeſta auricularum fabrica ob fibras, & ſecundum villos vtroſque, tranſuerſos, & rectos præcipuè: earumdem ſitus & poſitio dictis vaſis auerſa circulationem de medio prorſus auferentia: nec non earumdem ora latiſſima, Haruei vaſis auerſa, inquam, ventriculis aperta, & eorum vacuo vacua communia, hiantia, & è regione rectà ventriculos ſpectantia, (quid clarius? quid plura?) eamdem Haruei opinionem, obſeruationes, dicta omnia, & (ab ipſo) dicenda (hoc ſuo ablato fundamento omnia corruent) euertentia, quid exemplis ad ſolam pompam facientibus opus eſt?

Contraſt. 75. Ventriculorum & Auricularum actiones & vſus oſtenduntur.

Auricularum motus duos ex ſenſu, ex fabrica, ex duplici fibrarum genere ſtatuimus, & Ventriculorum totidem ijſdem de cauſis conſtituimus, ſed tempore oppoſitos, vt dum ventriculus dilatatur trahendo, auricula cõſtringitur ſanguinem in ventriculum expellendo remittendo: dum ventriculus ſanguine iam affluens ſyſtole cõſtringitur explodendo, auricula dilatatur ad recipiendum ſui primò nutriendi gratia, ſecundario vt penu ad cõtinendum & retinendũ, ne in vaſa effluat Naturæ fine, vt expoſuimus. Quam ob rem non duo ſunt, ſed quatuor, & oppoſito, quo diximus, modo: nec ſimul auriculæ motus fiunt cum motibus ventriculi, vt vnus ſit, vt Harueius ait, ſed diuerſo tempore ſi fabricæ conſtitutioni, ac ſimul ſenſui, & rationi fidem adhibeamus.

Contraſt. 76.

Vt manifeſtè pateat, machinarum exemplis hic nullum eſſe locum, quoniam hic omnia ſingulatim mouentur, & ſigillatim à ſe ſe omnia, & ſponte ſua, Naturæ ſcilicet, & proprio fine, & Naturæ alio, non vi & coactè, nec vllo modo ab alio extrinſecus, nec vt alium moueat, vt in arcu perforato in ſclopeta, cuius exemplum ornatè quidem deſcriptum, ſed non appoſitè.

Declaratur.

Contraſt. 77.

Deglutionis exemplum fateor aliquo modo ad rem, ſed noſtram, non Haruei fore: quia muſculorum tractione fit (vt in corde & auriculis rectis fibris) quam tractionem Harueius ignorat, ſaltem non admittit ignoratis fabrica, actionibus, & vſibus non fluxione. In reliquis non ſatisfacit: quoniam in corde & appendicibus alij oppoſiti motus & actiones ex alia fabrica, alioque Naturæ fine, quæ probatione non egent.

Aperiuntur.

Contraſt. 78.

Nec prætcrea exemplum ad rem (niſi cupiam in animo (quæ Harueius, habenti) quia gula impleatur vt ſaccus, & veluti ſacci arteriæ ſit motus & imbutio, quod equi deglutientis aquam exemplo confirmat; ſed perperàm, tum quia non fluxione, ſed tractione deglutionis aquæ motus fit, ſicuti in corde ſanguinis; tum quia prætcrquam quòd alio motu, & modo ab alijs & diuerſis mouentibus trahentibuſque & alij diuerſis in locis aquæ motus in deglutione, & gula ſint: quoniam aliter in ore, aliter in ipſo gulæ & deglutionis principio, atque ſecus in reliquis inferioribus gulæ partibus ad ventriculũ vſque, ſed nunquam oppoſiti. In Corde verò & arterijs ijdem ſemper motus proximi, vicini, remoti eamdem ſemper harmoniã (bene valente corde) & rythmum ſeruantes, Diaſtole, ſyſtole.

Impropria exẽpla ſoluuntur.

Difficultates ſeparantur.

In ſacco quidem vnus, ſed non æque in principio, medio, & fine ordinatus, ſed velocior in fine vt motus huiuſmodi naturales fluentium, cadentium impulſorũque ſunt, qui nihil ad rem: quando Diaſtolis, ſyſtoliſue iſdem in capite, brachio, pede ac corde ſemper ſit, & eſt motus Cordis & arteriæ: Quocirca vt ſupra ſacci & vtris exempla relecta fuere, ita

nunc

gignitur? Non ne ex abortu corda parum rubra, minimè purpurea, & proinde ſatis inepta talia ad præſtanda munia viſuntur? Vnde ſi ſanguis hepatis à caua quàm celerrimè & ocyus quàm oculi nictu transfunditur, nullaque mora, ſed quàm ocyſſimè in aortam totum corpus aduolando percurrit, quo modo, inquam, à corde calor, ſpiritus? Vnde amabo ipſi cordi ingens caliditas, vt in eius ſiniſtrũ ventriculum immiſſus digitus præ calore nihil immorari queat? Aſt ſi impetu immiſſus. (non attractus & aliquantiſper retentus) illico egreſſus vtique & re vera, & cor, & arteria, & vena ſunt veluti vtres, ſacci, indeque omnia ſine ordine, Naturæ abſque prouidentia confundantur, vt infra clarius.

Contrad. 83. Confirmatur. Si quis verò pro Eraſiſtrato & Haruei opinione, Galeno ſecus ſuſtinenti, & certo ſtatuenti, contrarium digito commoſtraſſet, dubio procul credimus, ingenuũ Virum Veritatis cauſam agentem ſua ſponte palynodiam cantaturum fore: vt nos vltro orationem retexeremus; Sed quia hiſce commentis & fictis, & reapſe Veritati, rationi, & ſenſui videlicet repugnantibus magnis promiſſis indicanti veluti digito, ſed penitus penituſque obſcurante, abſcondente, & celante, vt tota res, fabrica, & Naturæ prouidentia præcipites agantur, horum maximè admiratus & in ſententia permaneret, & nobiſcum in alia omnia aduolans manibus, pedibuſque veniret.

Contrad. 84. Declaratur. Non proinde Galenus ſibi contrarius & deſtruens, quòd in dictis locis aſſerat, & ſtatuat, arterias per totum corpus ſpiritus deferre, & ſanguinem in arterijs natura contineri, & non ſpiritus. Quoniam ſcilicet ſi intimius id inquiratur, in iure agetur: quippe ſanguinem arteriæ à ſplene ad cor, & à venis per anaſtomoſim trahunt, continent, & deferunt arterijs venarum anaſtomoſi non participantibus, & dedita id opera fit ſui gratia, vt ſcilicet nutriantur; quod natura eſt, & fit. Non ſpiritus) elaboratiſſimus cordis ſanguis, cuius gratia cor, quòd eo, quemadmodũ nec arteriæ (ſed venali nutriuntur) trahũtur, non continentur, nec remorantur, quidem, ſed ſimulatque geniti ſunt, ſua & cordis ſyſtole aliorum gratia exploduntur, & per totum corpus deferuntur ad vitam, præſtantiorem vitam, ad edendaſque operationes, &c. vt rectè Galenus abſque contradictione ratiocinetur.

Contrad. 85. Naturæ miniſterium maximum. Tres verò ſigmoides valuulas Aortæ orificio poſitas non ſine maximo Naturæ miniſterio factum, inquit, ne ſcilicet ſanguini in cor regreſſus fieret ex ſua opinione. Addamus nos noſtra ex ſententia maximo recepto miniſterio, ne ſcilicet ſãguinis copia Cor læderetur, quod Harueium deſtruit opinantem ſanguinem plenis buccis cor ingredi, illicoque egredi, &c.

Sed cur quæſo illud maximum trium ſigmoidum valuularum miniſterium non meminit Harueius, immo ſilentio prorſus præterit? An quia ſuam fabricã deſtruit, quia ſcilicet, & ſibi, & Naturæ (quod abſit) ſuperfluum, vanum, fruſtra? Quoniam Harueio ex Aorta nihil cor ingreditur, regrediturue, ſed à corde in Aortam totus, vniuerſuſque corporis ſanguis fluit & præceps, quòd ingenioſo Viro animaduertendum fuit, niſi quis dicat ne retrocederet, quod ridiculum quum ipſi fluat attrahatur, expellatur & continuò cõtinuus præcipitet. Magnum illud miniſterium nobis fuit, vt ſcilicet ſanguis ab Aorta ex ſplene, vt ſupradiximus, ſenſim, & quaſi guttatim ingrederetur in magna cordis & aortæ (tunc attrahentium) dilatatione, quo tempore valuulæ non perfectæ claudunt, quin per medium foramen ſanguinis portio Cor ingredi poſſit, & frequentiori diaſtole cordis nutritioni, & materię ſpirituum ſupplere queat.

Contrad. 86. Aperiuntur. Ex dictis, errata, cauſæ, & rationes patent, & facilè videre eſt, quam ob rem id negetur.

Præterea ſi ſubtiliùs agamus cum Galeno vltrò admittemus ſanguinem abſolutam ſuam perfectionem adeptum è corde vniuerſam in corpus ab Aorta diſpenſari: Sed iſte eſt ſpiritus nutritioni non faciens, (vt ſanguis,) ſed vitæ & actionibus neceſſario conducens, vltimam videlicet:

licet & abſolutam perfectionem adeptas.

An Haruei ſanguis abſolutam in corde perfectionem conſequutus eſt? haud quaquam, quia nulla, quia celerrimus eius per cor in Aortam tranſitus continuus perpetuò.

Contact. 87. Aperta ſignatur. Neque eſt, quod docti Anatomici mirentur de reperto craſſo, atro grumeſcente ſanguine in mortuorum arteria venali, ac ſiniſtro cordis ventriculo: quando craſſus ille ſanguis ſit cauæ in arteriam venalem per pulmones vltimò peruentus, vt ille læuis ventriculi ex ſplene poſtremo eò tranſmiſſus ſeu attractus moriēte animali, imminuto calore, & motu, ſubtiliori abſumpta parte, atque euaneſcentibus ſpiritibus, quæ rectè ratiocinantibus omnem tollunt admirationem, & nullam faciunt difficultatem.

Quibus vijs ſanguis è vena Caua in arterias, vel à dextro ventriculo cordis in ſiniſtrum deferatur Haruei.

Caput VI.

Tactus 88. Pag. 22. CVm errandi occaſionem præbuiſſe probabile ſit, quam in homine vident, (vt dixi) cordis cum pulmone connexionem: In hoc peccant, quidum de partibus animalium (vti vulgo omnes Anatomici faciunt) pronunciare, & demonſtrare, aut cognoſcere volunt, vnum tantum hominem, cumque mortuum introſpiciunt, & ſic tamquam qui vna reipublicæ forma perſpecta diſciplinam politicam componere, aut vnius agri naturā cognoſcentes, agriculturam ſe ſcire opinantur. Nihilo plus agunt, quam ſi ex vna particulari propoſitione, de vniuerſali ſyllogizare darent operam.

Tactus 89. Verumtamen, ſi in diſſectione animalium, æque verſati eſſent, ac humani cadaueris anatome exercitati: Res hæc in dubio, quæ omnes perplexos retinet, palam abſque omni difficultate mea ſententia eluceſceret.

Tactus 90. In piſcibus in quibus vnus tantū ventriculus cordis (vt non habentibus pulmones (res primum ſatis manifeſta eſt, veſicam enim ſanguinis in baſi Cordis poſitam; auriculæ nimirum analogon ſanguinem in cor immittere, quem cor denuo per fiſtulam, ſiue arteriam, vel arteriæ analogon, aperte tranſmittere, tum viſu, tum ſecta arteria (ex inde ſanguine ſingula pulſatione cordis proſiliente) oculis palam confirmari conſtat.

Idem etiam deinde in omnibus animalibus in quibus vnus dumtaxat ventriculus, vel quaſi vnus non difficile eſt cernere, vt in buffone, rana, ſerpentibus, lacertis, quæ etſi pulmones aliquo modo habere dicuntur, vt qui vocem habent (de quorum pulmonum artificio admirando, & de ceteris huiuſmodi, permultas apud me obſeruationes habeo, quæ non ſunt huius loci) tamen ex autopſia eodem modo in illis è venis in arterias ſanguinem pulſu cordis traductum eſſe palam eſt, & via patens, aperta, manifeſta, nulla difficultas, nullus hæſitandi locus: In his enim perinde ſe res habet atque in homine, ſi ſeptum cordis perforatum, aut adeptum eſſet, aut vnus ex vtriſque fieret venericulus, quo facto, nemo credo dubitaſſet, qua via ſanguis è venis in arterias tranſire potuiſſet. Tactus 91.

Cum vero maior numerus animalium non habentium pulmones ſit, quam habentium, & ſimiliter maior numerus ſit, vnum tantum ventriculum cordis, quam habentium duos, procliue eſt ſtatuere in animalibus ἐπὶ τὸ πολὺ vt plurimum, & in vniuerſum, ſanguinem apertà via è venis in arterias per cordis ſinum tranſmitti.

Conſideraui autē mecum, quod etiam in embryonum eorum, quæ pulmones habent, idem apertiſſimè conſtat. Tactus 92.

In fœtu vaſa cordis quatuor (videlicet vena caua, vena arterioſa, arteria venalis, & Aorta, ſiue arteria magna) alio modo vniuntur, quam in adulto, quod omnes Anatomici norunt ſatis.

Primus contactus, & vnio venæ caue cum arteria venoſa (quæ fit priuſquam caua in dextrum ventriculum cordis ſe aperiat, aut venam coronalem emittat, paululum ſupra egreſſum ab hepate) Anaſtomoſim lateralem exhibet, hoc eſt,

foramen

foramen amplum patẽs, ouali figura, pertuſum è caua in arteriam illã peruiũ, ita vt (tamquam per vnũ vas) per illud foramen ſanguis de vena caua in arteriã venoſam, & auriculã cordis ſiniſtrã vſque in ventriculum ſiniſtrum liberrime, & copioſiſſime dimanare poſſit. Inſuper ex illo foramine ouali è regione, quæ arteriam venoſam reſpicit, operculi inſtar membrana tenuis dura eſt, foramine maior, quæ poſtea in adultis, operiens hoc foramen, & coaleſcens vndique iſtud foramen omnino obſtruit, & prope obliterat: Hæc inquã membrana ſic conſtituta eſt, vt dum laxe in ſe concidit, facilè ad pulmones, & cor via reſupinetur, & ſanguinis à caua affluenti cedat quidem, at ne rurſus in cauam refluat, impediat, vt liceat exiſtimare in embryone ſanguinem continuo debere per hoc foramen tranſire de vena caua in arteriam venoſam, & inde in auriculam ſiniſtram, poſtquam ingreſſum fuerit, remeare nunquam poſſe.

Altera vnio eſt venæ arterioſæ (quæ fit poſtquam vena illa, è dextro ventriculo egreſſa in duos diuiditur ramos) eſt tamquam duobus dictis, tertius truncus, & quaſi canalis arterioſus; ab hinc in arteria magnam oblique ductus, & perforatus: vt in diſſectione Embryonum quaſi duæ aortæ, vel radices arteriæ magnæ è corde exorientes duæ appareant.

Canalis hic in adultis ſimiliter ſenſim attenuatur, tabeſcit, & penitus tandem, vt vena vmbelicalis exſiccatur & aboletur.

Tactus 93. Iſte canalis arterioſus nullam membranam in ſe habet, ſanguinis motum hinc, vel illinc impedientem, Sunt enim in orificio illius venæ arterioſæ (cuius iſte canalis, vti dixi, propago eſt) valuulæ Sigmoides tres, quæ intus foras ſpectant, & ſanguini è dextro ventriculo hac via in magnam arteriam fluenti cedunt facilè, remeare verò contra ab arteria quicquam, aut à pulmonibus in dextrum ventriculum adamuſſim clauſum omnino impediunt. Vt hic etiam arbitrari conſentaneum ſit in Embryone, dum cor ſe ſe contrahit continuo ſanguinem à dextro ventriculo hac via in arteriam magnam inuehi.

Tactus 94. Quod vulgo dicitur has duas vniones tam magnas, patentes, & apertas, nutriendorum pulmonum cauſa, factas fuiſſe tantam: & in adultis (cum iam pulmones propter ipſorum calorem, & motum copioſius nutrimentum deſiderarent) aboleri, & conſolidari; Commentum improbabile eſt, & male coherens.

Tactus 95. Et ſimiliter quod dicunt in Embryone cor feriari & nihil agere nec mouere, vnde Natura hos tranſitus facere alendorum pulmonum cauſa coacta erat falſum eſt: cum in ouo cui gallina incubuit, & in Embryonibus recentes ex vtero erectis autopſia patet, tum cor mouere ſicut in adultis, tum naturam nulla tali neceſſitate vrgeri: Cui motui non ſolum hi oculi ſæpe teſtes, ſed & Ariſtoteles atteſtatur ipſe, Pulſus (inquit) per initia ſtatim in conſtitutione cordis emergit, & quod in ſectione viuorum, & pulli formatione ex ouo deprehenditur.

Lib. ſpir. 3. Tactus 96. Quin & obſeruamus has vias (tam in hominum genere, quam in ceteris animalibus) non ſolum apertas, & patentes eſſe vſque ad tempus partus (vt annotarunt Anatomici) ſed etiã per multos poſt menſes, imo in aliquibus per aliquot annos, ne dicam toto vitæ curriculo, veluti in anſere, buccagine, & auibus plurimis, & animalibus præſertim in minoribus. Quæ res impoſuit forſan Botallo, ſe nouum tranſitum ſanguini de vena caua in ſiniſtrum ventriculum cordis inueniſſe, & fateor, me quoque quũ in mure maiori iam adulto hoc primum ipſe reperi, tale quid ſtatim exiſtimaſſe.

Tactus 97. Ex quibus intelligitur in Embryone humano, quin, & in alijs, in quibus iſtæ vniones non abolentur, idem ipſum accidere, vt cor ſuo motu per patentiſſimas vias ſanguinem de vena caua in arteriam magnam apertiſſime traducat, per vtriuſque ventriculi ductum. Dexter ſiquidem ſanguinem ab auricula recipiens, inde per venam arterioſam, & propaginem ſuam (canalem arterioſam dictam) in magnam arteriam propellit. Siniſter ſimiliter eodem tempore mediante auriculæ motu recipit ſanguinem (in illam ſiniſtram auticu-

ticu-

riculum deductum: ſcilicet per foramen ouale è vena caua)& tentione ſua,& conſtrictione per radicem aortæ in magnam itidem arteriam ſimul impellit.

Ita in Embryonibus dum interea pulmones otiantur, & nullam actionem, aut motum habent, quaſi nulli forent, natura duobus ventriculis cordis quaſi vno vtitur ad ſanguinem tranſmittendum. Et ſimilis eſt conditio Embryonum pulmones habentium, dum adhuc pulmonibus non vtuntur, ac eſt eorum animalium, qui pulmones non habent.

Itaque tam clare in his etiam elucescit veritas, quod cor ſuo pulſu ſanguinem è vena caua in arteriam magnam traducat, & transfundat, perque tam patentes, & apertas vias, ac ſi in homine, quod dixi ambo ventriculi (eorum ſepto adempto) ad inuicem peruij eſſent facti. Cum itaque maiori ex parte animalibus, & omnibus quodam tempore patentiſſimæ iſtæ extent viæ, quæ tranſmiſſioni ſanguinis per cor inſeruiũt: reſtat vt illud perquiramus.

Aut cur in quibuſdam animalibus (vt in homine) iiſque calidioribus,& adultis per pulmonum ſubſtantiam illud fieri nõ exiſtimemus, quod in Embryone natura per eas vias eo tempore quo pulmones nullus erat vſus antea effecit, quas ob defectum tranſitus per pulmones coacta videbatur facere. Aut cur melius ſit (natura enim ſemper quod eſt melius facit) in adoleſcentibus ſanguinis tranſitui naturam omnino occluſiſſe, vias patentes illas, quibus ante in embryone & fœtu vſa fuerat, & omnibus alijs animalibus vtitur, nec alias vllas pro illo ſanguinis tranſitu aperuiſſe, ſed ſic omninò impedire.

Tactus 98. Ita iam eo res ceſſit, vt ijs qui in homine quærunt vias, quo modo ſanguis è vena caua in ſiniſtrum ventriculum,& arteriam venoſam permeat. Magis operæ pretium eſſet,& rectè magis factum videretur, ſi ex diſſectione animalium veritatem inueſtigare vellent, vt cauſam inquirant, cur in maioribus & perfectioribus animalibus, iiſque adultis natura ſanguinem tranſcolari per pulmonum parenchyma potius vellet, quam vt in ceteris omnibus per patentiſſimas vias (cum nullam aliam viam, & tranſitum excogitari poſſe intelligerent, ſiue hoc ſit quod maiora,& perfectiora animalia ſint calidiora, & cum ſint adulta, eorum calor magis (vt ita dicam) igniatur,& vt ſuffocetur ſit procliuis: Ideo tranare, & traijci per pulmones, vt inſpirato aere contemperetur, & ab ebullitione & ſuffocatione vindicetur, ſiue quid aliud tale. Sed hęc determinare, & rationem omnem reddere, nihil aliud agere eſt, quam propter quid pulmones facti ſunt, ſpeculari. Atque de his, horumque vſu & motu, & de euentatione omni, & aeris neceſſitate, & vſu,& cæteris huiuſmodi: & de varijs organis,& differentibus huius cauſa in animalibus factis: tametſi multa quampluximis obſeruationibus à me deprehenſa ſint: tamen ne nimium à propoſito de motu, & vſu cordis hoc loco aberrando aliud agere, & ſtationem relinquere, rem interturbare, & ſubterfugere videar, hæc proprio tractatu conuenientius exponenda relinquam. Et quæ reſtant, vt ad propoſitum ſcopum reuertar, confirmare pergam.

In perfectioribus nimirum & calidioribus animalibus, iiſque adultis(vt in homine) ſanguinem de deſtro ventriculo cordis per venam atterioſam in pulmones, & inde per atteriam venoſam in ſiniſtram auriculam, & ſubinde in ventriculum cordis ſiniſtrum permeare contendo. Et primum poſſe hoc fieri, ei deinde factum eſſe.

Haruei Praellata à Pariſano cribrantur euertuntur. Cap. VI.

SI Homo diuinum animal honorandum & adorandum dicebat Plato Mundi miraculum & Epylogus, vt pote omnium finis, & quippe qui omnia in omnibus ſparſim diminutèque diſſeminata in ſe ſe cuncta collecta perfecta, & perfecto modo perfectè obtinuit, ſicuti meridiana eſt luce clarius; Vt ingenuè & candidè meo more loquar & proſequar: ſi quæ certa, perfecta, magna propria ſubdiu

Contact. 11. *Pariſani ingenua ſententia.*

diu videre, ac medullitùs introſpicere in promptu ſimul ſunt, atque coram viſu & tactu vnà certiores fieri poſſumus, profectò non video, quam ob rem incerta, ignotiora, imperfecta, impropria, minima, ſub obſcura, & veluti in tenebris, ac fallacia conſulere, aggredique velimus elligamuſque: niſi nos blandiẽtes, atque alios adulantes (quod malis relinquendum dicebat Iul. Cæſ. Scaliger) conſultò nos ipſos fallere velimus; Vt hoc certo experimento Harueio (alioquin perſpicacis ingenij viro) & ſequacibus eo duce contingit imperfectiſſimis nauanti: quorum ex imperfectis fabricis, & proinde inſtrumentis, & deinceps obſcuris motibus, conſequenter & deuius & auius eſt, ipſe ſi ſanus ſum.

Contrad. 89. Non propterea diuerſa diſſecandi bruta corpora exercitationem & ſtudiũ damno, ſed laudo (non vt hominis diuinam fabricam dignoſcas) ad eorumdẽ fabricas, partes, & inde hiſtorias, naturaſque dignoſcendas facientia, vt Philoſophi eſt, & eo propterea fine, vt perfectis imperfectis iuxta ſe poſitis Veritas magis eluceſcant, & noſtri perfectio & excellentia, & hominis (inquam) potiſſimum fabricæ diuinitas luculenter promatur, vt Philoſophi & Anatomici eſt, hincque Soli Deo gloria tribuatur.

Contrad. 90. Sed quòd ab omnium vilioribus, ineptioribus, frigidioribus, minoribus animalibus, rana, buffone, anguilla, lacertis, teſtudinibus, cochleis, piſciculis, vbi diminuta omnia, ſub obſcura, & nonnulla non eadem ſpecie, ac minima inſtrumenta ſub obtutum haud cadentia: vnde hallucinatio ex viſus deceptione, vt pluribus ex dictis conſtat, Hominis in quo omnia perfectè abſoluta, expleta, & cumulata ſunt, norma, regula, & vera cognitio colligatur, vt ſupra iure ac meritò multis improbaui, ita id nunc iterum rata noſtra faciens, damno, vt nunc denuò de auricula ex falſis ſuis iactis repplicat: quando vt ſatis ſuperque patet, auriculæ conſtitutionem, duplicia motus inſtrumenta, poſitionem, actiones, vſum, & alia ignoret, & eſt principium ſuæ circulationis, ac præcipuum ſuæ fabricæ fundamentum: cuius à ſe fictum opus totum ſcilicet tranſmittendi in arteriam aortam ſanguinem oculis manifeſto experimento (exinde falſiſſimo) confirmat: quia videlicet, inquit, ſecta arteria, in qualubet cordis pulſatione ſanguis egreditur: Quaſi non doceat Galenus, & omnes ſciant arterias ſui nutriendi cauſa ſanguinem à venis minoribus per anaſtomoſim (nobis etiam à ſplene potiſſimum) trahere, & natura continere.

Erratorum cauſa recenſentur.

Contrad. 91. Ex iis falſis (hallucinatus) iactis & poſitis tamquam veris & certis concludit & profitetur viam certam patentem apertam à caua ab auricula veſicula in cordis ventriculum (qui vnus eſt in hiſce imperfectioribus) & conſequenter in arteriam magnam, non ſecus (addit) ac ſi in homine ſeptum tranſuerſum cordis perforatum, aut adeptum eſſet, aut ex vtriſque vnus fieret, ac demum ex maiori numero ſpecierum vnum ventriculum habentium idem in perfectis neceſſariò futurum fore. Quæ multas ob rationes, pluribus dictis de cauſis, atque plurimas infra propter dicendas, falſiſſima ſunt. Addimus etiam, quòd poſitis & conceſſis Harueio ſiniſtrum ventriculum à dextro, vel à caua ſanguinem recipere (quod falſum iam ſanctum eſt) aut trahere, nihil conſequutus eſſet, non propterea circulatio fieret, ſequereturue: Cuius gratia tot ranæ, tot buffones, &c. interiere, & reliquos interficiendos excerterandos ſuadet, vt ſuam in ſententiam eam denique in foueam trahat omnes: quoniam cor ſanguinis Naturæ prouidentia tantum trahit, quantus nutritioni ſufficit; ſed quia celeriter (etſi paucum) prolectat & allicit, reliqui quod eſt, (momentaneis vicibus ſupplens) vt officiale membrum dictis modis agitans, & remorans in ſpiritum conuerſum alternis totidem ſyſtolis vicibus per arterias toto corpori communicat, nõ autem tractione omnibus communi deſtitutum vt aſſerit, fluẽrem fluentemque plenis buccis ſanguinem recipiens illico & nulla mora in Aortam ceu

Declaratur.

in ſaccum continuò tranſmittit: Cuique quum nulla tractio,ſed perpetuò ſola ſyſtolis,vi (& forſam & ſine forſam coacta, quia Harueio plenis (vt dicebam) buccis à magnis vaſis ruens & quàm ocyſſimè tranſmittitur) totus venarum ſanguis ab auricula veſicula in cor,inque Aortã,ruit, atque præcipitat. Ea propter ex Aorta Harueio dubio procul in cor nihil ingredi, necquicquam certò (ob præcipitantem ruentemque affluentem continuò ſanguinem) regredi poteſt . Quocirca operam perdidit Natura, & ſine cauſa & ratione, abſque vtilitate & imprudenter Aortæ ex Haruei ſententia tricuſpides valuulas appoſuit : quum nihilominus nunquam (Galenus ſupra dicebat)appoſuiſſet,niſi magnum aliquod miniſterium illæ fuiſſent exhibituræ, vt certò dicendum & habendum eſt, quod circulatio tamen omnino tollit, & caſſum reddit, præterquàm quod omnia Naturæ opera & ſapientiam iſta buffonea, falſa experientia confundat; vt infra autopſia omnimodè enucleatiùs conſtabit.

Naturæ ſapientiã tollunt.

Contract. 92.

Quam in & è biuio à recta, militari & Romana (vt dicitur) via deflexímus per obliquas pergentes in obſcura nemora atque in deſerta tandem perueniamus,& nos ipſos deſeramus oportet, quia paruus error in principio fit maximus & inemendabilis, ſi à Dei Naturæ,inquam, mirabilibus operibus recedamus, quid tum? Si inuio etiam ſenſu, inuia ratione, quorſum?

Mira proponũtur.

Ad Embryonis mirabilia inſtrumenta Naturæ ſummè admirabili ex prouidentia, quod attinet diuerſa organorum conſtitutione, conformatione, diſſimilibus, diſiunctiſque permutatis continentibus, varijs contentis, alijs vſibus, diſparibus diſtantibuſque temporibus,ijſdem agat, idem præſtet, prius & poſterius, in nullis diminuta, in nullis ſuperflua, ſed perquàm excellenter in varijs, alijs, poſitione, exſiccatione, obliteratione, perquàm mirabile dictu, mirabilius creditu, atque adhuc lõgè mirabilius viſu, niſi quia Dei opus, ex immenſa Naturæ ſapientia omnia; In qua,in cuiuſque admiranda fabrica mult fariam peccat Harueius patiatur liberè dicam: Quia ſua ex imaginatione ſibi format, quod ſanguis, vt currentis, fluentis,ruentis fluminis aquæ motus neceſſariò perpetuus, continuò porrò pergere debeat: Proinde ex anaſtomoſi ouali foramine à Caua vena in arteriam venalem affluens fluens ſanguis & ex neceſſitate pergens apertas per portas & peruias vias progredi, & conſequenter quum alia ſibi non ſit continuationis fluentis ſãguinis via,quàm per cordis læuem ventriculũ,neceſſariũ ſimpliciter,eò iter tẽdere, & deinceps rectiſſimè & firmiſſimè ſua ex phãtaſia etiã in Embryone circulatio fiat.

Expenduntur & ſibil explodun-tur.

Verùm quum ipſe nondum viderim, nouerim, didicerim, expertuſve ſim, quo modo venę ſanguinem expellãt, quo modo è venis mittatur, ſuapteue natura ſurſum fluat, & quolubet, niſi ſtimulante contento,vel aliquo extra, calore, dolore excitante vrgenteque eam in ſententiam pedibus ire nequeo; ſed potius in alia omnia; quoniam rationabiliter crediderim,ſanguinem alimentum trahi & rapi à vaſis & ſingulis partibus partem poſt partem,& ita ſurſũ,& quò vis. Quę ſi ita ſe ſe habent, Haruei denuò ruunt omnia.

Præterea ſi in fœtu Caua per venalem arteriam anaſtomoſi ſanguinẽ defert ad pulmonum parenchyma conſtituendũ, ac poſtea ad ipſos in vtero nutriẽdos,vt ſanguis eò rectà tractus tendat laxa permittente, & (operculi loco) admittente leui ac dura membrana:quo modo ad pulmones nutriendos ſurſum eundo primùm, & ſimul & ſemel ad cor poſtea retrograditur? Att factis, perfactis, & enutritis ex huius anaſtomoſis ſanguine pulmonibus, quo modo poſtea in vtero tot per menſes ab eadem anaſtomoſi ſanguis ad pulmones ſurſum fluens aſcendendo, & contra à caua per venam arterialẽ in pulmones aduerſus oualis oſculi ſanguinis aſcẽdentis fluxum,ruens ad auriculam & cordis lęuẽ ventriculum deſcenſus? An Naturæ contultò in corpore inuicẽ cõtrarios,deſtruẽſcique fore motus perſuadere conatur?

Ex

Digitized by Google

Et ſi Natura initio Embryonis ortus per vmbelicales arterias ad cor arterioſū ſanguinem ſurſum tranſmittit, (vt perpetuò communi omnium vero conſenſu in vtero geſto) quo modo Harueio eodem tempore verſa vice ab anaſtomoſi, abſque præterea pulmonibus per arteriam venalem ad auriculam ad ſiniſtrum ventriculum fluens ruenſque deorſum tranſmittitur ſanguis? An ſibi Natura, An Haruelus & ſibi Naturæ aduerſus? Quomodo ſimul & ſemel in eodem vaſe, Arteria ſcilicet magna, ſanguis ſurſum ad cor aſcendit, & deorſum à pulmonibus per cor in eamdem Aortam deſcendit? Pugnant iſtæc nec ne?

Contaſt. 93. Ex his ſatis conſpicuis & maximè notis repugnantijs allatis etiam patet, Cor non contrahi, nec (in vtero) cōtrahi Harueio poſſe.

Adhuc ablegantur. Et poſito (repugnāti) quin etiam poſſe, non propterea ex altera anaſtomoſi ex vaſe & ductu venæ arterialis cum Aorta cordis contractione ſanguinem in arteriam magnam inuehi ſequeretur: quoniā attractionis ſanguinis ex vena arteriali ab Aorta nihil habet, à cordis motu non pendet, nihil ad Haruei ſanguinis circuitum facit: ſed alius finis, alia neceſſitas & Naturæ prouidentia Harueio, & omnibus ni fallor ignota, vt quàm mox.

Contaſt. 94. Nos duas in Embryone anaſtomoſes magnorum vaſorum vniones in pulmonū tantummodo gratiam ambas maximopere probamus: Secus cuiuſnam cauſa?

Primam verò verè anaſtomoſim, ouale commune vaſorum foramen Cauę venę cum Arteria venali, vtpote rationi maximè conſentaneum qua ad omnia in Galeni ſententia ſumus. Et eo potiſſimum *Subriliora et pulchiora exponuntur.* quia Embryonia pulmonum caro rubra tunc & craſſa ex menſtruo ſanguine genita eodem nutritur: in lucem verò egreſſi fœtus pulmones, vt pote qui agere, & in continuo motu permanere oporteat tenuiori & elaboratiori ſanguine à dextris Cordis ventriculi motu & calore attenuato aluntur; Ita ſapientiſſima Natura præuidente & prouidente.

Alterum ſimiliter ductum & canale (vas quicquid Galenus & ceteri ſecum Anatomici de arteriali ſanguine ſentiant) ab Arteria magna ad Venam arterialem recipimus. Quo ad vſum & finem (Harueo tamē & omnibus ignotos) nullo modo probo. Nimirum quòd Aorta arteria magna ſanguinem arterioſum in venam arterialem ad pulmones nutriendos tranſmittat: Quoniam præterquam quòd eo ſuperfluo deſtituta ſit, vtpote cum matris arterijs coniuncta, cui inſeruire, & proprio ſuo Embryonis corpori ſubminiſtrare habet: Proinde quod à Matris Aorta recipit, illud idem Embryoni portat, non venoſum ſanguinem (quicquid Galenus & communiter) ad ſiniſtrum ventriculum per cordis ſeptum Matris in quam tranantem dicant: Quicquidue cum Realdo Columbo & alijs doctis Italis Harueus à pulmonibus affluentē perpetuò fluentem & circulantem tradat, & pluribus alios hic doceat; ſed ſolùm Cordis Matris vitalem vaporem, halitum, ſpiritum: quia nemo dat, quod non habet, ex dictis vt dilucidè patet. Niſi totum Naturæ diuinum opus confundamus & deſtruamus, quod circulatione præcipitante videlicet confusè ſanguine & plenis perpetuò bucis in ſiniſtrum cordis vētriculum, & vlla abſque mora in arteriam magnam veluti in ſaccum cadente & circulante ſtatuamus.

Sed ſi ſpiritus fieri debent à Corde in eo cunctante ſanguine pauca in quantitate opus eſt, vt dein facti ad vitam conſeruandam & operationes iuuandas proprio inſtrumēto totum per corpus aſportari communicarique debent media ſcilicet arteria cordis inſtrumento, quo primò ad ſe ſe ſanguinem trahat & ſubminiſtretur, confectum opus ſpiritus expellat oportet. *Cōditiones ad ſpiritaū ortum.*

Atqui propria vtriuſque Cordis & Aortæ Diaſtole ſanguis à ſplene (nobis) in cor attrahitur & ſubminiſtratur. (parcè ob Valuiarum miniſterium Naturæ Galeno memoratu (veriùs ſcitu) dignum Perfectum opus vitalis ſpiritus item proprio vtriuſque Cordis & Aortę ſyſtole expelleretur & toti communicaretur.

Pp 2 Proin-

Proinde (ad rem) quum Matris Aorta Diaſtole à liene ſurſum ad Cor ſemper ſanguinem trahat, & conſequenter nunquam deorſum proijciat expellatque. Contra verò quum ſua ſyſtole ſemper ac perpetuò deorſum ſpiritus propellat (ad Embryonem quod attinet) & excludat ad remotas & extimas corporis partes. Quũque arteriæ Vterinæ (ad rem inquam) fætus vmbelicalibus arterijs coniunctæ, ſpiritus tantummodo ab arterijs ab Aorta Matris recipiant, ſpiritus dumtaxat vmbelicalibus arterijs & Aortæ ac Cordi Embryonis communicabunt, & non ſanguinem alimentoſum, quem poſtea à venarum anaſtomoſi recipiunt, eoque participant & nutriuntur.

Hic punctus eſt.

Ceterum quia fætus pulmones ſpiritibus vitæ conſulentibus participes eſſe nequibant quieſcente & oriante Embryonis corde, portante ſibi ipſis ſanguine à Caua, Arteria venali: Propterea neceſſario riuulum, ductulum ac tubulũ ab Aorta ad Venam Arterialem Natura fabricauit, quo & Vitæ & ceteris neceſſitatibus in vtero ſapientiſſimè conſultum & ſubuentum eſt. Quæ Naturæ mirabilia fieri non poſſent ſi ſanguis in ſiniſtrum cordis ventriculum (in Matris corde dico) per ſeptum, vt Galenus & communior opinio ſuſtinet: eo minus ſi à pulmonibus per arteriam venalem in Cor & Arteriam magnam veluti in ſaccum cadat, præcipitet & circulet, vt Harueius cum alijs ſentit. Eo minus ac minimè omnium ſi Embryonis Cor pulſaret cum eodem Harueo: quoniam aſcendentium Matris vitalium ſpirituum per arterias & Aortam Embryonis motus inuicem contrariarentur, ſanguinis à corde fætus deſcenſus & circulatio mutuò aduerſarentur. Hinc humorum quorumcunque miſtio, illinc ſpirituum cum ijſdem & excrementis miſſella, & maxima confuſio, atque Naturæ defectio, quod abſit.

Contract. 95. Motus in Corde initio qui.

Haruei vtrunque in ouo, & ex vtero educti fœtus motum & (quam dicit) autopſiam ſimul nego. In pullo ex ouo orto motum agnoſco & admitto ante cordis parenchymatis ortum, vt in eiuſdem noſtra hiſtoria clarè oſtendimus, & Harueus poſtea fatetur, (ignorauit Ariſtoteles) non tamen rectè aſſequutus eſt. Eſt enim motus (in cordis poſitione, baſi) ſpermaticarum partium cordis ad progignẽdos ſpiritus conſeruandæ vitæ gratia, & ad parum coctum ſanguinem oui vitellum elaborandum pro cordis & aliorum affuſionum parenchymatum procreatione, ſicuti & in ex cœnoſa materia procreatis fieri credendum eſt, ex præparata à ſole ſolũmodò (nõ à matre) materia. Proinde in hiſce cor pulſare neceſſe eſt, ſi animal conſtitui, augeri perfici debeat.

At vtero geſtis, quia matris vmbelicalia per vaſa omnia ſubminiſtrantur, cordis motu non eſt opus, vt eius anaſtomoſes, & ductus in vtero aperti & peruij inſeruientes, extra exſiccati, & prorſus obliterati præſeferunt, & certiores nos faciũt. Extra verò eductis & illico extractis cordis motum ſub obtutum cadere fateor, non quia prius, & in matrice moueretur; ſed quia quamprimum è carceribus pede effert, vitæ fotu & reſpiratione refrigeratione eget, & deinceps è veſtigio cordis motus ſub ſenſum cadit, & conſequenter Ariſtotelis teſtimonium, & Haruei autopſia nulla ſunt.

Contract. 96. Fœtus anaſtomoſium ortus & vſus.

Priuſquam autem in pullis auibus, & in ex putri ortis cordis parenchyma fiat, & cor perficiatur, (tacitæ vt obiectioni ſatisfaciamus) Anaſtomoſes ortus initio fieri oportuit, ſi ex ſemine, & ſanguine à motu ſpermaticarum (corde nondum fabricato & perfecto) vlteriùs elaborato, & partim in ſemen verſo ſpermaticæ partes enutriri voluerint, priuſquam à cordis & vtriuſque ventriculi motu alimentum ſubminiſtraretur, partim pro affuſionibus, & earumdem nutritione.

Harueus ſibi deſtruens & repugnans.

Quod verò Harueius obicit, dictas vias, anaſtomoſes eum in homine, tam in auibus, & alijs etiam poſt ortũ per dies, menſes, ac in quibuſdam etiam annos apertas manere, nihil refert non certè in homine, in quo quamprimum obliterantur exſiccanturque, vt in alijs ſiccioribus: In humidioribus certò ſeriùs, ſed arbitratu ſuo eſto, quid tum, ſi nullius vſus?

Aſt

Aſt in lucem poſt ortum, inde etiam nutriantur pulmones, quid poſtea? Nobis nihil officit, (ſibi per quam maximè motuum dictas ob repugnantias) non ſolùm quia pulmones per patentiorem & faciliorem viam trahunt & elaboratiorem à dextro cordis ventriculo tunc pulſante, & è ductulo tubulo Aortæ (non amplius ſpiritum vt in vtero à matre tranſmiſſo) à ſplene ſanguinem ſibi alimentum trahãt Verùm etiam quia à duobus ductibus eumdem (quod non fit, nec fieri poſſet dictis multis de cauſis) venalem ſanguinem non officeret: Adde quòd Haruei circulationi iſtæc non conducunt, ſed contrariantur quoniam arteria venalis venalem ſanguinem ad pulmones ſurſum defert & pulmones ſimul & eodem tempore eumdem venalem ſanguinem à vena arteriali mutuatum deorſum in venalem arteriam & cor tranſmittunt, quod repugnat. Vt lubens miſſum faciam ab imperfectis, humidioribus anſere, buccagine ad hominem normam & regulam ſummendam non fuiſſe.

Contrad. 97. Ex his omnibus demonſtrantibus Naturæ ſapientiæ, prouidentiæ, diuinis miniſterijs, artificijſque congruentibus, rationi, ſenſui, & luculentis experimentis reſpondentibus, omnia hactenus ſubtilia Haruei excogitata corruunt, cunctaque ſummè artificioſa iacta fundamenta funditus euertuntur.

Contrad. 98. Tandem Conſiliũ reſpuitur. Vt ex iſtis addere tantummodò reſtet, hiſce meridiana luce clarioribus Haruei monitum nullatenus quadrare, vt nullo modo eius conſilium in hac ſcenus inueſtiganda (ex dictis manifeſta) veritate ex viliorum illorum animalium diſſectione recipiendum amplectendumque fore, niſi quis lucem peroſus tenebras amans illud ſequi velit: nec aliter ac ſi quiſpiam ex quorumdam vermium & Cicindelæ noctilucæ cauda noctu ignium inſtar lucentium, mediumque illuminantium exemplo, Cælum tale quid eſſe Animal, & cauda ſolem gerens Mundum illuminare profiteretur & fidem faceret.

Sanguinem de dextro ventriculo cordis per pulmonum parenchyma permeare in arteriam venoſam, & ſiniſtrum ventriculum. Ex Harueio. Cap. VII.

Fieri autem hoc poſſe, & nihil eſſe, quo minus fiat, ſatis conſtat, cum & quo modo aqua per terræ ſubſtantiam permeans, riuulos, & fontes procreet, conſideremus, aut quo modo, per cutem ſudores; per parenchyma renum vrina fluat, ſpeculamur. Animaduertendum eſt in ijs, qui Aquis ſpadenſibus vtuntur; vel della Madonna (vt aiunt) in agro Parauino, vel alijs acidulis, aut vitriolatis, vel qui ad congios ingurgitant potum, vt vna, aut altera hora per veſicam emingãt totum. Debet iſta copia aliquantulum in concoctione immorari: debet per iecur (vt ſingulis diebus bis ingeſti alimenti ſuccum omnes confitentur facere (debet per venas, per renum parenchyma, per vreteres in veſicam profluere. Tactus 99.

Quos itaque audio negantes poſſe ſanguinem, imo totam maſſam ſanguineam, per pulmonum ſubſtantiam æque ac ſuccus alimentalis per iecur permeare, tamquam impoſſibile, & nullo modo credibile exiſtimandum? Quod genus hominum (cum Poeta loquor) vbi volunt concedunt facile poſſe: vbi nolunt nullo modo: hic vbi opus eſt verentur, vbi nihilo opus, ibi non verentur affirmare. Tactus 100.

Iecoris Parenchyma denſius multo eſt: & ſimiliter renum: pulmonum rarioris multo texturæ. Et ſi renibus & iecori conferatur ſpongioſæ. Tactus 101.

In iecore nullum impellẽs, nulla vis cogens; in pulmone ex pulſu dextri ventriculi cordis impingitur ſanguis, cuius impulſu diſtendi vaſa, & poroſitates pulmonum neceſſe eſt. Præterea pulmones in reſpirando eleuantur, & concidunt, quo motu neceſſe eſt, vt poroſitates, & vaſa aperiantur, & claudantur, vt in ſpongijs contingit, & in omnibus particulis habentibus conſtitutionem ſpongioſam, quando conſtringuntur, & rurſus dilatantur. Contra iecur quieſcit, nec ita dilatari & conſtringi viſum eſt. Tactus 102.

Tactus 103. Denique ſi per iecur totum ingeſtorum ſuccum in venam cauam tam in homine, quam in boue vel in maximis animalibus, nemo eſt, qui non aſſerit pertranſire poſſe. Et hoc eo quod pertranſijſſe aliqua nutrimentum, & permeaſſe in venas ſit neceſſe (ſi fiat nutritio) & nulla alia extet via, ac proinde hoc affirmare coacti ſint: Cur non ijſdem argumentis de tranſitu ſanguinis in adultis his; per pulmones fidem ſimilem habet, & cum Columbo peritiſſimo, doctiſſimoque Anatomico idem aſſererent & crederent, ex amplitudine & fabrica vaſorum pulmonum, & eo, quod arteria venoſa, & ſimiliter ventriculus q. repleti ſint ſemper ſanguine, quem è venis huc veniſſe neceſſe eſt, & nulla alia, quam per pulmones ſemita: vt & ille; & non ex ante dictis, & autopſia, alijs argumentis palam eſſe exiſtimemus.

Sed quando aliqui ſunt, qui nil niſi adductis authoritatibus admittunt; ijdem ex ipſius etiam Galeni verbis hanc veritatem confirmari poſſe ſciant, ſcilicet, non ſolum poſſe ſanguinem è vena arterioſa in arteriam venoſam, & inde in ſiniſtrum ventriculum cordis, & poſtea in arterias tranſmitti, ſed ex continuo pulſu cordis, & pulmonum motu inter reſpirandum hoc fieri.

Sunt in orificio venæ arterioſæ valuulæ tres ſigmoides, ſiue ſemilunares, quæ omnino ſanguinem in illam venam arterioſam immiſſum non ſinunt remeare in cor.

Id omnes norunt ſcilicet harum valuularum neceſſitatem, & vſum; Galenus his verbis explicans.

Gal. de V. ſu par. l. 6. c. 10. In toto eſt (inquit) mutua anaſtomoſis, atque oſcillorum apertio arterijs ſimul cum venis, tranſumuntque ſe ſe pariter ſanguinem, & ſpiritum per inuiſibiles quaſdam atque anguſtas plane vias.

Tract. 104. Quod ſi os ipſum venæ arterioſæ itidē ſemper patuiſſet, nullamque natura inueniſſet machinam, quæ claudere ipſum cum eſt tempeſtiuum, ac rurſus aperire queat. Fieri nunquam potuiſſet, vt per inuiſibilia, atque exigua oſſilla, ſanguis (contracto thorace) in arterias tranſumeretur. Neque enim ſimiliter omnis ex quouis attrahitur, neque emittitur. Sed quemadmodum quod leue eſt facilius eo quod grauius dilatatis inſtrumētis attrahitur, ijſdem autem contractis exprimitur: Ita & per latam viam celerius aliquid quam per anguſtam trahitur, ac rurſus emittitur. Cum autem thorax contrahitur pulſæ atque intro compreſſæ vndique fortiter, quæ in pulmone ſunt venoſæ arteriæ exprimunt quidem quam celerrime, qui in ſeipſis eſt, ſpiritus; tranſmittunt autem per ſubtilia illa oſſilla ſanguinis portionem aliquam, quod nunquam accidiſſet profecto, ſi ſanguis per maximum os (cuiuſmodi eſt venæ arterioſæ ad cor) retro remeare potuiſſet. Nunc vero reditu per os magnum intercluſo, dum comprimitur vndique, deſtillat quidpiam in arterias per exigua illa orificia, & paulo poſt ſequente Capitulo.

Tract. 105. Quanto thorax contendit vehementius ſanguinem elidere, tanto membranæ, (videlicet valuulæ ſigmoides) exactius os ipſum occludunt, & nihil remeare ſinunt: quod, & eodem capitulo decimo paulo ante. Niſi valuulæ eſſent, triplex ſequeretur incommodum, vt ſanguis ipſe fruſtra longum hoc curriculum, lubrideque emigratur. In Diaſtolis quidem pulmonis adfluens, & quæ in ipſo ſunt, venas omnes reſarciēs, in ſyſtolis vero, quaſi æſtus quidam maritimus, inſtar euripi motum identidem huc atque illuc reciprocum, qui haudquaquam ſanguini conueniat. At hoc videri poſſit exiguum. Quod vero interim ipſius quoque reſpirationis vtilitatem labefactet, id non amplius pro paruo eſt habendum, &c. (Et paulo poſt) Atque etiam tertium ſequutum fuiſſet incommodum, haudquaquam contemnendum, cum ſanguis retro in expirationibus remigraſſet, niſi opifex noſter membranarum Epiphyſim fuiſſet fabricatus. vnde cōcludit Cap. vndecimo. Communis autem ipſorum omnium, videlicet valuularum eſt vſus, vt materias retro remigrare prohibeant, vtrarumque vero proprius educentium quidem è corde materias, ne amplius ad ipſum remeent; inducentium

vero

vertone amplius ex ipſo eſtuant: non enim volebat natura vano labore cor fatigari, neque in eam partem aliquando emittere, vnde trahere præſtiterat, neque rurſus ex illa identidem ducere, ad quam mittere erat neceſſe. Proinde cum ſint quatuor omnino orificia, bina in vtroque ventriculo, alterum quidem inducit, alterum vero educit. Et paulo poſt; Porro cũ vas alterum, quod tunica ſimplici conſtat in cor infigatur, alterum quod duplex ex ipſo producatur communem vtrique locum, (videlicet ventriculum dextrum; Ita Galenus intelligit, & ego eadem ratione ſimiliter ſiniſtrum ventriculum cordis) quaſi lacunam quandam parari, neceſſe fuit) ad quam pertinentibus vtriſque per alterum quidem trahatur ſanguis per reliquum vero emittatur.

Quod argumentum Galenus pro tranſitu ſanguinis per dextrum ventriculum de vena caua in pulmones adducit, eodẽ nobis, rectius pro tranſitu ſanguinis de venis per cor in arterias mutatis tantum terminis vti liceat. Ex Galeni igitur viri diuini patris Medicorum locis, & verbis clarè apparet, & ſanguinem per pulmones de vena arterioſa, in arteriæ venoſæ ramulos permeare, tum propter pulſum cordis, tum propter pulmonum, & thoracis motum. Quin etiam quod cor cõtinue in ventriculos quaſi lacunam, recipere & emittere ſanguinẽ, & huius rei cauſa valuularum genera quatuor, duo inductioni, emiſsioni ſanguinis duo inſeruire; ne aut ſanguis Euripi in morem inconuenienter agitetur, huc, illuc, aut retro remearet vnde trahere præſtiterat, & ex illa refflueret parte, ad quam mittere erat neceſſe. Et ſic cor vano labore fatigaretur, & pulmonũ reſpiratio præpediretur. Denique clare apparet aſſertio noſtra, continue & continenter ſanguinem per pulmonum poroſitates permeare de dextro in ventriculum ſiniſtrum, de vena caua in arteriam magnam: Nam cum cõtinuo de dextro ventriculo immittatur ſanguis in pulmones per venam arterioſam, & ſimiliter continue è pulmonibus in ſiniſtrum attrahitur (quod ex dictis, & valuularum poſitione patet) quin pertranſeat continue fieri non poteſt.

Et itidem cum ſemper & continue ingrediatur ſanguis in cordis ventriculum dextrum, & egrediatur continue è ſiniſtro (quod ſimiliter & ratione & ſenſu patet) quin continuo pertranſeat ſanguis de vena caua in Aortam impoſſibile eſt.

Illud igitur quod in animalibus maio- *Tallus*
ri ex parte, & plane omnibus donec ado- *106.*
leſcant, per patentiſſimas fieri vias, ex diſſectione manifeſtum eſt, & in adultis his per pulmonum cæcas poroſitates, & vaſorum eius oſcilla, tam ex Galeni verbis, quam ex antedictis illud, inquam, fieri æque manifeſtum eſt. Vnde apparet, quod quanquam vnus ventriculus cordis videlicet ſiniſter ſufficiens eſſet ſanguinis diſpenſationi per corpus, & eductioni è vena caua, quemadmodum etiam fit in omnibus, quæ pulmonibus carent, natura tamen cum voluerit ſanguinem ipſum per pulmones tranſcolari, dextrum ventriculum ſuper addere coacta fuit, cuius pulſu per ipſos pulmones è vena caua in ſiniſtri ventriculi locum ſanguis compelleretur. Et hoc modo dextrum ventriculum pulmonum cauſa, & ob tranſlationem ſanguinis, non ob nutritionem dumtaxat dicendum: Quandoquidem tanto peruentu annonæ, atque compulſu ſubminiſtrato, & tanto purioti, & ſpirituoſiori (vt pote immediate à ventriculis cordis ſubtecto) indigere alimento pulmones magis, quam aut cerebri puriſſima ſubſtantia, aut oculorum ſplendidiſſima, & diuina conſtitutio, aut ipſius cordis caro, (quæ rectius per arteriam coronalem nutritur) inconueniens eſt omnino exiſtimare.

A Pariſano vt falſum exploditur.

Caput VII.

Exempla velut obſides ſermonis ſũt, *Contaſt.*
vt Plato in Thæt. ait; & proptè promittit *99.*
Haruœus dummodò promiſſis ſtare queat. Subterraneaturum aquarum motus & fluxus vbi viæ & deſcenſus, natura facillimè fit. Sudor per cutim, vbi ple-

plenitudo & expultrix tentat; nullo negotio peragitur. Thermarum aquarũ per hepar & renes cò tendentium additis vehiculis, validè trahentibus, & poſt expellentibus ijſdem iocinore & renibus facilis eſt tranſitus. (Mittimus ſubterraneárum aquarum deſcenſum ad viuentiũ motus, ad rem non facientem, quia omnia conſultò ſummaque prouidentia & magnis miniſterijs aguntur, ſenſus & experientia docent: vbi verò nec talis finis ineſt, nec eum ſubinde conſequẽtia, proindeque talia, ſimiliaue non fiunt, nec fieri poſſunt, vt etiam quàm mox.

Contradict. 100. Veritas ... Non quia ego (ex eo hominum genere) ita velim, ſed quia Veritas adeò valida (Eſchinis dicebat) vt omnes humanas cogitationes facilè ſuperet, quòd propterea ſi res ita feret, non ægrè tulerit, grauatèque ſuſtinebit Haruejus.

Contradict. 101. Fateor ad Hepar chyli plurimum (non quod inquit totam maſſam, quia pars ad lienem) peruenire, in ipſo contineri, concoqui, ac dein in ſanguinem verſum ſuperfluum in cauam explodi; ſed pulmonis exemplum non currit quatuor pedibus, verùm tribus claudicat, ni omnibus: *Pulmones tribus pedibus claudicant.* quia iecur officiale membrum, non ita pulmones, propterea non omnibus inſunt; quia hepar non ſui tantùm gratia, *Hepatis munera.* quia oblectat, ſuperfluum proiectat, & allicit; ſed aliorum & totius cauſa trahit, non pulmones; quia Iecur diutius retinet & concoquit ſui & aliorum gratia, minimè pulmones: quia hepar celebrata coctione ſanguificatione, ſuperfluum ſibi oneri partem in cauam venam, in portamque tranſmittit, haud quaquam pulmones: quia hæc omnia hepar Naturæ dedita opera conficit & perficit: ne quaquam pulmones, qui nec diu retinent aliorum cauſa, nec itidem concoquuunt; nec in arteriam venalem quin etiam aliquem dumtaxat ingreſſum parant, qui Haruejo fieri omnino debuit, ſed regreſſum potius ad venam arterialem moliuntur: quamobrem conſultò appoſitæ ſunt valuulæ, vt in dextrum ventriculum ſanguinis regreſſus præpediatur. Quo modo igitur fluens & ruens à vena arteriali ad pulmones, ad arteriam venoſam in auriculam ſiniſtram, in læuem ventriculum? Vt luculenter pateat pulmones ſibi tantummodò trahere, ſibique ſanguinem ſolummodò conſulere. Senſatæ rationes quadrant, quoniam ita res ipſa loquitur.

Iocinoris parenchyma denſius quidem chylum diutius continere, concoquere, & ſibi ſimile aliquatenus reddere debuit, thermales aquas non item, quia non ita ex vſu, & quia vt ſuapte natura exitum expetentes & parantes, ac etiam potẽt. copia, vehiculiſque ſtimulantes; citius fluentes attractæ & ſimul exploſæ per hepatis aperta venarum oſcilla, ac renum ciſternas, per vreteres tandem veſicam petere debuere; Vt rara textura, nec ſpongioſa ſubſtantia hîc opus ſit. Neque in pulmonibus quin etiam, quia ſanguis venæ arterialis pulmonũ foramina & ſpongiam non ingreditur, permeatue, (niſi vaſa egreſſus eorum ſubſtãtiam nutrituris) ſed vaſorum anaſtomoſi arteriæ venoſæ & venæ arterialis per oſcilla tranſitus nutritionis ſolius gratia, vt è conuerſo mutuati venæ arteriali & pulmonibus vitalis ſpiritus vitæ cauſa.

In hepate vtique nullum eſt impellẽs, *Contradict. 102. Iecinoris & Pulmonum opera.* quoniam tali opus non eſt: ſed iberè facta celebrata ſanguinis coctione valida inſurgit expultrix, (vt omnibus officialibus membris) qua ſuperfluo ſanguine exploſo, valente poſt attratrice affluentem & ſuperfluum chylum alliciat & trahat. Qua valida expultrice & attractrice caret pulmo, quia talia pręſtare non eſt ſui muneris. Neque tale impellens pulmonibus ineſt, vt Haruejus autumat. Dexter quidem ventriculus in venam arterialem ſanguinem impingit, ſed talis ventriculi motus in pulmones non pertingit, aut vix eò peruenit: quoniam Vena arterialis (ſubſtantia arteria non officio) haud pulſat, vt pulmonum poroſitates non diſtendantur; vt mittam, quòd nec inde poſſent. Adde quod Pulmones etiam expiratione contrario motu ſanguinem dextrum ventriculum verſus remittunt & expellunt, vt pulmonum motus non expellat promptius, niſi à partibus anguſtioribus

ſtioribus

Digitized by Google

ſtioribus ad latiora, hoc eſt ad magnum vas, & ad dextrum ventriculum, propterea appoſitæ ſunt valuulæ. Spongioſa verò ſubſtantia huic operi nihil conducit, quoniam (vt diximus) ſanguis in arteriam venalem recipiendus ſpongiam non ingreditur, ſed per vaſorum anaſtomoſim tranſumitur. Arteria venalis, inquam, apertis oſcillis ſanguinis ſui nutriendi cauſa dumtaxat (vt aliarum arteriarum in alijs partibus oſcilla) quantum ſufficit trahit. Spongioſa autem Pulmonum ſubſtantia ad attrahendum(alijs primò iuuantibus Diaphragmate, intercoſtolibuſque muſculis) atque ad cor tranſmittendum aerem conducit.

Contrad. 103.

Si alia ſanguinis excogitanda via & tranſitus ad cor non daretur, quàm per pulmones (nutritionis & ſpirituum conficiendorum dumtaxat gratia intelligentes) dubio procul id inficias ire, Canis (vt dicitur) eſſet in Præſepi; ſed quia fallax, immo falſa nedū dubia, quemadmodum alia Galeni & ſequaciū anguſtior ſemita eſt, vt ſatis ſuperque ſupra, infra, ac in prima parte Exercit. in proprio tract. enucleatius expoſuimus, proindeque alia ex ſplene luculentiore inuēta interimque poſita. Ad reliqua.

Obiectio nihil efficit.

Arteriam venoſam, & Ventriculum ſanguine plenos in cadaueribus videri, non cogit: quoniam Arteria venoſa viuens pro ſui nutritione à vena arteriali mutuata quidem eſt, vt omnes ſuſtinent in pulmones habentibus, ſicuti pulmonibus deſtituta animalia illis quoque carent. At Ventriculus nobis à ſplene recipit, niſi omnia confundere velimus, vt dictum eſt.

Contrad. 104.

Galeni allatæ authoritates tantū abeſt quòd Harueio faueant, vt totum oppoſitum præſeferant, & nobiſcum faciant, non ſententia, inquam, ſed rationes: quoniam ſi dum contrahitur pulmo, & contractus eſt, fieri nunquam poſſet, vt per inſiſilia vaſorum aperta oſcilla ſanguis è dextro ventriculo venam arterialem & pulmones ingreſſus in arterias tranſmitteretur, ſed iiſdem contractis in dextrum cordis ventriculum exprimeretur, niſi inuenta machina, niſi appoſitæ ori venæ arterioſæ valuulæ impedimento forent: Igitur non rapidè fluit: Igitur ſi pulmonum contractio ſanguinis fluxum à vena arteriali ad, & in arteriam venoſam remoratur, quinimo repellit, & retrorſum valuulas ac dextrum ventriculum verſus expellit. Quo modo igitur vehemens fluxus, ruens impulſus, & ſanguinis à dextro in ſiniſtrum ventriculum quàm ocyſſimus circuitus? An non ſenſatæ hæ rationes? vt etiam poſito foramine, egreſſu, non poſſet, quia Naturæ Sapientia talem egreſſum non permittit, aliò vergit, aliter Cordi & toti conſulit, & contra rectiſſimè operatur.

Senſatū demonſtrās & deſtruēs argumētum.

Contrad. 105.

Et ſi thorax (vt proſequitur) vehementius contendit ſanguinem elidens, vt in eius ſyſtole reciprocus inſtar Euripi motus huc atque illuc fiat, & niſi Opifex noſter membranarum Epiphyſim fuiſſet fabricatus, ſanguis retro & in dextrum ventriculum remigraſſet. Si itaque ſanguis à vena arteriali in venoſam arteriam non celerrimè fluit, ruitque, immo remoratur, quinimo remeare retrogradi cogitur pulmonū cōtractione: quæ inſpiratio quàmbreuior lubeat (vt volūtaria, ſi mauis ſpontanea longiſſima fiet) plurimos cordis pulſus continebit, & ita cordis pulſus, & dextri, & ſiniſtri ventriculi ex ſanguinis circuitu pendentes Harueio à pulmonum motu ex reſpiratione, & conſequenter à voluntate dependebunt quòd ſenſui repugnat. Hic Harueio gradu inſiſtendum oportuit magnis ex ſenſu deſumptis obiectionibus ſubtiliter reſpondendo, non mercatoris clauſis (vt dicitur) auribus, ſicco pede tranſeundus gurges fuit.

Senſata repugnātia.

Contrad. 106. Exponūtur officialium munera.

In ſequentibus huius capitis nihil addit, ſed poſitis commentis (à nobis ſatis ſuperque reprobatis) ſtat, eaque replicat. Propterea dilucidioris doctrinæ gratia in dictorum confirmationem ſciendum.

Certum & luculentum ſtatuendū omnes corporis partes vtpote attractrice facultate præditas, ſuaptè natura alimentum proſectare, allicere ſibique trahere, nec tranſmitti, niſi ab officiali membro ad officiale exterius, donec ad eiuſdem

per-

perfectionis ſummũ perueniatur. Exempli gratia: à Ventriculo ad Iecur, ad Splenem à Iecinore ad cordis dextrum ventriculum; à Splene ad ſiniſtrum à Corde non ſanguis vlli corporis parti tranſmittitur, quia non eſt cordis munus, nec cordis proprium, proinde nec omni cordi, (ſed calidiori pulmonis egẽti officio dextri intellige ventriculi) competit: quoniam non eſt officiale ſanguinis, non ſanguificum membrum (quicquid dicant) bene elaborãs; ſed vitalem ſpiritum omnibus tranſmittit, quatenus eorumdem officiale euadit & verè; at ſecus ac alia cetera officialia, quæ non propriè tranſmittunt; *Cordis & cerebri.* (vt Cor, & Cerebrum vitales & animales ſpiritus ſuos per ductus & deferentia Inſtrumenta in vniuerſum corpus) Verùm à ſe ſe ſolummodò explodunt, & non vlterius, quoniam non vltra valens propria eorum expultrix; vt *Ventriculi munus.* Ventriculus chylum ſuperfluum & ſibi oneri in duodeni inteſtini principium, à quo vt infra ac in alia inteſtina, & ſubinde exploſum, deſcendentemque meſeraicæ venæ raptum in hepar deferunt.

Hepatis. Sic iecur ſuperfluum à ſe ſibique fabricatum ſanguinem in venam cauam euomit, à magna omnes venæ ſibi trahũt, & ſubinde partem poſt partem minores & minimæ: à quibus per anaſtomoſim oſcillorum apertione etiam minores arteriæ ſui nutriendi cauſa ſanguinem trahũt & mutuãtur, & viciſſim vitalem ſpiritum mutuant. *Lienis.* Ita & pari paſſu lien alterum ſanguificans officiale minus (non totius, ſed ſolius Cordis gratia) membrum ſibi ſuperfluum procreatum ſanguinem in Aortam, ſeu in ſibi coniunctas arterias *Cordis.* effundit, qui eadem Aortæ & Cordis diaſtole arteriam & cor ingreditur nutritionis cauſa primum, & modo ſuperiùs declarato in cor per anguſtum foramen, vt ſenſim & ferè guttatim (non pleno ore) trahatur, & tractus, ne ſyſtole illico extra mittatur, medijs cucullis, auriculis dictis cordis penarijs retardetur detineaturque conficiendorum ſpirituum gratia, mora, calore, & frequentiſſimis motibus. Quibus genitis neceſſarijs omnibus ad producendam vitam, ad propria cuiuſque membri & partis exercenda præſtandaque munera Natura vt cor officiale membrum calidiſſimum cum ſiniſtræ partis ventriculo ad perpetuum & frequentiſſimũ itidem motũ robuſtiſſimũ fabricauit, ita & maxima id & ſui ſibique cõiunctam partem Aortam magna & validiſſime expultrici (ſicuti attractrici) vi donauit; vt nõ ſolùm à ſe, & extra ſe tantũmodò aliorum officialium inſtar, ſed totum per corpus perpetuò & quam celerrimè trãſmitteret, vt ſuperfluam ſanguinis ſui nutritionis cauſa tractam partem, non qualem recipit, talem expellat, ſanguinem videlicet, (quemadmodum nec cetera officialia, E. g. Ventriculus non tractum manſum panem, carnem, ſed aliud, chylum nimirum, Hepar, lien non chylum, ſed ſanguinem) ſed ſpiritum in bona germanaque philoſophia. Quare dexter ventriculus non ſanguinis tantum ſui cauſa trahit, ſed factus in pulmonum gratiam, ſuperfluum trahit eorum cauſa, & paululum pauliſperque ipſum elaborat, appoſitum tenui leuique pulmonum parenchymati reddens, non mutans formaliter, in ſpiritum non vertens, & proinde nec intenſum calorem, (dictas ob cauſas) neque vas arteriam, qualem læuis ventriculus (erga pulmones) officio arteriam obtinuit.

Excludens & cõcluuntur breuis excurſus. Verumtamen his tandem ſubtilium doctorum tergiuerſandi ſubterfugiendique miſſis anſis, & fucatis ac commentis omnibus ſatis ſuperque à nobis hactenus excuſſis & exploſis, Iam ad rem propiùs, & cominus accedamus, Cordi cõſulamus affluenti alimento, & proinde præparanti officiali idoneo præcipuo mẽbro, quod eidem ex vſu ſit & conueniat, atque affatim illi, & magnæ arteriæ arterioſoque generi præſto ſit, vt Hepar dextræ cordis parti, venoſoque generi, & reliquo toti corpori abundè occurrit. Et hoc alimentum, & hoc officiale mẽbrum prompta ſint omni (hoc opus, hic labor eſt Haueo) Cordi. Atque ita & hactenus pulmones tolluntur, & deinceps arterialis vena, ac venoſa arteria; necnon

dexter

dexter ventriculus, ac dextra auricula: quia deeſt motus ventriculi atque conſequenter corruunt, quòd cor à pulmonibus,quodque a dextro ventriculo per ſeptum ſanguinem recipiat, & deinceps quòd dexter ventriculus, & pulmones cordi ſanguinem præparent: quoniam vno prædito ventriculo Cor ijs omnibus deſtitutum eſt. Et ſimiliter quod auriculæ receptum ab illis vaſis ſanguinem cordi largiter minimè largiantur & ſubminiſtrent: Et conſequenter aliud cadit fundamentum,quod quatuor vaſorũ duo in cor ſanguinem introducant, duo educant eorum arbitratu: quoniam duo tantummodò cordi ſint, faciantque ſatis: & proinde neceſſario ijs demptis fulchris, euerſis dictis fundamentis, tota illis innixa fabrica ex neceſſitate corruat. Et præterea ac propterea quum communi omnium conſenſu cor officiali præparanti membro egeat, & magno deferenti vaſe indigeat, & pulmones non ſint, dexter ventriculus abſit, ſicuti & dextra auricula, nec magnum, quinimo nec euidens à caua in ſiniſtrum ventriculum foramen ductuſue extent,& auricula veſicula (quæ vna eſt) ſiniſtri ventriculi Cauæ venæ auerſa ſit, atque ſiniſtrorſum ex Aortæ parte poſita; Vt nec imaginari ſit ſanguinem à caua recipere & in cordis ventriculum tranſmittere poſſe: Reſtat, vt omni ratione, ſenſu duce ſtatuamus, concludamuſque cordis ventriculum vno tantùm vaſe(vt dextra cordis pars vena caua)aorta præditum eſſe, nec alio eidem opus fore: quoniam fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt & æque beneiſſimo à ſplene eius præparante iam dicto officiali membro per dictam Aortam melius, & optimè: quoniam magna arteria naturali ſanguine, hoc eſt non ex corde, nutriri debet, (& non à corde genito & recepto, ne ab eodem ſanguinem & ſpiritum ſimul confuſa tranſumat, tranſfundatque: Adde vrgentius, ne contrarias ſenſui diaſtoles, & conſequenter ſyſtoles quoque cordis & arteriæ conſtituamus)vt cordis ventriculus à proprio & magno vaſe ijſdem motibus prædito, dicto modo ſanguinem proleđet & diaſtole trahat, atque per id ipſum ſyſtole promptè ſpiritum toto corpori præbeat, vt poſtrema primis optimè reſpondeant.

De copia ſanguinis tranſeuntis per corè venis in arterias & de circulari motu ſanguinis. Haruei. Cap. VIII.

HVcuſque de transfuſione ſanguinis è venis in arterias, & de vijs, per quas pertranſeat, & quo modo ex pulſu cordis,tranſmittatǝ diſpenſetǝ de quibus, forſam ſunt aliqui,qui, antea aut Galeni authoritate, aut Columbi, aliorumue rationibus adductis, aſſentiri ſe dicant mihi; nunc vero, de copia & prouentu illius pertranſeuntis ſanguinis, quæ reſtant, (licet valde digna conſideratu) cum dixero, adeo noua ſunt, & inaudita,vt non ſolum ex inuidia quorumdam, metuam malum mihi, ſed verear, ne habeam inimicos omnes homines tantum conſuetudo, aut ſemel imbibita doctrina, altiſque defixa radicibus, quaſi altera natura, apud omnes valet,& antiquitates veneranda ſuſpicio cogit. *Textus 107. Pag. 41.*

Vt cunque iam iacta eſt alea, ſpes mea in amore veritatis & doctorum animorum candore: ſane cum copia quanta fuerat, tam ex viuorum, experimenti cauſa, diſſectione, & arteriarum apertione, diſquiſitione multi moda; tum ex vẽtriculorum cordis,& vaſorum ingredientium & egredientium ſymmetria, & magnitudine, (cum natura nihil faciens fruſtra, tantam magnitudinem, propor onabiliter his vaſibus fruſtra non tribuerit) tum ex concinno & diligenti valuularum & fibrarum artificio, reliquaque cordis fabrica, tum ex alijs multis ſæpius mecum & ſerius cõſideraſſem & animo diutius euoluiſſem, quanta ſcil cet eſſet copia tranſmiſſi ſanguinis, quam breui tempore ea tranſmiſſio fieret nec ſuppeditare ingeſti alimenti ſuccum potuiſſe animaduerterim, quin venas inanitas, omnino exhauſtas; & arterias,ex altera parte, nimia ſanguinis intruſione, diſruptas, haberemus, niſi ſanguinis aliquo ex arterijs denuo in venas

remea-

remearet, & ad cordis dextrum ventriculum regrederetur.

Cœpi egomet mecũ cogitare, an motionem quamdam quaſi in circulo haberet, quam poſtea veram eſſe reperi, & ſanguinem è corde per arterias in habitum corporis, & omnes partes protrudi, & impelli à ſiniſtri cordis ventriculi pulſu, quemadmodum in pulmones per venam arterioſam à dextris; & rurſus per venas in venam cauam, & vſque ad auriculam dextram remeari, quemadmodum ex pulmonibus per arteriam dictam venoſam, ad ſiniſtrum ventriculum, vt ante dictum eſt.

Quem motum circularem eo pacto nominare liceat, quo Ariſtoteles aerem & pluuiam circularem ſuperiorem motum tum æmulatus eſt. Terra enim madida à ſole calefacta euaporat, vapores ſurſum elati condenſant, condenſati in pluuias rurſum deſcendunt, terrã madefaciunt, & hoc pacto fiunt hic generationes & ſimiliter tempeſtatum & meteororum ortus, à ſolis circulari motu, acceſſu, & receſſu.

Tactus 108. Sic veriſimiliter continget in corpore, motu ſanguinis, partes omnes ſanguine calidiori perfecto, vaporoſo, ſpirituoſo, (& vt ita dicam) alimentatiuo, nutriri, fouери, vegetari: Contra in partibus ſanguinem refrigerari, coagulari, & quaſi effœtum reddi, vnde ad principium, videlicet, Cor; tamquam ad fontem, ſiue ad lares corporis perfectionis recuperandæ cauſa, reuertitur: ibi calore naturali, potenti, feruido tamquam vitæ theſauro, denuo colliquatur, ſpiritibus, & (vt ita dicam) balſamo prægnans, inde rurſus diſpenſatur, & hæc omnia à motu & pulſu cordis dependere.

Ita Cor principium vitæ & Sol Microcoſmi (vt proportionaliter ſol cor Mundi appellari meretur) cuius virtute, & pulſus ſanguis mouetur, perficitur, vegetatur, & à corruptione & grumefactione vindicatur, ſuumque officium nutriendo, fouendo, vegetando toti corpori præſtat lar iſte familiaris, fundamentum vitæ author omnium; ſed de his conuenientius, cum de huiuſmodi motus cauſa finali ſpeculabimur.

Hinc cum venæ ſint viæ quædam, & vaſa deferentia ſanguinem; duplex eſt genus ipſarum, caua, & aorta, non ratione lateris (vt Ariſtoteles) ſed officio, & non (vt vulgo conſtitutione (cum in multis animalibus (vt dixi) in tunicæ craſſitie, vena ab arteria non differat) ſed munere & vſu diſtincta, vena & arteria ambæ à veteribus venæ non immerito dictæ (vt Galenus annotauit) eo quod hæc, videlicet arteria, vas eſt deſferens ſanguinem, è corde in habitum corporis; illa ſanguinem ab habitu rurſus in cor; hæc via à corde, ad cor vſque illa; illa continet ſanguinem crudiorem, effœtum nutritioni iam redditum inidoneum, hæc coctum, perfectum, alimentiuum.

Haruei tranſeuntis per Cor ſanguinis ſententia vt commentitia à Pariſano exploditur. Cap. VIII.

Admiratus hic valde ſum, quòd doctiſſimus magni ingenij & maximè cordatus Vir, prius magnum opus aggredi auſus, & poſt iam (arbitratu ſuo) perfectum, atque à Celebri Londinēſi in Collegio, Clariſſimaque Academia probatum, tali poſtea formidine affectus ſit, ſibi exinde malum metuat, & omnes homines ſibi inimicos fore pertimeſcat. quid ita? Nonne maximè egregium ſibi videtur confeciſſe in lucemque produxiſſe opus? Nonne propterea, admiratu, amatu, omni laude & honore dignus? Quid veneranda antiquitatis ſuſpicio, vbi, & quando ſui cuiuſuis honor, & Veritatis cauſa agitur? quando amicus Socrates, amicus Plato, nihilominus tamen magis amicas Veritas: Quin etiam Hippocrates & Plato maximi fuere viri, nihilominus abſque demonſtratione ijs non eſſe credendum Galenus docebat. Nunquid minimè noſtri iuris nos poſteriores ſumus! An Antiquorum vernæ, & mancipia? Non ipſi Philoſophiæ domini, ſed duces tantummodò fuerunt, & ſæpe ſæpius falſi & hallucinati ſunt. Ea propter quid

Contr. 107. *Pariſani admiratio.*

Quid ſi aliam in ſententiam eamus, atque illos irretitos quandoque oſtendamus? An non licebit nos per vaſtos Philoſophię campos liberè ſpatiari? Nonne qua ipſi rationis participi anima præditi ſumus? Quid tum igitur Canes in Præſepi?

Non video quam ob rem pertimeſcat Haruelus ſi rectè philoſophatus ſibi videatur: immo etiam ſi res in dubium ab illo vertatur: quinimo ſi falſa, & ipſe illaqueatus fuerit: quoniã in magnis voluiſſe ſatis; Vt multum ei ingenui & literati homines debeãt: quippe in Veritatis gratiam diu laborauit ſummo ſtudio inquirendo, corpora cuiuſcunque ferè generis & ſpeciei omni adhibita diligentia diſſecando, cuncta obſeruando, alios & alijs conſulendo, oſtendendo, diſſerendo, docendo, ſcribendo, Doctiſſimos Londinenſes Academicos ſuam in ſententiam ducendo, (magnum ſanè facinus) ac demum approbatam ratamque factam ſuam ſententiam in lucem ferendo: quod vt magni negotij, & egregij facinoris, ita & ſublimis ingenij extitit: Ea propter nihil fuit, quod trepidationem fecerit, quin Celeberrimi potiſſimum Collegij ſecuritate per ignem & hoſtes (vti & noſtra) mitterentur, inuidia, malignitate, latratibuſque miſſis & ſpretis, cui aleæ nemo non ſcribentium expoſitus eſt.

Nos profectò Doctiſſimi Viri ingenij ſubtilitatem, caliditatem, fidentiam, magnum aggreſſum opus, arduum, dignum facinus, ſummum ſtudium, ingentes labores, diligenteſque obſeruationes admiramur, quamuis de fabricæ hiſtoria, ac ſanguinis circuitu aliter ſentiamus. Contra propterea ſcribimus Veritatis gratia moti: quando ex hac Haruei ſubtili & ingenioſa opinione Diuinæ Naturæ Oeconomia, ſummaque ſapientia tollantur, quæ ſi vera ſunt, hæc admittenda non eſt, admirandum nihilominus, & laudandum ingenium. Proinde vt huius ſententiæ periculum fiat, ad Lydium Lapidem hanc nouam ſolertem Circulationem ducere in animo fuit. Vt ſicuti adamas adamante expolitur, & perficitur, noſtris ex hiſce obiectis & Haruei reſponſis luculentius id pateat, & noſtrum vtriuſque ingenium vlterius acuatur, & ſi poſſit, ſuam in ſententiam nos perducat, quod propterea oramus, vt exoremus, atque hæc interim æqui boni faciat.

Contrad. 108. Improbantia. Non eſt nobis veriſimile, corporis partes omnes eodem ſubtili, elaborato, arteriali (vt Haruelo placet) vaporoſo ſpirituoſoque ſanguine nutriri: quando ratione haud conſentaneum ſit, quòd perinde Cerebrum, Cor, oculi, hepar & lien; ſicuti nec æque pulmones, atque oſſa, glandulæ ligamenta, &c. perfecto ſanguine alantur; eo propterea & conſequenter ſanguinis circuitu non eſt opus. Potiſsimùm quòd Haruei excogitatum vt potè falſum nullũ faceſſit negotium, quippe à ratione abhorreat, & ſenſus reſiſtat, reclametque. Quandoquidem non poteſt ſanguis à partibus neceſſariæ alitionis cauſa tractus in ijſdem refrigerari coagularique: quoniam præterquam quod omnes partes calidæ ſunt, ſanguis nullibi, niſi in proprijs fontibus moratur hepate, liene, Corde, Caua, Aorta, à quibus minora, minimaque trahunt vaſa, & dictum factum, (vt fertur) hoc eſt ſimul tractum, ſimul ferè in partium alimentum tranſit, & ſic ſucceſsiuè & perpetuò. Vt à partibus non trahatur, niſi prout ijſdem opus eſt, & quando neceſſitas vrget. Idcirco ſi ſimulatque à feruente fonte, tracto eo calido partes proximè nutriantur, vt perpetuò vſu venit, profectò hac de cauſa, recurſu, & ad cor circulatione opus non eſt, vt venoſum genus ſimplici tunica præditum ad arterioſum ſanguinem, & ſpiritum deferendum continendumque ineptum inſtrumentum mittam. Reliquis ſupra abundè ſatis.

Eſſe ſanguinis circuitum ex primo ſuppoſito confirmato. Haruei Cap. IX.

Pag.43. SEd ne verba dare nos dicat quiſpiã, & aſſertiones ſpecioſas tantum facere ſine fundamento, & non iuſta de cauſa innouare: tria confirmanda veniunt, quibus poſitis, neceſſario hanc ſequi veritatem, & rem palam eſſe arbitror.

Tactus 109. Primum continue & continenter, ſanguinem è vena caua in arterias, in tanta copia, tranſmitti, pulſu cordis, vt ab aſſumptis ſuppeditari non poſſit, & adeo vt tota maſſa breui tẽpore illinc pertraſeat.

Secundum continue æquabiliter & cõtinenter ſanguinem in quodcunque mẽbrum & partem pulſu arteriarum impelli, & ingredi, maiori copia multo, quam nutritionis ſufficiens ſit, vel tota maſſa ſuppeditari poſſit.

Et ſimiliter tertio ab vno quoque mẽbro, ipſas venas, hunc ſanguinem perpetuo retroducere ad cordis locum.

His poſitis ſanguinem circum ire, reuolui, propelli, & remeare, à corde in extremitates, & inde in cor rurſus, & ſic quaſi circularem motum peragere, manifeſtum puto fore.

Tactus 110. Supponamus ſimiliter, quanto minus in ipſa contractione, vel quantum ſe ſe contrahat cor, & quanto minorem ventriculus capacitatem habeat in ipſa contractione, vel ipſis contractionibus, quantum ſanguinis in arteriam magnam protrudat: (protrudere enim aliquid ſemper & ante demonſtratum eſt cap. 3. & omnes in ſyſtole fatentur, ex fabrica valuularũ perſuaſi) & veriſimili coniectura ponere liceat, in arteriam immitti partẽ vel quartam, vel quintam, vel ſextam, & minimum octauam.

Tactus 111. Ita in homine, protrudi ſingulis cordis pulſibus ſupponamus vnciam ſemis, vel drachmas tres vel drachmam vnam ſanguinis, quæ propter impedimentum valuularum in cor remeare non poteſt.

Tactus 112. Cor vna ſemihora pluſquam mille pulſus facit imo in aliquibus, & aliquando bis, ter, vel quater mille. Iam multiplicatis drachmis videbis vna ſemihora aut millies drachmas tres, vel drachmas duas, vel vncias quinquies centum, aut talem aliquam proportionatam quantitatem ſanguinis, per cor in arterias tranſfuſam, maiori ſemper copia, quam in vniuerſo corpore cõtingat reperiri. Similiter in oue, aut cane pertrãſit eſto ſcrupulum vnũ, in vna cordis contractione, tũ vna ſemihora mille ſcrupulos, vel circa libras tres & ſemis sãguinis, in quo corpore plerunque non cõtinetur plus quatuor libris ſanguinis, hoc in oue expertus ſum.

Ira pene, ſupputatione facta ſecũdum quod nimium coniectare poſſimus tranſmiſſi ſanguinis, & enumeratis pulſationibus, videatur omnem maſſæ quantitatem ſanguineę pertranſire de venis in arterias per cor, & ſimiliter per pulmones.

Sed eſto, quod non vna ſemihora, ſed vna hora, vel vna die, vtcunque manifeſtum facit plus ſanguinis per cor eius pulſu tranſmitti continue, quam vel ingeſtum alimentum poſſit ſuppeditare, vel in venis ſimul contineri.

Nec eſt dicendum, quod cor in ſua cõ-
tractione aliquando protrudat, aliquan- *Tactus 113.*
do non, vel quaſi nihil, & imaginarium quid. hoc enim ante confirmatum eſt & præterea ſenſui contrarium eſt, & rationi. Si enim dilatato corde repleri neceſſe ventriculos ſanguine, contracto neceſſe protradere ſemper & nõ parum, cum ductus non parui, & contractio non pauca ſit: inquauis proportione videlicet: ſubtripla, ſubſextupla, vel ſub octupla ſimiliter proportio ſanguinis excluſi, debet eſſe ad ante cõtentũ, & in dilatatione replentem: vti ſe habet capacitas contracti ventriculi ad illam, quæ eſt dilatati. Et cum in dilatatione non contingit repleri nihilo, vel imaginario. Ita in contractione nunquam nihil, vel imaginarium expellit, ſed ſemper aliquid ſecundum proportionem contractionis. Quare concludendum, ſi vno pulſu in homine, vel oue, vel boue, cor emittit drachmam vnam, & mille ſunt pulſus in vna ſemihora, contingit in

eodem

eodem tempore, libras decem, & vncias quinque trãſmiſſas eſſe. Si vno pulſu drachmas duas lib. 20. & vncias decem. Si ſemiunciam lib. 41. & vncias 8. Si vnciam lib. 83. vncias 4. contingit in vna ſemihora transfuſas (inquam) eſſe de venis in arterijs.

Sed quantum in vno quoque protrudatur ſingulis pulſationibus, & quando plus, & quando minus, & qua de cauſa, accuratius poſt hæc ex multis obſeruationibus à me forſam palam fiet.

Interim hoc ſcio, & omnes admonitos velim, quod aliquãdo vberiori copiâ pertranſit ſanguis, aliquando minore, & ſanguinis circuitus quandoque citius quandoque tardius peragitur, ſecundum temperamentum, ætatem, cauſas externas & internas, & res naturales, & non naturales, ſomnum, quietem, victum, exercitia, animi pathemata, & ſimilia.

Verum enimuero cum per pulmones, & cor, vel minima copia tranſeat ſanguis, longe vberiori prouentu in arterias, & totum corpus deducitur, quam ab alimentorum ingeſtione ſuppeditari poſſibile ſit, aut omnino, niſi regreſſu per circuitum facto.

Tactus 114. Hoc etiam palam fit ſenſu viuorum diſſectionem intuentibus, non ſolum aperta magna arteria, ſed (quod confirmat Galenos in ipſo homine) ſi quæuis vel minima arteria diſſecta fuerit, vnius pene ſemihoræ ſpatio totam ſanguinis maſſam, è toto corpore, tàm venis, quam arterijs exhauſtam fore.

Similiter laniones, omnibus hoc ſatis atteſtari poſſunt quando reſciſſis arterijs iugularibus in mactando boue, vnius horæ quod ante minus, totã ſanguinis maſſam exhauriunt, & vaſa omnia inanita reddunt in mẽbroſum exciſſione & tumorum: ex larga ſanguinis profuſione, itidẽ comperimus aliquando breui contingere.

Tactus 115. Nec perſtringit huius argumenti vim, quod per venas effluere in iugulatione, & in membrorum exciſione, æque, ſi nõ magis quam per arterias dicat quiſpiã, cum contra ſe res habet: venæ enim, quia ſubſidunt, quia in ipſis nulla vis cogens foras ſanguinem, & quia impedimento valuularum poſitio eſt (vt poſtea patebit) parum admodum reddunt. arteriæ vero impetu impulſum ſanguinem foras, largius, impetuoſius, tamquam cum Syphone eiectum profundunt.

Sed experiunda res eſt, omiſſa vena, & inciſa iugulari in oue, vel cane; & quanto impetu, quãta protruſione, quam cito omnem ſanguinem è toto corpore, tam venis, quam arterijs contingit inanire admirabile videbitur. Arterias autem nullibi ſanguinem è venis recipere, niſi tranſmiſſione facta per cor ex ante dictis patet; ſed ligando Aortam ad radicem cordis, & aperiendo iugularem, vel aliam arteriam ſi ſolum arterias inanitas, & venas repletas conſpexeris. non contingit dubitare. Tactus 116.

Hinc cauſam aperte videbis, cur in Anatome, tantum ſanguinis reperiatur in venis, parum vero in arterijs, cur multum in dextro ventriculo, parum in ſiniſtro (quæ res antiquis dubitandi occaſionem forſam præbuit, & exiſtimandi, ſpiritus ſolos in illis coneauitatibus cõtineri dum vita ſuperſtes animal fuerat) cauſa forſam eſt, quod de venis in arterijs nullibi datur tranſitus, niſi per cor ipſum, & per pulmones. Cum autem expirauerint, & pulmones moueri deſinant de venæ arterioſæ ramulis in arteriam venoſam, & inde in ſiniſtrum ventriculum cordis ſanguis permeare prohibetur (vt in Embryone ante notatum eſt, prohibirũ fuiſſe ob defectum motus pulmonum, oſcilla & poroſitates cœcas, & inuiſibiles aperientium claudentium) cum vero vna cũ pulmonibus cor non deſinat moueri, ſed poſtea pulſare: & ſuperuiuere pergat: contingit ſiniſtrum uentriculum, & arterias emittere in venas ad habitum corporis ſanguinem, & per pulmones non recipere, & proinde quaſi inanitas eſſe. Tactus 117.

Sed hoc etiam in rem noſtram non parum facit fidei, cum huius nulla alia cauſa (niſi quam nos ex noſtra ſuppoſitione aſſerimus) adduci poſſit. Tactus 118.

Præterea hinc patet, quo magis, aut vehementius arteriæ pulſant, eo citius in

omni ſanguinis hæmorrhagia inanitum
iri corpus.

Tactus 119. Hinc etiã in omni Lipothymia, omni ti-
more, & huiuſmodi, quando cor lãguidius
& infirmius nullo impetu pulſat, omnem
cõtingit hæmorrhagiã ſedari, & cohiberi.

Tactus 120. Hinc etiam eſt, quod corpore mortuo,
poſtquam cor ceſſauit pulſare, non pote-
ris, vel è iugularibus, vel cruraribus venis
& arterijs apertis vllo conatu maſſæ ſan-
guineę, vltra partem mediam elicere Nec
lanio, ſi boui (poſtquã eius caput percuſſe-
rit, & attonitũ reddiderit) iugulum prius
non ſecuerit, quam cor pulſare deſierit, to-
tum ſanguinem exhaurire inde poterit.

Tactus 121. Denique hinc de Anaſtomoſi venarũ
& arteriarum, vbi ſit, & quo modo ſit, &
qua de cauſa, nemo hactenus, ſuper ea,
recte quidquam dixiſſe licet ſuſpicari. ego
in illa diſquiſitione iam ſum.

Sanguinis circuitum non eſſe, primo exploſo falſo excogitato. Pariſano. Cap. IX.

Contact. 109. TAmetſi ex ſupradictis & firmiter ia-
ctis Haruei principia & fundamẽta
euerſa ſint omnia, & quibus hæc ſequen-
tia innixa ſunt, & proinde ex ſe ſe cor-
ruant; nihilominus tamen eius ſubtilia
& mirabilia breuiter vt etiam imaginaria
excurremus.

Contact. 110. Suppoſitũ fallax. In primis, primum non admittimus è
caua vena in arterias totum (& vlteriùs)
ſanguinem cordis pulſu tranſmitti, &c.
quinimo nec guttam quidem, nec quin
etiam cordis guttulam, vt eius purum i-
maginatum ex dictis pateat.

Quod ſecundò ſupponit (vt eius verbis
vtar) ſeu excogitat, vtpote merum com-
mentum non recipimus, nec (vt vult) co-
gitatione, nec experimento, quoniam
cordis ventriculus ſanguine repletur nun-
quam, plenus & ſemper quo modo pul-
ſaret vnquam? ſed ſenſim & guttatim
(frequentiſſima tamen diaſtole, tractione
expletur, vt ſupra dicebamus) attrahit, vt
paucum paucum ſuperfluum attractum
breui, immo quancitiſſimè in vapores &
ſpiritus vertere queat; vt ijs dictũ factum
(vt aiunt) ferè totius corporis vitæ, & mu-
neribus præſto, vt ſuum eſt, eſſe poſſit. Si
repleretur ſanguine, ſpirituum; & conſe-
quenter vitæ iacta alea eſſet. In cadaue- *Experimentum fallax.*
ris corde ideo vltra duas vncias reperire
eſt, quia morientis cor diaſtole refrigerij
potiſſimum cauſa cõtinuò trahit, tractum
etiam ab Aorta ſanguinem, vt languens
poſtea & calore ferè deſtitutum moriens,
in ſpiritus ipſum non vertit, & proinde
ſanguine refertum reperitur, & deinceps
fallax experimentũ, & conſequenter cui
ſtandum non ſit.

Quod tertiò ſimiliter ſupponit, imagi- *Contact. 111. Cordis munus.*
natum vt patet, tum ex reprobatis ijſdem
in tertio capite: tum quia Cor non ſan-
guinis officiale mẽbrum eſt, ſed ſpirituũ:
ea propter vt ſui muneris eſt, illos totius
gratia procreare, ita genitos ſua ſyſtole
per totum tranſmittere, non autẽ ſangui-
nem, quo nõ eſt, quòd affluat, ſi ipſum, &
totum incolumen & diuturnũ ſtatuamus.
Et poſito (non conceſſo) quęſito, quam ob *Arduũ quæſitũ.*
rem cor maximũ in apertum canale, Aor-
tam, cõtenti ſanguinis quartam, quintam
ſextam minimum octauam ſanguinis cõ-
tentam partem (vt ait) expellet, & non to-
tũ (quærimus nos) niſi aliquid (nobis om-
nino cuculli, auriculæ impedimento ſunt)
impediat? At nullũ Haruęio egreſſui im-
pedimento eſt: Cur igitur contentum, re-
ceptum, fluens, ruenſque totũ (præter mi-
nimum cordi retentum nutrimẽtum) non
effluit? Etenim magna vi Cor explodit,
ſubſequens affluens à pulmonibus ab ar-
teria venoſa, atque ſimul & potiſſimum
(Haruęio) ab auricula impellitur: magnũ
vas Aorta, & longè maius, quam arteria
venalis, hiat: quam ob rem, inquam, ab
omnibus exploſus ſuapte natura iam in
fluxu promptus à nullo retentus, præpedi-
tuſue feſtinanter non egreditur apertis &
maximè extra cor in Diaſtole expanſis
Valuulis.

Quo modo (amabo) ſãguis in cor remea-
re poſſit magna (Haruęio) pulmonũ, vena-
lis, arteriæ, auriculæ, & cordis vi exploſus *Durus ſcopulus.*
ruẽs oculi ferè nictu arterias egrediẽs, nul-
lo remorante, nullo retrahẽte, ſeue cãtene,
niſi vt ait valuulæ Aortę regreſſui impe-

diuiento

dimento ſint, quum fruſtra huic opinioni fabricatæ & appoſitæ ſint? Etenim ſic rapidi Torrentes fluentes ruentes aquas ſimul ferè & ſemel retrogradi eſſet, quod cuique repugnare certum habeo.

Contraſt. 112. Magnum imaginatum audio, quòd tale purum, & merum patet, quia tantum abeſt, pulmones ad ſiniſtrum cordis ventriculum ſanguinem tranſmittant, vt potius auertant, & ad dextrum remittant: *Durus ſcopulus venæ arterioſæ. Alter atque durus.* propterea Natura communi omnium cõſenſu etiam Haruei, valuulas in cor ſanguinis regreſſum impedientes appoſuit. Secus cur hoc? Cordis auriculam aliter ſanguinem excipere, & proinde nec in cor expellere poſſe dilucidius ex ſenſu oſtenſum eſt.. Cor Harueio non trahit, ſed fluentem (iure ſuo) & ruẽtem in ſe ſe ſanguinem detrudit; Vt quo modo ſanguis nec ab vllo exploſus, nec tractus ſic rapidè fluat, videre, inquam, imaginarique neſciam.

Ceterùm in Haruei gratiam hactenus hæc ſunto, à pulmonibus, ab Auricula, à Cordis ſyſtole ſimul cijciatur, fluat & velis & remis, & equis, à corde per arterias feratur e.g. in pedes, vbi arteriæ terminant, & vbi ſanguis partim pro eorum nutritione effunditur, longè verò maior pars extra arterias effuſa à venis colligenda attrahenda, ſurſum ad cauam aſportanda illico & immediatè, oculi nictu, ac *Durius quæſitũ.* aduolatu: Quo, quæſo, modo minimæ venulæ ſuis oſcillis ſparſum huc illuc ab arterijs in partes, & vacua ſanguinem, à ſe ſe hinc illinc forte fortuna diſtantem colligent? An Magnetica virtute? nos ignorare fatemur, nec modum imaginari ſcimus, vt effuſus longiùs & diſtãs quamlubet in partem, colligi poſſit, nedum dictum factum aduolantem à pede ſurſum ad cor ferri. Et ſi ab oſcillis proximum in partes effuſum raptim colligitur, trahitur, rapitur: ergo a partium proximis poris (niſi electione, & ratione agere dicatur) ſenſim & lentè trahendum extorquetur, vt propterea proximæ venis partes ſanguine alimento priuatæ languere & abſumi cogantur, remotæ contra opiparè degant. Mitto, quòd ſanguis ex vulnere, & quouis modo aperto vaſe ſub cutem effuſus à venis trahi non viſitur nõ obſeruatur.

Verumenimuerò quum quælubet pars ſui gratia trahat, quo modo minimarum venarum ab infernis partibus ad ſuperna velociſſimus, rapidiſſimuſque raptus? Quandoquidem pulmonum, auriculæ, & cordis, (Haruei etiam reor arbitratu) impulſus in venas non deſcendit, quoniam ſanguis arterias egreſſus vectione & impulſu caret. Nec venæ attractio violenta, ſed ſolùm ſui nutriendi cauſa, lenta eſt: motus eſt ſurſum verſus à pede ad cor trahens, vehens, impellens illorſum nullum, quid quod igitur? Nunquid dicet quiſpiam vacui fuga colligitur, trahitur, & æque permutatis ſic equis ad cor raptim fertur! Vt ita proinde à nobis verè dicetur vacuum imaginatum, vacua opinio. *Vacua occurrit.*

Contraſt. 113. Subductio vbi que. Si Haruei iactis promiſſis imaginatis ſuppoſitis ſtemus, profectò ex ſanguinis commento circuitu colligemus eum, ſanguinis librarum, vnciarum, drachmarum rationem ſeu calculos diligenter ſubduxiſſe, & optimum ſubductorem extitiſſe, vt reliqua mirabiliter imaginata. Verùm de pluri, minoriue in Aortam tranſmiſſo ſanguine, non bene (me iudice) ratiocinatum fuiſſe colligo: nõ ſolùm, quia *Fallit.* nihil (iure noſtro) tranſmittitur, vt patet, quod nunc tranſeat; Verùm etiam, quia poſito eius ſanguinis circuitu, ſequeretur, quòd cor (bene valens) ſemper, & ſimul nunquam eodem modo ſanguinem tranſmitteret, quod vt repugnans, Harueium deſtruit.

Quandoquidem quum ſupra ſępius dixerit & ſuſtineat, cor & arterias, ideo dilatari, quia replentur, non autem repleri, quia dilatantur: (falſum oſtendimus) propterea ſi quiſpiam bene valens ſuum arteriæ pulſum digiti tactu obſeruet, reperiet eamdem eodem & æque ſemper pulſare: Et quum pulſus Harueio, vt ſupra patuit, ex fluente, & deſcendente ſanguine ſit veluti in ſaccum & vtrem, motus (vt eius exemplis vtar) Igitur vt iſdem ſanguinis fluxus continuus, & in

Digitized by Google

eadem copia, ita & pulſus, quod fallit. Ex alia verò parte, quum ſanguinis delatores duo ſint Harueio veluti tabellarij;& Alter Arteria velut Numidio equo velociſſimo motu additis arteriæ diaſtolis & ſyſtolis calcaribus quàm ocyſſimè iter faciat. Alter verò (Vena) Cochleam aſcenſus nullo ſtimulante, vrgenteue lentiſſimè feſtinet, non video, quo modo cor totum ſanguinem Arterijs commiſſum, in illaſque immiſſum, & extra illas præterea in partes & vacua emiſſum & effuſum quam breuiſſimè & citiſſimè per Cochleę, (venæ) curſum eum recipere, & conſequi poſſit; Si verum eſt, quòd tantum viæ ſit à corde ad pedem, quantum à pede ad cor: ſed aliquandiu eo deſtitui, & ieiunare (Haruei Medici conſilio & oeconomia) cum pulmonibus & arterijs cogatur: & conſequenter modò plurimum, modò minus, nunc minimum, nunc fortaſſe nihil tranſmittet: quum tamen bene valës, vt diximus, eaſdem ſemper adamuſſim pulſus edat, vt etiam ægrotans frequentiores & celeriores nequaquam ex ſanguine, & conſequenter circulatio nulla. Adde, quod ſi vnico pulſu Cor tres drachmas (vt ſubducit) in Aortam & omnes arterias ſimul explodit; quo modo tam paruus ſimul & ſemel in omnibus arterijs pulſus perſentiri poſſit, non video, ſi rectè rationem ſubduxerim, quid in intermiſſione?

Certo exẽplo ab legatur.

Senſu quidem innoteſcit ex diſſecta arteria totum corporis ſanguinem effundi, non propterea ex ſanguinis circuitu, non à corde tranſmiſſo: ſed quia vnus totius conſenſus, conſpiratio vna eſt, vt Hippocrates dicebat: quoniam paruæ arteriæ (vt magna à ſplene) à venis per anaſtomoſim ſui nutriendi cauſa ſanguinem trahunt & mutuantur, (vt ſpiritum mutuant) quod Galenus docuit. Et præterea quia ſecta tunc etiam minima à magna, trahit & proinde totus ſãguis effunditur: quia ex apertione fluit, & fluenti ſuccedit: quia ex tractione & vi vacui rapitur: & quia tractus illico & immediatè exploditur: & ſic trahendo & ſucceſſiuè continuo expellendo breuiter totus euacuatur, totumque corpus exhauritur, non circulatione, non quia à corde tranſmittatur.

Contradi. 114. Senſu & experientia patet.

Quinimo id argumenti vim & perſtringit, & tollit, quando ex venarum inciſione à toto (vt in reuulſionibus viſitur) corpore ſanguis euacuatur, vt totus effundi poſſit, contra circulationis motum & modum potiſſimum ſi membrum in quo vena tunditur calida foueatur, quod in arteria non contingit, quum ſanguis tenuior & ſpiritnoſus, tum quia diaſtole & ſyſtole ſemper mouetur, (præter proprium ſanguinis exeuntis motum) & deturbetur. Valuulæ vt impedimento non ſunt quin ſanguis ad nutriendas partes deſcendat, & tranſeat, ſic nec obſtare poſſunt, quin exeat; ſed de Valuulis infra, vbi Author conſultò aget. Non inficiamur propterea quin ſanguinis ex arterijs effuſio ſit breuior, citior, impetuoſior dictas ob cauſas, vt patet.

Contradi. 115. Confirmatur.

Amplius non video quid ex hiſce admirabile, quod ipſe profitetur: quoniam iugularis arteria vtpote vas magnum & arteria maximo motu, magno calore, ſpirituum ſummo impulſu, ingenti vacui fuga ſtimulata: grandi Diaſtole aperta & expanſa, valida Syſtole ſingulis momentis expreſſa: Arteriarum corpus vnum recte totum corpus peragrãs profectò ocyſſimè inanitur. Venoſum itidem corpus vniuerſas corporis partes percurrent, & vnum vt arterioſum continuum recte, vt viſitur, vt pingitur, vtque ex qualibet aperta parte in ſingulo quoque membro totum certò eius corpus exinanitur: quia ambo ſimilia recta continua. Et vt Arteriæ per anaſtomoſim à venis ſui nutriendi cauſa ſanguinem trahũt vt Hippocrates, Galenus, & ceteri docent Sapientes; ſic vrgente vulneris neceſſitate Venæ poſtremò retrahunt & faciliùs ac prõptiùs, cum ob vrgentiam inquam, tum quoniam mutuatus ab arteria ſanguis calidior, tenuior, ab arteriarum motu redditus, à vitalibus ſpiritibus comitatus, ac impulſus citiùs reuocatus aduolãs, vacui etiam fuga, vulneris os petit, & egreditur: Et ſic citiùs arterioſum vas dictas ob cauſas inanitur ex

Contradi. 116.

iugu-

iugularis vaſis vulnere, etiam obliquo itinere, quod Harueio non facilè fieret: Quũ circulatione rectum, & quàmocyſſimum iter Harueio ſit à Caua ad Pulmones, ab hiſce per Arteriam Venalem ad Cor, & Aortam, non autem oblique ſurſum ad iugulum, ſed deorſum verſus inquam Arteriam magnam circulatio ſibi fieret de more facilimè & quàm citiſsimè, & conſequenter minimè obliquè ſurſum contra velociſsimum affluẽtem & pricipitantem raptum, vt ex Harueio, incredibilem ſtatuas. Quocirca non quid admirabile addiſcimus; ſed quid neceſſario ſimpliciter coactum conſequi videmus & experimur nequaquam ex circulatione de qua propterea non dubitamus, ſed commentum & fictum certum habemus.

Senſato exemplo Declaratur. Declaro ſenſato exemplo. Reſpiratio fit propter cor, idcirco niſi in perfectis, & calidioribus animalibus cõmunis ex Sapientum ſententia, nec alia ſcitur cauſa, redditurue ratio. At dum clauſo ore per nares inſpiramus aer in Tracheã ad Pulmones & Cor deſcẽſurus partim ad mammillares odoratus proceſſus aſcendit, immo ad cerebri ventriculos, quod nemo inficiatur; Vt Ventus per callem ſtans fluenſque apertas vndique portas ingreditur, quod nemo neſcit. Pari paſſu ſanguis ſeu ſpiritus fluens ſyſtolis vi & motu vbi exitum inuenit egreditur ſucceſsiue totus, non circulatione in circulo circuitu, ſed oblique extra circulum vbicunque & remotiſsimè æque ſurſum & deorſum, perinde ad latera dictis de cauſis Syſtolis vi in arteria. Vt in vena vacui fuga, & ſubſequenti fluxu ac motu: Vnde reuulſiones, quibus certò & ſenſus, experientia & ratio docent ad oppoſita retrahitur (nequaquam poſſet poſitis tale Naturę prohibenti circuitu, & vehementiſsimo affluenti ſanguinis præcipitanti motu) ſanguis, ſiſtitur illius motus & fluxus ſi ſecetur e.g. vena in crure ob vulnus in pectore in capite: & tamen Harueo circulario eſt magis & potiùs ſurſum à crure ad Cauam, Pulmones, ad pectus, à paruis ad maiora ad magna vaſa, non deorſum ad cutim & cutanea, ad quæ reuellitur. Bene nobis nutritionis gratia à maioribus à centro ad circumferentiam, ad remotiora minima nutrientia ſeu aſportantia vaſcula, à Caua, atque à Porta ad omnes ordine proximas vicinas, remotas, & extimas partes, & vno vt me expediam verbo, ac vnico vt adamuſſim exemplo agã, à Plantæ radice (Ariſtoteli & communiter plantæ corde (ad totius Plantæ partes, ramos, ramululos, ac folia alimenti ſubminiſtratio in quibus omnibus iſdem trahendi modus, eadem nutritionis ratio: quum tamen nihil vnquam viſum, auditumue ſit retrogradi à remotis ad Cor, Plantæ radices. *Exẽpl. ſenſato cõfirmatur.* Quam ob rem ſi excauentur, partimue radices denudentur, incolume planta, ipſæ emoriuntur & areſcunt alimenti ex defectu. In earumdem verò plantarum læſionibus, vt in exemplo permaneamus, ſi cutis earum cortex & rami partes ſecentur, ex vulneribus humores, reſinæ, therebentinæ, gummi, balſama, vt ex vitium potatione & ſimilium aquæ copia viſitur: non circuitu, ſed tractione partium ſuctu à fonte, à Caua in animali, e radice in Planta, non è contra. Quid plura? An Autopſia hæcce?

Et hinc verè & apertiſſimè obſeruabis, quam ob rem in Anatone ſanguinis plurimum in venis reperiatur, in arterijs verò minimum: multum in dextro ventriculo, parum in ſiniſtro: quoniam in his nutritio ſui, & generandorum ſpirituum gratia tantummodò, in illis, & ſui, & totius corporis (ſiniſtro ventriculo & arterijs à ſplene mutuatis dumtaxat exceptis) alendi cauſa: vt propterea non immeritò in arterijs ſolos ſpiritus totius vitæ gratia contineri Antiqui crediderint. Quod præterquam ex dictis, etiam in ſubitanea morte correptis luculentiſſimè, vbi Haruei obiectæ commentæ tenebræ locum non habent, obſeruabis & exploratum habebis. *Contradi. 117. Quare in venis plus ſanguinis in arterijs minimũ.*

Quod omni in ſanguinis hæmorrhagia citius corpus eo innanitum iri ait, quo magis, vehementiuſque arteriæ pulſent, manifeſtum eſt non ex ſanguinis circuitu; ſed quia ſanguis æſtuat, vbique ſpiritus celeriùs frequentiuſque totum peragat, *Contradi. 118.*

ſanguis

ſanguis promptior ad motum, ſi ex aperta vena, eo magis, ſi ex arteria: quia eo promptius & vehementius diaſtole (pauco alimento primata) rapitur; ſyſtole ſimiliter viciſſim reſpondenti vehemētiùs exploditur præter impulſum ſequentis calidi impellentis ad exitum tendentis ſanguinis ſenſatis etiam dictis rationibus maximè conſentaneis, & vrgentiori addita vacui fugua.

Contact. 119. Oppoſita aff runtur & enodantur. Qua de re in lipothymia ex improuiſo & ſubbito timore contra illius opinionem certior fies: quando tunc cor & arteriæ, ex eius ſententia ſanguine plenæ erant in ſaccum veluti & vtrem immiſſo, qui è corde (ſibi) egreſſus & ceu in vtre exiſtens egrederetur ingrediens venas cordi non compatientes, ſed ſuo fungentes (Harueio) offitio illicò traherent exinanirentur arteriæ, & tamen quia cordis ſyſtole infra non perueniț, non expellit arteria Harueio veluti nec vtris nec ſaccus motum habet, vt nec progreſſus, nec regreſſus detur. Cur igitur hic iam è corde egreſſus, & exploſus in lipothymia repentino ex timore illico pedem ſiſtit, e.g. in femore, in crure apertum verſus vas deſcēdens? Et tamen ex neceſſitate præcedenti ex detruſione deturbationeque & venarum attractione, & ſubinde depulſione ſequeretur, & afflictum cor ſuffocaret Harueio: quæ propterea, quia ex falſis & imaginatis deducuutur, non ſequuntur. Sed bene quia ad cor timore oppreſſum vitales ſpiritus confluūt omnes, vtque totum proinde ab ijs relictum corpus, & ijs deſtiturum algeat, nec ſtare poſſit, nec loqui quidem: quo in caſu, certò circulatio nulla, hœmorhagia nequidquam, ſicuti Lipothymia nihil Harueio, circuituiue conducat, ſed nobiſcum prorſus faciant omnia.

Contact. 120. Eccui dubium eſt, quòd mortuo animali, motu & vita deſtituto corde, & toto algeſcente, ex venis etiam ſectis, apertis arterijs vltra quartam ſanguinis partem elicere non poteris? quinimo nec huius dimidiatam partem. An id continget ex deficiente circulatione, & per ſe, vt dicunt? Etenim ex arcta brachij, cruriſue ligatura, vt ſanguinis & ſpiritus tranſitus tollatur, & conſequenter Harueio ſanguinis circuitus, & ex arteria, & ex vena ſanguis, & promptè & cito & copioſus educitur. An verò ex mortuo frigeſcente corpore ſanguis craſceſcens, obrigens, conglacianſque nullo cogente, nec etiam vi vacui vrgente non mouetur, nec è vaſe, & continente parte egreditur?

Vt demum hinc & ex hiſce venarum & arteriarum anaſtomoſibus talis poſitio nullibi ſit, nullo modo extet, & quam ob cauſam neminem hactenus, ſuper ea rectè quidquam dixiſſe, ſuſpicari liceat, vt ex vlterius diſquirendis luculentiùs innoteſcet. Contact. 121.

Primum ſuppoſitum de copia pertranſeuntis ſanguinis è venis in arterias, & eſſe ſanguinis circuitum ab obiectionibus vindicatur & experimentis vlterius confirmatur. Haruei. Cap. X.

HActenus primum ſuppoſitum confirmatum eſt, ſiue res ad calculum reuocetur, ſiue ad experimenta, & autopſiam referatur, videlicet: quod ſanguis pertranſeat in arterias maiori copia continuè; quam ab alimento ſuppeditari poſſit, ita vt tota maſſa breui ſpatio illac pertranſeunte, neceſſe ſit, vt circuitus fiat, & ſanguis regrediatur. Tactus 123. Pag. 46.

Verum ſi quis hic dicat, quod magna copia poſſit pertranſire & non neceſſe circuitum fieri, quin ab ea aſſumptis refarcire contingat, & exemplo eſſe lactis in mammis prouentus: vacca enim vna die lactis congios tres, vel quatuor, vel ſeptē, vel amplius reddit, mulier itidem duas vel tres heminas alendo infantem, vnum, vel duos ſingulis diebus præbet, quas ab aſſumptis reſtitui manifeſtum eſt. Reſpondendum quod cor, tantumdem, vel amplius, vna hora, vel altera, computatione facta, remittere conſter. Tactus 124.

Sin vero nondum perſuaſus, inſtaret, vſque dicendo, quod licet diſſecta arteria, quaſi data & aperta ūia præter naturam contingat ſanguinem cum impetu effundi; Tactus 125.

effundi; non tamen ita contingere integro corpore, & non dato exitu, & arterijs plenis, vel ſecundum naturam conſtitutis tantam copiam pertranſire, tam breui ſpatio, adeo, vt regreſſum fieri ſit neceſſe. Reſpondendum, quod ex antedicta computatione, ſubducta ratione, apparet; quantum cor repletum vlterius continet in ſua dilatatione quam in conſtrictione, tantumdem (maiori ex parte) ſingulis pulſationibus emitti, & proinde in tanta copia, pertranſire integro corpore, & ſecundum naturam conſtituto.

Tactus 126. Sed in ſerpentibus & piſcibus quibuſdam, ligando venas per aliquod ſpatium infra cor, videbis ſpatium inter ligaturam & cor valde cito inaniri, ita vt regredi ſanguinem (niſi autopſiam neges) aſſerere neceſſe habeas. Poſterius etiam idem clarè patebit in ſecundi ſuppoſiti confirmationem.

Tactus 127. Hæc omnia vno exemplo confirmãtes, concludamus, quo fidem oculis proprijs adhibere vnus quiſque poſſit, ſi anguem viuum diſſecuerit, videbit pluſquam per integram horam cor placide, diſtincte pulſare & ſe ſe tamquam vermem in conſtrictione (cum oblongum ſit) ſecundum longitudinem contrahere, propellere; in ſyſtole albidiori colore eſſe contra in Diaſtole; & reliqua pene omnia, quibus euidenter hanc veritatem confirmatum iri diximus (hic enim omnia longiora & diſtinctiora magis ſunt) ſed hoc peculiariter & luce clarius meridiana experiri licet. Vena caua partem inferiorem cordis ſubingreditur, exit arteria parte ſuperiori, iam comprehenſa, vena caua vel tenaculis, vel digito, & pollice. ſanguiniſque curſu intercepto, per aliquod ſpatium infra cor, videbis ex pulſu, ſtatim pene inaniri illam partem intra digitos & cor, ſanguine exhauſto à cordis pulſu, ſimul cor albidiori multo colore eſſe, etiam in dilatione ſua, & ob defectum ſanguinis minus eſſe & languidius tandem pulſare, ſic vt emori denique videatur.

Contra ſtatim ſoluta vena, color & magnitudo redeunt cordi; poſtea ſi relinquas venam, & arterias ſimiliter per aliquam diſtantiam à corde ligaueris, vel compreſſeris, videbis contra illas turgere, in parte comprehenſa vehementer, & cor vltra modum diſtẽdi purpureum colorem contrahere vſque ad liuorem, & tandem opprimi ſanguine, ſic vt ſuffocatum iri credas: ſoluto vero vinculo rurſus ad naturalem conſtitutionem in colore, magnitudine pulſu redire.

Ecce iam duo ſunt genera mortis, extinctio ob defectum & ſuffocatio ob copiam. hic ad oculos vtriuſque exemplum habere licet, & dictam veritatem autopſia in corde confirmare.

Vendicata nulla, experta caſſa, irritaque à Parisano oſtenduntur. Cap. X.

HVic capiti Vale diceremus, quoniã quum in poſitis commentis & imaginatis omnibus ſuperiùs pleno calamo reprobatis, innitatur, alio non eſſet opus reſponſo, nihilominus tamen, vt Naturæ quoque cauſam pro virili etiamſi exiliter & quaſi ieiune multa ob dicta agere poſſimus amplexatam ne diſerere videamur, hæc friuola obiecta euertemus, melius ſubducta ratione, ſagacius experti, & ad autopſiam relata ob oculoſque verſantia, non autopſia & viſu tantum, ſed accuratiùs, & animo magis præſenti, ac iudicio ſimul expendemus. *Contact. 123.*

De Congijs & hominis ſeu magna lactis materia in nutrientibus lactantibus muliere & vacca in mammas tranſeunte, nimis friuola obiectio eſt: quoniã quanta quanta illa ſit quantitas vtroque motus modo fieri poteſt, & communi, & Haruei ex ſententia, quando idem per diuerſa vaſa fiat. *Contact. 124.*

Aſt ſi vlteriùs & ſubtiliter magis exquiramus, Numquid in mammas ab arterijs effuſum ſanguinem venæ colligentes & ad cauam venarum omnium more deferentes, prægnationis verò tempore parum ante partum, & poſt eo munere deſtitutę nihil deferentes, nihil reportantes, intelligentiæ id muneris ſit, an rationis donum? *Subtil. Quaeſit.*

Ad hæc magni venarum rami, qui in

mamma-

mammarum partes diuiduntur,& diſperguntur in minimas capillares venas diffuſi quo tunc temporis alimento nutriuntur? non ſanguine in circulatione in venis peruento: quoniam eo loci non fit, venæ tunc non deferunt: ſupra recipere nequeunt, quia ſurſum & retrorſum cauam verſus circuitus fit, & ceteri omnes rami & ſibi & muneri ſuo conſulunt,non alijs, quam ob rem dicti mammarum venarum rami ad capillarium finem vſque fame morientur, niſi imaginatio commentis imaginatis præſto ſit, ſi modo iſtæc nutriant.

Contadi. 125. Subtil. quar. Multis ſupra etiam rationibus & experimentis ſanguinis circuitum reprobauimus, quemadmodum ſanguinem è pulmonibus per venoſam arteriam cor ingredi, atque magnam in arteriam tranſmitti: & conſequenter neceſſario talem in cor fluentis, & eiuſdem ex ſyſtole exploſi ſanguinis quantitatem: & inſuper deinceps præpoſterè prædictam ſupputationem, ſubductam rationem, vt quamplurimis infra, & continuò, atque in poſtremo potiſſimum capite reprobabuntur, vt omnia tandem vna cum puluiſculo verramus. Hoc autem diſectæ arteriæ exemplũ multoties propoſitum, & toties reprobatum, nullum facit negotium, nihilque probat. Violentus eſt effuſio, & præter naturam motus, non cordis, nec ex corde ſanguis; ſed partim ab Aorta ex ſplene, reliqui quod ineſt multarum arteriarum ex venarum anaſtomoſi, vt Galenus docet. *Cõtrariũ ſenſu um experimentum.* Adde contrarium experimentum & Autopſiam ex venæ in talo, in crure e.g. inciſione (potiſſimum ſi calida crus foueatur) totus effundetur corporis ſanguis.

Adde notandum ad rem, autopſiam; quum ſanguis è tali, è cruris diſſecta vena, fit ſanguis in extremo pede in pollice e.g. ab arterijs effuſus ſenſim poſtea à venululis collectus, exceptus, & ſurſum maius in vas ipſo diſſecto delatus & deferendus in cauam ad cor raptus; & iſte, inouam, ſurſum (Harueio) tractus & exploſus, raptus, ex diſſecta vena deorſum fluit promptè vehementerque fluit: quo modo igitur ibidẽ ſimul & ſemel & eiuſdem materiæ tractus, fluxus, raptus ſurſum, & deorſum? Si Circulatio rapidè raptim rapit ſurſum circulando: quo modo ex venæ ſectione lentus & tardus motus contra naturam, rapidè rapientem motum ſuperat?

Præterea copioſus iſte motus, ex ſecta vena egrediens ſanguis, non eſt totus ex venulis in extremo pede colligentibus effuſus ab arterijs, quando non tam cito colligunt, quemadmodum diſſecta vena aperto pleno ore effundit: ergo à ſuperioribus venis vaſis, ac etiam à caua. (Propterea Medici etiam à capite ſic reuellere tentant.) At ſi à Caua vena ſurſum inquam rapidiſſimè rapitur, & quà ſurſum raptus, quo modo deorſum non raptus, non exploſus (immo ſurſum velocius tendens) deorſum facillime fluit, & faciliùs deſcendit. Hæc ni fallor aperto Marte, Autopſia pugnant.

Nobis autem (ne quis argumentum retorqueat) quia totus ſanguis vbique quieſcit, & à partibus dumtaxat ſui nutriendi cauſa trahitur, propterea ſurſum, deorſum, & quoquouerſum ex apertione effluit vlla abſque repugnantia, inconuenientia, contrarietate, incongruitate. Sic arteriæ ſanguinem ſui nutriendi gratia trahunt, (Aorta tantummodo à ſplene) & à venis per anaſtomoſim apertis trahentibus oſcillis, quibus modis totus ſanguis diſſecta arteria effundi poteſt per Diaſtolem & Syſtolem: quo modo etiam diximus ex vena, niſi occludente trombo impediatur.

Nec ex ligatarum venarum infra cor ſanguinis inanitione ratiocinari, calculoſque ſubducere licet, ſanguinem ad Cor regredi, circulationem dari: quodque niſi admittamus illico inferas, nos Autopſiam negare: quoniam vbi etiam exiliter res ad viuum reſecandæ, & nouiter, ac denuò ad calculos reuocandæ (vt ſupra de cordis, arteriæ, ac auriculatum motibus) ſunt, potiſſimum in fallacibus hiſce exemplis, ac in obſcuris & imperfectis animalium membris cautiùs agendum, nec abſolutè ſemper & ſuperficie tenus Autopſiæ credendum ſtandumue, ſi certius ex- *Contadi. 126.* *Cautius agẽdum fuit.*

peri-

perimentum vna cum ipſa autopſia exploratius & ſecus doceat. e. g. remum in aqua intuitu fractum ſtatues, & tamen autopſia falſa; Si ambas cordis venas aſcendentem & deſcendentem arctè liges, cui dubium, quòd earum ſpatium prope cor valde cito inane reddetur? quia cor patiens excalſit, inflatur, vena in corde dilatatur, necnon coronariæ, venæ, eoque tunc propterea magis ſanguinẽ trahunt, ac vna cum cordis carne continente citiùs abſumunt aliunde non haurientes. Vera eſt Autopſia, quòd venę exhauriuntur, ſed falſa illatio: ergo ſit circuitus, niſi (inquit) autopſiam neges.

Comaſt. 127. Errores oſtenduntur. Nec ſequens exemplum id confirmat, quicquamue concludit, vtque eo nemo proprijs oculis fidem ſic adhibere poſſit, quando ſecus ſe ſe habeant omnia. Etenim anguis cor (quadruplici motu præditum (duplex Harueio ignotus) eſt, diaſtolis & ſyſtolis proprijs: & diaſtole & ſyſtole veſicæ) non contrahitur ſecundum longitudinem, quo modo conſtringitur ſyſtole; ſed ſecũdum latitudinem & ſphæricam figuram diaſtole propria ſuis nerueis fibris: non dilatatur vt vtris & ſaccus, ſicuti non ſemel reprobauimus. Ad rem ad exemplum, in ſyſtole Cor albidiore eſt colore, ſed in veſicam exploſo ſanguine, in fine ſcilicet ſyſtolis, conſtrictionis: vt etiam in principio diaſtolis, quando videlicet dilatatur contrahitur in orbem in ſphæricum ſurſum ſuum verſus principium, atque priuſquam veſica ſua ſyſtole mutuò à cordis ſyſtole acceptum ſanguinem remittat, quo poſtea tempore cor purpureum ex recepto ſanguine apparet in medio & fine ſcilicet ſuæ diaſtolis dilatationis, quemadmodum etiam ex eodem contento & amplexato, & eũdem explodens dum conſtringitur in ſyſtolis principio & medio, vt ſenſus ſentit, ratio ratum facit, Harueio adnotandum.

Exempla quidem clara, ſed recto ratiocinio nihil vrgent, nec quicquam probãt: immò cõtrarium rectè ſubducenti præſeferunt. Venæ cauæ pollice & indice, tenaculiſue comprehẽſæ intercepto ſanguine media pars inter cor & digitos tenaculiſue inanitur dictas iam ob cauſas, quia à corde ex partis conſenſu patiente, læſo trahitur, conſumiturque, vt à coronarijs cordis venis, eoque pauco ſtatim abſumpto, & exhauſta cordis dextra parte, albidiori colore afficitur, vt ex proprio conſenſu illico etiam ſiniſtra pars tum ex cordis radicibus, tum ex carnea parte, tum ex ambiente neruea membrana etiam languidiùs pulſet, & emori quoque videatur, & conſequenter ſanguine partim exhauſtum remiſſo motu minus is videatur ex magna recepta noxa, non ex intercepto ventriculo ſanguine aliunde ſubminiſtrato ab Aorta ex ſplene. Ec quid mirum poſtea, quod ſoluta vena; ablata noxa, demptis paſſione, triſti conſenſu, dolore, attracto in venas ſanguine in priſtinum quo ad omnia reuertatur?

Similiter compreſſas ſicque ligatas arterias in parte media turgere, cor vltra modum diſtendi, purpureum colorem contrahere ad liuorem vſque, & tandem ſanguine opprimi, vt ſuffocatum iri credas, quid mirum? Si proximiùs & vehementiùs lædatur; ſi propria eius functio violetur, tollatur, ſi illius præcipua pars offenditur arteria; Si ſpirituum copiam elaboratam quò tranſmittat non habeat, proinde violenter maximè patiatur, valde inflammetur, infletur, dilatetur, atque ſpirituum (non ſanguinis) in momẽta aucta ingenti copia ſuffocetur, crepareque cogatur, & conſequenter purpureum ad liuorem vſque, mirum in modum diſtendatur? Aſt ſoluto vinculo, paſſionis, læſionis ablata cauſa, illico exploſis ſyſtole ſpiritibus, caloris, inflammationis, extenſioniſque recedente cauſa, quid mirum in Anguilla cor viuere, & tunc melius ſe ſe habere? Meridiana hæc luce clariora, quid rectè ratiocinanti ad ſanguinis circuitum?

Secundum ſuppoſitum confirmatur. Haruei. Cap. XI.

SEcundum confirmãdum à nobis, quo clarius intuentibus appareat, annotanda ſunt experimenta quædam, ex quibus Pag. 41. Taſtus 127.

bus patet ſanguinem in quodcunque mēbrum per arterias ingredi, & per venas remeare, & arterias vaſa eſſe deferentia ſanguinem à corde, & venas vaſa, & vias eſſe regrediendi ſanguinis ad cor ipſum. Et quod in membris & extremitatibus ſanguis vel per Anaſtomoſim immediate, vel mediate per carnis poroſitates, vel vtroque modo trāſire ab arterijs in venas, ſicut ante in corde & thorace è venis in arterias: vnde in circuitu moueri illinc huc, & hinc illuc, e centro in extrema ſcilicet, & ab extremis rurſus ad centrum manifeſtum fiat.

Tactus 128. Poſtea quin etiam computatione facta ſimiliter, manifeſtum ibidem erit, de copia, quæ neque ab aſſumptis poſſit ſuppeditari, neque ad nutritionem neceſſario requiratur.

Tactus 129. Simul etiam de ligaturis manifeſtum erit, & quare ligaturæ attrahant, & quod neque calore, neque dolore, neque vi vacui, neque vlla ante hac cognita cauſa, & ſimiliter ligaturæ quam commoditatem & vſum afferre poſſint in medicina, & quo modo hœmorrhagiam ſupprimunt, & prouocant, & qua de cauſa gangrænæ & mortificationes membrorum inducūt, & ſic in caſtratione animalium quorundam, & tumorum carnoſorum & verrucarum exemptione vſui ſunt. Enimuero, quod nemo harum omnium cauſas & rationes rectè aſſequutus ſit, hinc factum eſt, vt omnes fere, ex antiquorum ſententia, in morbis curandis, proponant & cōſulant, ligaturas, pauci vero, recta earum adminiſtratione, curationibus ſuis aliquid adiumenti afferant.

Ligatura alia ſtricta eſt, alia mediocris.

Strictam ligaturam dico, cum ita arctè vndique conſtrictum membrum ſit faſcia, vel laqueo, vt vltra ipſam ligaturam nullibi arterias pulſare percipiatur, tali vtimur in membrorum exciſione fluxui ſanguinis proſpicientes; & tali etiam vtūtur in caſtratione animalium, & tumorum ablatione, qua ligatura a fluxu alimenti, & caloris omnino intercepto, tabeſcere, & emori teſticulos, atque ingentes ſarcoſes, & poſtea decidere videmus.

Mediocrem vero dico ligaturam, quæ vndique membrum comprimit, ſed citra dolorem, & ſic, vt vltra ligaturam aliquātulum arteriæ pulſare ſinat, qualis attractione, & in ſanguinis miſſione vſui eſt, nam licet ſupra cubitum fiat ligatura, tamen arterias in carpo aliquantulum pulſare tactu percipias, ſi recte in phlebotomia fiat ligatura.

Iam experimentum fiat in brachio *Tactus 130.*
hominis, vel adhibita faſcia quali in ſanguinis miſſione vtuntur; vel ipſius manus fortiore comprehenſione, quod quidem commodius ſit in macilento corpore, & cui venæ ſint ampliores, & quando (calefacto corpore) calent extrema, & maior quātitas ſanguinis in extremitatibus fuerit, & pulſus vehementiores: omnia enim ibi euidentiora apparebunt.

Facta itaque ſtricta ligatura quam arcte fieri poteſt vt quis cum ferat cōſtringendo, obſeruare licet primum. Quod vltra ligaturam videlicet verſus manum, non pulſabit in carpo, vel vſpiam arteria. Deinde, immediate ſupra ligaturam incipit arteria, altius ſuam Diaſtolem habere, & magis, & altius, & vehementius pulſare, & prope ipſam ligaturam, æſtuque quodam intumeſcit, ac ſi fluxum interceptum, & tranſitum inhibitum perrumpere, & reſerare conaretur: magiſque arteria, quam par ſit, ibi repleta apparet. Denique manus ſuum colorem retinebit, & conſtitutionem, ſolum tractu temporis refrigerari aliquantulum incipiet, nihil vero attrahitur in eam.

Poſtquam per aliquod ſpatium pertranſit iſta ligatura, de repente paululum ſoluatur in medriocrem, quali vt dixi in ſanguinis miſſione vtuntur: & obſeruandum.

Manum totam ſtatim colorari, & diſtendi, & eius venas tumidas, & varicoſas fieri; & ſpatio decem vel duodecim pulſationū illius arteriæ, multo ſāguine impulſo, atque impacto refertiſſimā manū cernes, & ab illa ligatura mediocri, multam copiam ſanguinis affatim attractam eſſe abſque dolore, vel calore, vel fuga vacui,

vel

vel vlla alia ante hac cõmemorata cauſa.

Tactus 131. Si quis diligenter in ipſo illius ſolutionis momento prope ligaturam digitum ad arteriam iam pulſantem applicauerit, quaſi ſubtus præter labentem ſanguinem ſentiet.

Tactus 132. Ipſe porro cuius in brachio fit experimentum ab ipſa ſolutione ligaturæ ſtrictæ in mediocrem, plana calorem, & ſanguinem, pulſu ingredienrem, quaſi ſemoto obſtaculo, illico ſentiet, & aliquid ſecundum ductum arteriarum, tanquam confeſtim inflatum & ſparſim per manum tranſmiſſum, percipiet & continuò calefieri manum & diſtendi.

Tactus 133. Quemadmodum in ſtricta ligatura, arteriæ ſupra ligaturam diſtendantur & pulſent, & non infra: ita hac mediocri contra, venæ infra ligaturam turgent & renitentes fiunt, ſupra vero nequaquam & arteriæ minores.

Tactus 134. Imo, ſi venas tumidas compreſſeris, (niſi valde fortiter) vix ſupra ligaturam, aut ſanguinem diffundi, aut venas diſtendi conſpicies.

Tactus 135. Ita ex his cuiuis diligentius obſeruanti, facile eſt noſcere, ſanguinem ingredi per arterias, ipſarum enim ſtricta ligatura nihil attrahitur, manus colorem ſeruat, nihil influit, neque fit diſtenſio: ipſis vero paulùlum ſolutis (vt in mediocri ligatura) vi & impulſu affatim ſanguinem intus trudi, manum tumidam fieri manifeſtum eſt, vbi ipſæ pulſant, ſcilicet, ſanguis profluit, vt mediocri ligatura in manu: vbi vero non, vt in ſtricta, nequaquam, niſi ſupra, ligaturam. Cum interim venis compreſſis, nihil per ipſas influere poteſt: cuius hoc eſt ſignum, quod infra ligaturam tumidiores multo ſunt, quam ſupra, & quam dempta ligatura ſolent eſſe, & quod compreſſæ, nihil ſuperioribus ſuggerunt ita, quod ligatura impediat regreſſum ſanguinis per venas ad ſuperiora, eaſque infra ligaturam tumidas faciat permanere, clare patet.

Arteriæ vero iuſta de cauſa, non obſtante mediocri ligatura, vi & impulſu cordis ab internis corporis partibus foras ultra ligaturam ſanguinem tradunt, & iſta eſt differentia ſtrictæ ligaturæ à mediocri, quod illa (ſtricta ligatura) non ſolum tranſitum ſanguinis in venis, ſed in atterijs intercipiat: hæc (quæ mediocris)' vim pulſificam, quo minus vltra ligaturam ſe exporrigat, ad extremaſque corporis partes propellat, ſanguinem non impediat.

Tactus 136. Adeo vt ſic ratiocinari liceat: mediocri ligatura cum venas turgidas diſtentas eſſe, & manum plurimo ſanguine impleri vidimus, vnde fit hoc? aut enim per venas, aut per arterias, aut per cœcas poroſitates infra ligaturam ſanguinis aduenit: è venis, non poteſt: per cęcos ductus, minus: ergo per arterias ſecundum quod dictum, neceſſe eſt: per venas influere non poſſe, patet; cum non exprimi retro ſanguinem contingat ſupra ligaturam, niſi ablata omni ligatura, quando ſubito omnes venas detumeſcere, & ſe ſe in ſuperiores partes exonerare, manum dealbari, & omne prius collectum & tumorem & ſanguinem affatim euaneſcere videtur.

Tactus 137. Amplius ſentiet ipſe, cui ita poſt multum ſpatium ligatum corpus aut brachiū erat & manus à tumidæ pauloque frigidiores inde redditæ, ſentiet (inquam) de ſolutione ligaturæ mediocris, frigidum quid ſurſum vſque ad cubitum, vel axillas obrepere, vna ſcilicet cum reuertente ſanguine, quem ego frigidi ſanguinis recurſum (poſt ſanguinis miſſionem) ad cor vſque (ſoluto vinculo) in cauſa fuiſſe lipothymiæ arbitrarer, quæ etiam robuſtis aliquando ſuperuenire vidimus, & maximè à ſolutione ligaturæ, quod vulgo dicunt a conuerſione ſanguinis.

Tactus 138. Præterea, cum ſtatim, à ſolutione ſtrictæ ligaturæ in mediocrem immiſſionem ſanguinis per arterias, continuo venas intumeſcere videmus infra ligaturam comprehenſas, non autem arterias; ſignum eſt & ſanguinem ab arterijs in venas & non contra permeare, & aut anaſtomoſim vaſorum eſſe, aut poroſitates carnis, & partium ſolidarum per vias ſanguini eſſe. Item ſignum eſt venas plurimas inter ſe ſe communicare, quod in ligatura mediocri (ſupra cubitum facta) multę attollũtur

ſimul & turgent: ex vna autẽ venula ſcalpello, exitu ſanguini dato, omnes ſtatim detumeſcunt & in illam vnam ſe ſe exonerantes ſubſidunt ſimul pene omnes.

Tactus 139. Hinc vnuſquiſque poteſt cauſas attractionis, quæ fit per ligaturas, & forſam omnis defluxionis cognoſcere, videlicet (quemadmodum in manu per iſtam ligaturam, quam dico mediocrem) compreſſæ ſunt venæ & ſanguis exire non poteſt. Itaque cum per arterias vi (ſcilicet cordis) impingitur, non potens exire inde vt repleatur, diſtendatur pars neceſſe eſt.

Tactus 140. Alias enim qui fieri poteſt? Calor & Dolor & vis vacui attrahunt quidem, ſed vt impleatur tantum pars, non vt diſtendatur, aut tumefiat vltra naturalem conſtitutionem, & ob infractum, & arcte impactum vi ſanguinem tã violenter, tam ſubito opprimatur, vt caro continui ſolutionem pati, & vaſa diſtrumpi cernantur, nuſquam hoc aut calore, aut dolore aut vi vacui fieri poſſe, credibile, aut demonſtrabile eſt.

Tactus 141. Inſuper & ligatura, contingit, attractionem fieri, abſque omni dolore, calore, aut illa vi vacui. Quod ſi a dolore aliquo accideret ſanguinem attrahi, quo modo ad cubitum, ligato brachio, infra ligaturam intumeſcunt, & manus, & digiti, & venæ varicoſæ? cum propter ligaturæ compreſſionem eo peruenire ſanguis per venas non poteſt; atque quare ſupra ligaturam, neque tumoris, aut repletionis ſignum, neque venarum turgeſcentię, neque omnino attractionis, aut affluxus veſtigium appareat.

Tactus 142. Sed attractionis infra ligaturam, & tumefactionis vltra naturæ modum, in manu, & digitis, hæc cauſa manifeſta; nempe, quod ſanguis cum impetu, & affatim ingrediatur, exire, vero nequeat. An illa vero omnis tumoris cauſa (vt eſt apud Auic.) & omnis redundantiæ opprimẽtis in parte? quia viæ ingreſſus apertæ, egreſſus clauſæ, vnde abundare, & in tumorem attolli neceſſe eſt.

An hinc etiam contingat in tuberculis inflamatorijs, quod quouſque tumor incrementum capeſcit, & nõ ſit in vltimo ſtatu, ſentitur eo loci pulſus plenus, præſertim calidioribus tumoribus, in quibus incrementum de repente fieri ſolet, ſed hæc poſterioris diſquiſitionis ſunt, vti an etiam hic contingat, quod in me ipſo caſu expertus ſum. Ego è curru delapſus aliquando fronte percuſſus, quo loco arteriç ramulus a temporibus prorepit, ſtatim ab ipſa percuſſione, ſpatio fere viginti pulſationum tumorẽ ovi magnitudine, abſque vel calore, vel multo dolore, paſſus ſum, propter videlicet arteriæ vicinitatem, in locum contuſum: ſanguis affatim; magis & velocius impingebatur.

Hinc vero apparet, qua de cauſa in *Tactus* phlebotomia, quando longius proſilire & *143.* maiori impetu exire volumus, ſupra ſectionem ligamus, non infra; quod ſi per venas inde effluerent tanta copia à partibus ſuperioribus, ligatura alia non modo non adiuuaret, ſed impediret, & enim inferius ligandum veriſimilius erat, quo ſanguis inhibitus vberius exeat, ſi ex partibus ſuperioribus eo per venas deſcendens per venas emanaret: ſed cum aliunde per arterias impellitur in venas inferiores, in quibus regreſſus per ligaturam præpeditur, venæ turgent, & diſtentæ ipſum maiori impetu per orificium elidere, & longius eijcere poſſunt, ſoluta vero ligatura, viaque regreſſus aperta, ecce non amplius, niſi guttatim decidit, & quod omnes norunt, ſi vel vinculum ſolueris in adminiſtranda plobotoma, vel infra ligaueris vel ſtricta nimis ligatura, membrum conſtrinxeris, tum ſanguis abſque impetu exit; Quia ſcilicet via ingreſſus & influxus ſanguinis per intercepta eſt. ſtricta illa ligatura arteriarum, aut regreſſus liberior datur per venas ligatura ſoluta.

Secundi ſuppoſiti verè ſuppoſiti & reprobati confirmationes ablegantur.
Pariſani Cap. XI.

IN primis hic præpoſterum ordinem *Contaſt.* omnia euertentem recipere nequi- *127.* mus, vt nec ſupra potuimus, non quia *Plurima* Antiquos omnes, Sapientes dico, & cum *exponun-tur.*

ratio-

ratione loquentes, (hoc ponderandum) quibus proinde ſtandum fuit, reprobat; Sed quòd Diuinæ Naturæ optimum ordinem, egregiam œconomiam, eximiam ſapientiam, & demonſtrantes quinetiam effectus abneget, & de medio tollat. Quæ non ſolùm imperet omnia corporis membra ſuum ſuapte natura cõcreditum penſum abſoluere aliter, diuerſimodeque ac membra alia, aliæue partes, neue perinde & eodem modo velociter, ſeriùſue ac alia, neue æque eodem & ſimili alimento ali, ac aliæ partes nutriuntur: Sed abſolutè omnia ſui gratia tantummodò agere, officialia quin etiam, quæ licet alijs inſeruiant ignoto tamen fine ſibi agunt & operantur, & per ſe ac primò, niſi vt priuatæ partes vno ſolummodò muneri dicatæ, pluribus non incumbunt: ſecundariò (vt dicunt) & veluti ex accidenti alijs, Naturæ fine.

Præterea vt præcipua & officialia mẽbra viciſſim agant, & ſibi mutuò præſto ſint, & proinde vnumquodque eorum ſua propria inſtrumenta ſibi dumtaxat inſeruientia, obedientiaque, non alijs, quibus ſuum quodque tale membrum ſuum penſum & munus peragat. Hæcque vlteriùs inſtrumenta ſui proprij fontis proprio liquore humore primo vtantur fruantur: affluentem verò & ſuperfluum ad alia deferunt, & ita ſuo dumtaxat muneri fungantur mutuantia & mutuò recipientia, ſibi primò, alijs deinde conſulentia, vt optima ex Naturæ œconomia, prouidentia, & ſummo ordine vbique viſitur: atque omnium inductione patet.

Enimuerò à primo fonte Iecinore ſanguinem primum totius (propria ventriculi tunica, vt ſuo loco monſtrauimus excepta) alimentum Vena Caua trahit, à qua magni rami, à quibus minores, minimi, à quibus in omnes partes diſſeminatis totum corpus allicit; prolectat, rapitque, vt eo alatur, reſtauretur. Haruejo, mirum, nulla pars.

Cor mutuato à liene media Aorta ſanguine (vt paruæ arteriæ à venis per anaſtomoſin) nutritur, & ſuperfluum ſuo munere dicto modo fungens, in vitalemque ſpiritum verſum Aortæ & ceteris arterijs toti deferendum ad ſeruandam & producendam vitam committit: quam ob cauſam arteriæ eo ſibi primùm conſulentes, in ſe ſe vero ſuperfluos exploſos, & receptos ſpiritus, ceteris poſtmodum corporis partibus deferunt; Vt illinc inſtauratio: hinc vitæ conſeruatio & productio.

Cerebrum à venis alimentum, ab arterijs ſpiritum, eo vt nutriatur, trahit: hunc prolectat & allicit in animalem ſpiritum vertendum, ſuas vt præſtantiores partes gerat, ſuperfluum neruis ſui partibus, ſuiſque inſtrumentis mandet præſtantioris vitæ cauſa, ſenſus, & motus, qui in cutim, membranas, tendines, ac muſculos hiſce medijs ſentientes & mouentes partes deferant, & ſimul vtrumque munus exerceant.

Teſtes ſanguinem & ſpiritus à venis, arterijs, neruiſque conſequuti naturales ſpiritus procreant toti indiuiduo (milla nunc ad ſpeciem neceſſitate) robori maximè facientes, vt in gallo gallinaceo reſpectu caponis, in tauro caſtrati bouis reſpectu viſitur. Qui teſtes, vt inferioribus vaſis ſemen deferentibus & ſeruantibus ſpeciei potiſſimum conſulunt; ita ſuperioribus indiuiduo quoque ſuppetias ferunt. Et ita Natura plures ſummo ordine fontes conſtituit, munera ijs diuerſa ſtatuit, alia organa parat, ijſque varias actiones, imparesque vſus diſtribuit; vt vnumquodque ab alijs aliud & diſpar ſibi vni tantummodò conſulat, & vnumquodque prout decet, ac requiritur alia dignitate, atque alio munere gaudeat: alia actione vſuque dignetur: alia præſtantiori vita: alio itidem alimento vtatur fruatur.

Vt quemadmodum nec decens, nec decorum eſt eodem alimento cibo potuque Rex alatur, ac eiuſdem verna, ſeruus, baiulus, velaturam faciens, ruſticus: Ita proinde perinde nec cerebrum, cor, oculus, &c. ac os, cartilago, ligamẽtum, glandula &c. nutriantur.

Naturæ optimæ œconomiæ repugnãs

quod ex venoſi, arterialis ſanguinis puri & impuri, ſubtilis ac craſſi, cocti & crudi, bilioſi, pituitoſi, melancolici, atque atrabilaris, ſpiritusque miſcella in contentorum humorum & ſpirituum vaſis, quæ incongrua, indecentia, atque optimo, eximioque ordini ac rationi repugnantia, necnon ipſo quoque ſenſui: quod experimento, inquam, autopſia intuitu demonſtratur.

Etenim in Embryone quando & vbi eius cor non mouetur, & propterea ac cõſequenter nec pulmones ventilent, nec proinde reſpiratio fiat, vt nec fieri poſſe conſtat, & deinceps nec ſanguinis circuitus: tũc temporis ab vmbelicalibus venis & Iecur, & Vena Caua (& Cor) à qua maiores, mediocres, minores, atque minimæ & ſibi, & totum per corpus diſſeminatæ trahũt, & effundunt venoſum, imaginato abſque circuitu, ſanguinem. Quã ob rem deinde in lucem poſt egreſſum omnia peruertantur, & ſecus ac præpoſterè talia Haruei imaginata fiant, imaginatione non aſſequimur.

Contrad. 141. Si ex aſſumptis in dies animal viuit, & conſequenter eadem aſſumptorum copia ſimpliciter neceſſaria requiratur, non video, quo modo abſque circulatione ſuppeditari nequeat: quinimo quãdoque ſuperflua copia & quãtitas ſanguinis ſit, vt in Arletis. Et ſi alimenti tantumdem ad vniuerſum nutriendum corpus ſtato tempore requiritur, quantum in proprio penu Vena Caua experitũ reperitur, à quo fonte deinceps eius rami & ramuli ſibi ac ad corporis partes omnes perpetuò temporì & opportunè ad ſatietatem trahunt, ac deferunt, vt in Embryone liquet, vana ac caſſa ſupputatio, fruſtra circulatio. *Experiẽtia patet.*

Contrad. 139. Quod membri ligaturæ ſtrictæ ob dolorem & calorem humores non attrahãt, quotidianæ experientiæ repugnat, vt ex humoris confluxu inflationes & inflammationes ſuper ligatura appareant, vt quandoque gangrena (quæ docente Galeno, media eſt inter magnam inflammationem & ſiderationem) ſubſequatur. Vnde optimè Medici ijs ad reuellendum vtuntur docente ratione, ſenſu & experimento probantibus, ſicuti frictionibus, rubrificantibus picationibus ſinapiſmis, & veſicantibus medicamentis, medijs ſcilicet moleſtia, calore, dolore. In mediocri itidem ligatura notum ſatis eſt, quoniam ſanguis impetu, ſoluta paululũ ligatura, deſcendit (ex præcedenti moleſtia, calore dolore iam ad fores) & copioſus egreditur, non ſine dolore (vnde patientes lamentantur) vt ſæpe ſæpius, niſi iterum ſtringant, obſeruabis. Quòd ſi ex circuitu ſanguis (e.g. in brachio) aſcenderet, ligatura ſanguinem omnino ſiſteret, & egreſſui impedimento eſſet. Sed quum nemo huius cauſas & rationes aſſequutus ſit, docente Harueio, & deinceps neque nos, pergamus audituri. *Experimẽta docent.*

Interim obſequamur, & fiat Harueio experimentum, vt præcipit, &c. Contrad. 140.

Ex ſtricta & valde arcta ligatura (inquit) pulſus in carpo non perſentietur, » P. 49.
quoniam nec arteria tranſmittit, poſt aliquod (facta arcta ligatura) temporis ſpatiũ, ſtricta, inquit, ligatura paulùlum ſoluatur in mediocrẽ, vt in ſanguinis miſſione vtuntur tunc obſeruabis, addit, manũ totam ſtatim colorari, & diſtendi, & eius venas tumidas & varicoſas fieri, vt ſpatio decem, vel duodecim pulſationum illius arteriæ, multo ſanguine impulſo atque impacto refertiſſimam manum cernes, & ab illa ligatura mediocri multam copiam ſanguinis affatim attractum eſſe abſque dolore, vel calore, vel fuga vacui, vel vlla alia ante hac commemorata cauſa. »

Perquam bellè & belliſſimè Harueius iure ſuo ratiocinatur, aſt nihil probat, perſuadetque nobis ſaltem, ſed benè fallere ſuauiter conatur ab arcta & ſtricta ad mediocrem ligaturam pertranſiens; quum à ſtricta ligatura & dolor & calor prius fiãt, vnde humorum fluxio & attractio ad vinculũ: à cuius arctæ ſolutione certò non dolor: ergo & ex ipſa & poſt ipſam, & ab ipſa multa ſanguinis copia affatim tracta eſt abſque dolore calore, &c. proximè immediatè verum, At mediatè falſum. Non ſequitur, quia à priori *Experiẽtijs innoteſcunt.*

ar-

arcta ſtricta vinctione, dolore & calore ſuper ipſam facta eſt fluxio, & ſanguinis attractio: qui paululum arcta remiſſa ſoluta vinctione, repente admiſſo ingreſſu & fluxione deſcendit. Vt pateat, quòd ſine arcta præcedenti ligatura ex qua calor, dolor, vt ſupra ipſam prius, ſic nec poſt infra (ea ſoluta) fluxiſſet deſcendiſſetque.

Ceterùm hîc ab Haruеio quærerem, ſi à mediocri ligatura ſanguinis copia deorſum à brachio manum verſus fluxa & tracta & contenta inibi eſt (vt fatetur) ſanguinis magna copia (ſtante ligatura) in venas, quo modo ſanguinis circuitus, ſurſum verſus? Non dicat Haruеius ſubterfugiendi ſtudio, ex ſupra ligatura in arterijs exiſtenti immiſſo: quoniam vt arteriæ, ſic & venæ ſupra plenæ, & illicò ac repentè remiſſa ſoluta parum ligatura ſanguis (vt ipſa in ſanguinis effuſione ex ſecta vena viſitur) copioſus & impetu effluit: & ſic è veſtigio deorſum fluxus, non ſurſum ſanguinis circuitus; quod euidentius colliges, ſi pollicis pedis vena ſecetur, quo loci vulnus non ab arteria ibi in vacua effundente, (vt Haruеius putat) nec à digito infra tantum ſanguinis: ergo neceſſario à ſuperioribus. & ſic nullus fugæ locus.

Contrad. 131. Fallitur. Quòd illico ac è veſtigio ex remiſſa ligatura per inflatam tumidamque arteriam deſcendere appoſito ei digito perſentitur eſt ſpirituum copia, vt perpetuò in pulſu tactu percipitur. Non inficior tamen, quin ſanguinis portio ſui nutriendi cauſa attracti contineatur, & conſequenter fortaſſe inferiores indigentes in arteriolas tranſmittatur.

Contrad. 132. Cōfirmatur. Vt dubio procul ipſe quoque patiens remiſſa arcta vinctione admiſſoque proinde copioſo arteriæ ſpiritu, venæque ſanguine, & humores & ſpiritus, & partis calorem, & manum calefieri, & diſtendi percipiet vlla abſque controuerſia; ſed quid tum?

Contrad. 133. Rata ſiunt. Profectò ex ſtricta ligatura etiam arteriæ vt ſupra vinctę infra pulſare nequeūt, ita ſupra ex plurimo collecto & influxo tranſmiſſoque ſpiritu violenter inflante pulſant: remiſſa arcta vinctione ſupra amplius non turgent, quia ſuperfluus ſpiritus in brachij & manus arterias ijs exhauſtas & vacuas deſcendit, vt conſueto etiam motu. Venæ infra ligaturam turgent & renitentes ſiūt, quia permiſſo deſcenſu & trāſitu præcedenti ex arcto conſtrictionis motu dolore & calore, præſenti ſuper ligaturam cōfluxo ſanguine violenter ac impetu replentur, ſupra ligaturam nequaquam, vt ibidem arteriæ minores: ita ratio dictat, ſic neceſſitas poſtulat, vt ſi exhauriantur, inanes fiant ac remaneant. Hæc rationi maximè conſentanea: quam ob rem, quid inde?

Eapropter etiamſi tumidas repletas venas cum Haruеio comprimamus (niſi etiam valde, inquit, fortiter) vix ſupra ligaturam, aut ſanguinem diffundi, aut venas diſtendi conſpicies. Optimè omnia, vt nil melius, veriuſque: quia ſcilicet ligatura, & ſi mediocris, regreſſum ſurſum præter naturam impedit: quia inferiores venæ ſui gratia traxerunt, quia eo egent: quia brachij dictarum venarum ſuperiores partes plenæ ſunt & tranſmittentes: & quia fluxus eſt deorſum, & conſequenter ipſum aduerſus omnia: quia venarum quoque ſanguinis fluxus deorſum verſus ſit, non ſurſum ad cauam, ad cor, & deinceps nequaquam ſanguinis ad cor circuitus. Contrad. 134. Aſſeuerantur.

Iam hactenus admiſimus arcta ex ligatura nihil ab arteria, nihil à vena infra deſcendere, ſed ſupra partem inflari tumidamque fieri, & arterias pulſare, atque venas compreſſas neque ſurſum ob ligaturam quicquam ſuggerere, neque deorſum ſanguinis quicquam recipere poſſe, proinde & tumidiores quàm ſupra, & quam poſtea remiſſa ſit ligatura extare. Contrad 135.

Sed quod poſtea in mediocri ligatura cordis impulſu tranſitus fiat, & infra ligaturam arteriæ ſanguis tradatur, (& inter ſtrictam & mediocrem ligaturam differentia hæc Haruеio eſto) vt arteriæ ſicuti ſupra, ita infra ligaturam pulſus ſentiatur, venarum verò ſanguis infra deſcendere tūc nequeat, Hoc Haruеio omnino Haruei experimētū nō cogit.

nino inficiamur: quoniam ſi per ligaturam arteriæ eleuatio pulſus admittitur, & conſequenter ſanguinis (nos dicemus ſpiritus) deſcenſus admittitur: Ergo & tanta abſque venæ eleuatione dilatatione que vt de arteria tactu percepta ſanguis deſcenſus dabitur; vt ſi de quo magis, & de quo minus, patet.

Contrad. 136. Dilucidè eſt: nauantur. Vt ratiocinari non liceat in mediocri ligatura turgentes venas nec retro ſupra ligaturam ſanguinem exprimere poſſe, quod non ex ligatura per ſe & primò, ſed ex accidenti quatenus ligatura dolore & calore ſanguinem ſuper vinctionem allexit, traxitque, vt ſic ſanguine plenæ ac etiam fluente regreſſum non admittant, & coactæ, niſi omnino cauſa & impedimentum tollatur, ligatura ſcilicet quòd nimis turgeant, non eſt ex nimio ſanguine, vt ratio docere facilè poteſt, quoniam ſubitam poſt factam ligaturam non plus ſanguinis quàm antea continent, ſed tantumdem: Verùm ex violenta id ligatura contingit, quatenus valuulæ aſcenſæ ex ligatura ſanguine nimis repletæ & dilatatæ impedimento ſunt, quominus deſcendat, vt infra ſuo loco. Quocirca quum infert, ſanguinem non è venis infra in manum, minus per cœcos meatus deſcendere: ergo per arterias, Hoc inficias imus, & aſſerimus ſenſu & ratione per venas & cœcos per eaſumdem ductus in mediocri ligatura. Quod ſenſu, inquam, patet, quoniam vt in ſtricta ligatura, aperta vena non effundit, ſic remiſſa copiosè & longiùs, quia deſcendit. Ratione, quia vt ablata ligatura venæ ſanguis (non ſurſum, vt Harueius exiſtimat) remiſſis & contractis in ſe ſe valuulis deſcendit, & proprios per meatus & per cœcos ductus infra, & in manus ramulos ſemi exhauſtos diſtribuitur, vt etiam per anaſtomoſim in arterias. Arteriæ verò non ſanguinem, ſed ſpiritus effundunt & præſtant: vnde vita & calor influens.

Ea propter vt brachium, ſeu eius venę arctam ante vinctionẽ ſuperfluo ſanguine prædita non ſunt, proindeque non plenæ nec turgentes viſuntur, & poſt ſtrictam ligaturam nihil penitus deſcendat ſuperfluum non continent, nec eo affluũt quidem: quinimo dum arctè ligatum permanet brachium ſanguinis copia decreſcit & conſumitur in brachij nutritione, vt ei alia deſcendentis ſanguinis portione opus ſit, vt continuò maiori egeret, ſi diutius arcta vinctione brachium & venæ opprimerentur: tantum abeſt, vt ablato ligiculo venæ in ſuperiores partes (Harueius ait) ſe ſe exonerent, vt cuique rectè ratiocinanti meridiana luce clarius eſſe poſſit, & conſequenter ex alto ruere Haruei Ducẽ Achillem. vt ſupra in 130. pollici ſcilicet venæ ſect. exemplo patet) Dealbatur poſtea manus ablatis dolore, calore, remiſſis, contractiſque in ſe ſe valuulis (arctam ob ligaturam, dolorem, calorem aſcenſi ſanguinis deſcenſum impedientibus, vnde venatum turgentia) proprios infra in meatus reuerſo ſanguine, & euaneſcentibus rubore & vaporibus ex violentia per cutim expanſis.

Neque rationi conſentaneum (quod ait) diuturnam brachij arctam conſtrictionem patientem, ob idque ex frigida reddita manu de mediocris ligaturæ ſolutione frigidum quid ſurſum ad cubitũ axillaſque vſque obrepere, perſentire, vena ſcilicet, inquit, cũ reuertẽte ſanguine, quem, ait, frigidi ſanguinis recurſũ (poſt ſanguinis miſſionem) ad cor vſque (ſoluto vinculo) in cauſa fuiſſe Lipothymiæ, arbitrarer; ſed eſt imaginatum ad probandum & confirmandum commentum creditum. Enimuerò poſito vano circuitu, quo modo poſt ſanguinis miſſionẽ, poſt frigidam, è brachij arcta conſtrictione ablato vinclo redditam manũ, frigidi ſanguinis recurſus dabitur? An in venis ſanguis frigidus craſeſcens, grumeſcens, ad motum ineptus nullo cogente, vehemente, explodente, rapiente, trahenteue ſurſum quàm ocyſſime Haruei arbitratu cor peter? Nos profectò imaginatione non aſſequimur. Sic quibus pedes (quo loci, in extremitates ſcilicet arteriarum ſanguis effunditur à venis colligendus, aſportandus, circulandus.) algent & conglaciant, ij ex Harueio Lipothymia perirent, facileue afficerentur. Ego benè *Contrad. 137. Improbãtur.*

cre-

crederem, quòd ex nimis arcto brachij ligaculo vinclo manus poſt diſſipatos & abſumptos (non omnino) vitales ſpiritus, & partim ſuffocatum calorem frigeſcens ex ligaminis ſolutione & vitalium ſpirituum copiæ acceſſu, egreſſu & mora primum magis excaleſcat, poſtea proximæ & vicinæ partes, & demum cubitus ex ſpiritibus & calore adauctis, non autem ſanguinem frigidum aſcendere, perſentirique, quo modo quæſo iſtæc?

Contact. 138. Porro ex arcti vincli remotione ſimulatque arteriæ ibidem motus & dilatatio admittitur, ita & affluentis ſanguinis ſuper ligaturam proximas in venas infra fluxus permittitur, quo illico venæ replētur ac intumeſcunt, à quibus poſtea & arteriæ (non contra) per vaſorum anaſtomoſim ſui pro nutritione mutuantur, quemadmodum & inferiores venarum ramuli ſuperioribus retis inſtar coniuncti eo replentur, quemadmodum ex vno ſecto detumeſcere & ſubſidere viſuntur omnes, vt ex venarum fabrica dilucidius ſpectabis.

Contact. 139. Obiecta expenduntur & ſoluuntur. Hinc profecto (fateor) vnuſquiſque attractionis cauſas, quæ per ligaturas fit, & fluxionis etiam cognoſcere poteſt, ſed ſecus, ac alias, quas Harueius conſtituit. Quandoquidem ex remiſſo vinculo ſanguinis deſcenſus infra ligaturam permittitur, aſcenſus ſupra non, quia ſuperiores venæ ex eiſdem arcta ligatura, dolore, calore, defluxo plenæ infra tranſmittunt, vnde inferiores & ligaturæ proximæ (non remotæ, quod ex Harueio contingeret) primo & immediatè, remiſſo ligamine recipiunt: & quia earum valuulæ eaſdem per cauſas, arctæ ligaturæ, doloris, caloris, ex aſcenſi ſanguinis, ſanguineique vaporis copia ab interioris brachij parte & manu dilatatæ, & expanſæ ſunt, atque ſanguini infra, (ſtante adhuc violentia & impedimēto medioctis ligaturæ) ſanguinis deſcenſum inquam, manum verſus impediunt, quod maximè notandū, *De Valuulis notatu dū ad dirimendā litem.* quippe omnes de medio ſcopulos, ſyrtes, tenebraſque tollat, luculentumque iter reddat. Propterea iam plenæ ſuperiores venæ, infra (inquam) ſed propè ligaturam, alium infra miſſum recipientes (nequaquam ab arterijs) neceſſario intumeſcunt & turgent. Dempta poſtmodum omni ligatura, & omnibus ablatis moleſtijs, doloris, caloris, & conſequenter liuoris, ruboriſue valuulæ contrahuntur, ſanguis liberè in vacuas ferè conſtrictas venas deſcendit, & omnia ſecūdum naturam pacata tranquillaque redduntur.

Vt dilucidè pateat tales exceſſus non à dolore calore, & vi vacui tantummodò fieri; ſed ab arcta primùm ligatura, poſt remiſſa, mox à dictis neceſſario conſequentibus. *Contact. 140.*

Etenim ex ligatura attractio certè non ijs abſque, verùm ſecundum magis & minus: quo modo autem infra cubitum intumeſcant venæ, ſatis ſuperque patet, quemadmodum & quam ob rem manus & digiti venę varicoſę, ſi dicta rectè ad calculos reuocentur: quoniam ad læſam dolentem partem ſpiritus & ſanguis vndique confluunt, (vnde reuulſiones, auerſiones, deriuationes) & deinceps vt deorſum, ſic ſurſum & dolore, & calore, & vi vacui intumeſcunt, & turgentes à valuulis, donec omnia tranquilla reddantur, conſeruantur. *Contact. 141.*

Supra ligaturam verò ideo nec tumoris repletionis venæ turgeſcentiæ, neque ſanguinis attractionis, affluxuſue viſitur: quia ſuperior pars non patitur, non vincitur vt ſanguinem claudat, vt venæ turgeant, ſed ſanguine replentur dumtaxat, qui nec vi cohibeatur, inibique contineatur.

In tumorem præter naturam generatione aliæ concurrunt cauſæ; ſed quia nihil ad rem, miſſæ fiant.

Cauſa autem ob quam in venæ ſectione pars ſuperior membri, & ſecundi vaſis vincitur, eſt, vt vas turgeat & rectiùs faciliùſque inde ſectio adminiſtretur, & dictas ob cauſas quia ſanguis in venis ſuapte natura nec aſcendit, nec deſcendit (niſi qua grauis hinc valuulæ impedimento) nec vllo modo mouetur, niſi quà iocinori procreanti ſuperfluus in Cauam venam exploditur, à qua omnes venæ *Contact. 142.*

tra-

Digitized by Google

trahunt; ſed quia huiuſmodi vaſorum tractio tarda eſt, & lenta, quia vaſa ſanguine ſemper referta, ſanguis continuus in venis, & nutritio fit in tempore: propterea ſecta vena abſque ligatura guttatim egreditur, quia nulla vi (niſi vacui) fluit, expellitur, trahitur; vt circulationis
Circuitus vanitas. vanitas hinc etiam manifeſtè pateat, quia rapidiſſimè flueret, quod in arteriæ punctione confirmatur: vnde maximum imminens mortis periculum, & magna ſiſtendi fluxionem difficultas: quæ etiam ex venæ ſectione neceſſario ſequerentur poſita Circulatione: quum tamen res, inquam, ſecus ſe ſe habeat, & nullus ſit ſanguini motus; Vt ipſum propterea educamus venæ ſectione Naturam ſtimulare excitareque ligatura ſectæ parti non infra, ſed ſupra adhibita cogimur, ſupra, quia ſanguis ſupra à fonte deſcendit aſcenditue & trahitur, vt ligatura à fonte, à Caua trahat, vt à parte læſa dolenti, à fonte trahi poſſit, dolore, calore, vacui fuga: à fonteque ijſdem de cauſis & fluere & explodi poſſit; Vt ligatura inter vas ſectum punctum, & ipſius ſanguinis fon-
Notādũ item dirimens. tem Cauam ſit ſemper. Ea propter ſi in manu, brachio, pede, thalo, poplite, ſupra ligatura, infra venæ ſectio fit. Si in capite ſecanda, non ſupra ligatura, ſed infra, collum ſcilicet obſtringitur, ſupra in fronte vena ſecatur, & ita ligatura media, inquam, inter vas ſecandum & fontem tranſmittentem & expellentem, Alia ratio eſt ligaturæ in ſuperiori parte factę dictas præter cauſas ſtimulantes trahenteſque, vt vas ſectum mediocri ligatura aliquantulum anguſtetur, vt deſuper tranſmiſſus tractus (dolore, calore, vacui fuga) exploſus fluens copioſus ſanguis ſubſequens validiùs vehementiùſque foramen ingreſſum ſanguinem vehat, impellatque, vnde longiùs proſilit, & ſemper manum verſus deorſum, non ſurſum humerum verſus, vt oporteret, ſi ſurſum circularet, Cuius contrarium foret, inquã, lex circulatione, in qua ſanguis in extremis membris, e. g. pede, manu, ab arterijs venas ingreditur & ſurſũ tendit Harueio, vt contra in capite. Quæ vt meridiana luce clariora, omnem etiam de medio vmbram tollunt.

Eſſe ſanguinis circuitum ex ſecundo ſuppoſito confirmato. Haruei. Cap. XII.

HEc cum ita ſint conſtat confirmatum iri etiam aliud, quod antea *Pag. 53. Tactus 143.* per cor continuo ſanguinem tranſire dicebam: videmus enim ab arterijs ſanguinem in venas dimanare, non è venis in arterias: videmus inſuper, vel penè totam maſſam ſanguinis exhauriri poſſe ab ipſo brachio (idque vna vena cuticulari ſcalpello aperta, ſi fiat ligatura decens) Videmus præterea ita impetuoſe & affatim effundi, vt non ſolum breui & cito euacuari qui ante ſectionem in brachio intra ligaturam comprehenſus erat ſanguis, ſed ex toto brachio & toto corpore tam arterijs, quam venis.

Quare conſiteri neceſſe eſt, primo vi *Tactus 144.* & impetu ſuppeditari, & quod vi impingatur intra ligaturam; vi enim & impulſu exit, & proinde à cordis pulſu & robore, vis enim & impulſio; ſanguinis ſolum à corde.

Deinde à corde prouenire hunc pul- *Tactus 145.* ſum, & per cor tranſitu facto è venis magnis hac effluere. Similiter conſiteri neceſſe, cum intra ligaturam per arterias ingreditur non per venas. & arteriæ nuſquam ſanguinem è venis recipiunt niſi è ſiniſtro ventriculo cordis.

Neque omnino aliter ex vna vena (fa- *Tactus 146.* cta ſupra ligatura) tantam copiam exhaurire vllo modo potuiſſet, præſertim tam impetuoſe, affatim, tam facile, tam ſubito, niſi à corde, vi, & impulſu conſequutio fiat hoc dicto modo.

Et ſi hæc ita ſint: hinc præterea de *Tactus 147.* copia computationem facere, & de circulari motu ſanguinis argumentari apertiſſime poſſumus. Si etenim in phlebotomia (eo quo ſolet prorumpere effuſione & impetu) ſi quis per ſemihoram prouenire ſineret, nulli dubium, quin maxima (ipſius ſanguinis) parte exhauſta lypothymia & ſyncope aduentarent, & non ſolum arteriæ, ſed & venæ magnæ pene

Digitized by Google

pene inanitæ forent. Tranſire ergo rationabile eſt, ſemihoræ illo ſpatio tantumdem è vena magna per cor in aortã. Vlterius ſi quot unciæ per vnum brachium perfluant: vel quot in 20. vel 30. pulſationibus intra mediocrem ligaturam trudantur ſanguinis, ſupputares, daret profecto exiſtimandi copiã, quantum per aliud brachium interea per vtrũque crus, per collum vtrinque, & per alias omnes arterias, & venas corporis interim pertranſeat; quibus omnibus fluxus per pulmones, & cordis ventriculos, nouum continuo ſanguinem ſuggerere debet, idque è venis neceſſarium eſt, circuitum fieri; cum nec ſuppeditari ab aſſumptis poſſit, & longe plus eſt, quam partium nutritioni congruens erat.

Tactus 148. Amplius obſeruandum, quod in adminiſtranda phlebotomia, quandoque contingit hanc veritatem confirmaſſe. Nam recte brachium quamquam ligaueris, & ſcalpello debito modo diſſecueris, aptari orificijs, & omnibus rite adminiſtratis, tamen ſi timor, aut ex quauis alia cauſa, aut animi pathemate, hipopſychia aduenіat, & cor languidius pulſat, nullo modo ſanguinis exibit, niſi guttatim: præſertim ſi ligatura ſtrictior paulo facta ſit, ratio eſt, quia compreſſam arteriam languidior pulſus & impellens vis infirmior recludere, & ſanguinem intra ligaturam trudere non valet: imo per pulmones deducere, aut è venis in arterias copioſe transferre, eneruatum & languidum cor non poteſt. Sic eodem modo, & eiſdem de cauſis contingit, & mulierum menſtrua, & omnem hæmorrhagiam ſedari.

Ex contrarijs etiam hoc patet, quoniam redintegrato animo, amoto metu, cum ad ſe redeunt, iam adaucto robore pulſificante; arterias ſtatim vehementius pulſare etiam in parte ligata, in carpo moueri, & ſanguinem per orificium longius proſilere, continuo ductu videbis.

Allata confirmantur, rataque fiunt ablegata. Reliqua confirmata, à Pariſano euertuntur. Cap. XII.

HÆc quum ita ſe ſe habeant, illud etiam confirmatũ iri conſtat, quod prius dicebamus, neutiquam à Caua vena, ab arteriali vena, à pulmonibus, à venoſa arteria (quo modo dicere lubeat) Cor ſanguinem recipere; nec vllo quin etiam pacto aliundè receptum in cor permeare, & quà ſanguis egredi, ſicuti ex dictis liquidò conſtat. Videmus quidem ſecta ex brachij vena totam ferè ſanguinis maſſam exhauriri, & præterea impetuosè, & affatim effundi, vt non ſolùm breui & citò (ſic iure ſuo ſunto) euacuari qui ante ſectionem in brachio intra ligaturam comprehenſus erat ſanguis, verùm ex toto brachio, & toto corpore, tam arterijs quàm venis; quia ſcilicet totus ſanguis in proprio fonte (niſi extra tractus) Vena caua, & riulis ceteris venis reſidet, præter paucum ab arterijs ex ipſis venis per anaſtomoſim tractum, & quod ab Aorta ſui & cordis nutritionis, & ſpirituum procreationis cauſa ex liene trahitur; breui autem, citò, & impetuosè effunditur dictis manifeſtis de cauſis. Contact. 143.

Quam obrem hæc noſtra ſenſu duce, comite ratione confiteri, Harueci contraria, vtpote commenta diffiteri neceſſe eſt. Eſto quòd vi primò & impetu ſuppeditetur, & quòd vi impingatur intra ligaturam (ſed deſcendens) vi etiam & impulſu exeat; At quòd proinde à cordis pulſu in venam, hoc inficiamur. vt pluribus ſupra patuit dictis de cauſis. Contact. 144.

Ex corde hunc fluxum prouenire & per cor tranſitu facto è venis magnis hac effluere, ſimiliter falſum & purum imaginatum confitemur, & aſſerimus vt ſupra innotuit: quemadmodum, quòd per arterias intra ligaturam egrediatur, nõ per venas, & quòd arteriæ nuſquam ſanguinem è venis recipiant, niſi à ſiniſtro cordis ventriculo, merum eſt commentum, vt ex ſupradictis liquet. Contact. 145.

Ex vena profectò ſupra ligaturam ſecta, tantam ſanguinis copiam exhauriri Contact. 146.

non

non potuiſſe fateor, nec dimidiæ dimidiatam partem quidem, quia ligatura dictas ob rationes, eſt in cauſa, quæ infra nihil iuuat; quoniam infra venæ turgent vt vlterius fluentem impetu, dolore, calore, vacui fuga recipere non valentes foramine ſub vinclo aliquantulum anguſtiori reddito vehementer effunditur, lõgiuſque proſilit & in maxima copia, immo totus, niſi dictæ fluxionis cauſæ remoueantur, quia totus ferè eſt inuenis.

Contradi. 147. Et ſi hæc ita ſe ſe habêt, vt nos ratiocinati ſumus, apertiſſimè rationem ſubducemus concludentes nullam ſanguinis per cor tranſeuntis computationem fieri poſſe, quia nullus circuitus, nullus tranſitus.

Veſt. op-poſitum manifeſtatur. Non quia Cordis arteriarumue ſanguinis copia euacuetur, lypothymia & ſyncope: Immo ſi talis ſanguinis circuitus fieret, niſi maximam poſt ſanguinis euacuatam copiam Lypothymia fieret, quoniam cor perpetuò affluentem ſanguinis copiam ab omnibus partibus, & oculi nictu recipit, (iure ſuo) vt propterea ex mediocri euacuatione ex vena pati nequeat, vt contra abſque circulatione: quia arteriæ paucam ſanguinis copiam continent, & ſui nutriendi cauſa tantùm, vt diximus, ſicuti cor ſuum quoque ſufficiens tantummodò alimentum: quam ob rem faciliùs ex ſanguinis inopia Lypothymia; ex circuitu non irem, ſed nunc rectiùs: Quia ob ſanguinis ex vena rapidum fluxum brachium arterijs ſanguinem per anaſtomoſim non mutuet, & verſa vice maximam ſpirituum copiam, etiam vacui vi mutuetur, ac vna cum ſanguine explodat, vnde poſtea ex horum ſanguinis & ſpirituum defectu, animi defectus ſequitur.

Neque ex aſſumptis ſecta in brachio vena quicquam trahit, ſed totum brachium, primùm exhaurit, deinde à ſuo magno ramo à maioribus collum & caput petentibus, atque ſimul à fonte à Caua, quæ & à ſuis poſtea magnis ramis, & à minoribus ab ipſis trahentibus, &c. Non vt mos eſt, & ſuapte natura nutritionis cauſa, lentè ſcilicet; ſed vt effluit ſeu violenter raptus, violenter trahitur: quia non retinetur: quia à dolore, calore ſtimulata, à vacui præterea vi, à concitato & celerrimo fluxu, fluxus, vt vnda pellitur vnda, vehementer & violenter explodit, vt breui totum Cauæ ſanguinem exhaurire poſſit: non ſecus ac Haruei Circuitus: non tamen ocyſſimam iuxta illius ſupputationem: vt propterea omnibus modis is ſuperfluus & penitus imaginarius extet.

Contradi. 148. Ratio autem quam ob rem inter euacuandum è ſecta vena ſanguinem, quandoque ex timore, aliquoue alio animi pathemate Lipothychia ſubſequatur, vt inde cor affectum languidius pulſet, & ſãguis ſiſtatur, guttatimque effluat, non eſt, quia ligatura ſtrictior: quoniam ante timorem, pathema, copioſè egrediebatur: neque quia pulſus languidior: quoniam adhuc ſat eſſet ad portandum & effundendum ſanguinem, & poſt effuſionem nihil vlterius poteſt arteria: quippe tunc venæ muneris eſt (Harueo) ſanguinem ſuſcipere, inſeque attractum ſurſum deferre. Sed germana ac luculenta ratio eſt, quia Cor patitur: vnde ab arterijs regreſſus ſpirituum in Aortam & ſiniſtrum verſus ventriculum, Vt eamdem ob cauſam deferentis ſanguinis ligaturã, ad Cauam receſſus dextrum verſus Cordis ventriculum fit; Quibus reuocatis, ſanguine videlicet & ſpiritibus, Cor ſurſum verſus, omnimoda reuulſio ſequitur, ligaturæ dolor auſertur; quia conſequenter tumor tollitur, & deinceps recedit, euaneſcitque color, ſicuti & vacui vis; vt præſens proximus tantummodò ſanguis à valuulis inibi cohibitus, guttatim exeat, quo effuſo, illico à ſanguinis trombo orificium clauditur, & ſanguinis egreſſus omnino ceſſat; quemadmodũ mulierum menſtruus fluxus, qui remiſſo timore animi pathemate tunc non redit, minimè proſequitur; quia muliebres effluxus ex ſanguinis circuitu fieri nequaquam poſſunt, debentue vllo modo; ſed ſenſim & tempore coaceruati, vt crudi & impuri humores conſultò collecti ſtatis temporibus extrudi, quod circuitum, & Haruei

Lipothymia vera cauſa fertur.

opi-

opinionem manifeſtiſſimè iugulat. Sed iam tandem ad Haruei profugij Lucum nos recipiamus.

Tertium ſuppoſitum confirmatur, & eſſe ſanguinis circuitum ex tertio ſuppoſito. Haruei Cap. XIII.

Tabula 149. pag. 54. HActenus de copia pertranſeuntis ſanguinis per cor, & pulmones, in centro corporis, & ſimiliter ab arterijs in venas in habitu corporis. Reſtat, vt, quo modo per venas ab extremitatibus, ad cor, retro ſanguis permeat, & quomodo venæ ſint vaſa deferentia ſolum ſanguinem, ab extremitatibus ad centrum, explicemus; quo facto, tria illa propoſita fundamenta, pro circuitu ſanguinis fore aperta, vera, ſtabilia, ad fidem ſufficienter faciendam exiſtimamus.

Hoc autem ex valuulis, in ipſis venarum cauitatibus reperiūtur, & ex illarum vſu, & ocularibus experimentis, ſatis erit apertum.

Clariſſimus Hieronym. Fabr. ab Aqua pend. peritiſſimus Anatomicus, & venerabilis ſenex, vel vt voluit Doctiſſimus Riolanus Iac. Siluius primus in venis membraneas valuulas delineauit figura ſigmoides, vel ſemilunares portiunculas tunicæ interioris venarum eminentes tenuiſſimas. Sitæ ſunt diſtantibus in locis vario modo in varijs hominibus ad venæ latera connatæ, ſurſum verſus venarum radices ſpectantes, & in mediam capacitatem venæ, ambæ (vt plurimū enim duæ ſunt) inuicem reſpicientes, atque ſe inuicem contingentes, & in extremitatibus ita cohærere, copulari aptæ: vt ſi quid è radice venarum in ramos vel è maioribus in minores permearet, omnino impediant, & ita ſitæ; vt ſequentium cornua præcedentium conuexæ medium (& ſic alternatis vicibus) reſpiciant.

Tabula 150. Harum valuularum vſum rectum inuentor non eſt aſſecutus, nec alij addiderunt: non eſt enim ne pondere deorſum ſanguis in inferiora totus ruat: Sunt nanque in iugularibus deorſum ſpectantes, & ſanguinem ſurſum prohibentes ferri, & non vbique ſurſum ſpectantes, ſed ſemper verſus radices venarum, & vbique verſus cordis locum: Ego vt alij etiam, aliquando in emulgentibus reperi, & in ramis meſenterij verſus venam cauam, & portam ſpectantes: adde inſuper, quod in arterijs nullæ ſunt, & notare licet, quod canes, & boues omnes habent valuulas in diuiſione cruralium venarum ad principium oſſis ſacri, vel in ramis illis prope coxendicem, in quibus nil tale timendum propter erectam ſtaturam.

Nec ob metum Apoplexiæ (vt alij dicunt) ſunt in iugularibus valuulæ, quia materia in ſomno potius per arterias ſoporales influere in caput apta eſſet.

Nec vt ſanguis in diuaricationibus ſubſiſtat, in ramos exiles, & non totus in magis apertos, & capaces irrueret: poſitæ enim ſunt vbi nullæ diuaricationes, licet frequentiores conſpici fateor vbi diuaricationes ſunt. Tabula 151.

Nec vt motus ſanguinis à centro corporis retardetur ſolum, tarde enim ſatis ſua ſponte è maioribus in minores ramulos intrudi è maſſa & fonte ſeparari, aut à locis calidioribus in frigidiora migrare, veriſimilius eſt. Tabula 152.

Sed omnino valuulæ factæ ſunt, ne à venis magnis in minores moueretur ſanguis, & ſic illas dilaceraret, aut varicoſas efficeret, neue à cētro corporis in extrema: ſed potius ab extremitatibus ad centrum progrederetur, ita huic motui valuulæ tenues facilè recluduntur, contrarium omnino ſupprimunt, & ſic poſitæ & ordinatæ vt ſi quid per cornua ſuperiorum minus prohiberetur tranſitu, ſed quaſi per rimas elaberetur cōuexitas ſubſequentiū tranſuerſim poſita exciperet, & ſiſteret ne vlterius tranſiret. Tabula 153.

Ego illud ſæpiſſimè in diſſectione venarum expertus ſum, ſi à radice venarum initio facto verſus exiles venarum ramos ſpicillum mitterem (quanto potuerim artificio) ob impedimentum valuularū longius impellere, non potuiſſe: contra verò forinſecus è ramulis radicem verſus facillimè, & pluribus in locis valuulæ binæ ad inuicem ita poſitæ & aptatæ, vt ad amuſſim Tabula 154.

ſim (dum eleuantur) in media venæ cauitate cohærebant, & vniantur, extremitatibus conuexis inuicem; vt neque viſu, cernere, neque ſatis explorare rimulam, aut coitum liceret, contra vero forinſecus intro immiſſo ſtylo cedunt, & (valuularum, quibus curſus fluminũ inhibentur in morem) facillime reclinantur, vt motum ſanguinis profectum à corde, & vena caua intercipiant, & ad amuſſim pluribus in locis eleuati inuicem dum clauduntur, omnino inhibeant & ſupprimant, & ſiue ſurſum ad caput, ſiue deorſum ad pedes, ſiue ad latera brachij ſanguinem à corde mouere (ita ſunt conſtitutæ) vt nuſquam ſinant, ſed motui omni ſanguinis qui à maioribus venis auſpicatur, in minores deſinat, aduerſentur, & obſiſtant: ei vero qui à venis exilibus incipiens in maiores deſinat, obſecundent liberamque & patentem viam expediant.

Tactus 155. Sed quo veritas hæc apertius eluceſcat, ligetur brachium ſupra cubitum viuo homine, tamquam ad mittẽdum ſanguinem AA, per interualla apparebunt, præcipuè in ruſticis, & varicoſis, tanquam nodi quidam & tubercula B. C. DD. e. E. non ſolum vbi eſt diuaricatio e. F. ſed etiam vbi nulla (C. D.) & iſti nodi à valuulis fiunt. Hoc modo apparentibus in exteriori parte manus vel cubiti ſi à nodo inferius pollice vel digito cõprimendo ſanguinem, & de modo illo ſiue valuula detraxeris (H. 2. figur.) videbis nullum (inhibente omnino valuula) ſubſequi poſſe & venæ portionem (H. O. 2. fig.) infra tuberculum & digitum detractum, obliteratum, & tamen ſupra tuberculũ, vel valuulam, ſatis diſtentam (O. G.) immo ſi ita detractum ſanguinem H. & venam inanita retinueris & altera manu verſus valuularum (O. tertiæ figuræ) partem ſuperiorem diſtentam, deorſum compreſſeris (K tertiæ) nulla vi cogi, aut impelli trans valuulam (O) videbis: ſed quantò maiori conatu, hoc feceris, videbis tanto magis ad valuulam (O tertiæ) vel tuberculum (O tertiæ) venam turgentem diſtentam & tamen inferius vacuum eſſe (H. O. tertiæ figuræ.)

Hoc, cũ pluribus in locis experiri quis poſſit, apparet valuularum officium in venis idem eſſe cum Sigmoidarum illarum trium, quæ in orificio Aortæ & venæ arterioſæ fabrefactæ ſunt, videlicet vt adamuſſim claudantur, ne retro ſanguinem tranſeuntem remeare ſinant. Tactus 156.

Tactus 157. Præterea ligato brachio vti prius AA. & venis turgentibus, ſi infra tuberculum aliquod ſiue valuulam, venam firmaueris per aliquod ſpatium (L. quartæ) & poſtea ſanguinem ſurſum vſque ſupra valuulam (N) digito (M) compuleris, vacuam illam partem venæ permanere videbis (L. N.) nec retro per valuulam regredi poſſe, vt eſt (H. O. ſecundæ) ablato vero digito (H.) ſurſus repleri ab inferioribus, & eſſe vt (D. C.) vt hinc ſurſum ab inferioribus ad ſuperiora & ad cor ſanguinem moueri in venis & non contrario modo planè oſtẽditur. Et licet aliquibus in locis valuulæ, quæ non ita adamuſſim clauduntur, aut vbi vnica ſolum valuula eſt, tranſitum ſanguinis à centro non videntur prorſus impedire; tamen vt plurimum ita apparet, vel ſaltem quod alicubi negligentius fieri viſum eſt, illud ex ſubſequentium in ordine valuularum, vel frequentia vel diligentia vel alio modo videtur compenſari, vt venæ viæ patentes & apertæ ſint regredienti ſanguini ad cor, progrediente vero à corde omnino occluſæ. Notandũ autem hoc inſuper, ligato vt prius brachio & venis turgentibus; apparentibus nodis ſiue valuulis viuo homine, infra aliquam valuulam in loco ubi ſubſequentem inueneris; pollicem, qui uenam firmet applicueris: nequid à manu ſurſum ſanguinis progrediatur & digito deinde ſanguinem ab illa uenæ portione, ſurſum ſupra ualuulam (L. N.) exprime: ut ante dictum eſt: & ablato digito (L.) ſinito rurſus repleri ab inferioribus (ut D. C.) & rurſus appreſſo pollice, identidem, ſurſum, exprime ſanguinem (L. & N. & H. O.) & hoc millies in breui tempore facito.

Iam ſi rem ſupputaueris, quantum una compreſſione ſurſum, ſupra ualuulam ſupponendo, & facta per numerum mil- Tactus 158.

lenarium

lenarium multiplicatione, tantum ſanguinis hoc modo per vnius venæ partẽ, in non longo tempore tranſmiſſum reperies, vt de circuitu ſanguinis, ab eius celeri motu, te perſuaſſimum puto ſentires.

Sed ne hoc experimento naturæ vim afferre dicas, in longe diſtantibus valuulis, illud ſi feceris, obſeruando, ablato pollice, quam cito quam celeriter ſanguis ſurſum percurrat, & venam ab inferiori parte repleat, illud ipſum exploratum tibi fore non dubito.

Tertium ſuppoſitum iam ſunctum ex ſequentibus euertendis à Pariſano ratum ſit. Cap. XIII.

Contr. 149. TAndem ad venarum Valuulas vnicum & poſtremum Aſylum peruenimus, à quo ſi Harueium arceamus, ſanguinis circuitus, omnia clauſa, caſſa, irritaque, & fidem fluxam hactenus ab ipſo geſtam fore ſatis ſuperque oſtenderimus. Ex valuularum videlicet contrario vſu, ac ipſe putat, docetque: nec non ocularibus pariter contrarijs experimentis manifeſtum ſatis fiet. *Harvei poſtremum Aſylum.*

Valuulæ oſtiola in venarum capacitate à ſapientiſſima Natura procreatæ appoſitè appoſitæ, & pro vſu alibi ſingulæ, alibi binæ: & hæ inuicem reſpicientes, ac ſe inuicem quoque contingentes, atque etiam in extremitatibus cohærentes, vt ſanguinis fluxus è venarum radice & fonte in ramos, vel è maioribus in minores præpediatur in earum potiſſimum diuaricationibus, fluxus, inquam, non omnino, quod Harueius ait ſuæ tantùm imaginatæ opinioni, non Veritati conſulens, falsò à ſenſu & ratione recedens, conſulet: Vt patet, quod duobus applicatis & inuicem adherentibus ſphericis corporibus e. g. ſcriptorijs calamis fieri nequeat quin vtrinque rima, vacuum remaneat, ſenſu & ratione iudicibus, vt ſanguinis fluxus impetus impediatur quidem, non autem lenta & remiſſa ſanguinis à minoribus ramis ſui nutriendi cauſa, attractio: *Appoſitum Exemplū.* Propterea ſumma Naturæ induſtria ſitæ vt primæ, binæ e. g. antrorſum fluxum remorantur, inferiores binę laterales quo quomodo oppoſitæ, & ſic deinceps eumdem fluxum cohibeant, ſanguinis, inquã, fluxum ex decliui ſitu, ex motu, ex calore, dolore, &c. non autem lentum vaſorum neceſſarium ex lateralibus rimis, vacuis Naturæ decreto tractionem: Vt pateat Harueium hic deuium fore.

Quod valuularum Author Hieronym. Fab. ab Aquap. rectum vſum non ſit aſſequutus, nec alij addiderint, doceat Harueius: quando id ipſi contigiſſe puto, quod nimis ſuæ opinioni intentus, Aquapendentem, Arcangelum, & Bahuinum, necnon Laurentium dormitans, oſcitanterue legerit, prædictum vſum tribuentes. Quòd verò obijciendo addat, in iugularibus valuulas deorſum ſpectãtes eſſe, proindeque inferat: „ Igitur vſus non eſt, ne ſanguis pondere deorſum deſcendat ruatque. Hæc illatio ex mala intellectione ſuboritur, quoniam ſanguis ſui ob pondus ſurſum non aſcendit niſi à venis tractus: ad iugulares ductus, peruentus, tractus, ne ſi in homine demiſſo collo depreſſo capite, caput ſanguine replcatur, indeque multifariam lædatur, & Apoplexia etiam faciliùs fiat, quod Arcangelus voluit. Vt pateat valuularum vſum vbique eſſe ad impediendum ſanguinis deſcenſum ſeu fluxum. *Contr. 150. Valuularum ſitus.*

Propterea in decliuium brachiorum, cruriumque venis valuulę appoſitæ (etiam in iugularibus ſi decliue reddatur collum, ſi caput reclinetur, ex nunquam ſatis admiranda Naturæ Prouidentia) ſunt, potiſſimùm in venarum diuaricationibus, vt remoratus inibi ſanguis æquè in rectum, ac obliquum decliuem diuaricationis ductum ſuo pondere ſenſim tractus deſcendat, & perinde facilè ibidem quieſcens ab obliquo, ac à recto vaſe trahatur, vt alibi abſque diuaricationibus ſiue ſingulæ, ſiue binæ, & dicto modo ſuperioribus oppoſitæ poſitæ & appoſitè eaſdem ob cauſas ſint. *Contr. 151. Valuularū ſitus.*

Immo etiam vt à corporis centro, & in corporis centro, in caua ſcilicet retarde- *Contr. 152.*

tur non tantùm valuularum ratione quatenus ſanguinis pondus ſuſtinent, & inde motum cohibent: ſed etiam quia ibi ſtat quaſi & quodámodo in æquilibrio, quia ſurſum (non aſcendens niſi vi vel vacui, caloris, doloriſue) non fluit, ſed vt deorſum, & vndique à ramis proximis & ſic deinceps trahitur, in medio & centro neceſſario quieſcit. Non autem remorari (vt ait) quia à calidioribus infrigidiora loca migret; quando & femora, crura, brachia, caput calida ſint, & vaſa vbique calida (niſi ex accidenti,) & vbique ſui gratia ſibique trahant, nec ſecus nutriantur ac in calidioribus partibus nutritio celebratur.

Contaſt. 153. Quod verò ibidem Harueius dicat è maioribus in minores ramulos ſanguinẽ intrudi, eſto, primò quia optimè. Quod *Aſſerti propria contrarietas.* ſecundo doceat valuulas factas omnino (omnino inquit) ne à venis magnis in minores moueretur ſanguis, & ſic illas dilaceraret, aut varicoſas efficeret, perquàm optimè quidem; ſed ex hiſce ſuis verbis manifeſtiſſimè patet ſui aſſerti circuitus contrarium. Etenim ſi inde periculum venarũ dilacerationis, magnæ fluxionis *Harueí ſpõ ancæ ſinuata Palinodia.* repletionis, & dilatationis. Igitur à caua, à magnis venis in minores & minimas eſt fluxus, deſcẽſus, placidus raptus, tractio: Ergo non ſanguinis circuitus ab arterijs in minimas venas, indeque ad maiores, ac ad cauam. Implicat nobis & Harueio (ni fallimur) ſanguinem ita à magnis venis deorſum exempli gratia verſus manus, pedeſue in minimas fluere, ne vaſa *Aperiuntur.* dilacerentur, dilatentur, varicoſa fiant, vt valuulis opus ſit, & è conuerſo totum ſanguinem è minimis dictorum membrorum venulis ad maiores ſurſum, quamocyſſimè plenis buccis & vaſorum vacuis: quoniam alter contrarius motus ex ſanguine ſuaptè natura (non tracto) ſurſum impoſſibilis; alter contrarius mouens venæ (in ſeſe, ac per ſe deorſum trahens) ſurſum explodentis impoſſibilis; alter finis ſui tantummodo gratia nutritionis cauſa deſumo tractio, in ſe ſe contrario motu extrinſecus trahant vt ſurſum aduolanter aliorum cauſa expellant, & ſimul ac ſemel ſurſum, & deorſum plenis buccis ſanguis fluat, quoniam ſtante ſanguinis (vt in arteriis) rapidus motus; & fluxus ſurſum, nec guttula quidem à venis deorſum verſus caderet, mouerique poſſet.

Obijciat ſubtiliter aliquis, In Meſenterij venis ſanguinis, & Chyli ſurſum deorſumque ſimul motum fieri, vt dicitur & creditur, (melius tractionem dicemus) vnde, & ibi ab Harueio valuulæ hepar reſpicientes obſeruantur, quare & alibi cõtrarius motus ſic exercebitur. *Obiectio*

Reſpondetur (ijs conceſſis, tametſi eas nos obſeruauerimus numquam, & Bauhinus neget, ſicuti Laurentius, necnon prius Arcangelus, pluribus rationibus reprobantes) ibi duplicem vtrinque neceſſitatem, duplicem finem, duplicemque eſſe tractionis (non fluxus) tempus, & proinde vlla abſque repugnantia, contrarietate, impedimentoque. Prima tractio eſt ſanguinis ſui alendi gratia, quo tempore leniter tractus à vena, ſeu venis ſanguis ad poſtemam ſui partem & ſecundam intrinſecam ſcilicet ventriculi & inteſtinorum tunicam, quæ tunicæ ſanguine nutriuntur, etiam alliciunt & rapiunt; quo ſufficienti & ſufficienter tracto ſanguine, vtraque vena, & ſecunda eorum tunica aluntur. Interim hepar ſanguine exhauſtum, ab eadem vena trahit, & vena ſubinde hepati inſeruiens ab ipſa prima ventriculi & inteſtini tunica chylo ſcatenti alio tempore, neceſſitate, fine, vlla abſque contrarietate, vllo ſine impedimento, vllo abſque fluxu, donec dictæ ſanguine partes aluntur, chylum ſurſum reportat ad hepar, quoque referto & pleno iocinore, & illius partim in ſanguinem conuerſi, vena ſibi portionem alicit, eodemque ventriculi & inteſtinorum tunicæ trahenti conſulit, alio tempore, alio fine, & neceſſitate Naturæ prouidentiæ mota, ſine fluxu & impedimento vllo, abſque aliqua contrarietate & repugnantia. Qui finis, quæ neceſſitas, quæ tempora in Harueí ſanguinis circuitu non reperiuntur: ſed bene contrarietas, impedimenta, & repugnantia inſunt. Quare valuulæ vt nec in deferendo ſurſum ad iecur chylum

Bifariã ſoluitur.

In Meſerei venis Naturæ ſapientia.

lum

chylum impedimento ſunt, nec leni deorſum ſanguinis tractioni impediunt, ut ex dictis patet, ita ne ex accidenti, dolore, calore,&c. fluat & ruat,& nimis venæ repleātur; ſed ſtatis temporibus exhauriantur ſapienter appoſitè appoſitæ ſunt.

Contradi. 154. Haruei experimentum & exemplum falſum. Spicilli exemplum & experimentū omnino falſum eſt, ratione & ſenſu teſtantibus, quoniam ſi duo ſimul ſpherica corpora ſe tangentia (vt plenæ valuulæ ſunt ex contactus parte) conſpicias, vt duos ſi ſcriptorios calamos(adamuſſim exemplū) iungas, vtrinque dubio procul vacuum & magnas rimas intueberis,obſeruabiſque: quum in medio tantummodò ſpherico ſe contingant, in lateribus nequaquam, ſed recedunt, & vacua vtrinque conſtituunt peruia, Quæ venæ leni tractioni inſeruiūt, interimque ſanguinis fluxum, & pondus valuulæ impediunt,quodque in Aquapēdentis(inuerſis in venis) Tabula 1.,2.fig. clariſſimè videbis: quodque præterea diligentior Harueius tactu volēs etiam obſeruabit: *Experiēdi modus:* Si altero immiſſo in valuula ſpicillo,ad eiuſque cornu ducto,altero extra primum & cornu in vena introducto ſpicillo ſtylo & facilimè rimulam explorabit. Vt in omnibus ratione,tactu,viſuque omnino contrarium experiri ſit,& cōſtet: Atque conſequentet nullatenus à Caua & magnis venis ad minores, & minimas ſanguinis attractionē impedire(bene fluxum remorari) poſſint.

Quod forinſecus immiſſo ſtylo(ait)valuulæ cedant:cuia refert? cui negotium faceſſit? quorſum? Vt propterea nec reſponſo opus ſit.

Contradi. 155. Ligetur itaque brachium, & torturæ committatur ex Haruei iuſſu, & iuſperitorum conſilio vt apertius hæc veritas elucescat. *Obiectio, ſed nulla.* Sed innocens miſerum ligatum, magnis doloribus, caloribus, coloribuſque affectum, & afflictum, liuens quin etiam & ſemimortuum, negri quidem, nihil præ ſe fert, nihil refert, vt hinc Acuſatoris doli mali, deceptiones pateant.

Inter ligandum ſanguis vi infra deſcendit, qui in venæ vacuo, in ipſa & ſub ipſa ligatura reperitur compreſſus pariter delabitur: & ita repletur, & violenter dilatatur valuula. Interim ex dolore & calore vt è ſuperioribus partibus ad doloroſam ex moleſto vinclo ſanguis fluit, ita pariter ex inferioribus ad eandem aſcendit: hinc venarum turgentia, violenta valuularum dilatatio propagatio,& venæ durities, ſeu renitentia,totius ibidem inflatio, atque conſtrictio potiſſimum in valuularum, inquam, lateribus: omnia brachio violenter, vt accidunt, ita ipſum vi coactum repræſentat, non ſuapte natura, ſed ex accidenti omnia; Vt remotis accidentibus, & prima cauſa, arcta vinctione, cuncta euaneſcunt, libera, vacua, aperta, & ſui iuris ſint omnia. Quam ob rem quod addit, nullum negotium facit. Quod videlicet infra ſurſum digito pollice comprimente ſanguis ſupra valuulam aſcendat ſupra verò eodem modo deorſum comprimendo quauis maiori vi & impulſu nihil infra, & trans valuulam deſcendet. Quoniam iſtæc maximè dilatata valuula violenter; & præter naturā fiunt: *Refertur.* vt remota ligatura,ablato vinclo contrarium prorſus viſitur: quando Natura, inquam, ſui iuris eſt, & ſponte ſua agit. Vt ratione, tactu, viſuque pateat, lenem ſanguinis tractionem ſemper & poſſe, & perbellè continuò à venis fieri.

Contradi. 156. Aortæ valuularum bellus vſus. Et ita vt ſupra dicebamus in Aortæ orificio tres Sigmoides valuulas tractum in Cor ab Aorta (ne vllibi ſubterfugere Harueio videamur) minimum ſingula quaque diaſtole ſanguinem pro cordis nutritione, & vitalium ſpirituum procreatione non impedire: ſed per minimum medium foramen (maximè dilatata in diaſtole aorta) admittere. (non fluentem, & ſanguinis plurimum, qui cor ſuffocaret, & ſpirituum generationem prohiberet impediretque, vt certò Haruei circuitus vtrumque deſtrueret.) Ita hic valuulæ leniter tractum ſanguinem admittunt, & concedunt: quod inde etiam allata præter luculenta colliges, quia binas tantùm in vno vaſe Natura procreaſſet: quare Harueio fruſtra, & aliæ binæ, & ſuperioribus poſitione oppoſitæ

refluxu, hinc per arterias illuc, & illinc per venas huc retro, vt ab aſſumptis ſuppeditari non poſſit, atque multo quidem maiori (quam ſufficiens erat nutritioni) prouentu. Neceſſarium eſt concludere circulari quodam motu in circuitu agitari in animalibus ſanguinem; & eſſe in perpetuo motu, & hanc eſſe actionem ſiue functionem cordis, quam pulſu peragit, & omnino motus & pulſus cordis cauſam vnam eſſe.

Epilogus reprobati commenti & imaginati ſanguinis circuitus. Pariſani Cap. XIV.

Contact. 159. Concluditur. QVum ſatis accurati & ſubtilis authoris veſtigia iamnum ſequuti, & hactenus pedetentim conſequuti ſimus ſecũdum ipſum quidem properantes; iure noſtro poſtremò lenrè feſtinantes ratiocinati, concludamus.

Quum hæc ſua infirmata ſint omnia & rationibus, & autopſia, ocularibus experimentis, quòd ſanguis per pulmones & cor neutiquam, nec vẽtriculorum pulſu pertranſeat, neue vniuerſum in corpus ſic impellatur, immittaturue: neue ibi in venas, & carnis poroſitates obrepat, vt neque per ipſas vndique venas de circũferentia ad centrum ab exiguis venis in maiores remeet, illincque in cauam venam ad cordis auriculam vllatenus perueniat: & proinde nulla copia, nullo fluxu, refluxu hinc per arterias illuc, & illinc per venas huc rerro, vt ab aſſumptis ſuppeditari non poſſit, atque nullo quidem, nedum minori (quàm nutritionis ſufficiẽs erat, inquit,) prouentu. Concludere neceſſarium eſt, circulari nullo motu, in circuitu nullatenus in animalibus ſanguinem agitari, & ſuapte natura vbique conquieſcere atque morari niſi ſurſum & ad latera trahatur, & deorſum ſimilirer à vaſis rapiarur, & ſuo pondere aliquatenus tendat: quam ob rem ſapienter & appoſitè poſitæ valuulæ ſunt: præterquam ſi ex accidenti, dolore, calore, vacui vi rapiatur: & conſequenter nullus ſanguinis circuitus, & deinceps nullus (nedum perpetuus) ad talem circuitum cordis motus, nulla cauſa eſt.

Sanguinis circuitus rationibus veriſimilibus confirmatur. Haruei Cap. XV.

SEd hoc etiam ſubiungere non abs re fuerit, quod ſecundum communes quaſdam ratiocinationes, ita eſſe & conueniens ſit, & neceſſarium. Primum (Ariſtot. de reſpirat. & lib. 2. & 3. de partibus animalium & alibi) cum mors ſit corruptio propter calidi defectum & viuentis omnia calida, morienria frigida, locum, & originem eſſe oportet caloris, quaſi lares focumque, quo Naturæ fomites, & primordia ignis natiui contineantur, & conſeruenrur, a quo calor & vita in omnes parres tamquam ab origine profluant, & alimenrum adueniat, & concoctio, & nutritio, & omnis vegetatio dependeat. Hunc aurem locum cor eſſe, & hoc principium vitæ, & hoc quod dictum eſt modo, neminem vellem dubitare. *Tactus 160. P. 58.*

Tactus 161. Sanguini itaque motus opus eſt, atque tali, vt ad cor rurſus reuertatur, nam in externas corporis partes emendatus longè (vt Ariſt. 2. de part. animal.) à ſuo fonte, immotus coaguletur. (motu enim in omnibus calorem & ſpiritus generari & conſeruari videmus, quiete euaneſcere) tum à frigore extremorum & ambientis conſiſtens aut gelarus ſanguis & ſpiritibus (vti in mortuis) deſtitutus: vt rurſus à fonte, & origine, tam calorem, quam ſpiritus, & omnino præſeruationẽ ſuam repetat, & reuertendo redintegraret; neceſſe fuit.

Tactus 162. Videmus vti à frigore exteriori extremitates aliquando algeant, vt liuidi & naſus, & manus & genæ quaſi mortuorũ appareanr, & ſanguinis in ipſis (qualis cadauerum, locis prioris ſolet decumbere) liuore conſiſtat, & membra adeo torpida, & ægre mobilia euadant, vt vitam pene amiſiſſe videãrur. Nullo modo profecto rurſus (præſertim tam cito) calorem, colorem, & viram recuperarent, niſi nouo, ab origine affluxu, & appulſu caloris fouerentur:

rentur: Attrahere enim quo modo poſſunt, quibus calor & vita pene extincti ſunt? aut quibus meatus condenſati, & gelato ſanguine repleti, quo modo aduenjens admitterent alimentum, & ſanguinem, niſi contentum dimitterent? & niſi omnino cor eſſet, & huiuſmodi principium, vbi, his refrigeratis remanerent vita & calor (vt Ariſt. reſpirat. 2.) & vnde nouo, per arterias tranſmiſſo, ſanguine, calido, ſpiritibus imbuto. Et quod frigefactum & effectum eſt propellatur & omnes particulæ calorem languidum & vitalem fomitem, pene extinctum repararent.

Tactus 163. Hinc ita eſt, vt ceteris omnibus partibus & vitam reſtitui, & ſanitatem recuperari, corde illæſo obtingere poſſit: Corde vero vel refrigerato, vel vitio graui aliquo affecto, totum animal pati, & corruptam iri neceſſe ſit, cum principium corrumpitur & patitur. Nihil eſt enim (vt Ariſt. 3. de part. animal.) quod aut ipſo, aut ceteris, quæ ab ipſo pendeant, præbere auxilium poteſt. Et hinc obiter forſam ratio eſt, cur mœrore, amore, inuidia, curis, & huiuſmodi, tabes & extenuatio contingant, aut cachochymia & prouentus cruditatum, quæ & morbos omnes inducant & homines conficiant; omne namque animi pathema, quod cum dolore, & gaudio, ſpe, aut anxietate humanas exagitat mentes & ad cor vſque pertingit, & ibi mutationem a naturali conſtitutione intemperie & pulſu, & reliquis facit; illud in principio totum alimentum inquinando, & vires infirmando, minime mirum videri debet, quod varia genera morborum incurabilium in membris & corpore ſubinde procreat, quandoquidem totum corpus, in illo caſu vitiato alimento & inopia calidi natiui laborat.

Tactus 164. Præter hæc cum alimento viuant omnia, animalia interius concocto, neceſſe eſt concoctionem perfectam eſſe, & diſtributionem, & proinde locum & conceptaculum adeſſe, vbi perficiatur alimentum, & vnde deriuetur in ſingula mēbra; hic locus autem cor eſt; cum ſolum ex omnibus partibus (non ſolum in vena & arteria coronali priuato vſui) ſed in cauitatibus ſuis tamquam in ciſternis, & prōptuario (auriculis ſcilicet & ventriculis) publico vſui, ſanguinem continet; reliquæ omnes partes ſui ipſius tantum cauſa & priuato vſui in vaſibus dumtaxat habent) & cum cor ſolum ita ſitum & cōſtitutum, vt inde pulſu ſuo in omnes partes (idque ſecundum iuſtitiam & proportionem cauitatum arteriarum, vnicuique particulæ inſeruientium) æqualiter diſpenſat, diſtribuit & indigentibus (quaſi è theſauro & fonte) hoc modo largitur.

Tactus 165. Amplius ad hanc diſtributionem & motum ſanguinis, impetu & violentia opus eſt, & impulſore, quale cor eſt: Tūc quia ſanguis ſponte ſua (quaſi verſus principium, vel pars ad totum, vel gutta aquæ ſparſæ ſuper tabulam ad maſſam) facile concentratur & coit: (vt à lcuibus cauſis ſolet celerrime frigore, timore, horrore, & huiuſmodi cauſis alijs.) Tum vltra, quia è venis capillaribus in paruas ramificationes, & inde in maiores exprimitur motu membrorum, & muſculorum compreſſione, procliuis eſt magis & pronus ſanguis, vt è circumferentia moueatur in centrum, quam è contrario (quamquam valuulæ impedimento nullæ forent) vnde vt principium relinquat, & loca ſtricta & frigidiora iniret, & contraſpontaneum moueretur. tum violentia opus habet ſanguis tum impulſore, quale cor ſolum eſt, & eo quo dictum eſt modo.

Sanguinis vanus circuitus germanis rationibus infirmatus, ratus ſiet. Pariſani Caput XV.

Contact. 166. Oppoſitū ſuſtinetur. Cor vitæ fontem (non initio ſemini & embryoni, vt non ſemel expoſuimus) conſeruatorem & productorem medijs proximè ſpiritibus eſſe; quando eſt, & quibus ineſt, certum & apud omnes in confeſſo eſt.

Sed quòd dictum ob ſanguinis circuitum, neminem dubitare, Haruetus velit: Nos non ſolùm dubitare volumus, ſed certos

certos contra eſſe, & alios itidem non modò dubitaturos, ſed ratos etiam fore (ne dicam, volumus) iam compertum & explotatum habemus.

Contrad. 161. Fulcitur. Vt proptèrea nullo ſanguini motu opus ſit, nedum ad cor recurſu: quando nunquam in externas corporis partes emandatur, vt longè & immotus (vt ait) coaguletur; ſed trahitur ſucceſſiue & perpetuò ac poſtremo à parte continente illico alenda, & proprio & continentis partis, & influentis ſpiritus (cuius eſt in perpetuo motu fore) calore conſeruatur partem dum inſtaurat.

Contrad. 162. Exempla arcentur. Quòd ſi ab ingenti aliquando frigore externæ partes algeant, & liuidæ genæ, naſus, manus, pedeſque appareãt & ſint, hoc ſigno contra Harueium, nobiſcum faciente manifeſtum eſt, ſanguinem non circulari; quoniam nedum venæ, ſed poſtremæ etiam partes omnes affuſo arterioſo ſanguine perpetuò aduolanti, & continuò permutato ſemper algorem arcerent. Vt ſi vel, & quinetiam arbitratũ omnino ſuo, ſi mortua caro (nedum viuens) aqua eodem ac arterioſus ſanguis calore prædita iugiter perfundatur, frigere obſeruabitur nunquam, ſed æque caleſcere: immo ſemper magis donec cõſpergas animaduertas, etſi tua perfuſio intrinſecus non fiat, nec ocyſſimè vt arteriæ motus eſt, præterquam quòd extrinſecũ frigus ambiens immediatè aquæ occurrit, non ſanguini. Quinimo ſi algentem pedem in aquam eiuſdem caliditatis, ac arterioſus ſanguis eſt, immergas, & contineas, non ſolum vlterius non frigeſcet, ſed frigus arcebit & caleſcet magis, magiſque calore & ſanguine intumeſcit, vt experientia docet. *Obijciuntur plurima.* Quòd propterea exteriori ex frigore extremas algentes, & conglacientes partes ſanguinis circuitu incaleſcere & quam primùm (vt air) manifeſto falſum eſt, quoniam niſi motus, exteriorue calor præſto ſit, calidũue corpus aſſumptum admotumue occurrat, actum eſt, emoriũtur, vt magnis infrigoribus viſitur. Sin verò ex accidenti frigeãt, ex timore, ex rigore, in febriſque acceſſione id contingat ex vitalium ſpirituum cor verſus regreſſũ, tunc ex eorumdem acceſſu caleſcent omnia; ſed non ſanguinis circuitu, verùm ſolo valido arteriarum motu ex ſpirituum affluentia. Neque in viuo corpore, nec in moriẽti quin etiam frigidum & gelatum in vaſibus ſanguinem reperiri eſt: (quod ait, Et ſi calentes partes priuſquam algerent, & ab ingenti externo frigore torperent, ſe tueri, ſtante Haruei ſanguinis circuitu nequiuerunt; quo modo non calentes; immo frigentes in eodem externo ambiente frigore exiſtentes condenſati meatus, & gelato (vt ait) ſanguinẽ repleti & ferè emortui eodem circuitu ſe ſe defendent, & incolumes in priſtinumque redibunt, ſi de quo magis arguere eſt?

Ampliùs partium extremitates, e. g. digitorum cacumina minus algerent; immo ex ſanguinis circuitu magis calerent, quia vt ibi ab arteriarum fine extremitate cauda caliđiſſimus arterioſus ſanguis vitali ſpiritu refertus (Harucio) effunditur, non item in medijs digitis, ſeu in digitorum medium, in venis (è vacuo & in partes effuſus) iam attractus & collectus; Nihilominus ſenſus & experientia contrarium docent.

Similiter cur intermittentium in febriũ acceſſionis principijs extrema maximè frigent, nec breui ſtante ſanguinis circuitu? Nobis ratio eſt in promptu, quia ſpiritus cor petunt, arteriæ vna cum corde patiuntur; venarum tamen tractione, actione nutritio fit. Quo modo in Lypiria febre extrema maximè algent, interna vruntur? Quam obrẽ mulieres quandoque hyſterico ex affectu mortuæ per diem viſuntur, quia cordis & arteriarum motus non perſentitur, ſtante circulatione? Quonampacto ſanguis à corde & arterijs circulatur, circumducitur ſine motu? quia ſine ſenſu; Et tamen nutriũtur, quia viuunt, & nutritio eſt prima vitæ operatio. Quocirca Venæ nutritionis ſunt inſtrumenta, ipſæ trahunt, etiã priuſquàm cor fabricatum ſit, (alias diximus oſtendimuſque) & genitum in vtero agat: in hiſce tamen dictis affectibus venæ vitales ſpiritus mutuantur (vt ſanguinem

per

Digitized by Google

per anaſtomoſim mutuant) & ſic vita aliquantiſper conſeruatur. quid quod igitur?

Contact. 163. Præcipuorũ membrorũ eadem ratio.

Nemo propterea inficias ibit quin malè affecto corde cetera corporis membra langueant quia vitæ conſeruator, actionum adiutor: Non proinde inferendum, quòd ſanguinem procreet, quòd circulatione omnibus alimentum deferat: quoniam hepar ſimiliter ſi malè habeat refrigeratum ſit, obſtructione laboret, ſcirrho affectum, & cor langueſcet, & reliqua flaceſcent omnia: quod & de Cerebro, ſplene, ac etiam ventriculo afferendum eſt: quia viciſſim ſibi neceſſario ſimpliciter opitulãtur, & vnum ſine alijs, vt totum omnibus abſque bene valentibus bellè ſe ſe habere nequeant: licet aliud alio præſtet.

Contact. 164. Oſtẽduntur ex optima inſtitutione.

Ea propter ſicuti in optimè inſtituta Republica inſtituto corpore alia ſibi ac alijs præſtant, Hepar & lien ſibi & ſanguineis partibus ſanguinem proximum & proprium alimẽtum fabricant & (ſpermaticis partibus mediatum, ex quo ſemen) ſubminiſtrant, nec minus cordi, quàm ceteris ſuis medijs vaſis, venis, in dextrum ventriculum vena caua, vt coronaria vena externis cordis partibus ſanguinem proprium alimentum iecur ſuggerit: ſecundo autem ventriculo (quemadmodũ ambabus auriculis, ambo) lien, vt diximus, ſubminiſtrat, ex quo nutritur, ſuperfluum pedetentim attractum in ſpiritusque verſum publico vſui totum per corpus medijs ſuis inſtrumentis deferentibus arterijs tranſmittit ſuum iuxta munus, ad producendam vitam, ad membrorum iuuandas & perficiendas operationes: (ſic cerebrum & teſtes, vt ſupra diximus) non autem vt commune omnibus alimentum, & idem æque omnibus, & perinde perfectum cunctis partibus temporis momento conficiat, puncto temporis & aduolanter diſpenſet & circulet, quæ nec agi poſſunt, nec fieri decet, vt iam vberiùs.

Cõt. 165. Vlterius declarantur.

Neque ad alimenti diſtributionem vllo penitus impetu opus eſt, quinimo nullus prorſus motus requiritur; quin ſupra nec omnino ipſius alimenti ſanguinis ponderis motus admittitur. (videat Harueius quàm bene nobis ſecum conueniat) propterea ſapienter Natura valuulas admolita, venis appoſuit, ne ſanguis ſuapte natura ſuo pondere moueretur, ſed omnino quieſceret. Non igitur impetu, non violentia, non perquàm ocyſſimè, ſed lentè, non vehentis impellentiſue, verùm cochleo (vt ita dicam) tractionis gradu & motu venarum nutriendi cauſa & neceſſitate partem poſt partem à caua ad poſtrema capillarium venularum ora, & extra in partium poros ſanguinem allicit.

Bene magnus & velociſſimus cordis & arteriarum ſyſtolis expellere motus ad genitos à ſe ſeque procreatos vitales ſpiritus omnibus corporis partibus communicandos diſtribuendos vitæ, & actionum præſtandarum, producendarumque gratia.

Pariſanus nõ intelligit.

Addo, quòd non intelligo, quo modo ſanguis purum alimentum ſponte ſua cor petat, & niſi, quòd ſuo pondere deorſum cadat, proindeque nec capio, quo modo ſuum verſus principium, ſi nec ab ipſo ortum duxerit, nec vlla ſecum cõuenientia affinitaſue inſit: nec quà pars ad totũ, quia ſanguis non eſt cordis pars, quemadmodũ nec ſanguis totus, nec vlla pars ſuapte, inquam, natura ad cor tendit, vt nec gutta ſuper tabulam ſparſa ad maſſam, niſi ex accidenti, grauitate & pondere, decliuitate, aut caſu eò perueniat. Neque leuibus dictis de cauſis & violenter, proinde non ſua ſponte. Neque adhuc noui, quo nam pacto muſculorum motu ſanguis verſus cor ſe recipiat: Sicuti neque quomodo procliuis pronuſque magis ſit à circumferentia ad centrũ vergere, quum in centro & maiori vaſe maior copia, maius pondus facilior egreſſus, non è contra. Adde, potiſſimùm, quòd vnum quodque membrum, qualibet corporis pars ſibi agit, ſibi conſulens, ſibi trahens: Vena maior & maxima vtpote plena non trahit, quoniam ſanguine referta, non eget; ſed ſuperfluum à iocinore exploſum ſanguinem recipit. Maiores

venæ non trahunt, niſi quatenus à coniunctis minoribus, & deinceps ab alijs ſanguis ſubripitur. Sic gula ab ore, à gula ventriculus cibum: à ventriculo meſeraicæ venæ, arteriæ ad hepar, lienem, cor: ab Hepate caua & ceteræ venæ, à caua dexter cordis ventriculus; à liene media Aorta & ramis, ſiniſter: à venis omnia membra ſanguinem alimentum prolectant & trahunt; à corde & arterijs ſimiliter totum corpus vitales ſpiritus allicit vitæ gratia & ſui muneris præſtandi cauſa: vt concordes partes omnes mutuò & viciſſim, verùm ſibi primò ſingulæ conſulant concorditer, alijs poſtea ſubſeruiant, nulla violentia, nullo impetu mutuent & mutuentur omnia.

Sanguinis circuitus ex conſequentibus probatur. Harvei Cap. XVI.

Pag. 61. INſuper problemata, ex hac veritate ſuppoſita, tanquam conſequentiæ ad fidem faciendam, veluti à poſteriore non ſunt inutilia, & quæ cum alijs multa ambiguitate & obſcuritate inuoluta videantur eſſe: hinc & rationem & cauſas aſſignari facile patiantur.

Tactus 166. Quemadmodum quæ in contagione videmus, in ictu venenato, & ſerpentum morſu, aut carnis rabidi, in lue venerea, & huiuſmodi quo modo illæſa particula contacta tamen totum habitum contingit vitiari (vti lues venerea illæſis aliquando genitalibus primo omnium vel ſcapularum, vel capitis dolore, vel alijs ſymptomatibus ſe ſe prodere ſolet) & vulnere facto à morſu canis rabidi, curato, febrẽ tamen, aut reliqua horrenda ſymptomata ſuperueniſſe experti ſumus. Quoniam primam, in particulam impreſſum contagium, vna cum reuertente ſanguine ad cor fertur; & inde totum corpus poſtea inquinare poſſe hinc patet.

Tactus 167. In tertiana febri, morbifica cauſa principio cor petens, circa cor & pulmones immoratur, & anheloſos, ſuſpirioſos, ignauos facit: quia principium aggrauatur vitale & ſanguis in pulmones impigitur, incraſſatur, non tranſit (hoc ego ex diſſectione illorum qui in principio acceſſionis mortui ſunt, expertus loquor) quando ſemper pulſus frequenter parui, & quandoque inordinati ſunt; adaucto vero calore, attenuatione facta materiæ, apertis vijs, & tranſitu facto incaleſcere vniuerſum corpus, pulſus maiores fieri vehementiores, & fit paroxyſmus febrilis: dum calor ſcilicet præter naturalis accenſus in corde, inde in totum corpus per arterias diffunditur, vna cum materia morbifica; quæ eo modo à natura exuperatur, & diſſoluitur.

Cur etiam exterius applicata medicamenta vires intro exercent ſuas, ac ſi intro ſumpta eſſent, hinc conſtet (Colocynthis & Aloe ventrem ſoluunt, Cantharides vrinas mouent, Allium plantis pedum alligatum expectorat, & cordialia roborat, & huius generis infinita) venas per orificia ab exterius admotis, abſorbere aliquid & intro cum ſanguine deferre (non alio modo, quam illæ in meſenterio, ex inteſtinis chylum exugunt, & ad iecur vna cum ſanguine apportant) non irrationabile eſt forſam dicere. *Tactus 168.*

In meſenterio etenim ſanguis, per arterias Celiacas meſentericam ſuperiorem & inferiorem ingreſſus, ad inteſtina progreditur: à quibus vna cum Chylo in venas attracto per illarũ venarum frequentiſſimas ramificationes in portum iecoris reuertitur, & per ipſum in venam cauam ſic contingit, vt ſanguis in his venis eodem ſit imbutus & colore, & conſiſtenti, qua in reliquis contra quam plures opinantur. *Tactus 169.*

Nec duos contrarios motus in omni Capillari propagine Chyli ſurſum, ſanguinis deorſum inconuenienter fieri improbabiliter exiſtimare neceſſe eſt. *Tactus 170.*

Sed an non ſumma naturæ prouidentia hoc fit; ſi enim Chylus cum ſanguine, crudus cum concocto, æquis portionibus confunderetur, non concoctio tranſmutatio & ſanguificatio ex indè proueniret, ſed magis (cum inuicem actiua & paſſiua ſint) ex alteratorum vnione miſtiò, & medium quid, vt in perfuſione vini cũ aqua & oxicrato: iam vero quando multo cum *Tactus 171.*

præ-

præter labente ſanguine exigua portio Chyli hoc modo admiſſa ſit, & quaſi nulla notabili proportione, contingit illud facilius (quod ait Ariſt.) cum vna gutta aquæ addita vini dolio, aut è contra, totum non miſtum, ſed vel vinum, vel aqua.

Tactus 172. Ita in venis miſeraicis diſſectis, non Chymus, non Chylus & ſanguis, aut ſeparati, aut confuſi reperiuntur, ſed idem qui in reliquis venis ſanguis, & colore & conſiſtentia ad ſenſum apparet. In quo tamen quia Chyli quiddam incõcoctum (licet inſenſibiliter) ineſt. Natura iecur appoſuit, in cuius meandris moras trahat & pleniorem tranſmutationem acquirat, ne præmature crudum ad cor perueniens, vitæ principium obrueret.

Tactus 173. Hinc in Embryone pene nullus vſus iecoris, vnde vena vmbelicalis iecur manifeſte integra pertranſit & à porta iecoris extat foramen vel anaſtomoſis, vt ſanguis regrediens ab inteſtinis fœtus, non per iecur, ſed in dictam vmbelicalẽ tranſiens, cor (vna cum materno ſanguine & reuertente a placenta vteri) petat, vnde etiam in prima fœtus conformatione iecur poſterius fieri contingit, & nos etiam in fœtu humano obſeruauimus perfecte delineata omnia membra, imo genitalia diſtincta, nondum tamen iecoris poſita pene rudimenta. Et ſane quouſque mẽbra (vt vel cor ipſum in initio) alba omnia apparent, & præterquam in venis nequidquam ruboris contineant, nihil præter rudem quaſi extra venati ſanguinis collectionem loco iecoris videbis, quam contuſionem quandam vel ruptam venam exiſtimares.

Tactus 174. Sed in ouo duo quaſi vaſa vmbelicalia; vnum ab albumine integrum pertrãſiens iecur & ad cor recte tendens, alterum à luteo in venam portam deſinens: quippe contingit in ouo pullum primum ex albumine tantum formari & nutriri, à luteo vero poſt perfectionem & excluſionem (nam & intra inteſtina in ventre pulli contentum poſt multos dies ab excluſione poteſt luteum reperiri, & reſpondet luteũ nutrimento lactis & ceterorum animalium. Sed hæc conuenientius in obſeruationibus circa fœtus formationẽ, vbi huius generis poſſunt eſſe problemata plurima, cur hoc prius factum, aut perfectum ſit, illud cur poſterius, & de principatu membrorum, quæ nam particula alterius cauſa ſit? & circa cor plurima, vti cur primum (vt Ariſtot. de part. animal. 3.) conſiſtens factum ſit? & habere videtur in ſe vitam, motum, & ſenſum, antequam quidquam reliqui corporis perfectum ſit? Et ſimiliter de ſanguine quare ante omnia? & qualiter principium vitæ & animalis habeat, & moueri, atque huc illuc impelli deſiderat? cuius cauſa cor factũ fuiſſe videretur, &c.

Sanguinis circuitus improbatur, ex conſequentibus ſic a Pariſano comprobatur. Cap. XVI.

Contact. 166. IN Contagione ex venenato ictu, ſerpentum, aut rabidi canis morſu, ex viri & ex peſtis fęda aura, ſeu vapore olfactu reſpiratione per pulmones ad cor: deglutione meſenteticis ſimiliter medijs arterijs ad ipſum & conſequenter ad vitales ſpiritus inquinandos nullo ſanguinis circuitu opus eſt, quia apertæ, claræ, patentes, manifeſtæque viæ ſunt. Adde quod venena, morſus rabidi canis, ſerpentũ, &c. ſæpe ſæpius cor non attingunt, vel non lædunt nec per horas, nec per dies, nec per menſes, neque per annos quin etiam integros interdum, vt de canis rabidi morſu experti ſumus, & celebres ſcriptores docent: Nihilominus tamen, certum habetur venenum illico & ſimulatque cor attingit è veſtigio inficit, facultates lædit, proſternit, occidit, quod illico à morſu etiam cutis, à qua capillares venæ ab arteriolis effuſum ſanguinem (Arueio) colligunt, aut per anaſtomoſim mutuantur ad Cauam, Cor, Pulmones adque læuem Cordis Ventriculum oculi nictu aſportant, & conſequenter occidunt, quod Experientia manifeſtè falſum oſtendit.

Luis venereæ virus & lęſio quandoque in ſola carie, in ſolo vlcere, aliquando in proſtatum læſione vnde gonorrhea: inter-

ter-

terdum in inguinum bubone, vt numquam non in ſola aliqua dolente parte, vt experientia docet. Quod ſi ſanguinis circulatio fieret, totus ſanguis & æquè totus infectus eſſet, ſicque corporis partes omnes, & perinde læſæ omnes, & illico & oculi nictu extarent omnes, quod experientiæ repugnat, quonam ſæpenumero vna dolente, affectaue parte, reliquæ omnes bene valent, & exquiſitioris ſenſus & nobiliores præſtantioreſque non torquentur; quod ſi ſæpe ſępius plures ſimul partes vexantur, quia ſanguinis maſſa læſa ſit, ex ſpirituum in genitalibus genitorum & affluentium infectione & ſanguini communicatione, non circulatione ſit, & ſemper in tempore.

Cõtraria colligũtur omnia.

Quod ſi nonunquam ſanato rabidi canis morſu & vulnere poſtea febris aggrediatur, & ſæua ſymptomata ſubſequãtur ex cõmunicato ſpiritibus, & ſanguini veneno ſiũt; vt in alijs febribus & feris ſymptomatibus communicato putrido vapore, ſicuti etiam ex abſceſſu, & apoſtemate contingit, per quod apoſtema ſi ſanguinis circuitus fieret, vaſa eo loci terminantia, arteriæ ſanguinem euomerent, & (abſceſſus, & pus ſemper cruda ex perpetua ſanguinis reiectione) venæ totum ſanguinem puri commiſtum aſſumentes, omnes ſpiritus, totum ſanguinem, cor, pulmones, arterias, atque totum æque, & omnino inquinarent: quod nobis erroneum. Adde quòd aperto abſceſſu, apoſtemate febris ceſſat, quum diu apertum nihilominus permaneat, & pure ſcateat, & Harueio ibidem ſanguinis circulrùs nihiloſecius vt prius fiet; quæ non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur.

Contaſt. 167. In Tertianæ febris principio eſto cor, & pulmones primum laborare, quia primò læduntur; alterum per eſſentiam, & per ſe cor; alterum pulmo ex accidenti, quatenus vitalis copioſi ſpiritus ad cor tunc læſum reuerruntur: propterea ijs deſtituti, &c. anheloſi, ſuſpirioſi fiunt, ac etiam ſanguis ea de cauſa craſſior redditur: non quia ex circuitu incraſſetur, & in cor tunc non tranſeat; (quoniam illac in cor nunquã pertranſit) & ſi non permeat: igitur non ſit circuitus, ergo totus ſanguis per priorem cordis, & arteriarum motum (Harueio) in pulmones perueniens & in venis erit, inanito corde vacuis exiſtentibus arterijs; ſi ſic vt neceſſariò ex ocyſſimo circuitu, hæc interim igitur fame morientur, pulmones & venæ vniuerſo ſanguine repletæ crepabunt, potiſſimum ſi per dimidium diem (vt quandoque ſolet) tale acceſſionis principium perdurabit.

Inconuenientia maxima.

Neque exterius medicamentorum ex applicatione prodeuntes effectus vllum negotium faciunt, circuitus veſtigiũ præſeferunt: quoniam externa attrahentibus cutaneis arterijs, & medijs communicata vitalibus ſpiritibus id facile fit, etiam Galeno ſic 1. ſimpl. med. facul. c. 12. & 3. de facult. nat. c. 14. atteſtãte, „ Multæ enim, inquit, venæ, arteriæque aperiuntur in cutis meatus, & in ipſius ſuperficiem internam, ac in meatuum perforationes haud pauca peruenire venarum arteriarumque oſcula exiſtimandum: nihiloque ſecius ad extremam ſuperficiem, ita vt ipſæ oſculis ibi finiant, tum quicquid piperis ad exactiſſimum redactum fuerit polinem ſimul ambiente aëre ab arteriis, (ab arterijs, inquit, non venis) attrahi. *Contaſt. 168.* *Tollitur.*

Eo minus per Celiacas arterias ſuperiorem inferioremque meſentericam ingreſſus ſanguis ad inteſtina progreditur: quoniam arteriæ ſibi conſulentes à venis per anaſtomoſim trahunt, vt eo nutriantur, vt cor & totum corpus: non autẽ portant & effundunt in venas: ſed bene vitales ſpiritus deferunt, & toti corpori communicant, & conſequenter falſum ipſum arterioſum ſanguinem chylo miſtum (rationi abſonum) à meſeraicis venis in iecoris portam aſportari, & deinde in venam cauam iuxta imaginata. *Contaſt. 169.* *Reprobatur.*

Sed vt (non improbabiliter & inconuenienter) maximè neceſſarium eſt, & rationi perquam conſentaneum ſtatues ſi venas (omnes) meſeraicas iocinoris ſeu cauæ ſanguine nutriri à iocinore attrahere & ſui gratia, & aliorum in quæ terminantur, inteſtinorum, ventriculi externam tunicã: Et quia officialis membri inſtrumenta, & ductus ſunt, ſurſum quoque chylũ ad he- *Contaſt. 170.* *Offuſis tenebris.*

Digitized by Google

par reportare neceſſe fuit non incõuenienter, non improbabiliter, ſed Naturæ ordine, hoc eſt ſapiẽter, ſi Naturæ diuerſa ſtata tempora, & modos animaduertas, & aſſequaris, non ſuperficialiter attingas, vnde confuſio & tenebræ.

Luculentum reſponſum.

Etenim quum omnes corporis partes continuò abſumi, & conſequenter perpetuò inſtaurari cõtingat, & neceſſe ſit; propterea quum interna ventriculi & inteſtinorum tunica chylo alantur (vt ſuo in cãpo, in prima parte, oſtendimus) externæ verò tunicæ ſanguine, idcirco meſeraicæ venæ (dum cibus in ventriculo cõficitur) & ſibi & externis dictis tunicis conſulentes, ſanguinem pro nutritione ſufficienter trahunt & deferunt: Facta hoc interim cibi concoctione, elaborato chylo, aſſumpta ſibi eiuſdem potiori a ventriculo parte, ſuperflua in duodenum & in alia inteſtina exploſa, à venarum tunicis, à ventriculi & inteſtinorum externis tunicis ſanguis apponitur, & inſtauratio fit; necnon ab internis ventriculi & inteſtinorũ chyli ſubtilior, perfectior, elaboratiorque pars in ſemen verſa apponitur vt inſtaurentur; quo tempore ſanguine exinanita aliquatenus meſeraicis (vt alijs venis) iecoris caua ab affluentibus ventriculo, & inteſtinis chylo, meſeraicæ venæ Iocinoris & Splenis officialium membrorum inſtrumenta ipſum rapiũt, & ad hepar lienemque portant: Quo abſoluto munere, & interea ex abſumpto ventriculi & inteſtinorum chylo, ſenſus fit defficientis alimenti, inde appetitus & fames; hinc cibi & potus aſſumptio, &c. hinc ibidem & externarũ membranarum & venarum indigentia appetitus, ſanguinis attractio, & ſic viciſſim hepatis.

Quam ob rem ſanguis non ſurſum, & deorſum ſimul: non ſanguinis, & chyli in meſeraicis vaſis miſcella & cõfuſio, quicquid Harueius & alij dicant: quando alternis temporibus hæc fiant opera; quia eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, & Naturæ potiſſimum ſuis in actionibus; quod fortaſſe noſtris ex ſubductis calculis etiam innoteſcet.

Contact. 171. Idcirco quemadmodum non dicimus meſeraicis in venis chylum & ſanguinem confundi, nec æque miſceri: ita neque minimum chyli plurimo ſanguini permiſceri admittimus, potiſſimum vt dici poſſit, vt appareat, aut ſit totus ſanguis, vt ex Ariſtotelis guttæ aquę vini dolio additę exemplo Harueius ſuam ſententiã comprobare nititur: propterea quòd non ſolũ ſanguinis circuitum inficiamur, non tantùm arterias eaſdem nihil ſanguinis miſeraicis venis præbere, ſed ab ipſis per anaſtomoſin, vt à reliquis (quando ab hepate pro ſe ſe trahunt, ac dictas ad ventriculi & inteſtinorum externas tunicas deferunt) ſanguinis portionem pro ſui nutritione alliciãt & prolectent. Non quod chylum inde aſſumant, quicquid alij dicant, ſed duntaxat vt ſuum iuxta munus, & de more, ac vt vbique fit ſanguinem dicto modo à venis mutuentur, & iiſdem (venis inquam) & dictis membranis illiſque partibus ſpiritus mutuent.

Confirmantur, & declarantur.

Quòd in meſeraicis diſſectis venis ſanguis (non chylus) reperiatur eſto; quod ex arteriis ſanguis ſit, &c. perperam dicitur, allatis, & aliis de cauſis: quandoquidem ſanguis in mortuis, & diſſectis meſerei in venis ideo reperitur, quia dũ animal moritur, officialia primum membra ab opere ceſſant, Ventriculus potiſſimũ, heparque, tum quia ventriculus ſuapte natura parum calidus eſt, & propterea plurimum proximorum larium ope, & adminiculis eget, quibuſque tunc temporis deſtituitur, tum quia crudum cibum & potum aſſumit, quos ſolus vehementer repugnantes ſuperare nequit, & conſequenter concoctione perficere non poteſt. Sic hepar vltimo attracto chylo abundat; at venæ meſeraicæ ſibi primò conſulentes prout egent, & donec indigent ab hepare trahunt, ac etiam, quia ab ipſis dictæ membranæ alliciunt & rapiunt: quare mortuo animali ſanguis in ijs diſſectis deorſum ab hepate (non ab arterijs) tractus, & non chylus reperitur.

Contact. 172. *Dilucidius reſerantur.*

Vt præpoſterè etiã aſſeratur ſanguinem arterioſum chylo miſceri; & in iocinoris meandris immorari, non ſolũ quia hepar

Verè confuſionis Chaos.

nimis

nimis calfaceret, & abs re ipſe illac pertranſiret, atque cum chylo eo loci moraretur; An vt vlteriùs arterioſus ſanguis ibibi concoquatur, elaboretur?

At cur plurimum ſanguinis, & ſimul chyli minimum, vt non appareat, non videatur requirente rapiẽteque hepate? Et ſi chylus ibi affluat, hepar alliciat & prolectet, & venæ iocinoris inſtrumenta ei inſeruire ſuo fungentes munere debeant, quam ob rem ſanguinis plurimum, chyli verò minimum aſſumunt, & deferũt? quo docente, quo imperante iſtæc potiſſimum, ſi arteriæ pauciſſimæ, venæ quam longè plures?

Aſt dũ chyli in vẽtriculo elaboratio fit, & priuſquam facta ſit, quam ob rem meſeraicæ venæ (inquam) arterioſum ſanguinẽ in iocinoris meandros deferunt, quũ nihilominus Haruejo ſuapte natura recto tramite nullaque mora neutiquam cunctari, ſed quam celerrimè in cor ſe recipere debeat, & ſic perpetuò? Atqui celebrata concoctione, elaborato chylo, exploſaque illius à ventriculo affluenti ſuperflua quantitate, affuſa itidem ab arterijs ſanguinis copia, quid fiet? cui miſeraicæ venæ dicto audientes erunt, proprione Iocinori fonti chylo? An alieno, Cordi morem gerent, ſanguine præſto erunt? An confundent omnia? An aduolabit arterioſus ſanguis? An longa mora ſponte ſua cunctabitur chylus? An ſpiritus ſanguis cum crudo chylo in hepatis meandris morabuntur, & ſpiritus vitales peribunt? An ex vitalibus verſa vice naturales à Iocinore fient? An verò chylus cor repentè petens refrigerabit, vitæ conſeruatorem obruet? An illac demum tranſeuntia omnia in omnibus, & per omnia, omnia confundantur, nulloque ordine, ſed cuncta omnino conturbata, vt in Babellica turri diſcordia in Natura, præter, & contra Naturam!

Contrad. 173. Inconuenientium Chaos. Quo nam quæſo pacto in Embryone (multis etiam miſſis) ſi hic commentus circuitus admittatur, vt ſanguis totus in caua collectus per nouos duos ductus in Cor, in Aortam tranſeat, deſcendat, Cur Natura vnum tantùm vmbelicale vas ad Iecur, ad Cauam vtrumque ſanguinem deferẽs nõ fabricauit appoſuitque? Aut duo solummodò ſi voluit diſtinctos ſanguinis in Cauam (vt Haruejus vbique) confundere? Cur ad Iecur venoſum vas vnum ad Iliacas arterias duas arterias, niſi fruſtra per plura voluit? Et cur diuerſa in loca duxit & implãtauit, niſi perperàm & præter rationem, quod erroneum dictu? Enimuero ſi ab vmbelicalibus duabus fœtus arterijs ad Iliacas arterias ex venis per anaſtomoſim non ex matris ſplene arterioſus ſanguis in Aortam aſcendit, vt in ceteras omnes fœtus arterias arterioſi ſanguinis ingreſſus eſt, quod velit, nolitue admittat oportet; ſecus, quo? quorſumue ſeſe recipiet, iterque faciet? Et ſi ſic, quo modo a corde (mitto, quòd cor omnium juxta ſententiam tunc non agat, moueaturque, nec à pulmonibus recipiat quicquam) in aortam totus ſanguis deſcendit, circulatur? Siquidem implicant hæc, totum matris ſanguinem vobis arterioſum per Iliacas ad Aortam aſcendere, & venalem arterialemque ſimul miſſos & confuſos circuitu per cauam venam tranſeuntes in Aortam ſimul & ſemel deſcendere.

Sed hiſce ex nouis Haruei opinionibus, de ſanguinis videlicet circuitu, ac de cordis in vtero motu, magnam ſuboritur in vtero diſſidium inter matrem, & filium, verè inteſtinum, bellum vtriuſque inter corda: Quòd alterum matris ſpiritus, & vobis ſanguinem per arteriam in arteria contentum ſyſtole tranſmittat. Alterum, fœtus cor (cuius ventriculi Haruejo agunt, vt intra) non ſolùm non attrahat recipiatque; ſed contra propria ſyſtole, Haruejo (Nobis & Diaſtole & Syſtole in vtero deſtitutus eſt) reſiſtat (ſanguis Haruejo ex vena ex arteria non fluit, nec impellitur, ſed à corde) aſcenſum in Aortam impediat, & ita matris opem, ſanguinem ſpiritum, & vitam ſimul reijciat ac à ſe ſe ablegęt: quod quo modo inteſtinam diſcordiam componat Haruejus ſuis ex commentis, non facilè video.

Amplùs ſi cor in fœtu à pulmonibus ab auriculis ſanguinem impetu non recipit,

pit; quo modo Harueio in arteriam magnam, in totum corpus exploditur? Et ſi cor non mouetur, quo modo Aorta mouebitur, in quam veluti in vterum, in ſaccum ſanguis (Harueio) immittitur, à quo nam? Siquidem pugnant hæc.

Cæterùm aliquanto ſubtilius ratiocinemur, quærentes; Nunquid priuſquam Cor id eſt parenchyma generetur, maternus ſanguis Embryonis delineatam fabricam ingrediatur? Ego profectò ex à me obſeruatis, & alibi explicatis, potiſſimum in pulli fabrica, aſſererem, & ex potiori Schola Medica, Galenica, inquam, confirmarem. Sed quia fortaſſe Harueius, potius vt legitur Peripateticus, quàm Galeneus id inficiabitur; Ea propter id nunc tranſeat, quando alias non paucis egerimus; Vt etiam paulò ante ex eius verbis, & infra in ſequenti poſtremo capite id eum ſentire comprobabimus, etſi alibi ambigat, alibi inficietur.

An ad cor conſtituendum matris ſanguis requiritur? Hoc vt rationi maximè conſentaneum & ſimpliciter neceſſarium eſt; Vtque ex communi ſententia, ita nemo ſanæ mentis inficiabitur; quoniam eſt materia ex qua; & vtpote calidiſſimū viſcus ex feruétiori ſanguine (quemadmodum optimè Galenus ratiocinatus per ouatem anaſtomoſim attracto, & ab Aorta vecto immiſſo vitali ſpiritu affuſi progignetur: Atqui ſic arterioſus maternus ſanguis per vmbelicalia ad fætus fabricam apportatus priuſquam ad cordis poſitionem perueniat & effundatur per anaſtomoſim in Iliacas arterias ſpiritus defertur, (ecce quòd antequam Cor fiat feminea inſtrumenta, arteriæ, venæ, &c. facta ſunt, & viuunt, quod iam quærebamus, & vt certum poſuimus) & ab iliacis ad cordis ſitum, quo loci, & ad quem peruenire, perduci, & affundi debent, nō minimum eſt ſpatium; Quocirca aſcendant ab vmbelicalibus, & Iliacis per Aortam oportet, non à corde tractus; quoniā nondum in rerum natura eſt; Igitur à venis ille à matris arteriarum ſyſtole hic exploſus tranſmiſſuſque. Igitur neceſſariò ſimpliciter ab iliacis per Aortam ad cordis ſitum aſcendit. At eſto iſte primus embryonis fabricam ingrediens ſanguis & ſpiritus, (nos alium præceſſiſſe rationabiliter volumus ad ſpermatica prius mēbra, & deferentia inſtrumenta arterias, & venas, nutriendum) An Aortam ſpiritus, Cauam ingreſſus venoſus ſanguis: maiores venæ, mediocres, minores, ac minimæ Arteriæ itidem maiores, minores, minimæ ſanguinem per anaſtomoſim ex venis tractum ſui alendi gratia proximum, imo in ſeſe contentum ſucceſſiuè trahent, an diu expectabunt, donec cor generetur, & poſt genitum, & perfectum à caua dud per magnorum vaſorum in fætu, Ductū, inquam, & foramen Anaſtomoſim trahat, vel in Aortam abeat, & per arterias in minimas venas tranſuehat? O quàm burda membra eſſent dum ſua Natura?

An dum Mater, vterus in Embryonis prima genita inſtrumenta ſanguinem infudit, ipſa otiantur, & alimēti acceſſus fruſtra fit? Et ſi illa viuunt; ergo nutriuntur, quia nutritio prima animæ operatio eſt. Si viuunt; ergo alimentum trahunt: Ergo tota ſpermatica prima lineamēta ab Aorta ſpiritum; à Caua alimentum: Ergo à Cauis omnes venæ, non ab arterijs tranſmittente circulante corde: Ergo arteriæ omnes ab Aorta, non à corde, ſed ab Iliacis; hæ ab vmbelicalibus. Aſt ſi rea ſic omnibus ſeſe habentibus, ſi primus talis arterioſus ſanguis communi opinioni & nobis ſpiritus per Iliacas Aortam, & Cor ſurſum aſcendit, (non è contra) quomodo genito corde deſcendit à corde exploſo, ſeu à Caua per nouos duos ductus in Aortam? Et ſimul & ſemel ab vmbelicalibus in Iliacas, Arteriam Aortam, & Cor verſus ſurſum aſcēdit, & deſcendit? Quo modo venæ omnes, Cauæ ſurculi à caua initiò trahunt omnes, poſtea omnino cōtra? Quo modo hæc! qui Meandri? quæ repugnantiæ, Metamorphoſes? An alia Natura? An Virtutes & poteſtates diuerſa? An actionum, vtilitatumque fibræ, inſtrumenta diuerſa? An alij & potiores fines? Reſpondeant, noſque qui ſciunt doceant neſcientes.

De Iecinoris generatione, & ortus modo, ac tem-

tempore albi in proprio tractatu, ac in pulli ex ouo generatione verba fecimus: idcirco non eſt, quod hic idem repetamus, potiſſimùm quòd nihil ad ſanguinis circuitum.

Contract. 174. Hactenus falſa omnia. Sed quòd in ouo duo quaſi (hoc, quaſi, quid falſi arguit) vaſa vmbelicalia, vnū, inquit, ab albumine integrum pertranſiēs iecur, & ad cor rectè tendens. Hoc vas non reperitur, nec in fœtu, nec in pullo etiam adulto: nec ab hepate ad cor aliud vas præter venam cauam ineſt. Si verò quandoque affluiſſet, vt cetera certo reperiretur.

Quòd in ouo pullus primum ex albumine formetur & nutriatur, Peripateticæ ſunt dogmata & falſa: quoniam prima pulli lineamenta ex ſemine fiunt, primum alimentum poſt ſemen eſt ſanguis, qui in pullo eſt luteus; ſicuti pluribus in eadem de pulli procreatione tractatu egimus, vbi ex ſemine primùm progignit, & alì poſtea & ex luteo ex ſanguine nutriri dein parenchymata procreari, aduerſus Ariſtotelem & alios oſtendimus: Propterea quum nihil hic addat, nuda præter quædam problemata, noſtris ijs nos contenti in præſentia erimus, eorum partum expectantes.

Confirmatur ſanguinis motus, & circuitus ex apparentibus in Corde, & ex ijs, quæ ex diſſectione Anatomica patent. Haruei Cap. XVII.

Pag. 64. COr non in omnibus animalibus inuenio diſtinctam eſſe & ſeparatam particulam, alia enim (quaſi dicas) plant animalia cor non habent, quia quædam animalia ſunt frigidiora exiguæ corpulentiæ, mollioris texturæ, ſimilaris cuiuſdam conſtitutionis vt erucarum genus, & lumbricorum, & quæ ex putredine oriuntur, non ſeruantia ſpeciem, plurima, ijs cor non eſt, vt quibus impulſore non opus eſt, quo alimentum in extrema deferatur, corpus enim connatum & vnum abſque membris indiſtinctum, habent, ſic vt contractione, & relatione totius corporis, intro ſumant & expellant, moueant & remoueant alimentum. Plant animalia dicta Oſtea, Mytili, ſpongiæ, & Zoophytorum genera omnia, cor non habent, pro corde enim toto corpore vtitur, & quaſi totum cor, huiuſmodi animal eſt.

In plurimis & pene omnibus inſectorum generibus propter corpulentiæ exiguitatem diſcernere non poſſumus rectè; attamen in apibus, muſcis, crabronibus & huiuſmodi (aliquando ope perſpicilli) licet, pulſans quiddam intueri: etiam in pediculis, quibus tranſitus alimenti per inteſtina (cum translucidum ſit animal) quaſi maculam nigram cernere. inſuper clare poteris multiplicantis illius ſpecilli ope.

Sed in exanguibus & frigidioribus quibuſdam, vt cochleis, conchis, ſquillis, cruſtatis, his omnibus ineſt pulſans particula (quaſi veſicula quædam, vel auricula ſine corde) rarius vero contractionem & pulſum ſuum faciens, & quem nō niſi æſtate, aut calidiori tempeſtate diſcernere liceat. Tactus 175.

In his ita ſe habet iſta particula; impulſu aliquo opus eſt ad alimenti diſtributionem propter partium organicam varietatem, aut denſitatem ſubſtantiæ: ſed rarius fiunt pulſationes, & quandoque non omnino, ob frigiditatem, prout conueniens illis eſt, quæ dubiæ ſunt naturæ ita vt quandoque viuere, quādoque emori, videantur, & quandoque vitam animalis agere, quandoque plantæ. Quod etiam inſectis videtur contingere (cum hyeme latent, & quaſi mortua occultantur) vel plantę vitam tantummodo agant; ſed an idem etiam quibuſdam ſanguineis animalibus accidat, vt ranis, teſtudinibus, ſerpentibus, hirundinibus non iniuria dubitare liceat. Tactus 176.

In animalibus vero maioribus, calidioribus, vtpote ſanguineis, impulſore alimenti, & eum vi forſam maiori, opus eſt: proinde vti piſcibus, ſerpentibus, lacertulis, teſtudinibus, ranis & huiuſmodi alijs, tum auricula, tum cordis ventriculus vnus, vnde & veriſſimum illud (Ariſt. de part. anim. 3.) quod nullum ſan- Tactus 177.

Tt 3 guineum

guineum animal careat corde, quo impulſore validiora & robuſtiora, non ſolum ab auricula agitetur alimentum, ſed longius & celerius protrudatur.

Tactus 177. Quin in adhuc maioribus, calidioribus & perfectioribus animalibus vtpote plurimo feruentiori & ſpirituoſo ſanguine abundantibus, quo protrudatur, fortius, celerius, & impetu maiori propter corporis magnitudinem, aut habitus denſitatem, alimentum, in his robuſtum cor magis & carnoſius deſideratur.

Et inſuper, quia perfectioribus, perfectiori opus alimento, & vberiori calore natiuo, vt alimentum concoquatur, & vlteriorem perfectionem nanciſcatur, illis animalibus pulmones habere & alterum ventriculum, qui per ipſos pulmones alimentum trudat, conueniebat.

Sic quibuſcunque inſunt pulmones, vbi duo ventriculi cordis dexter & ſiniſter, & vbicumque dexter, ibi ſiniſter quoque ineſt, non è contra vbi ſiniſter ibi dexter quoque (ſiniſtrum voco ventriculum vſu, nō ſitu, diſtinctum videlicet, quia ſanguinem in totū corpus diffundat non in pulmones ſolum) hinc ſiniſter ventriculus per ſe cor efficere videtur, & in medio ſitus, ſcrobiculis altioribus ita inſculptus, & maiori diligentia fabrifactus eſt, vt cor ſiniſtri ventriculi gratia factum videatur; & dexter ventriculus quaſi famuletur ſiniſtro; nec ad conū eius pertingit, tenuiori triplo pariete eſt, & quaſi articulationem quamdam (vt Ariſt.) ſupra ſiniſtrum habeat. Maiori capacitate vero vt pote, qui non ſolum ſiniſtro materiam, ſed & pulmonibus alimentum præbeat.

Tactus 178. Notandum vero, quod in Embryone aliter ſe habent iſta, & non tanta differentia ſit ventriculorum, ſed tanquam in nuce nuclei gemelli æqualiter pene ſe habēt, & dextri conus ad ſiniſtri ſumitatem pertingit, vt cor in his (tanquam duplici apice) in cono ſit, & hæc quoniam in his (vt dixi) dum ſanguis non tranſit per pulmones, vtique de dextro cordis ſinu in ſiniſtrum. Ambo per foramen ouale, & tranſitum arterioſum, vt dictum eſt, idem officium traducendi ſanguinem è vena caua in arteriam magnam, pariter præſtant, & in vniuerſum corpus impellunt æqualiter, vnde æqualis conſtitutio. Cum vero pulmones vſui eſſe, & vniones dictas occludi ſit tempeſtiuum, tum hæc differentia ventriculorum incipit in robore; & reliquis eſſe: quia dexter dumtaxat per pulmones, ſiniſter per totum corpus impellit.

Vltra hæc etiam in corde lacertuli (vt ita dicam) ſiue carnoſæ virgulæ, & fibroſi nexus plurimi (quos Ariſt. lib. de reſpirat. & de part. animal. 3. neruos vocat) qui partim ſeparatim diuerſo modo tenduntur, partim in parietibus & mediaſtino (altis factis ſcrobiculis) ſulcatim reconditi tanquam muſculi quidam parui. Qui ad robuſtiorem, & ad validiorem impulſum ſanguinis, & conſtrictionem cordis quaſi ſuccenturiati ſunt, & ſuperadditi cordi, & ad vlteriorem expulſionem ſanguinis auxiliares, & ut (tanquam in nauiſunium diligens & artificioſus apparatus) corde vndiquaque ſe contrahente, vndique adiumento forent; & ſanguinem plenius & validius è ventriculis expellerent.

Hoc autem manifeſtum eo, quod quibuſdam animalibus ſint, quibuſdam minimē, & omnibus quibus ſunt, illis plures & fortiores, ſiniſtro, quam dextro, & quibuſdam animalibus, in ſiniſtro ſunt, dextro verò nequaquam, & in hominum genere, plures in ſiniſtro quam in dextro ventriculo & plures in ventriculis, quam in auriculis, & aliquibus in auriculis quaſi nulli. In Toroſis & muſculoſis agreſtibus corporibus, & durioris habitus plures, in tenellis corporibus fęminis pauciores.

In quibus animalibus ventriculi cordis intus leues; omnino abſque fibris, lacertulis, neque ſcrobiculis ſiſſi (vt auibus minoribus pene omnibus, ſerpentibus, ranis, teſtudinibus, & huiuſmodi, ſic perdica, gallina, piſcibus ſimiliter maxima ex parte) in his neque nerui (ſiue fibræ dictæ) neque valuulæ tricuſpides in ventriculis reperiuntur. Quibuſdam animalibus dexter ventriculus intus leuis eſt, ſiniſter vero fibroſos illos nexus habet, vt in anſere, Cygno, & auibus grauioribus.

In

In his eadem eſt ratio, quæ in omnibus; cum ſpongioſi & rari & molles ſint pulmones ad protruſionem ſanguinis per ipſos, vim tantum non deſiderari, proinde dextro ventriculo aut non ſunt illæ fibræ, aut pauciores, infirmiores, non ita carnoſæ, aut muſculos æmulantes. Siniſtri vero ſunt & robuſtiores, & plures, & carnoſiores, & muſculoſi; quia ſiniſter ventriculus maiori robore & vi opus habet, quo per vniuerſum corpus longius ſanguinem proſequi debuerat.

Et hinc etiam medium cordis poſſidet, & triplo craſſiori pariete & robuſtiore eſt ſiniſter ventriculus dextro. Hinc omnia animalia, & inter homines ſimiliter, quo denſiori, duriori, & ſolidiori habitu ſunt carnis, & quo magis carnoſa, lacertoſa, habent extrema membra, & magis à corde diſtantia; eo fibroſum, magis craſſum, robuſtum, & muſculoſum habet cor. Idque manifeſtum eſt, & neceſſarium. Quo contra rariori textura, & molliori ſunt habitu, & corpulentia minore, flaccidum magis, mollius, & intus minus (aut non omnino fibroſum & enervatum cor gerunt.

Valuularum ſimiliter ſigmoidarum vſum conſidera; quæ ideo factæ, ne ſemel miſſus ſanguis in cordis ventriculos regeratur, & in orificio arterioſæ venæ & aortæ (dum ſurſum eleuatæ, & in vicem coniunctæ triquetram lineam, qualis ab hirundinum morſu relinquitur effingunt), quo arctius obſeruatæ, ſanguinis refluxum arceant.

Tricuſpides in introitu à vena caua, & arteria venoſa ianitores, ne cum maxime impellit ſanguis, retrolabatur, & ea de cauſa non inſunt omnibus animalibus (vt dixi) neque quibus inſunt eadem naturæ ſolertia factæ apparent; ſed in alijs exactius, in alijs remiſſius & negligentius, vt claudantur pro maiori, vel minori impulſione à ventriculorum conſtrictione facta: Ideo in ſiniſtro ventriculo vti ad maiorem impulſionem diligentior occluſio fiat: duo tantum ſunt inſtar mitræ, vt exactiſſime claudantur & longe in conum per medium pertingentes (quæ res impofuit forſan Ariſtoteli, vt hunc ventriculum duplicem ſectione per tranſuerſum facta exiſtimaret) ſimiliter profecto ne retro in arteriam venoſam labatur ſanguis, & exinde robur ſiniſtri exoluatur in propellendo per vniuerſum corpus, ideo valuulæ iſtæ mitrales mole, & robore, & exacta clauſura, illas in deſtro poſita exuperant.

Hinc etiam neceſſario nullum cor ſine ventriculo conſpicitur cum lucanar & fons & promptuarium eſſe ſanguinis debeat: Idem vero in cerebro; non ſemper contingit. Auium enim genera pene omnia nullum habent in cerebro, ventriculum, vt patet in anſere & cygno, quorum cerebrum cuniculi cerebro pene magnitudine æquatur. Cuniculi autem vẽtriculos, licet in cerebro habeant, anſer tamen non habet. Similiter vbicunque cordis ventriculus vnus, vna auricula appendit, flaccida, cuticularis, intus caua, ſanguine referta; vbi duo ventriculi, duæ ſimiliter auriculæ. Contra vero aliquibus auricula dumtaxat ineſt animalibus (non autem cordis ventriculus) vel ſaltem veſica auriculæ analogon, vel vena ipſa in loco dilatata pulſum facit, vt videtur in crabronibus, & apibus, & alijs inſectis, quæ non ſolum pulſum habere, ſed & reſpirationem in illa parte, quam caudam nominant, experimentis quibuſdam me poſſe demonſtrare arbitror, (vnde ipſam elongare & contrahere contingit modo frequentius, modo rarius, pro ut anheloſi magis videntur, et aere magis indigere) ſed de his in tractatu de reſpiratione. Textus 180.

Auriculas ſimiliter pulſare aptum eſt, ſe ſe cõtrahere (vt ante dixi) & ſanguinem in ventriculos conijcere, vnde vbicunque eſt ventriculus auricula neceſſaria non ſolum quod vulgo creditur, vt ſit ſanguinis receptaculum & promptuarium (quid enim opus eſt pulſatione ad retinendum) ſed motores primi ſunt ſanguinis auriculæ, præſertim dextra, primum viuens, vltimum moriens (vt ante dictum eſt) quare neceſſaria, vt ſcilicet ſanguinem in ventriculum ſubſeruiens infundat. Qui ventri- Textus 181.

triculus continuò (ſe ipſum contrahendo) iam ante in motu exiſtentem ſanguinem commodius elidat, & violentius propellat, vt cum ludas pila à reuerberatione fortius & longius percutiendo quam ſimpliciter proijciendo, impellere poteris.

Tactus 182. Quin etiam contra vulgarem opinionem, quia, neque cor, neque aliud quidquam ſeipſum diſtendere, ſic poteſt, vt in ſe ipſum attrahere ſua diaſtole quicquam poſſit, niſi vt ſpongia vi prius compreſſa, dum redit ad conſtitutionem ſuam.

Tactus 183. Sed omnem motum localem in animalibus primum fieri, & principium ſumpſiſſe conſtat à contractione alicuius particulæ: ideo à contractione auricularum conijcitur ſanguis in ventriculos, vt ante patefeci, & inde à contractione ventriculorum proijcitur & transfertur.

Tactus 184. Quæ veritas de motu locali, & quod immediatum organum motiuum in omni motu, omnium animalium in quo ſpiritus motiuus (vt Ariſt. dicit lib. de ſpiritu & alibi, primo ineſt) ſit contractile, & quemadmodum νεῦρον à νεύω, nuto, contraho dicatur. Et quod Ariſt. muſculos cognouit, & non operam, omnem motum in animalibus retulit ad neruos ſiue ad contractile, & proinde illos lacertulos in corde neruos appellauit, ſi de motiuis organis animalium, & de muſculorum fabrica ex obſeruationibus noſtris, quandoque demonſtrare liceret, palam arbitrater foret.

Tactus 185. Quin inſtitutum proſequentes, de auricularum vſu ad ventriculos implendos ſanguine, vt ante demonſtratum eſt: contingit; quo magis denſum, compactum cor, pariete craſſiore, & auriculæ neruoſiores eo magis muſculoſæ ad impellendum & implendum, quibus contrariis tanquam veſica ſanguinea, & membrana cõtinens ſanguinem apparet (vt in piſcibus) (ibi enim tenuiſſima & adeo ampla eſt veſica, quæ auriculæ loco eſt, vt ſuper ipſam cor innatare videatur) vt in quibus piſcibus carnoſior paulo illa veſica eſt, perbelle pulmones æmulari & ementiri videtur; vt Cyprino, & Barbo, tinca & alijs.

In aliquibus hominibus toroſis videlicet, & durioris habitus dextram auriculam ita robuſtam, & cum lacertulis, & vario fibrarum contentu interius affabre concinnatam reperi, vt aliorum ventriculos robore videretur æquipollere, & mirabar ſane in hominibus diuerſis quanta eſſet differentia.

Sed notandum, quod in fætu auriculę longe maiores, quam pro proportione, *Tactus* 186.
quia inſunt, antequam cor fiat, aut ſuam functionem præſtat (vt ante demonſtratum eſt) & cordis ibi quaſi officium faciunt.

Sed quæ informatione fœtus obſeruaui (& antea retuli, & Ariſt. in ouo con- *Tactus* 187.
firmat) maximam huic rei fidem & lucem afferunt. Interea dum fœtus, quaſi vermiculus mollis, & (vt dicitur) in lacte eſt, ineſt ſolum punctum ſanguineum, ſiue veſicula pulſans, & quaſi vmbelicalis venæ portio, in principio, vel baſi dilatata: poſtea cum fœtus delineatus, iam corpulentiam quandam duriorem habere incipit (iſta veſica carnoſior & robuſtior facta in auriculas (mutata conſtitutione) tranſit, ſuper quas cordis corpus pullulare incipit, nondum vllum officium faciens publicum.

Formato vero fœtu, cum iam diſtin- *Tactus* 188.
cta oſſa, à carnibus ſunt, & perfectum eſt animal, & motum habere ſentitur, tum cor quoque, intus pulſans habetur, & (vt dixi) vtroque ventriculo ſanguinem è vena caua in arteriam transfundit.

Sic natura perfecta & diuina nihil faciens fruſtra, nec cuipiam animali cor addidit, vbi non erat opus, neque priuſquam eſſet eius vſus fecit; ſed ijſdem gradibus in formatione cuiuſcunque anima animalis tranſiens per omnium animalium conſtitutiones (ut ita dicam) ouum, uermen, fœtum perfectionem in ſingulis acquirit. In fœtus formatione, multis obſeruationibus hæc alibi confirmanda ſunt.

Denique non immerito Hippocrates *Tactus* 189.
in lib. de corde ipſum muſculum nuncupauit, cum eadem actio, idem officium ſit, uidelicet ſe ipſum contrahere, aliud mo-

uere,

uere, nempe contentum ſanguinem.

Tactus 190. Inſuper ex fibrarum conſtitutione motiuaque fabrica vel in muſculis ipſis cordis actionem & vſum licet cernere, omnes Anatomici cum Galeno annotarunt, cordis corpus vario fibrarum ductu videlicet recto, tranſuerſo, obliquo fabrifactũ eſſe, at in corde elixo, aliter ſe habere deprehenditur fibrarum ſtructura. Omnes enim fibræ in parietibus & ſepto circulares ſunt, quales in ſphinctere; illæ vero quæ ſunt in lacertulis, ſecundum longitudinem obliquæ, porrectæ: ſic fit dum omnes fibræ ſimul contractæ ſint, vt contingat, & conum ad Baſim a lacertulis adductum eſſe, & parietes in orbe circũcluſas, & cor vndique contractum eſſe &, ventriculos coarctari, & proinde, cum ipſius actio ſit contractio, functionem eius eſſe ſanguinem in arterias protrudere exiſtimandum eſt.

Tactus 191. Nec minus Ariſtoteli de principatu cordis aſſentiendum, an à cerebro motũ, & ſenſum accipiat? an à iecore ſanguinem? an ſit principium venarum, & ſanguinis, & huiuſmodi? cum qui ipſum redarguere conantur, illud principale argumentum emittunt, aut non intelligunt, quod, cor nempe primum ſubſiſtens ſit, & habeat in ſe ſanguinem, vitam, ſenſũ, motum, antequam aut cerebrum, aut iecur facta erant, vel plane diſtincta apparuerant; vel ſaltem vllam functionem edere potuerant. Et ſuis proprijs organis ad motum fabricatis, cor, tanquam animal quoddam internum antiquius conſiſtit. Quo primo facto, a b ipſo poſtea fieri, nutriri, conſeruari, perfici, totum animal, tanquam huius opus & domicilium, natura voluiſſet: & cor (tanquam in reipubl. princeps) penes quem primum & ſummum imperium vbique gubernans ſit. A quo tanquam ab origine in animali, & à fundamento omnis poteſtas deriuetur, & dependeat.

Tactus 192. At amplius circa arterias plurima ſimiliter veritatem hanc illuſtrant & confirmant, cur arteria venoſa non pulſat, cũ numeretur inter arterias? aut cur in vena arterioſa pulſus ſentitur? quia pulſus arteriarum ſanguinis impulſio eſt.

Tactus 193. Cur arteriæ in ſuæ tunicæ craſſitie, & robore tantum a venis differant, quia ſuſtinent impetum impellentis cordis, & prorumpentis ſanguinis.

Hinc quum natura perfecta nihil facit fruſtra, & in omnibus eſt ſufficiens quanto arteriæ propinquiores cordi ſunt, tanto magis à venis in conſtitutione differũt, & robuſtiores ſunt, & ligamentoſæ magis; in vltimis vero diſſeminationibus ipſarum, vt manu, pede, cerebro, meſenterio, ſpermaticis ita conſtitutione ſimiles ſunt; vt oculari tunicarum inſpectione, alterum ab altero, internoſcere difficile ſit. Hoc autem iuſtis de cauſis ſic ſe habet, nam quo longius arteriæ diſtant à corde, eo minore multo, vi, ab ictu cordis per multum ſpacium refracto, percelluntur. Adde quod cordis impulſus, cum in omnibus arteriarum truncis & ramulis ſufficiens ſanguini eſſe debuerat, ad diuiſiones ſingulas, quaſi partitus imminuitur.

Adeo vt vltimæ diuiſiones capillares, arterioſæ videantur venę non ſolum conſtitutione, ſed & officio, cum ſenſibilem pulſum, aut nullum, aut non ſemper edunt, & niſi cum pulſat cor vehementius, aut arteriola in quauis particula dilatata aut aperta magis ſit. Inde fit vt in dentibus quandoque & tuberculis, quandoque in digitis ſentire pulſum, quandoque non poſſumus.

Vnde pueros, quibus pulſus ſemper ſunt celeres & frequentes, hoc vno ſigno febricitare certo obſeruauerim, & ſimiliter in tenellis & delicatulis; ex compreſſione digitorum, quando febris in vigore eſſet, facile pulſu digitorum percipere potuerim.

Tactus 194. Ex altera parte, quando cor languidius pulſat, non ſolum, non in digitis, ſed nec in carpo, aut temporibus pulſum ſentire contigit, vt in lypothimia & hyſtericis ſymptomatibus, & aſphyxia, debilioribus morituris.

Hic ne decipiantur, monendi Chyrurgi, quod in amputatione membrorum, & tumorum carnoſorum excißione, & vulneri-

neribus; ſanguis cum vi proſiliens ſemper exit ab arteria, nō autem ſemper cum ſaltu, quia exiles arteriæ non pulſant, præſertim ſi ligatura compreſſæ fuerint.

Tactus 195. Prætrerea cur vena arterioſa nō ſolum arteriæ cōſtitutionem & tunicam habeat, ſed cur tam multum in craſſitiæ tunicæ non differat à venis, quam aorta, ratio eadem maiorem a ſiniſtro ventriculo impulſum ſuſtinet aorta, quam illa è dextro & tanto molliori tunicarum conſtitutione, quam aorta eſt, quanto dexter ventriculus cordis et pariete, et carne ſiniſtro infirmior, et quanto pulmones intextura, et mollitie, ab habitu corporis et carnis recedunt, tantum differt venæ arterioſæ tunica, ab illa, quæ aortæ. Et ſemper hæc omnia vbique proportionem ſeruāt, & in hominibus quanto magis toroſi, muſculoſi, & durioris ſunt habitus, & cor robuſtum, craſſum, denſum, & fibroſum magis; tanto & auriculas, & arterias proportionabiliter in omnibus reſpondentes craſſitie, robore habent.

Hinc quibus animalibus leues ventriculi cordis intus ſunt, abſque villis, aut valuulis, pariete tenuiore, vt piſcibus, auibus, ſerpentibus, & quamplurimis generibus animalium, in illis arteriæ parum, aut nihil à venis differunt in tunicarum craſſitie.

Tactus 196. Amplius cur pulmones tam ampla habent vaſa, venam & arteriam, (vt truncus arteriæ venoſæ excedat vtroſque ramos crurales & iugulares, & cur tanti referti ſunt ſanguine, vt per experientiam & autopſiam ſcimus (monitu Ariſtot. non decepti inſpectione eorum quos diſſectos detraximus animalibus, quorum ſanguis totus effluxerit) cauſa eſt, quia in pulmonibus & corde promptuarium fons & theſaurus ſanguinis, & officina perfectionis eſt.

Tactus 197. Cur ſimiliter arteriam venoſam, & ſiniſtrum ventriculum abundare videmus (in Anatomica diſſectione) tanta copia ſanguinis, & eiuſdem quidem, quo dexter vētriculus, & vena arterioſa replentur, ſimiliter nigricantis et grumeſcentis; Quoniam illinc huc continenter peragrat. pulmones ſanguis.

Cur denique vena arterioſa dicta, vulgo conſtitutionem arteriæ; arteria venoſa venæ habeant. Quia re vera, et officio & conſtitutione & omnibus illa arteria, hæc vena ſit, contra quam vulgo creditur. Et cur vena arterioſa tam amplum habet orificium, quia plus multi defert, quam alendis pulmonibus ſit neceſſarium. Tactus 198.

Tactus 199.

Hæc omnia phænomena inter diſſecandum obſeruanda, & plurima alia, ſi recte perpenſa fuerint ante dictam veritatem videntur luculenter illuſtrare & plane cōfirmare, ſimulque vulgaribus opinionibus aduerſari; cum quam ob cauſam ita conſtituta ſint, & facta hæc omnia difficile cuiquam admodum ſit, (niſi quo nos modo) explicare. Tactus 200.

Præpoſterè pluries ab Haruæio affirmata, modò demumque ſimiliter confirmata, à Pariſano non ſemel infirmata omnia, nunc tandem hoc in poſtremo eius capite pluries fracta fulciuntur, & fauciuntur. Cap. XVII.

MVlta nobis in hoc Haruei poſtremo capite dicenda forent; ſed quia alia repetuntur, & ſupra euerſa sūt. Alia ad rem præſentem non faciunt; propterea ne actum agamus, neue lectori tędio ſimus, ex vſu, atque ad rem tantummodo attingemus, ne quid ad rem intactum relinquamus, & paucioribus quo ad poſſimus agamus. Contract. 171. Reſpuūtur.

In primis in exanguibus quibuſdam frigidioribus relatis pulſantem particulam veſiculam quandam, vel auriculam ſine corde ineſſe durum eſt credere, videlicet cordis veſiculam auriculam ſine corde, parte ſine membro vel toto, cuius eſt pars, à quo dependet, & cui (quà talis) inſeruit. Verùm in Haruei gratiam eſto,

2 Secundò, quod iſta particula rariùs, & niſi in æſtate, aut calidiori tempeſtate contractionem & pulſum ſuum faciat, diſcernere non liceat, non vere, non in autunno, quando huiuſmodi animalia bene vigent & operantur, nec etiam ſpecil-

li

li ope diſcernere liceat, arduum creditu, & potiſſimum, inquam, quatenus talis.

3 Tertiò, quòd iſtius particulæ impulſu ad alimẽti diſtributionem opus ſit, & iſta rariùs impellat & pulſet, vt quandoque viuere, quandoque emori, aliquando animalis vitam, nunquam non plantæ agere, quod & inſectis contingere videtur. Vt pateat id eſſe non poſſe nec in Haruei doctrina: quia ſi à corde omnes operationes, & eædem à pulſu quum non pulſet niſi æſtiuo in tempore, quum alijs temporibus impulſio non fiat, (vt ait) alimenti diſtributio non ſequatur, & conſequenter nec nutritio, & deinceps nec vita inerit permanebitque. Igitur non eſt cor, nec quid cordis loco: quia quum illa hyeme pulſu abſque & ex ipſa alimenti diſtributione viuant, & proinde nutriantur, & ſubinde alimenti diſtributio fi.t: Igitur abſque illis veſicis, auriculis, ſine cordis vicem gerentibus: quia cordi non pulſare repugnat, vt animali vitam viuere, & alimenti diſtributione non frui.

Circuitus ruit. Igitur cor non diſtribuit alimentum, (niſi quatenus ſuo calore & ſpiritu alimenti diſtributionem iuuat totum calefaciendo corpus) nec tranſmittit, corporique communicat. Itaque Circuitus cadit. Quòd ex Harueio etiam teſtudinum, ſerpentum, hirundinumque exemplo colligere eſt, quæ cor habent & ſanguine prædita ſunt, de quibus dubitare nec iniuria, inquit, an plantæ vitam tantummodo agant; quod nos non recipimus certam exiſtimantes, quia cor habeant, & proinde id pulſare, & animalis non plantæ vitam degere: licet cibum hyeme quædam non aſſumant, propterea quòd prius collecto ſuperfluoque inconcocto crudo pituitoſo alimento coarceuato hyberno tempore vtantur fruantur.

Contract. 176. Falsa du bio procul. Sed ſi prædicta ranam, ſerpentes, teſtudines, hirundineſque dubitare eſt plãtæne vitam viuant: quomodo de ijſdem nunc, & illico contrarium exiſtimat & ſtatuit? An non ijs ſibi, Ariſtotelique ſemper prædita extitere? Quod celeriùs & longiùs alimentum à corde, nedum ab auricula protrudatur, vt diſſonum iam ablegatum fuit.

In maioribus calidioribus & perfectioribus animalibus vtpote plurimo feruentiori & ſpirituoſo ſanguine opus eſt ad ſuas peragendas operationes robuſtum cor magis & carnoſius deſideratur quidẽ, non autem ad celeriùs fortiùſque protrudendum alimentum (bene ſpiritum) quoniam alimentum à ſingulis partibus citiùs ſeriùſue prout opus eſt, trahitur. *Contact. 177. Docetur.*

Vt propterea hiſce calidioribus perfectioribuſque ad cor refrigerandum attemperandumue (præter excellentiorem vocis, ſermonis actionem, & alios neceſſarios vſus) pulmonibus opus fuit; rectè quidem, vt in ſymmetro temperamenta cõſiſtant & ſeruentur à quibus conſequenter perfectè operationes, non autem vt alimentum in cor, & vniuerſum corpus tradatur. *Contact. 178. Declaratur.*

Ad fœtus ventriculos, actiones quod attinet, ſi arteria venoſa in fœtu venæ officium præſtat ſurſum in pulmones nutriendos & augendos ſanguinem à caua per ouale foramen per anaſtomoſim mutuatum defert: quo modo tunc temporis in fœtu, inquam, ſanguis venoſus à caua in aortam deſcendit, circuitum facit? Siquidem ſurſum ſubinde ferri, & deorſum ſic ſummoto corde, necnon auricula, quæ Harueio primò mouetur, & motus principium eſt) impoſſibile redditur. Et ſi vitales ſpiritus vna cum materno ſanguine venoſo à venis per anaſtomoſim pro alimento attracto ab vmbelicalibus arterijs Aortæ magnæ fœtus arteriæ ſubminiſtratur, & ad arterioſam venam per canalem in pulmones ſpiritus pro ipſorum vita deferuntur, Qui, inquam, ſanguis vterque miſtus confuſuſque à Caua per Aortam deſcendit & circuitus fit? non ne (vt dicebamus) pugnant hæc? Quo nam pacto fœtus cordis ventriculi talia præſtant? Quo modo vniuerſum in corpus ſanguinem æqualiter impellunt? Si non mouentur, quo modo expellunt? Et ſi fœtus arteriarum motus diaſtolis & ſyſtolis non fœtus ſunt, ſed matris cordis & arteriarum motus, inquam, ſanguinis, ſpiri- *Contact. 179. Pugnantia.*

ſpiritúum, aeris; quo modo fœtus ventriculi æqualiter traducunt, expellunt, & cetera præſtant, ſi nos rectè rationem ſubducimus?

Contact. 180. Aduertentia. Si Cor nullum ſine ventriculo, quia, inquit, ſit ſanguinis fons & promptuarium, & vbi vnus ventriculus vna auricula appendit, (vt hic ait) & vt ſupra oſtendimus, auricula ſit cordis auricula, pars, inſtrumentum, appendix: Et proinde non video, quo modo (addat) in aliquibus animalibus auricula dumtaxat inſit (non autem (addit) cordis ventriculus) vel ſaltem veſica auricolæ analogon: quoniam dari nequit pars, inſtrumentum, appendix inſeruiens, & dependens, & alterum ad aliquid, relatiuum, abſque altero, & præcipuo. Quòd verò adiungit, Vel vena ipſa in loco dilatara, vt in cauda crabronum, apum, & aliorum inſectorum, alius eſt conſiderationis.

Contact. 181. Conſtituta exponuntur. Cordis auriculas pulſare, ſeu moueri putet, & quando, & quo modo ſupra expoſuimus, quemadmodum ſanguinem in ventriculos (non conijcere) remittere propriè declarauimus, & proinde non eſſe verè ſanguinis promptuarium & receptaculum, ſed potius impediens illius egreſſum, reticulum remorans, & ſimul remittens mutuatum alimentum dictas ob rationes. Et conſequenter minimè auriculas primos motores fore: nequaquam dextram primum viuens, haud quaquam vltimum moriens, quemadmodum ſatis ac ſuperquàm luculenter oſtēſa ſunt omnia. *Exempla incōgrua* Vt neque à Ventriculo ſanguis illicò remiſſus propellitur percutiturque, veluti manu pila impetu percuſſa vt fortiùs & longiùs reuerberatione abeat, ſicuti exemplo docet, quod hic non quadrat, non ſolùm quia effectus non ſequitur, nec illicò: verùm quia nec percutitur ſanguis, ſed contra dum ab auricula in ventriculum remittitur ab ipſo tunc dilatato excipitur & trahitur, vt ſui intima ingrediatur & penetret, atque aliqua interpoſita quiete, & ſufficienti pro ſui nutritione accepta portione, reliqui & ſuperflui quod ineſt propria ventriculi ſurſum auriculam verſus contractione ſyſtole vehendo (non percutiendo) à ſui cauitate & vacuo explodit: ſicque aliqua hinc inde quiete in ventriculo & auricula, adepta concoctione, ſicque perpetuò motu & vtriuſque calore elaboratior ſanguinis pars ſpiritus euadit, atque in aortam (vt portiuncula in Arterioſam venam ad pulmones) tranſmittitur.

Contact. 182. Vt certò pateat aduerſus vnius Haruei ſententiam cordis ventriculos ſui dilatatione diaſtole ſanguinem prolectare & trahere, non ex accidenti, vt expreſſa manu ſpongia vacui fuga tantũmodò repletur, quo modo non exprimitur cor, ſed *Dilucidè exponuntur.* ſpōtaneo naturali (non extrinſeco, nec vi) motu ſpōte ſua diaſtole inquā, poſtquam ſyſtole ſanguinē expreſſit, haurit, vt viuētis corporis partes oēs ſuapte natura attrahūt, veluti etiam cartilago, os &c. nedum cor & vaſa ipſa, quæ ſibi & alijs alliciunt, & deferunt: proinde ab Aorta ex ſplene attractus pro ſui nutritione ſanguis dilatata, & cor itidem tunc dilatatum ingreditur, tum per ſe attractus ab Aorta, & corde, tum ratione vacui anguſtum per valuularum foramen ſenſim introit; ingreſſi partim pro ſui alitione (vt diximus) retinetur, partim in ſpiritus verſus in Aortam tranſmittitur, & ſimul partim ſemi elaboratum ijs cautione & conditione aliàs ſupra enarratis, in auriculam (non in Aortam) expellit. Vt falſum fore intelligas ex auricularum contractione primùm & per ſe ventriculos repleri, vt ſupra ſimiliter dilucidè oſtendimus: ſed omnino contra à ventriculis præcipuis cordis partibus primò, præcipuè, per ſe, & ſui gratia agentibus trahi, in ſibi inſeruientes poſtmodum auriculas ſuperfluum attractum & contentum ſanguinem extrudi, vt à ſiniſtro aortam verſus exploſus tendens ab ipſa Auricula, cucullo, reticulo intercipiatur remoreturque, atque aliquatenus calore & motu ad ſpirituum vlteriorem elaborationem præparetur, ac dein, demumque in ventriculum remittatur, vbi perfectus & abſolutus tandem ſpiritus ſequenti ſyſtole in Aortam tranſmittitur, quod exqualubet ventriculi ſyſtole dictum puta.

Sed

Contaſt. 183. Animaduerſio. Sed hic animaduertendum, ne cum Harueio labamur, omnem localem motum in animalibus & in quacunque parte mouente intrinſecè & per ſe fieri, & quà mouens, non quà mobile, quod bifariam contingit, vel toti parti, toti inſtrumento, e.g. Ventriculo in corde, vel muſculo ſpontanei motus inſtrumento adæquatè: Aut præcipuæ eius (totius partis, totius inſtrumenti) parti, cui primo debetur actio, vt (aliàs in muſculi hiſtoria declarauimus) in cordis ventriculo fibræ: in muſculo neruo præcipuæ parti motus authori. Ita vt pars ſiue tota & adęquata, ſiue præcipua, ſed eadem mouens: non alia ſeparata & externa, vti auricula eſt ventriculi reſpectu, & quæ non eſt ventriculi pars vllo pacto, nedum præcipua, ſed alia alius conſtitutionis, ſubſtantiæ, temperiei, ſitus, actionis, vſuſque, necnon finis, proindeque nihil ad ventriculi motum facit.

Contaſt. 184. Reyciuntur. Quæ ſi de locali motu veritas eſt; non video quo modo auricula immediatum mouens organum in omni, in vlloue cordis motu ſit contractile: quoniam non vehens, nec cor trahens, non à corde motum nec tractile, aut contractile, vtpotè extra cor ſic cum ventriculo, nec contra mouens, motumue & contractile. Quid Ariſt. de locali motu, & mouente, non eſt huius loci, præterquam quòd de his aliàs egerimus, oſtenderimuſque Ariſtotelem nec de neruis, nec de eorum principio Cerebro bene ſenſiſſe.

Contaſt. 185. Declarãtur. Auricularum vſum ex Harueio iam pluribus & pluries ablegauimus. Quòd verò in robuſtiori, carnoſiori, compactiori, denſiorique corde, itidem reſpondentes auriculæ inſint, ita oportuit, nec ſecus potuit: vt è conuerſo in alijs cordibus imbecillioribus ad ſua adamuſſim præſtanda munia, vt ipſorum partes, & inſeruientes appendices ac inſtrumenta ad attrahendum, continendum, explodendum, remittendumque, atque ad calfaciendum & calore & motu (propriam pręter ſui vtilitatem, nutritionem) elaborandum ſanguinem ſpirituum materiam ſecundum magis & minus variantia, pro vſu ſcilicet & neceſſitate talis cordis, & indiuidui, & ſpeciei.

Contaſt. 186. Reprobatur. Sed hic notandum quidem cum authore, quòd in fœtu auriculę longè maiores quàm pro proportione, quoniam inſunt, inquit, antequam cor fiat, quod falſum eſt: quoniam ſi de vtriuſque (cordis & auriculę) ſpermatica parte loquamur, vtriuſque ſimul eſt: quippe ſeminea ſimul progignuntur. Sin verò de carnea ſuperueniente poſtea affuſa ſermo ſit, ſimiliter falſum quia poſt ſimul affundi & procreari dicendum eſt, omnes propter cauſas, & dictas multas ob rationes.

Contaſt. 187. Exploditur. Quòd verò addit, videlicet cordis ibi eas quaſi officium facere, ſimiliter falſum eſt: tum quia id nullo modo (vtpotè alię à corde partes, & aliud earum à corde munus eſt) poſſunt: tum quia vt in vtero Cor non mouetur, ita nec auriculę dependentes ab eius motu, eique famulantes. Quo modo verò in ouo res ſe ſe habeat, mox:

Enimuerò in fœtus formatione ab ipſo obſeruata, antea relata, ab Ariſtoteleque (vt ait) in ouo confirmata, vtpotè ambigua & dubia, immo obſcura, quinimo & falſa, tantum abeſt, vt maximam huic rei fidem & lucem afferant, vt potius & prorſus dẽſiſſimas tenebras & noctem offundant. (ſi mauis falſa confirmet) patiantur quęſumus eodem fine me in Philoſophiæ campis expeditè ſpatiari, & in Veritatis gratiam liberè eloqui.

Contaſt. 188. Diluũtur pluribus. Quandoquidem ſi Dum fœtus (Harueí iure) vermiculus eſt, ſolùm punctum ſanguineum ineſt; Igitur fętus eſt abſque corde, abſque cordis veſtigio; quoniam ſanguineum punctum, nec cor, nec quicquam cordis eſt. Siue, inquit, Veſicula pulſans; at pulſans Veſicula non ſanguineum Punctum, nihilque cum ſanguineo puncto habet. Et quaſi, addit, Vmbelicalis Venę portio; Aſt talis vmbelicalis venæ portio, nihil cum veſicula habet, habereue poteſt, nec quo ad eſſentiam, nec quo ad actionem, vſum, finem, poſitionem. In principio, inquit, vel baſi

dilatata. Vbi in vmbilicalis principio? vbi in baſi? an prope vterum, in medio, an iuxta fœtus hepar, vbi vmbellicalis vena terminat? vnde, & quî dilatata? Sed quorſum hæc? Vnde & quo modo? Quid ad cor, cordiſue, aut fœtus veſiculam auriculam? quæ obſeruata iſtæc? Ampliùs delineato fœtu, quo modo iſta veſicula in vmbelicalis venæ principio baſiue extrînſecus infra hepar in auriculas, in aliaque poſitione, tranſit? Verum quo modo veſica in duas tranſit auriculas diſtinctas ab inuicemque longè pro ſphærica cordis baſis latitudine diſtantes? An diuiditur? affirmabis, ſed à quo? ſi diuiditur, quo modo cuculli ambæ figuram ſeruant, & non altera ex parte altæ & latæ ambæ: ex altera ambæ anguſtæ? & quo modo veſicæ veſicarumue medium eſt cordis, ſeu læuis ventriculi vacuum? ſic & dextri, & ipſæ adeo diſtent, nec vt ſemi veſicæ, ſed vt Cuculli? Ecquis eam ita ad vnguem, ſic adamuſſim diuiſit? Quo modo Cor ſuper ipſas eo loci, ſuam extra (allatam) poſitionem pullulabit? Verùm ſi Cor ſuper Auriculas pullulat: ergo Auricolæ cordis baſis, fundamentumque ſunt; Atqui auriculæ ſunt aliud à Corde, quid actu diſtinctum, extra cor, cordi inſeruientes, cordiſque (contra) baſi adnatæ appendices: quid quod igitur?

Præterea quid eſt iſtud pullulare? An tanquam radicibus & à radicibus? neutiquam, quoniam à magnis Vaſis cor naſcitur & ſuſtinetur, & Auriculæ à cordis baſi.

Vlterius quo nam pacto poſtea inde ab extra & ex vena vmbelicali ſuis cum auriculis pectoris vacuum introibit, & in Aortam & Cauam ſuas radices figet? nos certò vt talia primùm non obſeruauimus, ſic nec id poſtea relatum in poſterûm ariolari, imaginatiue poterimus.

Ampliùs amabo, cur formato fætu, priuſquàm à carnibus oſſa diſtincta ſint, Cor non mouetur Haruei arbitratu? quid impedimento eſt? Nonne prius partes oſſeæ, cartilagineæ apparuerunt, & prius quin etiam quàm veluti neruex extiterint? & quando carnes non aderant, & poſteaquàm factæ ſemper ab ipſis oſſibus femineiſque partibus ſeparatæ fuere, ſanguis totum corpus peragrauit? Quum in vera ſchola carnes ſemineis nunquam mixtę, vt neque ſanguis ſemini, vt aliàs (quicquid perperàm alij dicant) oſtēdimus. Ea propter quum vterque ſanguis magna vaſa & vniuerſum corpus longè priùs luſtret, atque concurſet, quàm fætus in vtero locali motu moueri perſentiatur: quam ob rem Cor etiam priùs Harueio moueri & pulſare non incipit, & ſanguinem vtrique ventriculo non tranſmittit, ſi iam priùs tranſmittitur, & totum quin etiam iam inde à procreationis principio alium eſt?

Adhęc quum alios fętus priùs per hebdomadas ac etiam menſes alijs mouęri vtero gerentes experiantur & referant, An itidem eorumdem corda? Aſt vnde hęc Harueius didicit, & quo modo inquam obſeruauit? ſaltem docuiſſet, ſi pręſtitam ſibi fidem voluit.

Prætetea curioſiùs quæret quiſpiam, Cur Cor totius corporis localem in vtero motum perſentiri præſtolatur priuſquam moueatur, antequam ipſum pulſet? Magna quæſitu inquiet ſecreta iſtæc.

Ceterùm imaginatione nondùm aſſequor, quo nam pacto (multa in contrarium pręter dicta) lis inter Matris & Filij (fętus inquam) contrarias Cordium & Arteriarum ſyſtoles dirimi poſſit. Quandoquidem arterialis maternus ſanguis ex anaſtomoſi medijs vmbelicalibus arterijs Iliacas fętus arterias ingreſſus in aortam vehitur, & cor verſus ſyſtole tendit. (Cordis matris ſyſtole inquam) Contra vero Haruei ex ſententia ſimul & ſemel totus venalis & arterialis ſanguis, cordis fętus motu, ſeu ſyſtole eamdem in Aortam Iliacas verſus, matriſque aduerſus ſanguinis & motus aſcenſum deſcendit, ac pleniſſimis buccis ruit, ſoluat, litemque in vtero bina inter corda, inter matrem & filium componat, qui poteſt..

Cor muſculum appellari Hippocratis iuxta ſentētiā, & quatenus ab ipſo definitur, *Com. all. 119.*

tur,

tur, vt ſit Caro in orbem circumducta & motu (vt Piccolhomineus addit) naturali prædita, rectè quidem; At propriam & germanam ſecumdum denominationem, perperàm dictu foret; Tum ex fabrica & conſtitutione, quoniam Cor alijs ex componentibus non neruo & vero tendine; ſed præterea ex triplici fibrarum genere: Tum forma figura: Tum quia actione Cor duplici motu Diaſtolis & ſyſtolis naturaliter & perpetuò abſque quiete: Verus muſculus voluntarij vnius tantummodò motus author, proinde ſponte ſua mouet, quieſcitque, & ſubinde ab alia facultate.

Reprobatur omnino.

Vtriuſque motus ſunt tractio & contractio partis in quam inſeruntur ſuum verſus principium ſeu baſim, quo modo cor mouentes rectæ partes mucronem verſus baſim, vt tranſuerſalibus alio motu tranſuerſim, proinde non propriè ſanguinem, cui non infigitur, vt parti trahendæ muſculus, nec (vt aiunt) per ſe, ſed ex accidenti. Finis cordis ad vitam proximè, mediatè ad meliorem vitam, ad quam muſculi immediatè.

Contraſt. 190. Exponitur.

Vt ex omnibus cauſis videre & experiri ſit, Cor verè muſculum non eſſe, nec dici poſſe, & potiſſimùm (ceteris miſſis ad rem loquentes præter communem omnium anatomicorum ſententiam, & experientiam) quia fibris & conſequenter duobus localibus motibus prædìtum eſſe, ab alijs diuerſis & diſtinctis & quaſi aduerſis fibris, præſtitis, vt ſenſu ſatis ſuperque ſupra comprobatum eſt. Quapropter rectis fibris partim nudis, veluti nerui, partim carne veſtitis ab alijs fibris tranſuerſis diſtinctis & ſeparatis, ſurſum in ſphæricum ſe colligit ſanguinem in ſe ſe attrahendo ſiniſter ventriculus: (Dexter altero motu trahit, altero ſanguinem ſimiliter expellit) alijs tranſuerſis à dictis rectis (inquam) diſtinctis, vndiquaque arctatis, ſpiritus (ſanguinem in auriculas) & fuligines expellit. Et ita vt ab inuicem diſtinctæ ac ſeparatæ dictæ fibræ, & in alia diuerſa & quaſi contraria poſitione ſitæ ſimul contrahi, & vnum edere motum nequeunt? Et quia ad perpetuum validumque motum fabrefactæ, & proinde craſſæ & robuſtæ in elixo corde viſuntur. Tertium verò obliquorum villorum genus, vt potè quod attractam ſanguinis alimenti portionem continere tantùmmodo habet, & ea frui, minimum eſt, propterea vix in corde viſitur, vt in alijs etiam nec appareat quidem.

Contraſt. 191. Reprobatur pluribus.

Minimè omnium autẽ de cordis principatu Ariſtoteli & Harueio ac ſequacibus aſſentiendum puto, ſi ſanus ſum: quãdo non videam, quo modo ijs, & ſibi, non aſſentientes præcipuum argumentum omittant, aut (quod nimis audacter ait) non intelligant.

Maxima me hic talia, inquam, admiratione afficiunt: Quod nimirum audiã, videam, ſentiam, experiar, intelligam Doctiſſimum Virum Londinenſium magno Collegio aſſentienti & ſubſcribente nihil credere: Nec Galeno & præſtantiori Medicorum ſcholæ: nec communiori doctiſſimorum Anatomichorum ſententiæ; nec communibus experimentis: nec ſuæ Autopſiæ: nec (vt vno ſignem verbo) ſibi ipſi quidem. Quam ob rem iſtæc, inquies? Non alia de cauſa crediderim, niſi vt Ariſtotelis cauſam agat, & ſe Peripateticum profiteatur, relicta in omnibus, vt patet) Veritate.

Quo modo, quæſumus, nos doceant, 1
Cor primum ſubſiſtens eſt, habet in ſe ſanguinem, vitam ſenſum, motum, antequam Cerebrum, aut Iecur facta erant, vel planè diſtincta apparuerant, vel ſaltem vllam functionem edere, inquit, potuerant? Si cor, inquam, ex Ariſtotele, 2
Peripateticis omnibus ac etiam Harueio ex ſanguine exſurgit, & pullulat, (Harueí vt verbis vtar) & affuſione, & ſanguine fit. Et ſanguis eſt materia ex qua cor fit, quo modo à corde, In ex ouo 3
ortis, auibus e.g., vt ex notis procedamus? In his enim ex oui vitello ſanguis vlteriori concoctione temperatus ex quo hepar, Galeno & rationi: ex quo calidiori poſtea cor. Aſt in notionibus, & ſpnoſa ex materia e.g. quo modo muris

Digitized by Google

Obiectio. cor ? Dicant ſubtiliores quo modo ſi cor ex ſanguine generatur, cor ante ſanguinem, effectus ante cauſam ? Retorqueat quis argumentum quætens, quo modo
Solutio. Hepar ? Reſpondetur, quòd quemadmodum ex vitello vlteriori ex concoctione Iecur, à quo temperatior & calidior ſanguis, vnde Cor: Ita ex putreſcentis corporis calidiori magiſque diſpoſita à ſole (oui vitelli inſtar) materia hepar, à quo ſanguis, ex quo calidiori Cor.

4 Ampliùs ſi priuſquàm Cor ex ſanguine fiat, principiò & ante omnia, omnia ex ſemine conſtituuntur, Cerebrum, nerui, venæ, arteriæ, membranæ, oſſa, & cetera ſpermatica: quo modo cor primum ſub-
5 ſiſtens eſt ? Præterea ſi Cor ad agendum ſuis eget inſtrumentis, & vt Princeps, quo nam pacto ijs abſque generatur, ſub-
6 ſiſtit ? Adhæc ſi cor in ſe ſe miſtas habet partes, habet & seminea ante ſui, carneæ ſcilicet partis procreationem: quo igitur
7 modo iſtæc ? Vlteriùs ſi ſanguis ad cordis generationem affunditur, vt apud omnes in confeſſo eſt, vnde parenchymata: ergo aliquibus affunditur, partibus nimirum ſemineis: Igitur illæ priores ſubſiſtunt.

8 Inſuper ſi ſanguis cordis materia in corporis centrum defertur, & peruenit, in futuram cordis poſitionem & ſitum peruenit: Ergo per medium & deferens inſtrumentum: ergo per venas & arterias; Igitur illæ priores; & conſequenter alia seminea lineamenta & ſtamina: quo nam igitur pacto ſanguinis, venarum &c.
9 principium ? Quin ſupra ex Haruei ob-
Ex aduerſar. poſitis. ſeruationibus (de quibus iam iam) cum ſupra multis in locis, tum proximè hoc in eodem capite, numero tactu 188. & 189.

,, Dum fętus veluti vermiculus eſt (nota
,, quia partim germana loquitur, vt mox)
,, ineſt ſolum punctum ſanguineum, ſiue
,, veſicula pulſans, & quaſi vmbelicalis ve-
,, næ portio, in principio, vel baſi dilatata;
,, poſtea cum fœtus delineatus, iam corpu-
,, lentiam quandam duriorem habere in-
,, cipit (iſta veſica carnoſior & robuſtior
facta in auriculas (mutata conſtitutione) ,,
tranſit ſuper quas cordis corpus pullula- ,,
re incipit) nondum vllum officium fa- ,,
ciens publicum. Hæc eius ad verbum ,,
verba.

Ecce quòd adeſt fætus veluti vermiculus initiò, adeſt veſicula (Harueio) pulſans ſine corde: tempore intercedente & poſtea quum fętus delineatus viſitur, duriorique corpulentia præditus eſt, tempore adhuc intercedente, veſica (Harueio) carnoſior & robuſtior facta in auriculas tranſit, ſuper quas cordis corpus, inquit, pullulare incipit. Quid clarius ? ſi exiſtens fætus vermiculo inſtar, vlteriùs delineatus, vlteriùs duriori corpulentia præditus, eius cordis veſica adeſt pulſans, dein aucta & adhuc creſcens, poſtea carnea euaſa, poſt diuiditur, in auriculas tranſit, & tunc, nec prius cordis veſtigium adeſt; quia nec corde, nec eius vſu (Harueius inquit (189.) & optime) opus erat. Quod poſteà pullulare incipit, ea progignet, conſtituetque ?

Quo modo quæſo exiſtente fętu cum auriculæ pulſu, delineatus, altus, corpulentiam conſequutus, carnoſior & robuſtior factus, & proinde viuens, auctus & motu præditus, Cor nondum apparens, exiſtenſque, Principium ſanguinis, vitæ, venarum, arteriarum, ſenſus, motus, atque author omnium erit! Quo modo ſi hæc omnia ante cor delineata exiſtentia, viuentia, alta, aucta, mutata, mouentia corde nondum pullulante, ſed procreando famulatura, à corde eſſe, exiſtentiam, vitam, motum &c. conſequuntur ? An præcipuum nos argumentum omittimus, aut non intelligimus ? An *Soluendum.* vero hoc (contradictorium alterum) meridiana luce clarius omittitur, aut non videtur, quia excellens (imaginationi) ſenſile ſenſum corrumpat ?

Nos hæc aliàs (viginti quinque ab hine annis) diligentius accuratiùſque philoſophati, vt duodecim ab hine annis publicè & priuatim oſtenſa in lucē edidimus, ſicuti in prima noſtrarum de ſubti-

litate

Digitized by Google

litate exercitationum parte lib.6. Exercit.2. cap.6. videre eſt: ex fide oculata ſtatuimus, (primis realibus iactis fundamentis docente ſenſu (quòd prima corporis lineamenta & ſtamina ex ſemine iaciantur, ex alimentali ſemine dein ſui initio vtpotè viuentia alantur & augeantur, vt pluribus & ſæpius probauimus. Interimque priuſquàm ſanguine nutriatur, ſanguiniſque rubor aliquis inibi appareat, duæ minimæ bullulæ ſub obtutum cadunt neutra tamen rubore prædita eſt, & tunc ſimul temporis cordis motus, necnon Aortæ viſitur; ſed adeò rarus & paruus, vt dubius tibi videaris, moueantur nec ne: & eo magis, quoniam quid album (quod cor eſt) abſque parenchymate & ſanguine extare, viuere, moueri, & agere ex viſu tunc & poſtea fateri cogeris: Immo vlteriùs maiori admiratione afficieris ſi porrò pergas & attentiùs obſerues in auctioris initiò Embryonis dorſum percurrentia ſanguine referta vaſa vna cum corde rubeſcere & moueri cordis nōdum initiato parenchymate: quod media ſyſtole, exploſo videlicet ſanguine exangue & album appareat, quemadmodum & alia ſupradicta bullula, quæ Aorta eſt. (vt eo loci accuratiùs audies) Eapropter ex ſenſu conſtat, Cordis prima feminea ſtamina in fœtus ortus principio moueri vnà cum ſibi coniuncta Aorta ſui parte cordis, inquam, baſi rectis & tranſuerſis cum villis ad ſanguinem perficiendum (in ex ouo intellige, & ex putri ortis, non in vtero) vitam ſeruandam, & ceteras iuuandas operationes præſto eſſe. Poſtea affuſo villis optimo ſanguine, procreato parenchymate, robuſtius calidiſſimumque viſcus omnia adauget munia, propriaque præſtat. Hinc Harueium (inibi in dicta hiſtoria exactiùs) hallucinatum colliges, Cordis feminea mota putantem veſicam, eamque deinde duas in auriculas diuidi (quæ cor & Aorta ſunt) & poſtea ſuper illas cor pullulare: indeque plurima illius ex imaginatione errata ſubſequi: Aurieulas ſcilicet primò naſci, vltimò mori, priùs & ante cor moueri, ſāguinē in ipſū immittere, &c.

Vaſtus hiſtoria ex Authoris obſeruatione.

Ex his itaque noſtris, vt accuratiùs, ita verè obſeruatis (cuique facilè & certè animaduertendis, ijſdem ibidem ſeruandis adnotatis) certò & manifeſtè colligitur, Ariſtotelis & ſequacium falſam quo ad omnia opinionem eſſe: & ſi vice verſa partim vera & germana extent, ex oculata fide, & noſtra primùm obſeruatione, Nimirum Cor ſpermaticas ſui ſecundum partes ſimul (non ante) cum reliquis femineis partibus naſci, & priuſquàm parenchyma fiat pulſare, quemadmodum & arteria, quæ Ariſtoteli & ceteris omnibus iam nunc ignota fuere: Et conſequēter, è conuerſo, quòd primum ſit, primò ex ſanguine, punctum ſanguineum, principium omnium, ſanguinem & vaſa (quū piſcium & aliorum cor dextro ventriculo careat, & conſequenter vena caua) fabricans, & author cunctorum extet, vt de Auriculis, falſa ferè ſunt omnia de cordis eſſentia.

Neque Arteriæ Haruei ſententiam (vt putat) illuſtrant, ſed obtenebrant ſi motus & quietis cauſas, & Naturæ ſapientiam nouerimus. Quandoquidem conſtat, quod Arteria Venoſa Embryonis, in vtero ſcilicet ideo non pulſat, quia motum non apiſcitur à ſua radice Aorta à Corde, (vt in oui fabrica viſitur) quæ tūc temporis eo deſtituta ſunt: quia non egent: quoniam aliunde alimentum & ſpiritus conſequuntur. Nec à motu Aortæ & Cordis Matris mouentium: quia in fœtu non eſt coniuncta cum propria Embryonis Aorta à matris Arteria & corde mota; ſed eſt coniuncta Ouale per foramen Cauæ Venæ immobili. Contra verò Vena Arterioſa arteria ſubſtantia, & tunc officio, quia Aortæ Arteriæ à Matre motæ coniuncta eſt, mouetur ex ſpiritibus ad arteriæ motum ad deferendos pulmonibus vitales ſpiritus conſeruandæ vitæ gratia. Vt Arteria Venalis Cauæ iuncta ad portandum ijſdem pro nutritione ſanguinem. Atque ſic belliſſimè à Natura præuiſa & prouiſa tempora neceſſitatis in vtero ſunt: Vt contra poſtea extra vterum fiat, clauſis tunc opportunis prius & neceſſarijs ductibus. Ita vt Vena

Contraſt. 192.

Arteria venalis vena arterialis Nobis ſilent.

Digitized by Google

Arterialis extra vterum à Caua vena ſanguinem,inquam,'portet & quieſcat. Arteria Venalis è contra à Caua ſeparata, ab Aorta & corde ſpiritus pulmonibus deferat & pulſet ac mouearur continuò & dein perpetuò non ſubſtantia,ſed offitio arteria ſit. Vt dilucidè pateat cur diuerſis in temporibus eiſdem inſtrumentis ſapientiſſimè diuerſa munera à Natura inſtituantur, & à partibus exequantur, vt fuſius ac dilucidiùs alibi, quæ non Haruei,ſed noſtræ ſententiæ fauent, quia proprio munere operantur, ſi nos bene ſenſatas rationes ſubducimus.

Contact. 193. Vt pateat Arterias nō ideo venis craſſiores, quia impellentis & prorumpentis cordis ſanguinis impetum ſuſtineant. quoniam nec talem incurſum, nec ſanguinem recipiunt: nec proinde magis (vt inquit) prope cor: quando vena arterioſa cordi coniuncta arteriæ tunica dictis optimis de cauſis gaudeat: & ſanguinem, & magnum incurſum à dextro ventriculo abſque iactura recipiat Harueo.

Contra arteria venoſa cordi proxima & venæ tunica prædita totum ſanguinem & omnes impetus (Harueio non nobis, quia falſum) ſuſtinet.

Ideo autem arteriæ, quo à corde longiùs & ab aorta diſtant, eò tenuiores euadunt: quoniam vt ſecundum latitudinem anguſtiores fiunt, ita & ſecundum tunicarum craſſitiem tenuiores redduntur, cum neceſſario, tum Naturæ conſilio, vt rariores factæ corporis partes perluſtrantes (non vt Aorta & eius magni rami ſpiritus tantummodo deferentes non effundentes & partibus communicantes, & proinde craſſæ & denſæ) tenuiores ſpiritus per poros diſſeminent & communicent.

Obiectio nes tolluntur. Minus pulſant, quia minores & minimæ ſunt, & vbi terminant propterea etiam vel parum aut nihil ferè pulſare ſentiuntur: quoniam & minimæ, & paucis ſpiritibus referræ & quaſi inanes, ſupra & in itinere cuique parti communicatis omnibus ferè abſumptis paucis exceptis arteriæ fini caudæ & annexæ ſibi e.g. cuti ſufficientibus. Adde quòd in fine tenuior & laxior arteria eſt vt faciliùs aerem attrahat, & ſic optima Oeconoma Natura ſimul & ſemel eodem inſtrumento loco & tempore pluribus ſapientiſſimè conſulit.

Contact. 194. Quod ſi interdum cor laboret languidiùſque pulſet, vt nec in carpo, nec in temporibus pulſus perſentiatur, quemadmodum in Lypothimia & hyſtreicis *Docentur.* ſymptomatibus contingit, in quibus quādoque per naturalem diem ambigimus viuant necne, non ex impulſi ſanguinis defectu fit, quemadmodum nec in repentino timore &c. contingit; ſed ex cordis & arteriarum ſimul affectu, ex imminutaque pulſandi actione, & ſpirituū à partibus receſſu, ac ad laborantem fontem regreſſu fit: vt nec arteriæ pulſum, nec reſpirationem obſeruare liceat, quum nihilominus viuant, (vt poſtea viſitur) & conſequenter nutriantur, non ſanguine ex circuitu, quum talis impulſus Harueio pulſum efficiens non perſentiatur; ſed ex ſanguine à ſplenè & caua attracto, nequaquam ab arterijs recepto.

Contact. 195. Quod ſi arterialis vena in tunicæ craſſitie non tam multum à venis differat, quàm Aorta, optima ex Naturæ œconomia factum eſt; quia in fętu illa tantum craſſitie duritieque opus non erat, ſed *Detorquentur, & explodūtur.* mediocri multas ſupradictas ob cauſas, & vtilitates: & quia breui, & in vtero tantummodò arteriæ munus exercere, in lucē editis venæ munere fungi oportuit: proinde non tantum à venis conſtitutione recedere debuit ſicuti Aorta: quippe quæ vt fons & perpetuò ſpiritus recipere & continere (non effundere, vt ramorum eſt) conſtitutione maximè craſſa & dura eſſe neceſſe fuit, non ſanguinis ob imaginatum impulſum, ne diſrumpantur, (vt ſupradixit Harueius) qui re vera nullus à corde in arterias; ſed ſi daretur, quomodo arterialis vena venæ tunica prædita Harueio non diſrumperetur, vt pote quæ totum à deſtro ventriculo ſanguinem & omnem eius impulſum Haruei ex ſententia ſuſtinet? Bene contra eiuſdem attractus dumtaxat ab ipſis ex venis per anaſtomoſim in minoribus, vt à ſplene pro

Aor-

Digitized by Google

Aorta, magnis eius ramis & Corde ipſo.

Nec quicquam cordis vaſa in ſui conſtitutione cum pulmonum, cordis carne, ac parietibus habent: quando ex alia materia, ex ſemine extent: prius fabricata ſint: & alia munera præſtent, ac pulmonis & cordis caro, quibuſcum nihil habent. Quod ſi in magis toroſis & durioris habitus hominibus omnia iſtæc robuſtiora inſint, ſicuti in debilioribus contra, nihil officit, quoniam omnia æque reſpõdent, vt par eſt; Ea propter, vt in primo ſibi deſtruit, alterum ad rem non facit.

Contradict. 196. *Exploduntur & docētur.* Pulmones ideo ampla vaſa habent, quia ob magnum perpetuum motum, ob cordis viciniam & calorem, propter reſpirationem continuum aeris ingreſſum & egreſſum cum fuliginibus, ob efflationē, vocum emiſſionem & ſermonem copioſo & ſubtiliori ſui ob corporis tenuem & ſpongioſam ſubſtantiam alimento egent, & eaſdem ob cauſas copioſo ſpiritu, necnon aëre: & conſequenter vtroque ampliori ductu præditi fuere: Vt autopſia vera ſit, videlicet, quòd in diſectis, in quibus totus ferè ſanguis effluxerit, ſanguinis copia pulmones refertos videamus; ſed falſa inde conſequutio, quod in pulmonibus & corde ſanguinis promptuarium, fons, & teſaurus ſit; ſed ideo id contingit, quia illi ſpõgioſi, cor æſtuãs proximè ambiant, & cor æſtuans in perpetuo motu (vt etiam pulmones) vltimò moriatur & conſequenter ſpiritus & ſanguis eo loci confluat, & tandem algeat: & ita falſa ex autopſia ratiocinatio.

Contradict. 197. *Exponūtur et docentur.* Eaſdem dictas ob cauſas & Arteria venoſa, & Vena arterialis, & cordis ventriculi ſanguine referti (anatomica in diſectione) viſuntur, & grumeſcẽti: quoniam conglaciat, & ſimiliter (ferè non omnino) nigricanti: quoniam prius ex febre, æſtu, inedia &c. & ſpiritus & ſubtilis purpureuſque ſanguis abſumpti ſunt: ideo & fex & atrior ſanguinis pars remanet: vt deinceps falsò deducatur & inferatur, quòd illinc huc continenter ſanguis pulmones peragret.

Contradict. 198. Vt arterialis Vena arteriæ, ita venalis Arteria venæ conſtitutionem habet; quod ita vtrunque vas Arteria arteriæ, & Vena venæ tales offitio, & conſtitutione & omnibus ſint, vt Harueius aſſerit, falſum omnino eſt: quoniam vt non omnino cõſtitutione, ſic nec offitio quia Vena arterialis non pulſat, ſed ſanguinem pulmonibus defert: Vt contra Arteria venalis pulſat, ſanguinem minimè defert pluribus dictis de cauſis & vtilitatibus. Aliquandiu falſa oſtenduntur nihilominus, in Vtero videlicet, quando cor non mouetur ſecus res ſe ſe habet, vt Vena arterialis & pulſet & ſpiritus (non ſanguinẽ) in pulmones deferat; Et verſa vice Arteria venalis nec pulſet, nec ſpiritus, ſed ſanguinem in pulmones aſportet: Quæ Harueius ſuum vt imaginatum ſanguinis circuitum probet, non animaduertit, & cor in fœtu pulſans aſſerens admirabilem Naturæ prouidentiam & ſapientiam inficiatur, quæ ſapientiſſima iiſdem inſtrumentis, nequid fruſtra fiat diuerſis in tẽporibus diuerſa munera, in neceſſarijs ne deficiat; opportuniſſimè & optimè præſtat, quibus ſecus fungi nequiuiſſet. Vt hinc eius ſumma ſapientia fulgeat, ſi admirabilis fabricæ, munera, & tempora non leuiſſimè & oſcitanter exquirantur, ſed ſtudio animo voluentur ſubtiliterque perpendantur. Etenim quum in perfectioris animalis fabricæ principio iactis fundamentis, primis ductis ex ſemine ſtaminibus vaſis & reliquis ante cordis procreationem in pulmonum gratiam, vt eorum parenchyma progigneret, vitam primis ſtaminibus, vitalibus ſpiritibus conſeruaret, ac demùm enutriret, quæque medio corde non poſſet; Principiò quia non affuerit, poſtea quia in vtero ſuis deſtitutum, ſeu nondum præditum muneribus ſit: hinc medio tubulo, illinc medio foramine anaſtomoſi ſanguine ex caua in promptu & opportunè per venalem arteriam: ſpiritu ex Aorta per Venam arterialem ſuppetias fert, & occurrit, non multiplicatis ſuperfluis & fruſtra, in neceſſarijs non deficiens, duobus tantummodo ad plura munera (vt oſtenſum eſt) appoſita & opportuna belliſſimè ſatisfacit.

Falſa oſtēditur.

Contact. 199. Vena autem arterioſa amplum habet orificium, non quia plus multi deferat, quam alendis pulmonibus ſit neceſſarium, (vt Harucius air) ſic arteria venalis amplum & non minus vtpote quę eũdem & totum ſanguinem Haruċio recipiat, quod falſiſſimum. Sed quia magno pulſanti & euomenti dextro cordis ventriculo coniuncta ſit; & quà magno membro pulmoni tenuioris ſubſtantiæ motu perpetuo agitato, & magnis & copioſis vaſibus præterea ſui (Venæ, inquam, arterioſæ) & Arteriæ venoſæ copioſo ſanguine alimento præſto eſſe debuit.

Contact. 200. Confirmantur omnia. Vt hæc tandem omnia phænomena Haruei imaginationi apparentia, non exiſtentia pateant, & conſequenter inter diſſecandum haud quaquam vtpote non exiſtentia obſeruanda fore; & deinceps ſuam ſententiam nec illuſtrare, nec confirmare, ſed maximè infirmare & deſtruere, quæ ſua pace & ſequacium omnium omnia, atque in Veritatis gratiam, ſapientiſſimæ Naturæ, atque Celebriorum Virorum patrocinium dicta ſunto.

Dictorum Haruei cunctorum à Pariſano reprobatorum Confirmatio à Pariſano probatorum omnium Comprobatio ſenſu, experimentis, autopſia & demonſtrationibus. Caput Poſtremum.

IAmdiu per dumeta, vepres, ſyrtes, ac ſcopulos duxit nos Haruciuſ: diuque in eius viuarijs, & piſcinis inter teſtudines, anguillas, cochleas, ranas, buffones, & ſerpentes vagati ſumus, minimè omnium tamen in eius ſententiam duci, ireue vllibi potuimus, quin omnia euerterimus, eius quin etiam veſtigia falſa cuncta oſtenderimus, & vna (vno vt verbo dicã) omnia ad vnum vna cum puluiſculo (vt dici ſolet) vertentes quam longiſſimè ablegauimus: quæ Haruei, & Londinenſis Academiæ pace dicta, actaque ſunto in Celebrium Antiquorum necnon Recentiorum omnium ab Harueio iniuria depreſſorum defenſionem, necnon & potiſſimum in Veritatis gratiam, qua nobis antiquius eſt nihil. Quæ propterea ſi ita ſe ſe habent, iure ac merito Doctiſſimi Academici Celebreſque Angli Doctores cum Harueio hæc noſtra æqui bonique facient.

Modò ad proprium omnium Exemplar, normam, & finem, Hominem ceteris imperfectis & obſcuris parum, ad remue minimè facientibus miſſis, redeamus, ratione, ſenſu, autopſia, experimẽtis in Veritatis gratiam, & Communis Celebrioris Scholæ honorem, dicta iam reprobata & ablegata confirmentur. Et noſtra contra iam firmata rata fiant prædictæ opinionis omnia, deſtruentia, & inuicem pugnantia vlterius oſtendentes obiectis hiſce difficilibus Doctiſſimo Harueio diſſoluendis nodis.

Diſſoluendus. Nodus 1. Exordium ſumemus à fabricæ Exordio, quando cor nondum fabricatum eſt, (à nobis oſtenſum, ab Harueio conceſsũ) quo tempore Embrionis vaſa prima ſtamina alimentum attrahunt, ſugunt, retinent, concoquunt à maternis vaſis ſubminiſtratum, eoque in ſemine verſo alautur, corde, inquam, nondum fabricato, neque alio exiſtente ex cordis parenchymate, quam matris arteriarum motu: Ita vt prima Embryonis ſtamina & venæ & arterię ſibi tantummodò ſanguinem trahant, poſtea alijs, licet attracti pars ſuperflua à coniunctis ſibi partibus, à membranis, neruis, &c. ſubripiatur: Et ita trahendo ſemper donec Cor, & ceteræ affuſiones fiunt, atque dum fœtus in vtero perficitur, ad in lucem egroſſum vſque. Excluſus poſtmodum fœtus, materno deſtituto vtroque ſanguine arteriali & venali, nũquam mixto, recepto & concocto lacte, ac ſanguine in iocinore euaſo, eodem modo, vt eodem ex fonte omnes venæ ſanguinẽ alimentum ſibi & coniunctis partibus, vt prius aſſumunt, trahuntque variatis & mutatis offitijs arteriæ ſcilicet venoſæ, & venæ arterioſæ.

Nodus 2. Si iſte eſt pulcherrimus in vtero nutritionis modus, optima Naturæ œconomia, per quãque neceſſarius ordo, quam ob rem extra vterum ſecus fient & peruertentur omnia? Et quo modo, quamue ob cauſam vaſa fonti (Cauæ) proxima

ſibi

ſibi & alijs alimentum trahere aſſueta ſibi & alijs conſulentes genito in Iocinore ex lacte & chylo ſanguine, ipſum proxima vaſa, Portæ, inquam, meſeraicæ aliæ ad crura tẽdentes otiabuntur fame laborantes quandoque in animi deliquijs quando Haruęio circuitus non fit, iterum expectãtes ſanguinem à Iocinore genitum in ſuperiorem cauæ partem permeare, inde in pulmones cordi (Harueio) præparãtes, ab ipſis in arteriam venalem à qua in cordis ſiniſtrum ventriculum, à quo in Aortam inde in minores, & minimas arterias à quibus in corporis partes effundatur; effuſus à minimis venis exempli gratia in pedibus excipiatur, ac demum ex hiſce à maioribus venis & ſibi coniunctis partibus fortaſſe fame enectis ſui nutriendi cauſa inuerſo & peruerſo ordine, vt tyrannica œconomia ſurſum ad cor deferatur? quũ quælubet pars, & quodque membrum ſibi agat, ſibique conſulat inſtrinſeco proprioque fine, non alijs primò, ſed ſecundario (vt aiunt) quodque officialibus Naturæ ordine illis non cognito fine fit. Vt mittam quòd quælubet corporis pars æquè eodem nutriretur ſanguine, quod rationi haud conſentaneum.

Nodus 3. Vt prima ſignemus & firmemus, quũ in vtero pulmones (communem iuxta omnium conſenſum, cui Haruęius non ſtat) non agant, quia à matris arterijs motu ſuccurritur, quia non poſſunt per os non permiſſa reſpiratione, vt nec cordis neceſſitas vrgeat, non præparent cordis ſecundo ventriculo, quando nec ſibi à dextro cordis ventriculo immoto præparatur tranſmittiturque ſanguis; ſed tunc temporis ijs per ductulũ & foramen ſeu anaſtomoſim à Caua per Venoſam arterialem alimentum: ab Aorta per Arterioſam venalem ſpiritum & vitam, & ita viſitur ſanguinis & ſpiritus acceſſio tractio ad neceſſitatem.

Et ſi ab Vmbelicalibus arterijs continuò diaſtole ſanguinis, ſpiritus, & aëris fit retractio: quo modo arterioſus ſanguis in fœtus venas effunditur, vt circulatio fiat? An pugnant hæc inuicem?

Et ſi perpetuus matris ſanguinis ſpirituum, aeris, fuliginumque ad fœtum vmbelicalia peruaſa acceſſus & receſſus fit, quo modo alia & contraria in fętu eorumdem aſportatorum circulatio? An conuenient hæc? Et ſi vmbelicalium diaſtole vehementer retrahit, quo modo eorum ſanguis in minimas fętus arteriolas, & inde in partes effundetur ad circuitũ? Quid ſi in vteri Cotyledones & Placentam hiſce circuitibus Harueium ducamus, è labyrintho egredietur? Ceterùm quia alia hanc ad rem in vtero clarius dilucidiùſque pugnantia, & vlteriùs reclamantia, deſtruentiaque ſupra habuimus in cap 16. 173. hæc iam miſſa nunc faciamus.

Nodus 4. Illud tamen non prætereundum, quòd ſi talibus ex ſanguinis circuitibus arterialis & venalis ſanguinis miſtio & confuſio fieret, æque præterea eodem puro & impuro ſanguine nutriretur fætus ac mater, quod Celebri Virorum authoritati & ſenſui repugnat: potiſſimum quòd prægnantes ſemper (inter cetera, niſi affluentiori optimo ſanguine præditæ) fœdo ſint colore præditæ; & perinde nobiles præſtantioreſque partes, atque membra, ac ignobilia eodem ſanguine alerentur, quod erroneum.

Nodus 5. Præterea dubio procul hac ex miſtione confuſione ſanguinumque circuitibus æque ſpirituoſus, calidus ſubtilis erit ſanguis Cordis, arteriæ, venæ, iocinoris, ſplenis, pulmonum, ac frigidarum etiam partium, & vbique, ac ſemper, quę rationi haud conſentanea, & ſenſui minimè reſpondentia.

Nodus 6. Et priuſquam è fœtubus, loculis, Ex vtero recedamus, ſi ab Arterijs perpetuò ſanguis effunditur & illico vbique à venis excipitur, è veſtigioque circuitus ad Cauam & Cor fit, qui diu per dies, hebdomadas & menſem ſanguis crudus, impurus, craſſus, maléque olens congeritur, & tandem multos per dies ſic & talis erumpens effluit? Siquidem pugnant hæc illicò aſcendere, & per dies, hebdomadas ac menſem congeri, inibique moueri, ac demum deſcendere, & per dies egredi,

Digitized by Google

di, quemadmodum ex corde mox deſcendere & craſſum maleque olere; & tamen Haruecio menſtruis fluxionibus opus non erit, nec ſic dari poterunt, quorum etiam Muliercularum eſto iudicium.

Nodus 7. Similiter Hemorrhoidales venæ cum internæ, tum externæ à Porta, à Splene, à Caua & ſanguinem deorſum trahunt, & tempore congerunt, & ſtatis temporibus effundunt craſſum, atrum, vt totius maſſæ fex, & amurca ſtatuatur. Quo modo igitur confeſtim aſcendit purus arterialis & purpureus? Et cur arteriosus contra non viſitur.

Nodus 8. Pari paſſu Paraſtata vaſa Cirſoides ſeminales Arteriæ, & Venæ à Caua, ab Aorta, ab emulgentibus ſanguinem rapiunt, diu retinent, & deorſum qui poſtea ſenſim ad teſtes & tractus, ac ad deferentia vaſa, ad Proſtrata tādem elaboratum ſemen (alimentale tamen) continendum, & ſeruandum tranſmittitur, An Autopſia hæc conſpicillis abſque, meridiana luce clariora? Et ſic à parte ad totum arguitur.

Nonus 9. Et ſi ſanguis totus à Corde ab Arteſijs arterioſus, Cur quadruplici vaſe opus fuit?

Nodus 10. Ampliùs ſi Varices communi ex conſenſu fiunt ſenſu & ratione atteſtantibus ex valuularum primò dilatatione, mox venæ à craſſo ſanguine, non aſcendente Haruecio, quia aſcendens Valuulas non ingreditur, tantum abeſt dilatet, immo propterea claudit: Verùm deſcendente, eas ingrediente pondere copia, & craſsitie dilatante. quid quod?

Nodus 11. Atqui ſi ſanguis varicoſus ater ſemper viſitur, minimè ſurſum aſcendens & motus quonam pacto in Varice, lato vaſe inerure, à pede effuſum ab Arterijs floridū ſubtiles, & purpureum ſanguinē ſurſum ad Cauam ad Cor Varix defert, ſi fœcoſo, inquam, craſſo, & atro ſanguine referta eſt ſemper? Ecquis vſpiam in maxima Varice ſanguinem moueri, & ſurſum aſcendere perſenſit vnquam? an autopſia?

Nodus 12. Ampliùs quum Arteriæ ad inteſtina pertingentes in eorumdem tunicas arterioſum ſanguinem effundant: ſi ibidem meſeraicæ venæ tunc chylo refertæ ſunt, plenæue, aut ſemiplenæ extant, quid illo atterioſo de ſanguine fiet? Et dum chylo exhauriuntur miſerei venæ illum trahētes, chylo miſcebitur, ſerò feretur, in porta & iocinore morabitur, poſtea miſtuſne in cor ſic deferetur, ſicque curſim & aduolanter in cerebrum tranſmittetur? & ſic deinceps?

Vlteriùs ſi æquæ vbique à corde permiſti ſubtilis calidiſſimi ſanguinis recurſus & circuitus fiunt, vt vnius horæ ſpatio centeni milleni (Haruei arbitratu) & vltra abſoluantur, quo nam, quæſo, pacto per ſanguinis congeſtionem diuturno tempore mixti tumores fiunt? Quo modo abſtructiones & diuturnæ accidant, ſi arterioſus ſanguis omnes ductus & vias oculi nictu percurit perluſtratque ſemper? Nodus 13.

Et ſi ſenſus ipſe docet, præter quæ Galenus de partibus præcipit, vt ſibi dubia ad calculum reuocentur, ſenſata interim ſub ſenſu ſunto; Qui deſcendit effuſus à capite ſanguis craſſus nigerque viſitur, qui à pectore ſubtilis & purpureus ſemper conſpicitur: & tamen Harueio circulatione à Corde totus miſtus confuſus & vniformis eſt. Nodus 14.

Hoc quotidie eadem autopſia confirmatur, quum pluries eadem in die, eadem ex parte, ac vena, requirente neceſſitate ſanguis cōſultò extrahitur. Vt e.g. mittatur hoc mane ſanguis, initio craſſus vterque erit, paulò poſt rubicundior, tenuior. Meridie idem vas reſeretur, egrediēs ſanguis pulcher, Veſperi itidem effuſus pulchior; Vt quid igitur principio craſſus & niger, & deinceps ſemper melior, ſi arterioſi æque ſemper ſanguinis puriſſimi ſubtiliſſimi & maximè purpurei circuitus fit, & è contra nunquam? quæ te non fallunt vſpiam. Nodus 15.

Aſt verſa vice, quo modo ſtante cordis circuitu in perpetuo motu & confuſione, vt totus fons Vena Caua & dexter cordis Ventriculus in pulmonum venas & arterias: Dein in alio fonte cordis ſiniſtro ſinu & Aorta totus vniatur ſanguis, poſtmodum ex arterijs innumeras in paruas Nodus 16.

& ca-

Digitized by Google

& capillares venas diuidatur diſtribuatur in carnes ceu in Chaos, præter effuſum per anaſtomoſim communicatum? Quo modo, inquam, ſic viciſſim craſſa tenuibus, impura puris, cruda cõcoctis miſta & perpetuò confuſa modò in pede, modò in capite alternatim ac oculi nictu quam longiſsimè effugientia alia & diuerſa à Medico præparabuntur, per epicreſim euacuabuntur?

Nodus 17. Et ſi iſdem ſanguis totius confuſus, & miſtus in corde, vbique eſt, Cur vnius vnciæ ex arteria effuſio magis officit, quàm ſemi libræ ex Vena eductio miſsio?

Nodus 18. At generoſo ex mero, maluaticoue vino quis incaleſcat, vnde ebrij frequens magnus pulſus, An plenus magnus circuitus ex aucto, ex affluentiori ſanguine: vnde plenus frequentior, & magnus pulſus? At Vinum illico nec Venas, nec Hepar ingreſſus eſt, eo minus è venis egreſſum Læuem Cordis Ventriculum & Aortam magnum circuitum pariens ingreſſum ceu in ſaccum & vtrem, & ceu permutatis equis mox totum corpus percurrit.

Nodus 19. Similiter ſi pauci ſanguinis homo inebrietur, magnos & frequentiores pulſus obſeruabis, & tamen cum ſanguinis inopia: quo circa non ex ſanguinis circuitu, nec a ſanguinis copia à Corde per ſyſtolem in arterias immiſsi: ſed bene ſpirituum auctorum excalfactorumque à Corde proximè ob paſſiones, & affectus.

Nodus 20. Itidem ex ira maiores frequentioresque pulſos. An maiori ex ſanguinis copia à Corde in arterias immiſſi? Ergo velociùs, ocyùs, pleniuſque affluẽtior ſanguis tunc in venis circulatur? An igitur Iracundia ſanguinem auget? Cur ex arbitrio copioſior ſanguinis copia in arrerias ceu in vtrem & ſaccum tunc immiſſa? Vt quid ſic alternis horis (centies, & millies) immo momentis currit, aduolat, alternis quieſcit? An vt hominum Imaginatio arbitratu ſuo, nec aliam ob cauſam?

Nodus 21. Quid in magno & diuturno timore pulſu immoto, An non tranſmiſſo ex ſanguine? An venæ ſanguine non ſubminiſtrato (aſſumpto prius ad Cauam delato) & tunc deſtitutæ & ſibi ſimul coniunctæ partes potiſſimùm fame mouẽtur? Quod neque Hiſteris cõtingit, quia corpus nutritur vllo abſque circuitu, vt pluribus oſtendimus, vtque communis fert ſententia (præter Loudinenſium) & experimentum.

Nodus 22. Atqui quam ob rem ſæpe ſæpius ſub cute ſic extra vaſa effuſi ex ſanguinis copia, ac vt plurimum ne dicam ſemper Echymoſes non fiunt? Et quando ex caſu contuſione fiũt, cur Vaſa ſic ad excipiendum in vacuis ab arterijs effuſum ſanguinem: parata & prompta illico ipſum non hauriunt, deferuntque?

Nodus 23. Et quamobrem in magna Echinoſi quandoque gangrena & ſideratio ſi venæ ſanguinem colligere, arteriæ effundere & ſimul ſpiritus ad vitam? Et ſi pars etiam craſſa & muſculoſa, cur inibi vaſa viuentia inquam non agunt? Cur ibidem arteriarum ſanguis & ſpiritus non agunt, & vitæ non conducunt? an quieſcunt? An verò per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam? Sed quomodo? quorſum? Certo non progredientes, quia excipientia vaſa inertia, media pars mortua: ergo retrogradientes: At quomodo, ſi alius ſanguis, alij ſpiritus affluenter præſto ſunt, & plenis buccis ſubſequuntur à pulmonibus ab auricula, ab Arteria quomodolibet Harueio placeat?

Nodus 24. Et quonam pacto vitalem ad portandum deferendumque ſanguinem & ſpiritum Venatum vna, & tenuis tunica conducit & ſufficit? Cur non duplici perinde ac arteria prædita?

Nodus 25. Aſt cur tam magnum vas Azygos Vena ſine pari dicta ſanguinem vobis colligens magna abſque arteria ad eamdem partem vitalem ſanguinem aſportãre effundenteque? Si illud ad colligendum, cur ſimilis magnitudinis magno altero, aut multis minoribus magno illi supplentibus arterijs tributum ſuppletumve non eſt. Non igitur ab Arteria à Corde, Sed à Caua Azygos ſibi & coniunctis conſulit. quid quod?

No. 26. Quid Venæ Seminales, Cirſoides arteriæ

teriæ

teriæ ramos coniunctos non habent, vt à Caua & Emulgenti ſibi, teſtibuſque conſulunt?

Nodus 27. Et cur dictæ ſeminales venæ & arteriæ à magnis vaſis Aorta, Caua emulgentibus ſanguinem non ad cor, non ad Cauam aſportant, reportantue, ſed ab ipſis abducunt & traducunt ac ſibi primo, mox teſtibus ſanguinem & ſemielaboratum à ſe ſemen teſtibus deferunt, vt cetera totius vaſa ſanguinem ſibi & remotioribus.

Nodus 28. Pulmones Cordi ſimpliciter neceſſarij non ſunt, ſecus omni cordi ineſſent; ſed habentibus tantummodò opus ſunt, calidioribus videlicet & perfectioribus reſpiratione egentibus, non quà Cordi, ſed quatenus calidiori præditis cordi: vt quà tale ſcilicet calidius cor proprium munus præſtare queat, quod eſt vitales præſtantes ſpiritus procreare ad vitæ productionem, auctionem, atque ad præſtantiores ſentientis animæ actiones, & ſenſus, diuinioreſque operationes facere: quod media neceſſaria per aerem refrigeratione, qua calidius, conſequitur, vt in febrientibus, & æſtiuo tempore manifeſtò experimur: non autem ſanguinis præparatione, quæ abſolutè cordi quà Cordi & omni Cordi neceſſaria eſt; (ſic Pulmones omnibus, inquam, ineſſent) quod munus ſplenis eſt, qui cordis Hepar eſt, quique proprio ſanguificante parenchymate & ab arteriarum copia adiutus optimè præparat, & media Aorta Cordi præſtoeſt, & eſt lienis abſoluta neceſſitas omnibus incognita proinde notanda: Vnde omnibus corde præditis ineſt, vel piſciculis.

Lienis neceſſitas omnibus ignota.

Nodus 29. Quo circa ſanguinis à liene attractio, Aortæ media Diaſtole proprio motu & in fine dilatationis (ab Harueio inficiata, vt etiam Cordis) ſimpliciter neceſſaria eſt: non ſolum & primo vt ſanguis in cordis iociniore ſplene, inquam, præparatum ſibi & cordi trahatur & deferatur alendi gratia: Verùm etiam dum guttatim ſtillantemque Cor ſingula quaque (dicto modo) diaſtole (ob valuularum impedimentum) ingreditur & iuxta fores moratur vlteriùs continuo motu præparetur, elaboretur, attenuetur que, tum in Cordis alimenti, tum in vitalium ſpirituum faciliorem tranſitum.

Nodus 30. Quæ niſi daretur fieretque talis cordis & Aortæ naturalis conſultò diaſtole dilatatio, proinde ſanguinis à ſplene attractio; non vt continuò à pulmonibus in cor, & à corde in Aortam ſanguis plenis buccis continuo pelleretur, & vt vnda pellitur vnda. Ita ne? Sed quid? ſeu (vt aiunt) ad quid in Aortæ initio Valuulæ ingreſſum prohibentes? fruſtra profectò; quod in Natura non datur: quare vt de induſtria neceſſariæ Valuulæ, ita dedita opera & neceſſario Cordis & Aortæ Diaſtole amplificatio.

Nodus 31. Ea propter ſanguis in Aortam à corde non exploditur ſeu in vtrem & ſaccum; nec vllo modo, cum dictas ob cauſas: tum quia niſi Aorta arteria eodem cum Corde naturaliter moueretur motu, impoſſibile prorſus eſſet eorumdem cordis & arteriæ motus, tempus, & ryrhmum ſimul & ſemel in corde, in temporum, carpi, pediſque remotiſſimis arterijs obſeruare, quum nihilominus eorumdem defectus, vt pulſus ob humores, amores, animique paſſiones dignoſcamus, atque tot pulſus differentias percipiamus diſtinguamuſque, ſecus non ſcienter: non Naturæ dedita opera & ſapientia iſtæc, ſed caſu forent, quæ erronea ſunt dictu.

Nodus 32. Quapropter neque ſanguis corpus nutriturus Cor ingreditur (cordis parenchyma alituro excepto) & deinceps nequs egreditur, & conſequenter neque talis reliquum corpus, inquam, nutriturus in corde perficitur elaboraturque, præterquàm qui ſic in vitales ſpiritus verſus in Aortam immiſſus totum per corpus diffunditur, diſtribuiturque, quoque ſeu quibus ſpiritibus vniuerſum corpus gaudet, exhilaraturque ac dictis modis perficitur propterea ſanguinis circuitu non eſt opus quod ex allatis inconuenientibus & afferendis conſtat, &c.

Nodus 33. Argumentum eſt demonſtratiuum in fœtus vita & nutritione, quoniam Cor nihil agit, quum pulmones per anaſtomoſim tubulum & ductulum ſanguinem ali-

alimentum, & ſpiritus recipiunt: quando Venæ totum corpus (vt de more ſemper) nutrientes menſtruum ſanguinem ab vtero medijs vmbelicalibus venis, nequaquam ab arterijs recipiunt. Quare Cor ſui tantummodò gratia per Aortam ſanguinem trahit, non totius, & pro toto, ac proinde falſum manifeſtũ eſt, in ſe ſe totum trahere, vel in ipſum immitti, quum in pulmones dumtaxat per patentem dictam anaſtomoſim ſanguis ſibi ipſis ſufficiens à matre ſolùm tranſmittatur arterijs ab Iliacis & ſpiritum & aerem aſſequantur. Nec dicas, Cor maternum ſanguinem circulare, cum dictas ob repugnantias, tum quia in ſe ſe non recipit, nec à pulmonibus non habẽtibus tranſmittitur, & ad quos ſurſum per arteriam venalem ſibi ipſis conſulitur, & ſurſum & deorſum ferri ſimul & ſemel eumdem per ductum repugnaret, præterequam quòd, vt diximus tranſmittendus non ei ineſt. Tum demum, quia in ouo initiò viuente ſemine Embryone non eſt Cor, non matris arteriæ, & tamen nutritio, vita, accretio ex ſanguine ex oui vitello, ex quo hepar, lien, deinde Cor, ad quod per ſeminales priùs conſtructos ductas, vt diximus, ſanguis aſcendit: Quam ob rem vanum id poſitum cordis munus.

Nodus 34. Vt dilucidiſſimè pateat ex hoc ſanguinis circuitu totũ Naturæ pulcherrimum ordinem peruerti: omnem eiuſdem Diuinam Sapientiam & Prouidentiam tolli, quoniam nulla corporis pars immediatè venoſo ex puro ſanguine aleretur, quum tamen Sapientes omnes iamnunc totum oppoſitum crediderint docuerintque: quodque in vtero geſtis, inquam oui fabrica intueri atque obſeruare eſt: Et præterea tunc (vt perpetuò) ipſum Cor potiſſimum quoque ex ſanguine è Coronarijs Venis nutriri, vt reliquum corpus, ſicuti infra vlteriùs clariùſque innoteſcet. Præterquam quòd maxima ſanguinum confuſio, & imperfectio Cordis cum maxima iactura: quoniam ſic ſanguine repletum dictum factum exploſo refrigeraretur, Vitales ſpiritus non procrearentur.

Nodus 35. Vt interim miſſum faciam, quòd eodem ſanguine nutrirentur, eodem ſpiritu fruerentur cerebri e.g. pars ratiocinatrix, oculi retina, neruus in cochlea iudex auditorius &c. ac pes, ligamentum, cartilago, atque os, quod abſurdum.

Nodus 36. Porrò quo modo, Vos quæſumus, eadem quum ſit diſtantia à cordis baſi ab Aorta ad pedem e.g. ac à pede ad eamdem cordis baſim ad cauam ad dextrum cordis ventriculum, & eodem ocyſſimo tempore à ſiniſtro ventriculo ad pedem, vt ſtatuitis, ſanguis medijs arterijs portetur, ac ab eodem pede eodemque celerrimo tempore ad dextrum cordis ventriculum medijs venis iſdem ſanguis reportetur ſi nulla hæc inter deferentia vaſa proportio ſit, quum nihilominus omnimoda eſſe debeat, vt æquè pares velocioreſque delatores ſint, ſi hinc inde vt imaginamini perinde tempori penſum, & vtrinque opportunè opus peragi debet. Quum ſi nihiloſecius ex ſiniſtri ventriculi parte celerrimus lator ſit, ex dextri parte tardiſſimus, vt ex hac, Teſtudo, Cochlea, Aſinuſue: ex ea ocyſſime aduolans hirundo: quo modo opportunè inquam eamdem ad metam ſimul & ſemel idem conficient iter & ſpatium velociſſima hirundo arteria ſuapte natura & corde pellente feſtinantiſſima; ac tardiſſimi motus aſinus Vena abſque cordis ſtimulo calcariue, etiamſi imaginatione volare, & Pegaſum fieri admittatis.

Nodus 37. Hæc rationi & ſenſui repugnant, ſaltem imaginatio noſtra non capit, etiamſi volantem aſinum recipiat, vt propterea imaginatus ſanguinis circuitus corruat.

Quoniam præterea parua arteria ſemihoræ ſpatio in ſpatia in vacua ſanguinis libras effundet, quas venulæ (ſi poſſent) nec per diem colligerent. Perquam longè citiùs effunditur, quàm colligatur; Vt toto Cœlo aberret, qui ſecus credit,

quando putum, inquam, imaginationis opus ſint,

Nodus 38. Aſt inſuper, quid de ſpiritu, ſpirituoſoue effuſo ſanguine tunc fiet? An colligentur in vacuo remoti? Ampliùs qua virtute remotos & in vacuo, & ipſæ iam expletæ & ſaturatæ venæ trahent colligent? An magnetica vi? Non ſui gratia, quoniam expletæ venæ: non aliorum cauſa, quia non ſunt officialia membra.

Nodus 39. Atqui ſi non trahitur, nec colligitur; quia nec ſpeciatim, nec generatim hæc fiunt; neque igitur aſcendit, potiſſimùm quà grauis. An vi vacui dices? Igitur caſu hæc fient, non Naturæ ſapientia & ſummo diuinoque ordine: & præterea nec ſic vacui fuga: quoniam, quum venæ ſanguine à caua ſibi conſulentes refertæ ſint, vacuum non admittunt: nullo itaque modo. Vt mittam, quòd non facile captu eſt, arterias ſanguinem effundere, ſecus conſultò & ratione id ab ipſis fieri admittas oportet: neque ex ipſis ex ſe ſe egredi, quia inconſultò, & temerè.

Nodus 40. Ampliùs in magno & profundo vulnere, quis ſanguinem ex arterijs ob vulnus fluentem, & quod pluris intereſt perpetuo ſic natura & vi cordis circulantem & perpetuò irruentem firmare compeſcereque poterit? Et firmato cohibitoque medicamentis arctiſque faſcijs, (quod non fieret) clauſis arteriarum orificijs, cicatrice ducta & perfecta, quo modo eamdem magnam ob cicatricem ſanguinis tranſitus & circuitus?

Nodus Viteriùs quo modo manus pediſue phlegmone inflammatione mutuus ex vaſis inflammatas ob carnes ſanguinis circuitus dabitur? & quam ob rem non ſemper inflammatio augebitur donec gangrena & ſideratio ſuperueniant?

Ad hæc in magna contuſione ex vaſorum apertione ſub cute ſanguis, & copioſus colligitur, pars contuſa debilis, arterioſus ſanguis iugiter effluet, à contuſis, & ſeminortuis venis non excipietur, & conſequenter non deferetur, quo modo res ſeſe habebit? An totus eo loci ex circuitu effluet donec grangrena & ſideratio fiant? Dicant ex hac ſententia Sapientiores. Experientia contrarium docet.

Si Arteriæ infra cor ſanguis diſcendendo ruit & præcipitat quia circulando ad capillares venas pergit & aduolat. Cõtra venæ infernæ ſemper ſurſum aſcendendo & circulando Harueio ad Cauam ad Cor quamocyſſimè feſtinat: At pũctæ in inferiori & poſtrema in corporis parte e.g. in pedis pollice, ſanguis effunditur deorſum verſus, non ſurſum pro raptu & velociſſimo circuitu; Quam præterea venam ſi in ſuperiori ſui parte digito primas, ſanguis non egreditur, non fluet, ſignum manifeſtum, quod in pollice capillaris ab arteria ex arteriaue effuſum non colligit, ſed à ſuperiori & maiori ramo recipit & mutuatur, Autopſia docet. Nodus 43.

Ceterùm in Ophtalmia quo modo ex brachij cephalica effuſus ſanguis ſcopo ſatisfacit, ſi oculi nictu cum ſpirituum copia currit, aduolat, & vnius horæ ſpatio Harueio millies recurrit? Nodus 44.

In Pleuritide ſi partem affectam perpetuò copioſiſſimus ſanguis & ſpiritibus maximè refertus peragrat, quo modo venæ ſectione morbus tollitur? augmentum prohibetur? quo modo concoctio, ſuppuratio, reſolutio fient Deus Optime? Nodus 45.

In Angina pariter quo modo è brachio ſecta, cephalica &c. ſuccurrit, ſi continuò rapidus ſanguinis affluens fluxus Harueio fit? Nodus 46.

Et quã ob rem ſanguis in ſemita violenter raptus & exploſus ad Cauam ad Cor: deuius poſtea ad dolens caput rapitur, ad inflammatum ruit, ad vulnus aduolat, vt autopſia patet? Nodus 47.

Et quo modo ad prohibẽdam inflammationem, ad reuellendos humores, ad demulcendos & ſedandos dolores, ſanguinis effuſio Galeno præſentaneum remedium, frictiones, vincula, hirudines, cucurbitulæ, rubificantia, ſinapiſmi, veſicantia adhibentur? Sic fruſtra omnia, fallax ars Medica, & tamen omnia iuuant, qua ratione adminiſtrantur autopſia atteſtante & comprobante Nodus 48.

per

Digitized by Google

per ſeculorum ſecula, quia Natura ſui iuſtis operatur, & Medicus eius imitator quibus proinde circuitus reclamat.

Nodus 49. Et ſi à Caua totus ſanguis in Aortam & arterias temporis ferè momento fluit & ruit, atque in carnes ac carnium vacua effunditur: quo modo per capillares venas illico & immediatè ſuſcipitur? quo nam pacto in maiores venas in Cauamque non tractus, non impulſus, vectuſue è veſtigio & raptim ſe ſe recipit?

Nodus 50. Si Matricis malè affectæ ſanguis inflammatus ab infernis partibus ab arterijs effuſus à venis collectus ſurſum euolat, quo modo ſecta ſaphena ſuccurrit, reuellit, quum rapidus circuitus impediri remorarique nequeat, & alius continuus copioſior aduolet? quo modo Bone Deus Harueio ſic docenti balnea, fotus, frictiones & huiuſmodi alia probabuntur? An potius currenti immo aduolanti eò ſanguini & ſpiritibus calcaria addentur?

Nodus 51. Inſuper ſæpe vidimus omenti partem, totum ſcrotum, pedem, crus, brachium ex gangrena & ſideratione ablata, & conſequenter omnia inibi vaſa à morbo, à putredine exeſa & igne cremata craſſioribus remanentibus arterijs & venis ſuperioribus ab inuicem remotis: quæ proinde quo, quæſo, modo ex circuitu ſanguinem mutuabunt mutuabunturue? quo nam pacto minimæ colligent deferentque ſi coniunctæ & prius communicantes perierunt, reliquæ craſſæ diſtent intermedia magna cicatrice: quo modo mutuatio, ſuctus, delatio & citiſſima fiet?

Nodus 52. His accedit, Arteriæ maiores in obtruncatis partibus à venis remotis abſque cõiunctione & anaſtomoſi copioſum arterioſum ſanguinem portantes effundenteſque quo nam pacto venis in cauam deferendum communicabunt? Quid iſto de ſanguine fiet? quid de alio ſubſequente impetumque faciente, egreſſum quærente à cordo ab artoria exploſo fiet? Regreſſus nec mora admittitur, quoniam circulari oportet, quia alius ſubſequens premit, pellit, vrget: Igitur vel vas rumpetur, vel Aneuriſma fiet, vel maxima effuſio, vnde prædicti morbi, ſideratio &c. quæ quum neutiquam ſequantur, ſed partes bene nutriantur, bellæque vt prius ſe ſe habeant, circuitus nullus.

Quin ſupra ſi iſtæ quantitiſſimus à pulmonibus in ſiniſtrum cordis ventriculum & Aortam ſanguinis circuitus fit, Nodus 53.
qui fieri poteſt, vt in ipſis pulmonibus & venoſa arteria puris copia colligatur, & ſenſim (vt Galenus docet, Laurentius & alij confirmant, necnon *Harueius* in Proœmio 35. admittit) & ſenſim per eumdem ſiniſtrum ventriculum ad renes tranſmittitur & mingitur, ſi perpetuò oculi nictu totus ſanguis gradatim à pulmonibus per idem vas, arteriam, inquam venoſam ſemper plenam, & cordis læuem ventriculum quam breuiſſimè circulatur: quo, inquam modo plenis ſemper ſanguine pulmonibus, arteria venoſa, ſiniſtro cordis ventriculo, pus colligetur, inibi morabitur, putum eaſdem per vias longiori ductu & itinere, longiori & diuturniori tempore ad renes tranſmittitur, euacuabiturque, atque ſanguini in pulmonibus, in vaſis, in corde, in Aorta in perpetuo motu & fluxu non miſcebitur, non circulabitur? Hæc mente aſſequi nequeunt, nec ipſa Natura facere poteſt.

Ecquid de cordis hepate, de liene, inquam? An nullius actionis, nulliuſque Nodus 54.
ferè vſus, vt fruſtra quin etiam à Natura Harueio cum Eraſiſtrato (referente Galeno 4 de Vſu p. 15.) creatus ſit? Quandoquidem ex ſanguinis circuitu à numeroſis arterijs ſanguine ſemper refertus & repletus, itidem & perpetuo in eum tranſmittendi officio erit: Vt quid igitur chylum attrahat, ſanguinem conficiat eo vt ſibi & alijs conſulat, ſi arterioſum, affluentiſſimum in ſe ſe ſibi continuo in promptu habeat? Quid tali viſcere parenchymate iſti muneri opus fuit? quid perditio hæc? Non ne vaſa tãtummodò ſuffeciſſent? Verùm eſto circuitus arbitratu veſtro, amabo vos, quas per patentes, latas, & breues vias, quas per amplas & magnas venas valde copioſum ſanguinem celeri impetu à numeroſis & magnis Aortæ arterijs ſub Diaphragma-

te prodeuntibus illi coniunctis immiſſum & commiſſum ad Cauam illico & ocyſſimè alio ſubſequente & vrgente tranſmittit? An per proprium ramum venoſum à quo chylum trahit ſplenicus dictus in meſeraicas ad inteſtina & chylo miſcendum confundendumque? An vero per minimos ramulos ad Ventriculum remittit cibo permiſcendum? An demum ad hæmorrhoidales venas fœcoſo ſanguini perturbandum, ac inde ad podicem? alias vias nondum nouimus. quid quod?

Nodus 55. Vt mirum in modum mirer, quod vt maximè prouida Natura Principes corporis partes ſummo & diuino ordine cõſtituerit, & pro earumdem eſſentia & tẽperatione propria munera impertita, opportuna inſeruientia inſtrumenta vnicuique propria ab aliorum alijs alia & diuerſa fabrefecerit, vt omnium principum membrorum inductione patefcit, poſtea ſui, ſua ſapientia, diuino ordine oblita omnia confundat perturbetque.

Etenim Cerebrum quo (ſi per tactum) animalia ſumus, & proinde eius gratia cetera omnia, alia ab alijs vel ſpermaticis ſubſtantia, temperamento & munere præditum ſibi ſimilibus inſtrumentis, neruis tota mobilia membra, omnes vel minimas ſentientes particulas percurrentibus ſenſum & motum cunctis præbet.

Hepar totius penu, & quod vniuerſum corpus nutrit, (læuis cordis ventriculo & liene exceptis) vt ſubſtantia, temperie, & officio ab alijs parenchymatibus aliud, ita alia & diſtincta ab alijs ſeminea organa ante ſui ortum præparata obtinuit; Venas nimirum, quibus omnibus & ſingulis corporis partibus ſuppetias fert & nutriendo opitulatur.

Lien vt alterum ſanguificans hepar, ſubſtantia & temperie aliquanto diuerſum non fine & officio: vt pote ſibi & vni Cordi ac Aortę tantummodo procreatum & dicatum, propria ſed hepati vt ſanguificans & ab eodem fonte idem alimentum hauriens communia inſtrumenta conſequutus eſt ſibi & cordi Aortęque ſolummodò inquam, (non toti famulantia) neceſſaria, Vas ſplenicum à Porta, & Arterias ab Aorta. Hiſce ſubtili puro optimeque præparato ſanguine idoneo pro cordis alimento & ſpirituũ conficiendorum materia Cordi præſto eſt. Splenico ramo ad ſibi ac Cordi chylum pro nutritione à meſeraicis alliciendum extorquendumque in purum ſanguinem vertendum vtitur. Secretam vero fœculentam partem, terreum craſſum melancholicum humorem in hæmorrhoidales venas, ac aliò excernendos per ſplenicos ramulos euertit & explodit.

Ceterum non me fugit, quoſdam Galenum ſequuti, 3. de facult. nat. 13. 4. de Vſu part. 15. lib. de atra bile 6. de loc. aff. 1. de ſanit. tuend. velle lienem ad expurgandum Iocinoris & Cauæ feculentum ſanguinem procreatum fuiſſe, eiuſque receptaculum eſſe: atque propterea eumdem prolectare & trahere, vt eo nutriatur.

Quæ, parcant Galeni manes, mera ſunt monſtra. Quid habet liem cum iocinore, cum vena caua? Quo modo ab illis valde remotus vlla abſque vaſorum cum illis coniunctione, præterquam in meſeraicis, mutuari abhorrendum, quod continuo explodit feculentum viſcidum excrementum poterit? Quo nam pacto remotiſſimus ex vaſorum etiam gyris proprio allecto, attracto, poſito chylo, eoque ſemper referto ſplenico vaſe, (vt vaſa ipſa meſeraica deferentia coniuncta) remotiſſimum craſſum viſcidum per anguſtiſſimos remotiſſimos chylo plenos ductus ſurſum deferentes allicere attraherequè potis erit?

Nec me latet, Alios lienem per ramum ſplenicum craſſum chylum trahere exiſtimaſſe, & ita hepar malencolici humoris copia liberare. quod purè imaginatum & ridiculum: quoniam chylus æque purus, perindeque impurus ac conficitur à meſeraicis venis rapitur, ac vt tractus ſurſum fertur, & talis vndique & quoquo verſum excipitur.

Nec vlteriùs me præterit Ariſtotelem 3. de part. animal. cap. 7. lienem alterum hepar dixiſſe &c. (& cum eo Auer. 2. Colliget cap. 9. qui tamen in Paraphraſi

animal.

animal. ſibi contradicens, ait, lien ex ſe ſanguinem non gignit, ſignum eſt, quòd vna vena à ſtomaco ad lienem protenditur, (ab Haly Abb. & Auicenna mutuatus) qua lien à melancholia expurgatur, non autem chylus attrahitur? quod nos in prima parte in de liene tractatu reiecimus) ſed gratis & vlla abſque ratione, Naturæue prouidentia, & magni membri vllo fine vero vſu, actione, rationalique fine: ſed vt claui, anchoræ, vaſa ſtabiliat glandularum inſtar, (quaſi lienem non ingrediantur) vt concoctionem iuuet, vtque vagantes ex ventriculo vapores excipiat & concoquat, inquit tantò proinde nomine haud digna, vt propterea, à nemine recipiantur. potiſſimum quum ait, lienem per accidens neceſſarium eſſe quomodo excrementa alui & veſicæ.

Hæc omnia & ſimilia gratis ab omnibus & perperam, quia dictum vſum, actionem, & finem huius alterius ſanguificantis hepatis ignorarunt, (de quibus nos in proprio lienis tract.) fortaſſe ob appoſitas Aortę valuulas ſanguinis ingreſſum impedientes, ignorantes quòd ſumma Naturę ſapientia appoſitè poſitę tricuſpides valuulæ Aortæ fuerint ſanguinis copioſum ingreſſum in ſiniſtrum ventriculum impedientes, ne Cor ex irruenti ſanguinis copia (vt diximus) refrigeraretur, ſpirituum procreatio impediretur, tolleretur que, & ſic fabrica rueret; *Naturæ prouidentia.* ſed maxima prouidentia omnino ferè in Diaſtolis fine dicto modo clauderent, vt ſtillatim duntaxat & guttatim in minimum medium foramen binæ terneue ſimul guttæ e. g. ingrederentur ſingula quaque Diaſtole, quæ ſi millies vna quaque hora fiat, duo guttarum millia in qualibet hora ingredientur: vt puro & præparato à ſplene adiuuantibus arteriarum in ipſo contentarum motu & ſpiritibus, ſanguine Cor nutriatur, acturūque ſuperfluum ſeu affluentem in ſpiritus vertat, & quamprimùm è veſtigioque in Aortam ſyſtole remittat. Et ſic ſapientiſſima Natura lentè feſtinando, sūmè ſenſim properando plumbeo altero, altero ſimul laneo pede gubernans Diuinum Opus abſoluit, & conſeruat.

Sed vnde digreſſa eſt noſtra reuertatur oratio.

Cor vitæ non author, ſed conſeruator, & germani animalis motus perfectarum actionum concauſa eſt, propterea Cerebri cauſa factum potiſſimum alia ab alijs ſubſtantia, alio fine, & actione, alijs inſtrumentis ad motum adque deferendum ſuum præſtitum opus, vitales ſpiritus, alijs præditum eſt, arterijs nimirum; quibus totum corpus peragrat perluſtratque proprijs ſpiritibus, quibus innato calido, præſtantioribus actionibus, motibus, ac omnium partium vitæ præſto eſt, vt alio ſibi primò, alijs proximè poſtea omnibus conſulit arteria Aorta, à qua immediatè ſanguinem trahit, vt initiò in oui fabrica viſitur & in vtero geſtis, vbi ab vmbelicalibus arterijs ab Iliacis lumbalibus Aortam ingredientibus ſurſum ſanguis ex anaſtomaſibus aſcendit & defertur, vti poſtea in lucem editis à ſplene ſplenico vaſe infernè pariter ſumpta materia (vt ab hepate per Cauam ad dextrum) & elaborata ſurſum eamdem per Aortā cordis læui ventriculo tranſmittitur, quod ſanæ mentis nemo inficiabitur, tot dictis de cauſis; potiſſimum ſi ex Naturæ libro & exemplari nauigemus. Vt per eamdem Aortam deinde ex mutuato ſanguine vitalium ſpirituum remiſſa copia, proximè, inquam, alijs corporis partibus omnibus conſulit.

Teſtes denique pari paſſu vt alio fine & actione à Natura fabricati, ita & eſſentia & proprijs inſtrumentis ſuum penſum peragunt cirſoidibus & deferentibus vaſis, necnon proſtatis, quibus non ſolùm ſpeciei conducunt, ſed toti indiuiduo, ſicuti in Eunuchis viſitur.

Vt iſtęc omnia inuicem ſibi occurrant, mutuoque ſe iuuent. Cerebrum Cordi ad ſenſum communicato neruo, necnon refrigeratione (non vt Ariſt. voluit) ad Diaphragma tranſmiſſo ad motum neruo reſpirationis authorem, ſicut ad intercoſtales muſculos, & conſequenter refrigerationis cauſa eſt. Vt Iecinori, lieni, &

Teſti-

Teſtibus, ac toto corpori ad ſenſum neruis præſto eſt. Sic verſa vice & mutuò Cor Cerebro potiſſimum, cuius præcipuè gratia factum, magna ſpirituum copia, quibus abſque nequaquam diuinas ſuas partes ageret: ſic ſuis officinis, Hepati & ſpleni, necnon teſtibus, & toto corpori medijs arterijs. Similiter Iecur Cerebro, cordis dextro ventriculo, Caua media, coronarijſque, ceteris (à ſiniſtro ventriculo & lieni) partibus alimentali ſanguine, vt Teſtibus, & vniuerſo corpori diſſeminatis minimis etiam in minimis particulis, venulis. Ita ſplen medio Corde & vitalibus ſpiritibus, quibus elaboratam materiam præparat & ſubminiſtrat; vt ex eius morbis omnem ſanguificationem lædentibus colligere eſt. Vt teſtes docente experientia, & nos aliàs fuſiùs explicuimus.

Vt vnum quodque propriè & ſpeciatim ſibi primùm, proprijs deinde & immediatis inſtrumentis, iiſque poſtmodum deſerentibus omnibus partibus generatim & ſpeciatim præſto ſit ex Naturæ ſapientia per quam admirabili œconomia; vt nec commentum immaginatumue aliquid vel per quam minimum addere te poſſe exiſtimes, niſi deſipias. Sic vt omnes partes & minimæ ſenſu participes, ſenſu, vita, alimento, vigore, robore ſemper & vbique minimis & capillaribus neruulis, arteriolis, venulis, diuino ordine ſuffragentur.

Non tamen horum vllum alius meſſem ingreditur, nec limites quidem, neue alterius munus & penſum aggreditur. Vt nec famulantia inſtrumenta alij famulentur vnquam, quã proprio principi, & niſi ab ipſo ad alios tranſmiſſa, opitulandi gratia, vt experientia docet.

Vt propterea mirum in modum mirer, inquam, quo quæſumus modo ſummam aduerſus Naturæ ſapientiam huiuſmodi leuia vlla abſque ratione, arte, atque œconomia excogitentur, ſtatuuntur, prędicentur, decantenturque, confuſam ſcilicet Circulationem, confuſam vtriuſque ſanguinis Miſcellam omniumque ſpirituum, Vitalium, Animalium, Naturalium confuſionem per Circuitum vbique & eodem modo ad partes omnes deferendo, procreantes materias, alimenta, ſpiritus confundendo, peruertendoque alimenta, actiones, vſus, motus, poſitioneſque, ac vt vno dicam verbo, Omnia Diuinæ Naturæ euertendo.

Quæ ſi vera extant, vt veriora, quàm quæ apud ſagram geſta ſunt, vt patet, Non video, Cur adeò facilè Londinenſes Doctores in Haruei ſententiam duci paſſi fuerint, illiuſque talia admiſerint, probauerint, laudauerint, potiſſimùm ſi noſtris ſimilia eidem Haruejo ſoluenda obiecta ſint, quæ non facili fortaſſe negotio ſolui potuerint: quæ ſi modò noſtra diſſoluere valeat, ſolus nobis eſto Apollo.

Poſtremò quemadmodum Cor non eſt per ſe primò & proximè motus & ſenſus principium, vt falsò Ariſtoteles credidit ex cordis fibris hallucinatus, ita nec præcipuum corporis, nec primo naſcens membrum eſt, ſed poſt ſpermatica omnia ortum vegetioris ſenſus & motus gratia, & conſequenter ob cerebrum, & cerebri cauſa, vt poſt ipſum fabricatum, ſicuti in pulli ex ouo fabrica ex oculata fide clarius ſcripſimus, vtque Harueius quoque autopſia ſupra confirmauit, & ſi de cordis auriculis (etiam hallucinatus) affirmet. *Nodus 56.*

Quam ob rem vt Inibi, & in cordis, necnon in ſeminis tractatu, ſicuti & ſupra oſtendimus prius quàm cor fiat, ſemen & Embryonem viuere, nutriri, & augeri, atque deinceps cordis parenchyma ad vitam non eſſe ſimpliciter neceſſarium, ſed bene ad meliorem perfectioremque vitam, ad præſtantiores videlicet animæ operationes, ad maiores motus, ad præſtantiores ſenſus medio influendo (ex calore) ſpiritu, influentique calore innatum ad fouendum calidum primum animæ inſtrumentum, ac ad gignendos conficiendoſque ipſis ex influentibus vitalibus ſpiritibus à cerebro animales ſpiritus, quibus omnes animales operationes & ſenſus fiunt. Et quum tactu animalia ſimus, & conſequenter non ex corde, ſed ex cerebro ſapientioribus, quemadmodum

Digitized by Google

dum ſi ab imperfectis ad perfectiora gradatim aſcendendo ratiocineris certo colliges. Vti c.g. à vermibus, quibus caput ineſt, factum propter cerebrum ſenſus & motus organorum principium, fons, & origo, vnde motum & ſenſus conſequuntur; cor, cordiſue veſtigium nequaquam. Qua de re certior adhuc fies, ſi ad aliquanto calidiora & perfectiora, imperfecta tamen, aſcendas: ranas, buffones, anguillas, teſtudines, piſces, &c. quorum Harueius meminit, & exemplo vſus eſt, quæ vermibus vegetiores motus & ſenſus à cerebro clariùs obtinuere, Cor in illis intueberis quidem, ſed ſecundum ſui partes omnes imperfectum, paruo calore, tardoque motu præditum, proinde & imbecillioribus ſenſibus, & motu ſui & totius prout talium ſpecierum animalibus tales operationes congruebant, & conſequenter talia, huiuſmodi membrorum motus & ſenſus inſtrumenta obtinuerũt, & deinceps tale proportionatum imperfectum cerebrum dictorum inſtrumentorum & actionum efficiens principium & proxima cauſa.

Quòd ſi præſtantiores excellentioreſque perfectioris animalis operationum ſpecies edere debeat, & propterea maioris roboris inſtrumenta requirantur, atque conſequenter eorum principium & cauſa, cerebrum maius, vegetius, robuſtius: quodque quum talia munera animalium ſpirituum copia præſtet oporteat, & ij ex vitalibus ſpiritibus ortum materialiter ducant, & hi arterioſo ex ſanguine medijs magnis cordis motu & calore, quibus æſtuans cor redditur, hinc cordis refrigeratione opus eſt, frigidi aëris ingreſſu; hinc duplici ventriculo: hinc pulmonum ſubſtantia & fabrica Natura præſto eſt; hinc neceſſaria reſpiratio à Diaphragmate & intercoſtalibus muſculis præſtita, quorum motuum & actionum nerui à cerebro, à quo conſequenter calidioris cordis refrigeratio, cõſeruatio, vita. Vt bellè pateat Cordis neceſſitas in perfectis animalibus Cerebro neceſſario ſubminiſtrantis, ac ab illo dependẽtia, & nõ ad cõſtituẽdũ ſimpliciter animal, ſed ad illud perficiẽdum à Deo fuiſſe procreatũ, Cui vni honor & gloria ſẽper.

FINIS.

A01 1460982

INDEX NOTABILIVM QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Primus numerus eſt contactus, vel nodus, vel pagina: ſecundus pagina.

Abortvs Pſaltriæ Hippocratis ſubtilis diſcuſſio. cont.8. pagina 328

Abortus Pſaltriæ Hippocratis animaduer-uerſio. cont.28.p.376

Acicula *Acus deglutitus, ab ore quo modo in veſicam peruenerit. cont. 134. p.161*

Actus (Ariſtotelis Ariſtoteleis, & forma) nequaquam dat eſſe rei, eſtue illius forma anima. p.304.305

Alexandri Aphrodiſei prauum edictum. p.251

Alimentum idem omnibus corporis partibus non competit. contactus 108. p.455

Anima animam non generat. cont. 111. p.139

Anima non temperat non dat partibus temperamentum. ibid.

Anima fœtus in parentis corpore non didicit. ibid.

Anima non ex ſpiritibus. ibid.

Anima parentis ideas non gerit. cont. 112. p.142

Animæ animalium procreatio ex quibuſdam, vt ridicula. contactus 111. pagina 139

Animæ cognitio & actiones exploduntur. ibid germanæ aſſignantur. ibidem & cont. 112. p.142

Confirmantur. cont. 113. pagina 143. 144

Animæ definitio ex Ariſtotele non recipitur. p.306

Animal vnum plura eſſe animalia numero quibuſdam. contactus 165. pagina 195

Animalia cur vnipara, paucifera, multipera. cont.59. pag.85. 86

Animalis ortus, & principium. pagina 418

Animarum vno in animali magnus numerus ridiculus. contactus 165. pagina 195

Antigenis conſilium ad ſalutem. cont. 12. p.38

Aquapendentis leuia & vana. cont.65. p.96

Archigonum non innatum calidum. cont. 11. p.199

Ariſtotele doctiores. p.219.220

Ariſtotelem redarguentes, & expugnantes. p.220.221.222

Y y Ari-

Ariſtoteles à Xenocrate deuictus è Schola Peripato eiectus, Plato reſtituitur. p.218

Ariſtoteles cur mulus à Platone dictus. ibidem

Ariſtoteles maximus latro. p.219

Ariſtoteles mortuorum reſurrectionem irriſit. p.219.220

Ariſtoteles quia malè in antiquos ſe geſſit reprehenditur. p.224.225

Ariſtoteles quid de rationali anima ſentiat. p.240

Ariſtoteles quid de Deo ſpeciatim ſentiat. p.245

Ariſtoteles quid de Mundi creatione ortuue ſenſerit. p.246

De Ariſtotele præmiſſarũ concluſio. p.249

Ariſtotelis de ſemine opinio exploditur. cont. 18. p.42. Ariſtoteles plantarum ſemen organicum eſſe ignorauit. ibid. p. 43. Eius de ſemine argumentum nullum. ibid. cont. 24. p.47.48. cont.27. p.50. Ariſtotelis doctrina qualis. cont. 32. p. 54. De inarticulatis fœtibus, & cæcis à partu reijcitur. cont.47. pag. 71. cont.48. pag.72. Ariſtotelis murium ridicula. cont.50. p.70.74.75

Ariſtoteles an obtuſi ingenij. ibid.

Ariſtotelis philoſophia impios homines facit. ibid.

Ariſtotelis de ſeminis diuiſibilitate, & fœcunditate ſatis leuia. cont.59. p.84

Ariſtoteli matrix auium ignota. cont.63. p.93

Ariſtoteles quæ oui pars fœcundetur ſeu animata ſit ignorauit. conit.62.63. pagina 92.93

Ariſtoteles Auis matricem ſemen recipientem ignorauit, et ouum augeri per vmbelicaris membranæ pticulam. cont.65. pag.96

Ariſtoteli nec in maximè ſenſatis fidendum. ibid.

Ariſtotelis mallei & ſpontiuorum exempla ſemen animatum non eſſe non oſtendunt. p.340

Ariſtotelis encomijs à Laertio Diogene, Ammon. Hermia, ſeu Philopono Ioanne, Guarino Veronenſi, & Ioanne Nebricenſi Riuirio, ne ex riuulis amplius, ſed ex claris et limpidis fontibus in poſterum bibatur, nunc veræ eius vita et geſta ex Sanctis, & probatiſſimis authoribus Sapiẽtibuſque deſumpta traduntur. p.217

Ariſtotelis ortus tempus, genitores, patria. p.217

Ariſtotelis vitam qui ſcripſerit. cont.191 p.216

Ariſtotelis vitam cur Pariſanus deſcripſerit. cont.191. p.216

Ariſtotelis animi firmitas, artes, vita. p.217

Ariſtotelis Philoſophandi occaſio, & conſilium. ibid.

Ariſtotelis præceptores. ibid.

Ariſtotelis erga magiſtrum præſtitum præmium & mutua gratia. ibid.

Ariſtotelis hoſtilitas & odij cauſa in Platonem. p.218

Ariſtotelis grauius diſſidium in Platonẽ. ibidem.

Ariſtotelis odiũ in Xenocratẽ vnde. ibid.

Ariſtotelis authoritas & nomen vnde. p.219

Ariſtotelis philoſophia homines impios efficit. p.222.229

Ariſtotelis quomodo erga antiquos ſe geſſerit. 222.223

Ariſtotelis libri poſt eius mortem centum & amplius annos latuere. p.225

Ariſtotelis qui libri. p.226

Ariſtotelis virtutes, defectus, vitia. p.226

Ariſtotelis vita progreſſus. p.227

*Ariſtotelis gratiæ erga Alexandrum Magnum.pag.*227
*Ariſtotelis actorum prauia.p.*228
Ariſtotelis de doctrina fideles teſtes. pagina 228
*Ariſtotelis de diuina prouidentia, de hominis fine, ſeu felicitate quid ſenſerit.p.*238
*Ariſtotelis Actus & Animæ definitio non recipitur, nec eius ingenium laudatur quicquid Cremoninus dicat. p.*306
*Arteria quo modo ſanguinem ſolummodo contineat. p.*389
*Arteria vulnerata aerem cur non trahat. cont.*7.8.*p.*390
Arteria ſimul, & ſemel calfaciente vitali ſpiritu, & refrigerante aere corporis partibus præſto eſt. cont. 9. 10. *p.*391
*Arteria Aorta ſua Diaſtole à ſplene Corditempori, & opportunè ſanguinem ſyſtole verò à corde ſpiritus deferre, & excalfactum aerem, & fuligines reijcit. cont.*11.*p.*391
*Arteria Aorta à corde aerem, & ſpiritum diaſtole trahit. cont.*16.17.*pagina* 392. 393
Arteria cur tunica craſſiori, quam vena prædita ſit; & cur tenuiores tenuiori tunica, & minus validè pulſent.cont. 193.*p.*508
Arteriam continere ſanguinem, aerem, ſpiritus, & fuligines certum eſt dicto modo; ſed ex illius ſectione apertione tria poſtrema videri nequeunt. cont. 14.15.*p.*391.392
*Arteriarum actiones & vſus. cont.*1. *p.*389
*Arteriarum motus in ſui ortus initio qui. cont.*95.*p.*446
*Arteriarum ſonitus, & motus in pectore non perſentitur. cont.*79.*p.*438
Arteriarum oſcula in cutis poris ſubtiliſſimum puluerem attrahunt. cont. 168.*p.*491
*Arteriarum vſus in meſenterio.cõt.*171. *p.*492
*Arteriæ ſeminales cirſoides qua ſeminis parte nutriantur. cont.*156. *p.*186
*Arteriæ & cordis motus à vi ſpermaticæ partis fit. cont.*18.*p.*394
*Arteriæ diaſtolem & ſyſtolem eaſdem ac cordis eſſe. cont.*17.*p.*392
Arteriæ quonam pacto aerem copioſum, & ocyſſimè deferant. cont. 2. 2. *pagina* 389
*Arteriæ cur non ſpiritus vt fuligines expellant. cont.*6.*p.*390
Arteriæ motus ante cordis parenchyma eſt, & à propria radice manat. cont. 52.*& ſeq.p.*411.*& ſeq.*
Arteriæ Aortæ tres ſigmoides valuulæ maximum Naturæ miniſterium. cont. 85.*p.*439
*Arteriæ & cordis ijdem motus. cont.*80. *p.*438
Arteriæ venalis & venæ arterialis munera in fœtu & poſt in lucem ortum.cõt. 192.*p.*507
*Arteriæ venalis tunica cur tenuior, arteriæ, craſſior venæ tunica.cont.*195.*pagina* 508
Arteriæ venoſæ conſtitutio, munus. cont. 198.*p.*509
*Articulus nec actionem nec motum habet, ſed motus patitur. p.*16
*Auerroes bardus. cont.*4.*p.*31
*Auerrois peſſimi, & impijſſimi dicta de Ariſtotele. p.*250
Auerrois impia doctrina. ibid.
Auis ſemen vnam ſolummodo auem vnico initu & non plures generat. cont. 62.*p.*92
Auriculæ cordis, Vide Cordis auriculæ.

Digitized by Google

B

BRutarum fęminæ cur ſtatis temporibus coeant: mulier verò omni tempore. cont.44. p.65

C

CAlidi innati minimum in corde. cont. 12.p.200

Calidi innati varij ex ſemine à toto prouentu ortus, nec ſecus. cont.174. pagina 203

Calidi inſiti nomen pro ſubſtantia improprium. cont.4.

Calidi & radicalis humidi cum vino exẽplum non quadrat. p.353

Calidi inſiti quod ſit feminis temperamentum, in contrarium ſcriptorum authoritates ſoluuntur. cont.29. vt ſupra p.377

Calido innato eſſentia, conſtitutio, qualitates, motus cordis non competunt. pagina 333

Calido de innato plurimæ authoritates Galeni afferuntur, & expenduntur. cont.13. 14.p.369.

Calido inſito ceſſante ceſſat vita, non caro, non os, & c. proinde non ſunt calidum inſitum. cont.20.p.372

Calido de innato Galeni ſententia clara, quod ſemen, & ſanguis ſit, vnde & conſtitutio, & quod plus ſeminis numero non ſpecie, & actu in pueris, quàm in iuuenibus, & c. cont.34. pagina 379

Calido de innato Authoris ſententia in tractatus calce viſitur.

Calido in inſito Archigono non continentur facultates alteratrix, & formatrix. cont. 2.p.365

Calido in inſito, ſiue ſemen animatum, ſiue fętum voces & generatrix & formatrix facultates inſunt. cont.3.p.218

Calidum innatum non fit ex Archigono, ſemine, menſtruo, ſpiritu. cont.1. pagina 365

Calidum inſitum non eſt eſſentia rei, & quod nutritur, ſed temperamentum, quo animal nutritur. cont.6. p.367

Calidum innatum temperamentũ eſt. Galeno, quo anima operatur, cont.7. 14. p.367.370

Calidum innatum non eſt, neque fit ex oleoſa & aerea ſubſtãtia. cont.7.p.197

Calidum innatum efficacime oſtenditur. cont.8.9.p.199

Calidum innatum ſemen, menſtruum, ſpiritus, Archigonon vnum eſſe & dici pluribus de cauſis nequeunt. cont.8. p.198

Calidum inſitum nec ſemen, nec ſubſtantia, nec vllo modo mouetur, nec cordi, nec ſpiritui, nec papilioni, pirauſtæ, elychniaue quadrat. cont.13.p.334

Calidum innatum non eſt temperamenti calor, nec elementare. p.316

Calidum inſitum vnde dictum. ibid.

Calidum inſitum non fit ex Archigono, cont.1.p.365

Calidum inſitum ex Archigono (ſi daretur) non continet facultates alteratricem & formatricem. cont. 2. pagina 365

Calidum inſitum quo, & per quod viuere & operationes exiſtant, eſt temperamentum, non ſubſtantia, & c. cont. 5.6.p.366

Calidum innatum Galeno eſt primum animæ inſtrumentum, quo operatur, quod eſſe rei, & Archigono non competit. cont.7.p.367

Calidum innatum eſſentiale dari in ſcriptorum gratiam admitti poteſt, ſed im-

impropria eſt loquutio. cont. 8. pagina 368

Calidum inſitum non eſt eſſe rei, exempli gratia carnis eſſe, eſſe oſſis, &c. cont.9. 10.11.12.p.168.& ſeq.

Calidum innatum non eſt prima conſtitutio temperatura ex ſemine, menſtruo & ſpiritibus. cont.13.p.369

Calidum innatum temperamentum quod initio in ſemine, & ſemineis in partibus ſemper idem & numquam corruptum. cont.15.p.370

Calidum inſitum nullo pacto ſemen eſſe poteſt, ſiue animatum, ſiue inanime conſtituatur; ſiue calidum ſubſtantia, ſiue temperamentum ſtatuatur. cont. 16. p.335

Calidum innatum verè, & propriè quid. p.318.319

Calidum inſitum non ſpirituum, vitalis ſanguinis, cordis, temperamenti, nec elementi calor; ſed ſpermaticarum partium temperamentum eſt, & demonſtratur. p.320

Calidum elementare, & elementi apoſtematibus, & febribus non obſiſtit. p.319

Calidum inſitum ſpermaticarum temperamentum omnium animalis operationum author, totius conſeruator, & morborum, præterquam hecticæ febris propulſator. p.320

Calidum inſitum eſt ſeminis, ſeminearumue temperamentum, ſed pro mistione varium: quomodo non menſtrui, quemadmodum nec ſeminis, & menſtrui ſimul. p.325.326

Calidum innatum nec quæ ſemen, menſtruum, ſpiritus, nec quæ omnia ſimul, nec alio quouis modo ſumptum anima: quemadmodum nec è contra anima inſitum calidum dici poteſt. p.324

Calidum innatum nec cuipiam miſcetur, miſcerique poteſt. pag.326

Calidum inſitum animæ inſtrumentum, ſeminis videlicet temperamentum. pagina 329

Calidum inſitum non eſt copioſum in corde. p.331

Calidum inſitum animatum, eius eſſentia, conditiones & proprietates. pagina 335.336

Calidum innatum non ex menſtruo. pagina 337

Calidum inſitum ſubſtantia non poteſt miſceri, nec eſſe diffuſum per totum corpus, ac in vno quoque minimo. cont.29. pagina 348.349

Calidum inſitum ſubſtantia homogeneum ſemen, aerea, aqueaue eſſe nequit, neque agere, minimèque abſumi ſolummodo poteſt, &c. ſed ſeminis ſeminearumue temperamentum eſſe. cont. 30.31.p.350.351.352.353

Calidum inſitum non eſt natura, anima, totum; ſed Natura, animæ totius inſtrumentum. cont.9. 10.p.368.369

Calidum inſitum temperamentum proprietates, virtutes, à ſemine dimanarunt & pendent. cont.15. p.370

Calidum inſitum nec ſemen, ſanguis, ſpiritus coniunctim, ſeorſimue eſſe poteſt: nec eſſentiale calidum eſſe rei dicunt, ſed temperamentum ſeminis, ſeminearum partium animæ, & compoſiti inſtrumentum erit. cont.17. 18. pagina 371

Calidum inſitum animæ inſtrumentum nec ſemen, nec menſtruum, nec ſpiritus, ſed totius, vel membri temperamentum. cont. 17. 18. p.371

Calidum inſitum Galeni Archigonon ad minima miſceri nequit, quia cui miſceatur non adeſt. cont.20. p.372

Calidum inſitum corpus viuens ex ſemine, & menſtruo reſultans non datur, repe-riri ne poteſt, cont.21.p.373.
Calidum Archigonum ex ſemine & men-ſtruo factum in vtero parentum vita viuere, deinde propria, vt falſum ex-ploditur, cont.22.p.373.
Calidum inſitum non eſt res ſolida, &c. ſed temperamentum, cont.24.25.26. p.374.375.
Calidum innatum non eſt corpus concretũ. cont.19.p.372.
Calidum inſitũ in plantis proportionale nõ eſt pluuiale humidum. cont.19.p.372.
Calidum inſitum vt Archigonon corpus eſ-ſentiale, eſſentia rei, cui miſceatur non habet. cont.19. p.372
Calidum innatum non eſt caro, non anima. cont.20.p.372
Calidum inſitum ex ſemine, & menſtruo ſanguine procreari falſum eſt. cont.21 p.373
Calidum innatum non viuit. cont.22.373.
Calidum innatum non eſt res ſoluda. cont. 24. p.374
Calidum inſitum eſt ſeminis, & ſimila-rium ſpermatticarum partium tempe-ramentum. cont.25.p.375
Calidum inſitum, quod primum dicunt, non eſt vniuerſa ſubſtantia, quod ini-tium omnium operationum vocant. cont.30.p.377
Calidum innatum influens, quod ſecundũ vocant non bene dicitur inſitum. cont. 31. p.378
Calidum innatum (tertium dicunt) mixtũ ex innato & influenti, eſt purè imagi-natum. cont.32. Conſtitutio cont.34. p.379
Calidum inſitum multiplex vnum totius, alia cuiuſcunque ſpermaticæ partis.cõt. 33.p.379
Calidum inſitum propriè eſt temperamen-tum quatuor qualitatum, vt Galenus, &c. cont. 29. pagina 377
Calidum inſitum eſſentiale eſt elemento-rum eſt elementorum ſubſtantiarum temperamentum, vt Galenus, & c. cont.29.p.377
Calidum influens nõ bene dicitur inſitum. cont.31.p.378
Calidum innatum primum non eſt vniuer-ſa ſubſtãtia Archigonon. cont.30.377
Calidum innatum non eſt triplex. cont.34. p.380
Calidum inſitum eſt ſeminis temperamen-tum quatuor ex primis qualitatibus quamſæpiſſimè refractis & mutatis ad ſymetrum redactum totius primum in-ſtrumentum ad vitam, & meliorem vitam ab ortu ad interitum vſque nos haud interimens, &c. cont.34.381
Calidum inſitum non mutatur, variatur, imminuitur vt vinum in dolio addita aqua vt Marſilius Ficinus ait. Neque vt oleum in lucerna, vt Sanctorius exi-ſtimat; ſed vt Galenus aduerſus Ly-cum vt vini vncia in cyatho, ac dolio a-qua plenis. cont.34.p.381
Calorum inſitorum eiuſdem corporis vnde ortus varietas. cont.174.p.203
Caloris ſeu calidi temperamenti non eſt congregare ſegregareue in mixto, quod intenſiſſimi, & puri ignis id opus eſt extra mixtum. p.303.304
Calor quà elementi calor in mixto non re-peritur. p.316.317
Calorem innatum temperamentum opera-tionum author non eſt (e.g.) eſſe carnis eſſe oſſis. cont.9.x. p.368.369
Calor inſitus non ex menſtruo. pag.337
Calor inſitus quid. p.418
Canes vno coitu vnum procreant & non plures. Cont.42. p.60

Canis

Canis vnus plures canes ex Mundino & ſequacibus ridiculum. Cõt.165.p.195

Cerebrum corde & hepate prius oritur, & fit. cont.15. p.202

Cerebrum calidum eſt. cont.217.p.270

Cerebrum ad ſeruandam vitam proximè, cor mediatè facit. p.310

Chalazarum inania & ridicula ex Aquapendente, Mundinio & ſequacibus. cont.65. p.96.97

Cicatricis in fetu procreationis modi plures ex Mundinio & ſequacibus. tact. 167

Cicatricis talium procreandæ modorum confutatio. cont.167. p.197

Cicatricis, naui procreationis modi ridiculi, & ſerij. cont.167. 168. 169. p.197.198.199.200

Cicatricis eſſentia & defectus. cont.172. p.201

Cicatrix quo modo ſentiat. cont.172. p.201

Claudicationis, gibboſitatis cauſa, & vnde. cont.174. p.203

Chaos confuſionis Haruei. cont.172. p.492

Chaos incõuenientium Haruei. cont.173. p.493

Circuitu ex ſanguinis inconuenientia & repugnantia plurima. cont.112.113

Circuitum ſanguinis non fieri concluditur. cont.159

Circuitus ſanguinis in fetu, & nutritio ex materno ſanguine pugnant. nodus 3. p.511

Circuitus ſanguinis ſi daretur æquè perfectiori ſanguine nobiles & perfectiores partes & imperfectiores nutrirentur, quemadmodum & fœtus & mater. nod.4. ibid.

Circuitu ex ſanguinis, & totius ſanguinis ex miſtitio ne in omnibus corporis partibus ſanguis perinde ſpirituoſus & craſſus erit. nod.5. ibid.

Circuitu ex ſanguinis non darentur menſtruales craſſæ crudæque purgationes. nodus 6. ibid.

Circuitu ex ſanguinis hæmorrhoidalis ſanguis craſſus niger & fex amurca non effunderetur. nod.7. p.512

Circuitu ex ſanguinis, ſanguinis venoſi & arterioſi quies in paraſtatibus, & deſcenſus ad teſtes, quemadmodum nec fœminis generatio daretur. nod.8. ibid.

Circuitu ex ſanguinis & miſtione 4. ex diuerſis ſeminalibus vaſis ad teſtes minimè opus fuiſſet. nod.9. ibid.

Circuitu ex ſanguinis à venis aſcendentis non fierent varices, quæ à deſcendenti craſſo, & valuulas dilatante fiunt. nod.10. ibid.

Circuitu ex ſanguinis varicoſus ſanguis non ater, craſſus, frigidus, ſed perinde ac alius floridus extaret. nod.11.ibi.

Circuitus ex ſanguinis meſeraicarum arteriarum ſanguinis & chyli confuſio erit. nod.12.ibid.

Circuitu ex ſanguinis quo modo tumores fiant, & obſtructiones diuturnæ penitus ignorabitur. nod.13.ibid.

Circuitus ſi ſanguinis fit, & proinde, ſemper iſdem, quo modo à capite alius & diuerſus, ater & craſſus, à pectore ſubtilis & purpureus. nod.14.ibid.

Circuitus ſi ſanguinis fit, quo modo & cur ſanguis ex eadem vena initio craſſus & ater, paulò poſt rubicundior & ſubtilior, ac poſtea omnino perfectior. nod.15.ibid.

Circuitu ex ſanguinis omnimoda in corpore confuſio & chaos. nod.16.ibid.

Circuitu ex ſanguinis eadem eſſet iactura effuſionis ſanguinis arterioſi & venoſi. nod.17. p.513.

Cir-

Circuitu ex ſanguinis an ebriorũ magnus & frequentior pulſus. nod. 18. *ibid.*
Circuitu non ex ſanguinis in eius inopia frequens & magnus pulſus in ebrio: ſed ex ſpirituum alteratione ex mero. nod. 19. *ibid.*
Circuitu non ex ſanguinis maiores & frequentiores pulſus ira in excandeſcentibus, &c. ſed ex ſanguine & ſpiritibus excalfactis. nod. 20. *ibid.*
Circuitu non ex ſanguinis deficiente in timore, matricis affectibus, &c. pulſus ceſſatio & quies. nod. 21. *ibid.*
Circuitu ex ſanguinis incongrua & aliena. nod. 23. *ibid.*
Circuitu in ſanguinis, venæ duplici vt arteriæ conſtarent tunica. nod. 24. *ibid.*
Circuitui ex ſanguinis vena Azygos non reſpondet. nod. 25. *ibid.*
Circuitu in ſanguinis ſeminales venæ, cirſoides arteria non mutuant, mutuanturne. nod. 26. *ibid.*
Circuitu in ſanguinis ſeminales venæ & arteriæ à truncis trahunt, nequaquam ad ipſos aſportant, repertantur. nod. 27. *p.* 514.
Circuitui ſanguinis repugnantia. nod. 29. *ibid.*
Circuitui ſanguinis fruſtra in Aortæ principio ingreſſum impedientes valuulæ nod. 30. *ibid.*
Circuitu ex ſanguinis erronea. nod. 31. *ibid.*
Circuitu ſanguinis ad corporis nutritionem opus non eſt. nod. 32. *ibid.*
Circuitus ſanguinis ex fœtus fabrica & hiſtoria autopſia tollitur. nod. 33. *ibid.*
Circuitu ex ſanguinis Naturæ peruertuntur, confundũtur omnia. nod. 34. *p.* 515
Circuitu ex ſanguinis inconuenientia & abſurda. nod. 35. *ibid.*
Circuitu ex ſanguinis impoſſibilia ſubducuntur. nod. 36. *ibid.*
Circuitu ſanguinis purum imaginationis opus. nod. 37. *ibid.*
Circuitus ſanguinis impoſſibiles. nod. 38. *part.* 516.
Circuitus ex ſanguinis repugnantia. nod. 39. *ibid.*
Circuitu ex ſanguinis perardua nimis. nod. 40. *ibid.*
Circuitu ex ſanguinis perquam difficilia. nod. 41. *ibid.*
Circuitus ſanguinis negotia vlterius faceſſit. nod. 42. *ibid.*
Circuitum ſanguinis oculata fides non admittit. cont. 43. *ibid.*
Circuitum ſanguinis medica praxis, & ratio non recipiunt. nod. 44. *ibid.*
Circuitus ſanguinis totam Medicinam perturbat. nod. 45. *ibid.*
Circuitus ſanguinis experientia tollit. nod. 46. *ibid.*
Circuitus ſanguinis omnino repugnans eſt. nod. 47. *ibid.*
Circuitus ſanguinis caſſus & vanus vtpote omnia confundens & medica præſidia deſtruens. nod. 48. *ibid.*
Circuitus ſanguinis impoſſibilis. nod. 49. *p.* 517
Circuitus ſanguinis rationi, & autopſiæ auerſatur. nod. 50. *ibid.*
Circuitus ſanguinis implicat. nod. 51. *ibid.*
Circuitus ſanguinis Naturæ ſapientiam tollit. cont. 91. *p.* 443
Circuitum ſanguinis non fieri concluditur. cont. 159. *p.* 485
Circuitus ſanguinis vanitas. nod. 52. *p.* 517.
Circuitu ex ſanguinis implicantia, & repugnantia. nod. 53. *ibid.*
Circuitus ſanguinis ſuperflua & defectiones in Natura. nod. 54. *ibid.*
Circuitum in ſanguinis digna Pariſani admi-

Digitized by Google

admiratio. nod.55. p.518.

Cor nec primò fit, nec primò viuit, nec primò agit. p.309.

Cordis ex Peripato axiomata ruunt omnia. ibid.

Cor non eſt inſiti caloris fons. ibid.

Cor mediatè vitę conſeruationi conducit, cerebrum verò proximè. p.310.

Cor nec vitæ, nec calidi, calorisue inſiti fons eſſe demonſtratur. p.310. 311.

Cor calidi inſiti nec fons, nec quin etiam calidiſſimum tali calore, bene proprio influenti. cont.12. p.331.

Cor non omnium prius gignitur. cont.15. p.355

Cor num in animalis ortu illius initium ſit & efficiens. cont.1. p.388.

Cor aerem à pulmonibus, ſanguinem aliene diaſtole trahit. cont.16.17. p.392. 393.

Cor arterijs & venis adnaſcitur. cont. 17.18. p.392. 394.

Cor ſanguinem vnde trahat. cont.23. p.397.

Cor nunquam quieſcit. p.406.

Cor ſanguinem in ſe ſe trahit. cont.40. p.409.

An Cor, Cordiſue auriculæ primò moueantur, & poſtremo moriantur. cont.58. 59.60.61.62. p.413.

Cor & prius pulſat, & poſterius pulſare deſinit, non auricula. cont.58. p.429.

Cor quando, & quo modo ſanguis diaſtole ingrediatur. p.421.

Cor in valde imperfectis animalibus ineſſe, aut illius motus merè imaginatum. cont.70. p.433.

Cor in cauda collocari non arridet. ibid.

Primum in corde mouens nec veſicula, nec auricula, nec ſanguinis gutta eſt. cont. 71. p.433.

Cor ſi ſanguine repleretur nec pulſaret, nec ſuas partes exequeretur. cõt.110. p.458.

Cor & veſica imperfectorum cur modo alba modo rubra. cont.127. p.465.

Cor vitæ (non initio ſeminis & embrioni) fons ſpiritibus & ſanguinis circuitu eſt. cont.160. p.486.

Cor robuſtiori & carnoſiori quibus animalibus & quam ob rem opus eſt. cont.177.178. p.101.

Cor quo modo muſculus dici poſſit. cont. 189. p.564.

Cor corporis primum principium & omnium cauſa non eſt. cont.191. p.505.

Cor & pulmones in mortuis ſanguine cur plena ſunt. p.196. p.509.

Cor priuſquam generetur ſemen & ſeminea Embryonis partes nutriuntur. nod.1. p.510.

Cor fętus non mouetur, quia arteriæ vmbelicales ex matre ſupplēt. nod.3. p.511.

Cordi reſpondens in inſectis & plantis non eſt. p.312

Cordi in planta radix non proportionale demonſtratur. p.312. 313.

Cordis eſſentia, motus conſtructio &c. calido inſito non competunt. p.333.

Cordis & arteriarum actiones & vſus plures ſunt. cont.1. p.388.389.

Cordis Diaſtolem & Syſtolem eaſdem ac arteriæ fore. cont.17. p.392.

Cordis ventriculorum munus diuerſum. cont.21. p.394.

Cordis dexter ventriculus cur non ſpiritum generet: maximè ſiniſter. ibid.

Cordis motus & arteriarum à vi ſpermaticæ partis fit. cont.18. p.394.

Cordis dexter ventriculus cur vitales ſpiritus non procreet. cont.21.22. p.394. 395.

Cordis vaſorum mira. cont.24.25.28. p. 397.398.399.

Cordis

Cordis dexter ventriculus cur factus. cont.29. p.398.
Cordis præcipuus motus eſt Diaſtolis ſurſum elatio &c. alter ſyſtole cont.38.& ſeq. p.407.
Cordis ex Diaſtole & muſculorum motus ſimiles, ſed ſecus ac Harueus exiſtimat.cont.41. p.407.
Cordis motus non 4.ſed 8.oſtenduntur & declarantur. loco & tempore diſtincti. cont.56.p.427.
Cordis & auricularum motus difficillimi obſeruatu.cont.57. p.428.
Cordis & auricularum de motibus errata plurima. cont.57. p.428.
Cordis & cucullorum de motibus errata afferruntur & declarantur. cont.58. p.429.
Cordis motus cognitio non eſt ſumenda in frigidioribus animalibus & morientibus. cont.58. p.429.
Motus primus eſt primi mouentis cordis, à quo alij inſeruientium auricularum cont.58. p.429.
Cordis auricula cur poſterior pulſare appareat & videatur. cont.58. p.429.
Cordis ſiniſter ventriculus prior mouens, & poſterior moriens, non dexter, nec eorum auriculæ. cont.59. 60. p.430.
Cordis auricula albor vnde & quando. cont.62. p.431.
Cordis munus. cont.105. p.451.
Cordis & auricularum piſcium motus non duo, ſed 4.cont.63.& ſeq.p.431.
Cordis auricularum primo de ortu,& motu deinde plura inconuenientia & pugnantia. cont.67.p.431.432.
Cordis ex auriculis inconuenientia & pugnantia plurima. cont.68. p.433.
In imperfectioribus quid inſtar puncti primum pulſare, idque vel rubrum, vel albũ fore improbatur. cont.72.p.434.
In oui fabrica primum palpitans non eſt ſanguineum punctum. cont.73.p.434.
Cordis ventriculorum & auricularum actiones & vſus oſtenduntur. cont.75. declarantur. 76. aperiuntur. 77. p.43 .
Cordis motuum impropria exempla tolluntur, difficultates referantur. cont.78. p.437.
Cordis & arteriæ ijdem motus. cont.80. p.438.
Cordis ingens caliditas vnde. cont.82.p. 438.
Cordis motus differentia in vtero geſtis, atque in ex ouo,& ex putri ortis.cont. 95.p.441.
Cordis motus non vnus, ſed plures demonſtrantur. p.415.
De corde imperatorium exemplum.p.416.
Cordis motus difficillimi ſcitu. p.416.
De corde Fracaſtorij dictum. p.416.
De corde non ſpernenda interrogatio. p.417.
Cordis fabrica. 418.
De cordis fabrica Ariſtotelis & communis error. p.418.
Cordis ad cognitionem neceſſariæ conditiones. p.419.
Cordis ſanguis vnde, & quomodo in ſiniſtrum ventriculum ſe recipiat.p.419.
Cordis primus motus iamnum ignotus. p.420.
Cordis in ſiniſtro ventriculo cur plures fibræ, quàm in dextro. p.420.
Cordis ſeu circa cor errata, pugnantia, impoſſibilia. p.422.
Cordis auricularum nugæ, fabulæ, nec non vrgentia. p.423.
Cordis de fabrica nihil ſcitur. p.423.
De corde maxima indiſcuſſa difficultas diſcutitur. p.424.
De corde mirabilia promittuntur & pre-

preſtantur. pag.424
Cordis obſcura & recondita elucidantur. p.425
Cordis apendicum aurium cucullorum reticulorum poſitio, actio, vſus, finis. p.426
Cordis prima actio, motus, finis. p.426.
Cordis ſiniſtri ventriculi de motu & quiete pulchra. p.426
Cordis aures quò ſpectent, vnde mira. p.427
Cordis ex fabrica Naturæ ſumma ſapientia colligitur. p.427
Cordis non eſt ſanguinem generare. cont. 111. p.458
Cordis auricula, & cor ipſum imperfectorum cur modo alba, modo rubra. cont. 127. p.465
Cordis auriculam veſiculam eſſe ſine corde, & ſine pulſu repugnat. cont.175. p.495
Cordis fœtus ex motu pugnantia colliguntur. cont.179. p.501
Cordis motum ſine corde, & cordis ventriculo dari repugnat. cont.180.p.502.
Cordis auricularum munera. cont.181. & ſeq. p.502
Cordis auriculæ ſimul cum corde procreantur. cont.186. p.503
Cordis de auriculis plurima perquiruntur & abiguntur. cont.187.188. p.503.
Corporis emaciatio ex coitu vnde proueniat. cont.150.151.152. p.181
Corporis languor & emaciatio ex coitu, ex ſemine à toto euacuato. cont.181. pag. 208. 209
Corporis emaciatio ex qua ſeminis euacuatione contingat, non ex timore contingit. cont.183. p.210
Corporis præcipui fontes propria inſtrumenta habent. cont.127. p.168
Cremoninus reprehenditur. p.304. 306
Cremonini de calidi innati temperamenti elementaris erroris cauſa. p.316
Creſcite & multiplicamini Dei Mandatum omnibus viuentibus & viuentium partibus datum. cont.117. p.146
Cuculli, vide Cordis auriculæ.
Cutis in ſui ortu eſt continua non perforata. p.164. 194

D

Democritus mortuorum reſurrectionem prædixit. p.220.
Diaphragmatis figura & actio ex Riolano pluribus confutatur. p.4. eadem iterum cribrantur, & alijs pluribus reprobantur. p.6. cont.2. p.7. Alia ex Riolano in alia editione & libro ad Lydium lapidem ducta exploduntur omnia. p.7. cont.2. & p.8. 9. 10. 11. 12. 13
Diaphragmatis vnde irrequietus & perpetuus motus voluntarius etiam in ſomno. p.14
Diſcrimen inter Pariſani & Riolani libros. p.14. cont.2.
Diuiniora quæ in Ariſtotelis fabrica. cont. 6. & 7. p.34

E

Elementorum formæ non ſunt qualitates. p.304
Elementorum mutua actio non euadit forma, ſed inde ſimilaritas, vnde forma. p.304
Emaciatio corporis ex coitu vnde immediatè proueniat. cont.150. & ſeq. p.180
Embryo quo modo in vtero refrigeretur cont.4. p.389. 390
Embryonis nutritio. cont.127. p.168
Embryonis nutritio vnde. contact. 92. p.444

In Embrione ſubtilia expenduntur. cont. 94. p.445.

Exempla ſermonis veluti obſides ſunt. cont.99. p.449.

F

Fabricæ initio quæ palpitatio dicitur purè figmentum eſt. cont. 69. p.433

Fama & exiſtimatio ſeruanda, p.6. c.1.

Fibrarum parenchym. plurium vſuum, cont.74. p.113.

Fœcundioris mulieris hiſtoria.. cont.59. p.87.

Fœmina quà fœmina perfecta eſt ac mas. cont.70. p.107.

Fœmina conſulto, non ex accidenti facta. ibid.

Fœminæ vaginæ foſſa procreatio. cont.70. p.109.

Fœminæ genitalium cum mare ſimilitudo. cont.70. p.110.

Fœmina conſultò facta oſtenditur. cont. 76. p.114. 115.

Fœminæ teſtes cur parui, lati, depreſſi, inæquales, &c. cont.76. p.115.

Fœtu in formato & formatrix, & generatrix (præter alias) facultates inſunt, & agunt. cont.3. p.365.

Fœtus ſecundinæ cur non ſunt eius partes. cont.85. p.86. p.123.124.

Fœtus quinto, ſexto menſe nati vitales. cont.49. p.74.

Fœtus decimo, vndecimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimo, quintodecimo menſe nati vitales ſunt. cont.49. p.74.

Fœtus figuræ abſolutæ fabricæ alterius 14. alterius vigintiquinque dierum celatæ perfectæ ſunt. ibid.

Fœtus & in vtero à Cauà & Aorta ſanguinem & ſpiritus eodem modo trahit, quo extra vterum & è contra pro ſui nutritione. Nodus 1. p.510.

Fœtus vnius & plurium cauſæ. cont.59. p.86.

Fœtus partium conſtitutio emerſio ex ſemine, non archigeno, ſanguine, ſpiritu. cont.13. 15. p.369. 370. 371.

Fœtus Anaſtomoſum ortus & vſus. cont. 96. p.446.

Fœtus vnde alimentum & ſpiritus hauriat. cont.173. p.493.

Frigoris & frigidi temperamenti non eſt congregare etherogenea in mixto quod intenſiſſimi, & glaciei eſt, extra mixtum. p.303.

Furijs agi quid. cont.149. p.179.

G

Galli ſemen vnum tantummodo pullum generat, & non plures vno coitu. cont.62. p.92.

Generationis modus ſimilium ſpermaticarum genitalium partium vtriuſque ſexus. cont.69. p.105.

Genitalium ſimilitudo eadem & diuerſa quando & quo modo vtriuſque ſexus. ibid.

Genitalia ſeminea maris ſimilia ſunt fœminæ genitalibus in fieri non in facto eſſe. cont.70. p.107.

Genitalium partium mutuus amor & deſiderium. cont.70. p.108. 109

Genitalium poſitio, actio, vſus, munera. cont.70. p.109.

Genitalium procreatio. ibid.

Genitalium partium maris & fœminæ ſimilitudo. cont.70. p.110.

Gonorrhea ex teſtium ſeminali materia, quæ ex cirſoidum paraſtatum ſanguine. cont.149. p.179.

Gonor-

Gonorrhea ex fluxu diuturno minus vires proſternuntur, quam ex coitu. contactus 150. p. 180
Græcorum de ſapientia iudicium, cont. 42. pag. 63

H

HArvei hallucinationum cauſa. pagina 406. & ſeq.
Harveio feſtuca non trabs obijcitur. cont. 3. p. 389
Harvei timor & formido. tactus 107. pagina 454
Harveius quamobrem de ſanguinis circuitu ad ſcribendum permotus. cap. 1. pagina 402
Harveius de cordis & muſculi motibus nõ bene ſcribit, ſed confundit. cont. 41. 44. 47. 48. p. 407. 408. *Cor nullo motu ſanguinem attrahere autumat*. cont. 46. p. 409. *Arteriarum motus à ſanguine fieri exiſtimat*. cont. 52. 53. p. 411
Hepar an corde prius procreetur. cont. 15. p. 202
Hepatis & pulmonum opera. cont. 101. 102. p. 450
Hippocratis pſaltriæ abortus animadverſio. cont. 28. p. 376
Hippocratis pſaltriæ abortus diſcuſſio. pagina 328
Hippocratis pſaltriæ abortus non archigonon. p. 329
Hippocratis & Galeni archigonum vnica non poteſt anima contineri. ibid.
Hominis fabricam vt certò dignoſcas, in brutis, & vilioribus ne quæras. contact. 88. & ſequenti, pagina 442. & ſequenti.
Homo cur vniparus, pauciferus, multiparus. cont. 59. p. 85
Hyperariſtoteli potius, quàm Mundinio, Mulierculis, Aquapendenti, & Ariſtoteli credendum fuit. contact. 64. 94
Hyperariſtoteles clara & ſubtilia docet. cont. 66. p. 101

I

IAcobi oues in aſpectu concipiunt quam ob rem ex ſemine animato, ac à toto delapſo. cont. 236. p. 286
Iacobi oues in aſpectu maculoſa concipientes; proinde non imaginationis ope. cont. 233. p. 284
Iacobi oues in aſpectu concipiunt præſente obiecto & ſpecie ſemper. contact. 234. p. 285
Iacobi oues in contemplatione maculoſa concipiunt, &c. cont. 236. p. 286
Idearum fabellæ ablegantur. cont. 113. & ſeq. p. 143
Iecur vt nec cor primò non generantur, ſed ſeminea & cerebrum. p. 335. 336
Iecur vide Hepar.
Imaginationem ſtigmata non efficere demonſtratur. cont. 233. p. 283
Imaginationis vis Mundini & ſequacium perridicula. cont. 45. p. 66. 67. 68. 69
Imaginatio ſtigmata progignere nequit. cõt. 228. 229. 233. 237. p. 280. 289. & ſeq.
Imperatoris Ferdinandi honores & munera Pariſano elargita. cont. 11. p. 36
Imperatorum & Legiſlatorum imitanda in maledicentes ſapientia. cont. 11. 37
Innatus calor quid. p. 418
Inſtrumentorum animalium plures ſunt actiones, necnon vſus & abuſus. cont. 1. p. 388
Iudicium Riolani & Pariſani Pariſijs factum & faciendum. p. 6. col. 2.
Iuditium de Pariſano, & Riolano à Celeberrimis & Regijs Medicis iam latum. p. 16. colum. 1.

Digitized by Google

L

Laus, honor, gloria Virtutis tantum decora ſtipendia & præmia ſunt. cont.12.p.39
Ligatura in venæ ſectione quid & quomodo conducat. cont.142.p.473

M

Malitia ſui maximam veneni partem bibit. cont.6.p.34.
Mammarum hiſtoria, fabrica, munus. cont.78.p.117
Maribus vnde caloris, uirtutis, roboris plus quam fœminis. cont.76.p.115
Matricis & ſcroti ſemina quo modo inuicem tranſmutentur. cont.73.p.112
Membra præcipua alia vt inſtrumenta prædita ſunt, ita alijs muneribus gaudent. cont.127.p.465
Membra prima & præcipua corporis animalis, eorum ortus & neceſſitas. p.308.309
Membrorum officialiũ munera. cont.105.p.451
Menſtruus ſanguis non poteſt dici inſitum calidum. cont.79.p.197
Meſereiin venis Naturæ ſapientia. cont.153.p.480
Miraculum numeroſiſſimæ prolis & partus deſcribitur. cont.60.p.89.60
Miraculorum cauſas, & rationes quærere temerarium. cont.55.p.80
Mixta qualitatum ſimilaritate agere. pagina 303
Mixta viuentia quo modo agant. ibid. & pag.304
Mixti tutela & ſui defenſio quo modo. ibi.
Mulier qua mulier, & fœmina perfecta eſt ac mas, & proinde falſum nec monſtrũ, nec ex accidenti progenita. cont.70.107
Mulieris membrana dartos, paraſtata proſtata. cont.79.p.117.118
Mulieri proſtata inſunt. cont.133.p.159
Mundare, uerbum, quid ſignificet. cont.65.p.91
Mundini vanum diuerticulum. 28. audacia. ibi. Audacia & errata plurima reprehenſione digna, & cõſequenter Conſiliariorum. tact.3.p.30. tact.4.p.31. Mundinio monitum. cont.4.6.p.33. ignota etiam manifeſta eidem & ſequacibus. ĩbt. 5.6.7.p.32.33.34. Fraus refertur et tollitur. cont.10.p.36. & maximè hallucinari oſtenditur. ibid. Mundinio ſtimulante, promiſſa à Par-ſano præſtanda. ĩbt. 12. p.28. Mundinio & ſequacibus in puteo deſcendẽdum. cont.12.p.39. Mundini & ſequaces appellaturus. cont.12. p.40. Maxima Mundini & ſequacium audacia. cont.16.p.41. Errata de ſilice, & eius ſemine. cont.22.p.44.45. perrarò ad rẽ Mundinus, & concludit nunquam. cont.23.p.46. cont.25.pag.47. Mundini acetar ũ. cont.29.p.51. Mundinum & ſequaces ſpinæ, & capreoli pungunt & ligant. ibid. Mund. & ſequaces Pariſanum non intelligunt, & cur. cont.30.52. Mund. & ſequacium digna colliguntur. cont.32.p.54. alia ſimilia errata recenſentur. cont.38.p.56. 57. alia pulchriora afferuntur & ſequaces appellantur & vbique ſemper. cont.39.pag.58. Adhuc de imaginationis vi pulchriora. cont.55.pag.66.67.68.69.70. De partu tercentorum ſætuum digna. cont.55.p.80. Mundini vani partus. cont.65.p.99. Mundini & ſequacium admiranda errata de mulierum defectu membranæ dartos, paraſtatum, proſtatum. cont.79.p.117.118. Mundini plurimæ fallaciæ & errata maxima. cont.88.p.125. & ſeq.

Digitized by Google

Mundinus ſolus peregrinus. contact.68. p.98
Merulottos pluribus laqueis aucupatur. cont.111.p.139
Mundini inania multa pluribus reÿciuntur. ibid.
De animæ procreatione, actionibus, procreationibus, recordatione, &c. plurima ibid. & ſequent. contactibus. Ridicula de animarum in vno animali multiplicitate. cont.165.p.195. De animatione, & animationis modo ſui feminis, ſuorum ſpirituum perridicula, quorum animationis modum tãdem herbam præbens à Pariſano doceri quærit. contact. 166.pag.196. De ſpiritibus ridicula, cont.168.p.198.199.200. Mund. puparum amaſÿ protectores. cont.17.pagina 42
Mundinus protectores ſequaces fatentur Pariſani ſubtiles ſpeculationes non intelligere etſi luce clariores. tact. & cont. 170.p.200. generatione ad ſpirituum magneticam vim confugere coguntur. tact.170.p.200
Mundini de piſcibus riſum mouentia, & inconſtantia, implicãtia, cont.192.193 194.p.253.254.255. de piſciũ feminis aſperſione ſuper oua ridicula. cont. 195.196.256.257. impoſſibilia. cont. 198. p.257. cont. 199. p.258. Vana & ridicula ex Ariſtot. perdicum impregnatis. cont.203.pag.261. & ſeq. De oculorum cum cerebro homogeneitate vanitas. cont.217. p.269. De feminis temperamento inania. cont.217.p.270. De vitali ſpiritu inania. cont.226. p. 278. palinodia, cont.227.p.279. ſtigmatum ridiculus procreationis modus. cont.228.229.p.280.281
Ridicula arietum coeuntium ad ſtigmata concurrentium ſententia. cont. 237. p.287. Expetita gloriola, vana & mendax. cont.241.p.290
Mundinorum nenia, & ridicula. pagina 251
Mundinorum inauditæ methamorphoſes. pag.252
Mundinio ſanguis ſtigmatum materia mirabilior Hebreorum manna. cont.223. p.276
Mundinio & ſequacibus animaduertenda. cont.238.239.240.241.242.p. 288.289.290.291
Mundinus fatetur ipſe ſe & ſequaces Pariſanum non intelligere. cont.170. pag. 200. In Aſylum occultæ proprietatis ſe confert. ibid. Mundini gibbea claudicans philoſophia. cont.174.p.204. Fuga reprehenſione dignæ, cont.175. pag. 204. Inepta de feminis expreſſione, ineptiora de caſtrato tauro Ariſtot. vaccam implente, cont.178.179.p.206.207. perridicula de feminis diuiſione, de fœtuum ex vno femine multiplici procreatione, &c. cont. 186. 187. 188. 189. 190
Mundinius cur Pariſanum Ariſtotel. gratia pupugerit quamobrem eidem Mundinio monitum. contactus 191. pagina 216
Mundini inconſtantia, & contradictio de perdicum impletione. contact.203.pag. 261. & ſeq.
Mundinius immeritò Pariſanum reprehendit proindeque iure ac merito maximo pœnas dat iacturamque facit. cont. 238.p.288
Murium Ariſtot. & Mundin. ridicula (non hiſtoria) fabula. contact. 50. pag. 74.75

Digitized by Google

N

NAturæ admirandum artificium, ac pulcherrimum in auibus exemplũ, cont. 26. p. 49. itidem in planta, cont. 29. p. 51. itidem in oui matrice pro ſeruando ſemine, cont. 66. p. 101. Naturæ mirabilia. cont. 70. p. 108. 109. Naturæ in prægnanti vtero & partu mira. cont. 75. p. 113. Naturæ in teſtium ſtructura admiranda. cont. 76. pag. 114. 115. cont. 83. pag. 119. Naturæ mirabilia in procreandis ſecundinis, &c. cont. 87. p. 125. 126. Naturæ reconditum ſecretum.

Naturæ & Ariſtotelis effectuum diuerſa & alia eſſe animaduertitur. p. 311

Naturæ circulatio omnino repugnans. cont. 127. p. 468

Neceſſitas Pariſano ad Mundiniũ & ſequaces reſpondendi. cont. 12. p. 38

O

OFficialium membrorum munera. cont. 105. p. 451

Oues Iacobi quas virgas, & quæ expetebant. cont. 233. p. 283

Oues Iacobi quando & quo modo maculoſa concipiebant. cont. 233. p. 283

Oues in aſpectu concipiunt maculoſa. cont. 233. p. 284

Oues concipiunt maculoſa in aſpectu continuata ſpeci. cont. 234. p. 285

Oues in contemplatione maculoſa concipiũt &c. cont. 236. p. 286

Oues Iacobi in aſpectu concipiunt quam ob rem ex animato ſemine, & à toto prouento. cont. 236. p. 286

Ouium non arietum eſt maculoſa concipere. cont. 237. p. 287

Oui quæ pars animetur, ſeu animata ſit. contactus 62. 63. pag. 92. 93

Oui chalazarum ridicula. cont. 65. p. 96. 97. 98.

Oui vitellus ſemen non attrahit, &c. cont. 65. p. 98. 99.

Oui & gallinæ vera matrix viuens. cont. 66. p. 101.

Oui membranarum vna tantum viuens ſemine prædita. cont. 66. p. 101.

Oui in qua parte ſemen ſeruatur & viuit. cont. 66. p. 101.

Oſſa, ligamenta & cetera ſenſu deſtituta non quia coitus delectatione priuantur ſemen non emittunt. cont. 177. p. 205. Sed feminea omnia ſemen effundunt. ibid.

Oſtrearum partus. cont. 101. p. 259.

P

PApilionis, Aureliæ, ſerici vermis generatio. cont. 65. p. 91.

Pariſani mores & modeſtia erga Riolanum p. 4. 5. placida admonitio ad Riolanum. p. 11. germana excuſatio. p. 14. Pariſani & Riolani inter libros diſcrimen. p. 14. ad Riolanum admonitio. p. 15. Cautio Riolano. p. 16. Digna excuſatio & defenſio. cont. 3. p. 30. cont. 4. p. 31. Pariſani promiſſa præſtanda Mundinio & ſequacibus. cont. 12. p. 37. Reſpondendi neceſſitas. cont. 12. p. 38. Iuſta lamentatio, vt mutuæ gratiæ ad Mundinium. cont. 238. & ſeq. p. 288. Pariſani iudicium ex Regijs Medicis & Celeberrimis Academicis Pariſinis. p. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 45. Pariſano ex libris editis præmia. cont. 240. p. 290. merita laus ex Lydio lapide. cõt. 241. p. 291

Pariſani de Harueio admiratio. contactus 107

Pari-

Pariſanum præ modeſtia pudet turpia in Riolanum Celebrium Scriptorum, & iurgia ſcribere & recenſere. Quamobrem duorum tantummodo libros, & loca indicare maluit. p.25.26

Pariſanus Celebrium Doctorum plurium in Riolanum iurgia inuitus recenſet & pauciora quin etiam vix attingit: quia turpia recenſere & deſcribere pudet. p. 5.6. *eorumdem iudicium, ibid.*

Pariſanus de Riolani ingenio quid ſentiat. p. 15. *Riolanum in literariæ arenæ certamen, ſed icto fœdere vocat.* pag. 15. & 16

Pariſanus non potuit non reprehendere Ariſtotelem. cont. 3. p. 30. *Diuiniora qua vocauerit & ſuſtinet.* cont. 7. pag. 34. *Cur anceps ad reſpondendum Mundinio & ſequacibus.* cont. 12. p. 37. *Iudices Mundinium & ſequaces vbique appellat.* cont. 12. p. 40. *Mundini Cabalam non intelligit.* cont. 17. p. 42. *Vbique lamentatur de Mundinio et ſequacibus, protectoribus, conſultoribus, ſed potiſſimum illos appellat, & arguit de miraculo.* cont. 60. p. 88. 89. 90. *Pariſanus ab Ariſtotele & aliorum authoritatibus receſſit quia ſenſus & ratio ipſum reuocauerunt.* cont. 41. p. 60. *Seminis in ouo matricem, & Naturæ artificium maximum docet.* contact. 66. pag. 101

Pariſanus, muneribus, honoribus, dignitatibuſque pluribus ab Inuictiſſimo Imperatore Ferdinando afficitur. cont. 11. p. 36

Pariſanus Mundinij Conſultores (vt initio) admiratur, quibus vt ſatisfaciat, eoſque quamlongiſſimè ableget, hoc ſuſcepit munus, vt Lectores rideant, & ipſi Sardonio riſu gaudeant. cont. 190. p. 214

Pariſanus quam ob cauſam Ariſtotelis vitam & geſta deſcribat. cont. 191. 216

Pariſanus in ſe leuia Mundini verba nihili facit, eiuſdemque erga ſe laudes non recipit. cont. 238. p. 288. *ſed gratias ei habet & agit, & cur.* cont. 139. p. 289. *eumdemque Mundinum & illius celeberrimos Conſiliarios, Protectores ſocios admiratur.* cont. 141. p. 290. *maximè admiratur à Mundinio & ſequacibus ſua luce clariora non intelligi, illoſque id fateri, & iure iurando aſſerere.* cont. 170. p. 200. *Pariſani argumentum de vaſorum intentione in ſeminis eiaculatione nec ſoluitur, nec ſolui poteſt.* cont. 175. p. 204. *De Mundinio ſummoperè admiratur.* p. 250

Pariſanus quamobrem de ſanguinis circuitu ad ſcribēdum permotus. cont. 1. 214

Pars quælubet viuentis corporis ſibi conſulit & agit intrinſeco proprio fine. nod. 2. p. 510

Partes genitales feminea maris & feminæ quando, & quomodo ſibi omnino ſimiles ſint. cont. 70. p. 107

Partes in animalis corpore ex vſu nomen ſortiuntur. cont. 86. p. 124

Partibus quibuſcumque ſeminis ſui gignendi ſimile & conſeruandi appetitus. cont. 70. p. 109. 110

Partis defectus in ortu reſpondentis altera corrigere poteſt. cont. 69. p. 106

Partium ſimilium feminearum generationis modus. cont. 69. p. 105

Partium animalium mutuus amor. cont. 70. p. 108

Partium prima conſtitutio, & emerſio ex ſemine fit, non ſanguine. cōt. 13. p. 369

Partium conſtitutio non eſt temperatura. cont. 13. p. 369

Partus ſeptimeſtres perfecti vndequaque vt octimeſtres, nouimeſtres, ſicuti vt

quinto, & ſexto menſe nati vitales. cont.49. p.70
Partus decimo menſe, vndecimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimo, & quintodecimo menſe nati vitales eſſe affirmatur. ibid.
Partus tercentorum fętuum non naturalis, ſed miraculoſus. cont.55.p.80
Partus numeroſiſſimus. cont.60. pagina 89.90
Penis muliebris cum maris pene omnimoda ſimilitudo. cont.70.p.110
Penis eſſis canis, lupi, ſemen quo modo in matricis eidem reſpondentem tranſmutetur. cont.71. p.111
Perdicum vana, & ridicula impregnatio ex maris voce, vapore ſeu ſpiritu, vento. cont.203.204.205.206.207. 208. 209.p.261.& ſeq.
Perdices biante ore exertaque lingua Ariſtoteli coeunt. cont.205.p.262
Piſces teſtibus carere pluribus oſtenditur. cont.191. p.253
Piſces noctu non vident, hoc eſt in tenebris. cont.197.p.256
Piſcium methamorphoſes. cont. 191. Ridicula quamplurima, ibid. & in ſeq. cont.p.253
Piſcium tibicines. contact. 194. pagina 255
Piſcium cordis, & eiuſdem auricularum motus non duo, ſed quatuor. cont.63. 431
Planta quomodo & quamobrem luxuriet, &c. cont.29.p.51
In planta digna notatu. cont.38. p.56. 57
Portentum barbarè, latinè miraculoſum ſonat, non monſtrum & cur. cont.56. 58.p.81.83
Proſtata glandoſa qua feminis parte nutriantur. cont.156.p.186
Pſaltriæ Hippocratis abortus conſideratio. cont.28.p.376
Pueri infantes non calido & humido naturale pleni quia humidi & molliores. cont.10.p.199
Pueri ex coitu languent, & emaciantur. cont.181.p.208
Pueri quare non generent. contact. 180. p.206
Puerorum languor, & corporis emaciatio ex Venere quo modo. cont.180. pagina 207.208
Pulmones in fętu non mouentur. nod. 3. p.511
Pulmones cur vaſa ampla habeant. cont. 196.p.509
Pulmones & cor in mortuis cur ſanguinis copia referta ſint. contactus 196. p.509
Pulmonum via ad pus educendum. cont. 134.p.160
Pulmonum membranas peruadentia vaſorum ora nequaquam cartilaginea. cont.134.p.160
Pulmonum gratia cur alter cordis ventriculus. cont.29.p.398
Pulmonum exemplum ex Harueio claudicat. cont.101. 102.p.450
Pulmonum munera. contactus 101. pagina 450
Pulſus ſeu arteriarum motus vnde, & à quo in animalis ortu. contactus 1. pag.389
Puparum ſeu puaularum Mundinij amaſij protectores. cont.17.p.42

Q

QValitates, humores, ſpiritus non nutriuntur, quemadmodum nec calidum innatum. p.323

Radix

R

Radix in planta cordi & animali non proportionale (vt Peripatus & Peripatetici docent) demonſtratur. p. 312. & 313

Reticuli, vide cordis auriculæ.

Riolani de Diaphragmate opinio exploditur. p. 4. munus fuiſſet. p. 5. mores & parum digna verba, ibid. Eiuſdem de Diaphragmatis ſententia, vt prius quaſi obiter, hic & nunc, ac infra conſultò & quamplurimis reijcitur. p. 6. 7. Iterum ad Lydium Lapidem ducta quoad ſingula ablegantur omnia. p. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Riolanus falsò ſecum facientes Doctores memorat & citat. p. 10. Riolani de ſe iudicium. p. 14. Riolani & Pariſani inter libros diſcrimen. p. 14. Riolani quale ingenium. p. 15. alijs quale conſilium. p. 15. Eidem Pariſani admonitio. p. 15. Riolani munus, onus, partes quæ ſint. p. 15. Vocatur à Pariſano in ſingulare literariæ arenæ certamen iſto fœdere. p. 15. 16. De Riolano & Pariſano Celebrium & Regiorum Medicorum iudicium. p. 16. Riolani articuli actio obiter pluribus reijcitur. p. 16.

S

Sanctorius calidum archigonum ex ſemine & menſtruo factum viuere in vtero vita parentum; quia in principio fetus per arterias vmbelicales, licet non ſint facta inſtrumenta, in fetum infunditur ipſa vita. Deinde quando facta ſunt inſtrumenta incipiunt, inquit, infantes vita propria gaudere. tact. 22. p. 373

Sanguine arteriali non nutritur corpus. pag. 418

Sanguinis affuſionum materia, vt earumdem calor, prima dici non poſſunt. pagina 327

Sanguinis & ſpiritus nec generare, nec regenerare eſt. p. 339

Sanguinis guttæ de principio & motu inconuenientia & pugnantia plurima. cont. 67. p. 432

Sanguinis circuitus, vide circuitus.

Sanguinis ex circuitu inconuenientia, & pugnantia plurima, cont. 112. & 113. p. 459

Sanguinis cur plus in dextro cordis ventriculo, quam in ſiniſtro, plus in venis quàm in arterijs. contact. 117. pagina 461

Sanguinis motus qui. cont. 124. 125. p. 463. 464

Sanguis menſtruus non calidiſſimus. cont. 7. p. 326

Sanguis & ſpiritus non faciunt ad præſtandas parentum ſimilitudines, ſetuique ad portandos & celandos defectus. cont. 18. p. 338

Sanguis emulgentis venæ purior. contact. 214. p. 268

Sãguis omnium ſtigmatum materia Mundinio. cont. 223. 276

Sanguis venarum & arteriarũ emulgentium purior. cont. 213. p. 267

Sanguis menſtruus eſſentialiter non mutatus in aliorum niſi alimentum tranſeat. cont. 7. p. 327.

Sanguis menſtruus non poteſt ſimul initio eum ſemine poni. cont. 7. p. 327

Sanguis nullo pacto calidum inſitum. cont. 8. p. 328

Sanguis motu non eget: nec viuente corpore in vaſis coagulatur. cont. 161. & vltra. p. 487

Scroti elephanti cum matrice ſimilitudo. cont.75. p.114
Scrotum & matrix ſimilia quo modo fiant, cont.73. p.112
Secundinarum procreatio mirabilis. cont. 87. p.125. & ſeq.
Secundinæ quam ob rem non ſunt fœtus partes. cont.85.86. p.123.124.
*Semen plantæ plātæ partes habet & ſub ſenſum cadētes.*tact.& cont.37.p.55.
Semen plantæ perfectum omnibus adhuc ſic ignotum non ſolùm animatum, ſed eſt veluti fœtus & embryo in vtero, in ſuo perycarpio ſuas partes actu & ſenſiles habens. cont.38. p.57
Semen ab omni plantæ parte prolabitur. cont.18. p.42. *Ex ſemine quomodo radices.* cont.19. p.43. *Semen filicis quid, quando & quo modo colligitur.* cont.22. p.44. *Semen animatum & à ſingula quaque parte prolabi probantes conſequentiæ.* cont.31. p.53. *Semen plantarum partes habet ſub ſenſum cadentes.* tact.& cont.37. p.55. *De ſemine pulchra & ſimul errata plurima.* cont.38.p.56. *Semen plantarum perfectum propriè & verè non eſt ſemen, ſed planta, veluti fœtus & embryo in matris vtero enutritus & auctus.* cōt. 38. p.57. *Semine ex vno vnum animal.* cont.42. p.60.61.62.63.80. *Semen fluxile calidum.* cont.52.p.77. *Semen an, & quo modo diuiſile, &c.* cont.55. p.84.85. *Semen galli, auis vnum duntaxat pullum vno ictu & non plures generat.* contact.62. p.92. *Galli ſemen ad vitellarium peruenire nequit.* cont.64. p.94. *Seminis locus in gallinæ matrice.* cont.65. p.99. *Semen ſanguine calidius.* cont.66.p.100. *Semen galli quo loci in gallina, quo loci in ouo recipiatur & contineatur.* cont. 66. p.100. 101. *Semen non à cuticula: quo modo à cute exponitur.* cont. 69. p.105. *Semen à toto prolabitur.* cont.70. p.107.108. *Semen coeuntium ſuperans choream ducit, victum cedit & ſequitur, ſeu recipit figuram, temperiem, quantitatem, &c.* cont.72. p.112. *Semen oſſis priapi canis, lupi, quo modo tranſeat in fœminæ matricis partem illi reſpondentem.* contact.71. p.111. *Semen quo modo animalis in ſingulis partibus animetur.* cont.119. & ſeq. contact.127. & ſeq. p.147. *Semen quando, quo loci, & quo modo animetur.* cont.124.p.150. *Semen & fœminis partes partibus, & ſibi continuum & vnum.* contact.131. p.156. *Semen animatum à fœminis quo modo per muſculos tranſeat, & egrediatur.* cont.132. p.158. *Semen animatur.* cont.129.p.153. *Semen animatum in partibus ſibi in totis poris continuum animatum vt diuerſæ corporis partes ſibi continuæ & animatæ.* cont.131. p.156. *Semen animatum quo modo à partibus ad teſtes ad penem egrediatur.* cont.133.p.158. *Semen non craſſum, globulentum, grandinoſum.* cont.135. 136. p.164. *Semen à toto vnum, vt animal vnum.* cont.140.p.167. *Semen ex gonorrhea effuſum excretum non eſt materia pituitoſa, ichoroſaque.* cont. 148. p.178. *Semen craſſum longa mora in vaſis fit.* cont.146. 147. p.176. 177. *Semen ex gonorrhea ex eodem ſanguine fit, at aliàs.* cont.149.p.180. *Semen verè nutriri oſtenditur.* cont. 161.162. p.190. 191. 192. *Semen priuſquam à toto ſecedat & eiaculetur, vt nec ſtatim eiaculatum poros habet.* cont.164.p.193. 194. *Semen an nutriatur, & quo modo.* cont.161. p. 190.

190. *Semen nutriri vera nutritione, clarè oſtenditur. p.190.*

Semen quo modo animetur Mundinio & ſequacibus, & quo modo Pariſano. tact.166.cont.ibid. p.196. Semen & menſtruum in vnum coire nequeunt. cont.7.pag. 197. Semen quo modo, & quibus medijs emittatur. cont.178.p. 206. Semen nec totius, nec teſtium, proſtatumue à muſculis exploditur. cōt. 179.pag.207. Semen à toto quo modo eiaculetur. cont.175.pag.204. Semen diuidi ad plures procreãdos factus vanitas eſt. cont.186. 187.p.212. Semen in proprijs conceptaculis à teſtium cremaſteribus ſuſpenſorijs, neque ab orinarij meatus muſculis exprimi poteſt, bene in virga canale egreſſum.cont. 178.179.p.206.207. Semen nō procreat quia animatum, ſed perficit.cont. 17. p.336. 338. Semen à toto decidi quia ſanguis eius materia à toto decidat pluribus improbatur.cont.18.pag. 338. Semen in vtero diuidi non poteſt. cont.187. 188.189.p.212. Semen animatum ac à toto prouentum demonſtratur.cont.233.236.pag.284.286. Semen in aqua, immo extra vaſa et matrices illico emoritur.cont.200.p.259. Semen oſtrearum membranula vt piſciū oua continetur.cont.201.p.260. Semē maris calidiùs et fluidius fœminæ ſemine. cont.202. pag.260. Semen calidum non frigidum. cont.217.p.270. Semen niſi illico matricem ingrediatur emoritur. cont.200. p.259. Semen (quod dicitur) aſtrearum non eſt Semen. cont. 200. 201. p.259. Semen quodnam calidius. cont.202. p.260. Semen an ab oculis decidatur. cont.214. p.268. Semen tantummodo abſque influenti calore nutritur. cont.215.p.269. Semen & menſtruus ſanguis coire nequeunt. p.327. Semen animalium vt animatum ante parenchymata & ſanguinis affuſiones, ita plantarum ſemen priuſquam ſeratur planteturue, atque pluuialem humiditatem recipiat animatum, & partes ſub ſenſum cadentes obtinet. p.342. Semen vt calidum inſitū eſt in ſingulo quoquo minimo, ſed non miſcetur, quia cui, quicumque miſceatur non eſt reperire. p.343. Semen ſanguini non miſcetur miſcerius poteſt, nec è conuerſo. p.343.350. Semen animatum eſſe, nutriri, augeri, & formare Galenus docet. p.345. Semen animatum eſſe mallei & Spontinorum exempla non officiunt. p.340

Semen artificis vicem vicem gerit circa ſanguinem, alterat, conglaciat, cogit, formatque. ibid. Semen animatum & viuens ex quo partes emergunt non corrumpitur.cont.15.p.370. Semen idem numero quā ſemen nōn ſeruatur ad animalis interitum vſque, ſed bene eadem numero partes, quæ ex hoc eodem numero ſemine emerſerunt, cont.16.p. 371. Semen idem nō numero, ſed ſpecie diu & ad animalis interitum ſeruari improbatur.cont.16.p.371. Semen ſi fiat conceptus non interit corrumpiturue. cont.15.p.370.371. Semen idem numero, ſeu ſeminea partes diu & ab ortu ad interitum vſque ſeruantur. cont.16. p.371. Semen in vtero qua vita viuat. cont.22. p.373. Semen abſque inſtrumentis viuit & agit, ac melius etiam ac ex Ariſt. & communi ſententia cryſtallinus in oculo, & aer in aure. cont.22. p.373.

Semilunarium Aortæ vſus neceſſarius communiter ignotus. p.420.

Semina quo ordine, & tempore à toto egre-

egrediantur, & vterum ingrediantur. cont.141.& ſeq. p.168.

Semina in procreatione miſcentur. cont. 77.p.116.

Semina plantarum abſque pluuiali humido menſtruo in animalibus reſpondenti trunco, foliјs, radicibuſque prædita ſunt. p.348.

Seminea cur pars deperdita non regeneratur.p.346.347.

Seminea deperdita, vt oculi ex Ariſt.Auer. Auicen. &c. deperditi regenerari ridiculum. p.347.

Seminea partes per exſiccationem emergunt & ſub ſenſum cadunt ſanguini non aggenerantur, ſed ſanguis illis affunditur. p.344.345.

Semineas partes omnes non procreare inſipientis eſt aſſerere. cont.70. p.108.

Seminea partes ſanguineis carneis prius fiunt, & viuunt. nec miſcentur. cont. 14.p.204.

Semine ex à toto prouentu diuerſitas inſitorum calorum membrorum colligitur. cont.174. p.203.

Semine ex teſtium homogeneo inſitorum varietas membrorum non poteſt colligi: maxime in ex putri ortis, &c. ibid.

semine ex alimentali teſtium non poteſt animal progigni. cont.91. p.128.

Seminis conceptui neceſſaria. cont.4.p.31. Seminis partes etſi à diuerſis in facto eſſe delabi, & eſſe videantur, aliter tamen ſe ſe habent. cont.71. pag.111. Seminis & ſemineæ partes ad ſexum pertinentes inuicem tranſmutari facilè & dilucidè oſtenditur.ibid. Seminis à toto prolapſi Pompei Caimi modus multis exploditur. p.338. Seminis procreatio non à teſtium facultate, ſed à propria ſpermaticæ partis eſt. p.339. Seminis animationem mallei & ſpontinorum Ariſtotelis exempla non tollunt, & ipſa tolluntur. p.340. Seminis teſtium craſſities vnde. cont.133.p.159. Seminis à toto prouentui conferentia. cont.135.& ſeq. p.164. Seminis animati partium inſtaurantium ſtatus, conditioneſque iuxta inſtaurandas partes, & ante eiaculandi, & deſcenſus tempus. cont.118.119. p.147.148. Seminis animati inſtaurandi nodus. cont.124.129.p.150.152. Seminis motus, & iter à toto in coitu.cont.139. p.166. Seminis à toto deſcenſus, via &c.cont.132.& ſeq.p.158.ad 168. Seminis à toto prolabentis, cur pudendorum ſemen vltimo loco & in eiaculationis actu, ac fine egrediatur. cōt.142. p.168.169. Seminis animati eiaculati in vtero partium ordo, & collectio. cōt. 143.p.170. Seminis genitalium vnius noctis ex coitibus corpus emaciari nequit, ſed ex ſemine à toto euacuato maximè. cont.151.152. p.181.182. 183. Seminis in eiaculatione à toto qui motus ſenſus.cont.176.p.204. Seminis ad eiaculationem neceſſaria actio. p.175.204. Seminis in eiaculationis tempore motus veluti cōuulſiuus. cont. 176.p.205. Seminis in emiſſione vitales ſpiritus non effunduntur.cont.180. p.207. Seminis ex euacuatione à toto languor, & emaciatio corporis, &c.cōt. 181. p.208.209. Seminis plures ac plurimas guttulas plurimos progignere fetus vanitas eſt. p.212. Seminis à toto prolapſi modus monſtratur.p.338. Seminis innatum calidum, quia ſeminis, quia hominis eſt, non eſt ſemen, ſed ſeminis & hominis temperamentū extat. p.340. Seminum partium exiſtentia colligitur. cont.103. p.169.

Sericei vermis generatio alia à Papilionis,

& Au-

& Aurelię. cont.65. p.92.
Similitudines indiuiduales vnde. cont. 110. p.138.
Species rerum in ſenſibus internis ſeu eorum in inſtrumentis quando reales, & quando fictę. cont.220. p.273.
Species videntur, & quin etiam ſpecies per ſpecies. cont.233. p.283.284.
Species ſtigmatum dum concipitur præſentes ſunt & ſemper & continuè. cont. 234. p.285.
Species materię ſtigmatum quia continuatur in ſenſibus ſui præſentia non abſumitur in tranſitu ad fętum. cont. 234. p.285.
Spiritus qui in coitu effunduntur excernantur. cont.150. p.180. Spiritus naturales teſtium non adeò in motu veloces & vitales, & quam ob rem. cont. 133. pag.159. Spiritus gignitiuus non datur. cont. 150. p.180. Spiritus non trahuntur à teſtibus. cont.144. 160. p.172. 189. Spiritus non animatus à teſtibus, nec alio modo. ibid. Spiritus animati, gigniturі implantatio quę in fęmine, teſtibus, chalazis. cont.146. p. 176. Spiritus vitales, animales coitus tempore ad vaſa & teſtes non confluũt. cont.147. p.177. Spiritus vtilitates, & ſimul vanitates. cont.169. p.199. 200. Spiritus & ſanguis non faciunt ad ſimilitudines fętus præſtandas. cont. 18. p.338. Spiritus quo modo à proprijs fontibus, & ad eoſdem acceſſus & receſſus. cont.173. p.202. Spiritus inſitus quid ſit, qua ex materia, quo modo, vbi, quam ob rem, à quo fiat, quo loci reſideat, quo modo animetur, nutriatur neſcitur, quia commentum. p. 359. Spiritus & ſanguinis nec generare, nec regenerare eſt. p.339. Spiritus facultates non deferunt. Illas quo modo iuuent. p.359. Spiritus vitalis ortus non ex aere & ſanguine. p.359. Spiritus inſiti implicantia quamplurima. p. 360. 361. 362. Spiritus animales non ex influenti & calido temperamento fiunt: & quo modo. cont.32. p.378. Spiritus cur non expelluntur ab arterijs, vt fuligines. cont.6. p.390. Spiritus vitales ex ſanguine & aere non fiunt. cont.34. p.401. Spiritus vitales à quibus fiant. p.417. Spiritus ortus, vnde, & quam ob rem. cont. 1. p.388.
Spirituum complicatum humidum originarium non datur. p.360.
Spirituum genitalium in coitu motus & iter. cont.138. p.166. Spirituũ trium vnio, locus, ſpecies, &c. ridicula omnia. cont. 144. pag.170.173.174. alia ſimilia. cont.145. p.175. Spirituum in corpore motus acceſſus & receſſus. cont. 173. p.202. Spirituum progignentium ridicula. cont. 158. 169.170. p.198. Spirituum vitalium procreationis, & diſtributionis modus. p.420. Spirituum ad generationem conditiones, & ad embryonem acceſſus quo modo fiat. cont.94. p.445.
Splenis neceſſitas & præſtans munus. p. 416.
Spinę & capreoli Mundinum & ſequaces ligant, & pungunt. cont.29. p.51.
Spongia ſpermaticæ parti ſimilis. exemplum cum mamma. cont. 130. p.154. 155.
Stigmata animato fęmini à toto prouentu adnaſcuntur. cont.236. p.286. Stigmata quando & ex quibus fiunt. cont. 220. 221. p.273. Stigmata fraga, ceraſum, morum, &c. ex quo alimento noſtro in corpore nutriuntur. cont. 124. p.276. Stigmata viuunt, & ſuas indiuiduales proprietates ſeruant. cont.

225.

225. p.277. cont.226. p.278. Stigmata in conceptionis actu progignuntur. Stigmata non imaginationis ope, ab imaginationeue fieri demonſtratur.cont. 233.p.284. Stigmata ad producenda & celanda fundamenta & conditiones. cont.220. p.273.
Stigmatum materia non poteſt eſſe ſanguis. cont.221.p.273.274. Stigmatum eſſentialia, natura, & ſpecificæ proprietates. cont.223. p.275. Stigmatum, miræ proprietates. cont.225.p.277. Stigmatum cauſæ.conc.226.278. Stigmatum ſeu de ſtigmatibus pulchra & ſubtilia.cont.228. 229.280. Stigmatum generationis modus ridiculus.cont. 228.229. p.280. 281. Stigmatum pro generatione non ſpiritus faciunt, ſed rerum ſpecies bellè concurrunt. cont.235. p.286. Stigmatum materia demonſtratur. cont.236.p.286. Viæ per quas ſtigmatum ad ſemen ad ſetum perueniunt. cont.235. p.285.
Subtilitates triuialium ingeniorum haud epulæ. cont.69. p.105.
Superfœtationes in brutis cur non facilè à ſciolis obſcruentur,etſi in omnibus plures fœtus gignentibus fiant. cont.42. p.63. Authoritates & exempla plura. ibid.
Sympathiæ & antypatiæ corporum cauſa, & vnde. cont.174.p.203.

T

Temperamentum quod ex innato & influenti tertium ponunt fictitium eſt. cont.32.p.378.
Teſtes nec ſpiritus proprios, nec ſemen à toto recipiunt. cont. 138.p.164.
Teſtes quam ob rem ſeminis plurimum attrabant. cont.146. p.176. Teſtes quando & quo modo corde præſtantiores ſunt. cont.154.p.185.Teſtes elaborato ſemine non aqueo nutriuntur. cont.154. p.184. 185. 186. Teſtes ſemen ſibi generant.cont.155.p.186. Teſtes globulentum globuloſum non procreant. cont.155. p.188. Teſtes qua ſeminis parte nutriantur.cont.115.& ſeq. p.186. Teſtes cauitates habent. cont.169.p.189.Teſtes ſpiritus naturales, vitales, animales nec trahunt, nec trahere poſſunt.cont.144.160.p.171. 172.189. Teſtes ſpiritum animatum non generant. ibid. p.172. Teſtes ſemen generant non craſſum, quod tale in vaſis fit mora & coitus abſtinentia. cont.146. p.176. In Teſtibus nec ſpumæ, nec bullæ, nec ſpiritus diuerſarum ſpecierum extant. cont.157. 160. p. 187.
Teſtium fœminæ ſtructura procreationis cum cauſa quo modo. cont.76. p.114. 115. Teſtium actio in coitu. cont.139. p.166. Teſtium dignitates,& mira attributa à Mundinio. cont.146.p.176. Teſtium & mammarum iſdem finis in fœtus gratiam. cont.153.p.184.
Teſtudines, hirundines, ſerpentes animalis vitam viuere non plantæ haud dubitandum cont.275.466.176. p.500. 501.
Timoris accidentia quas ob cauſas. cont. 153. p.210.

V

Valuularum vſus. cont.149. & ſeq. p.479.
Valuulæ venarum quomodo & quando ſanguinis deſcenſum impediant. cont. 139.p.473.
Vaſa corpus permeantia minima in viuen-

Vaſa

te patent: maxima in mortuo occultantur. cont.34. p.160.
Vaſa ſeminalia excrementis non abundãt. cont.148. p.178.
Vaſa ſeminalia quibus ſpiritibus diſtendantur. cont.147.
Vaſa ſpermatica elaborato ſemine nutriuntur non aqueo. cont.156. p.186.
Vena arterioſa cur amplum foramen obtineat. cont.199. p.510.
Venarum valuulæ quando & quo modo ſanguinis deſcenſum impediant. cont. 132. p.473.
Venæ in ſectione ligatura quid, & quo modo conducat. cont.142. p.473.
Venę meſeraicæ modo ſanguinem deorſum, modo chylum ſurſum aſportant. cont. 170. p.491.
Venæ arterialis & arteriæ venalis in fætu & in lucẽ poſt, munera. cont.192.507
Venę arterialis conſtitutio, munus. cont. 198. p.509.
Venena quandoque diu in corpore latent abſque manifeſta cordis læſione. cont. 166. p.490.
Venæ ſeminales cirſoides qua feminis parte nutriantur. cont.156. p.186.
Veritas præmium & eſca humanæ mentis. cont.12. p.39.
Veritatis vis. cont.100. p.450.
Viæ in viuenti corpore Naturæ notæ nobis ignotæ ſunt. cont.134. & ſeq. p.160. 161. 162.
Viæ à pulmonibus ad renes & veſicam quæ. cont.134. p.162. 163.
Vita fons in primo animalis initio nullus eſt. p.310.
Vitæ conſeruantes fontes qui. ibid.
Vitiligine affecta cutis alimentum trahit, agglutinat, & eo nutritur. cont. 120. p. 148. 149.
Vitiliginis alimentum non perfectè elaboratum eſt. cont.120. p.148.
Vteri muliebris vacuum quantum, &c. cont. 51. p.76.
Vteri & ſcroti ſimilitudo. cont.75. p.113.
Vterus ſeu vteri ſinus læuis non rugoſus, quemadmodum nec illius internum os. cont.54. p.78. 79.
Vterus ſemen non animat. cont.68. p.103.

FINIS.

A01 1460982

Digitized by Google

Digitized by Google

Numero 1.

Errata adnotatis quamplura ſunt ex impreſſorum defectu & incuria: Quæ ſenſum variare ſolùm poſſunt appoſita ſic corrigenda. primus numerus eſt paginæ. ſecundus columnæ.

INſitas correctio inſitus pag.8. colum.1. hac hæc 9.2. ſeſanta ſenſata 12.2. montus motus. ibid. Scola taliſſes tuliſſes ſchola.13.1.14.1.catena centena 14.2. Cenſer Cenſor.17.1.Moreau Moreæ 20.1. intemperationem intemperatiorem 20.1. cybala cymbala 21.1. percluſi perculſi 25.2.iudicabo indicabo 26.1. choronide coronide 26.2. quin cum qui cum 27.2. adamans adamas 29.2. Angelos Anglos. ibid. homines hominis. 30.2. quia qua. 34.1. laudes laudis. 39.1. depreſſiorem depreſſionem. traxemus tranemus. 48.2. intelligis intelliges. ibid. totæ toti. ibid.venas veras.53.1. ſacca ſocco. 54.2. tectum abſque affixæ,tectum abſque aſſixis. 55.1. plantatæ plantulæ. 55.2. dicta dieta. 62.1.ne ve 68.2.deſtracto deſtructo. ibid.præditas præditus.69.1.ſatix ſantin.ibid.implicas in plicas 78.3. partem partim.82.1. medio modio. ibid.æqui equi. 83.2. excuſſione excuſatione. 89.1. non nos. ibid. pariat parcat. 91.1. genio genio. 95.2. fœcundus fœcundas 96. Aquapendentes Aquapendens 98.2.non amplexatam nec fotam non amplexatum nec fotum. 99.2. ſpinis ſpiris 101.1.

Priuſquam ad conſultas tuas nænias,&c. hic incipit contactus 68. Pariſani p.102. in fine. Embrio Embryo 103.2. vaſſano vaſcano ibid. poteſt potes 106.2. Ver vel 107.2. vaporum vaſorum 109.1. obtuſionis obtuſioris 111.2. Quid deerit ſenunis. Quid erit de ſemineis 112.1. accidente accedente 114.1. inconcoctioni inconcoctiori 115.1. ſanciori ſanciri 120.2. ſimiles ſimilis 122.1. & ex 128.1. tuos tuus 128.2. videamua videamus 138.1. nigri nigris 140.2. albè altè 153.2.conſequis conſequi ibid.potis poris 155.1. differentia deferentia 155.2. pariant parcant 159.2. ignorato ignoratos 160.1. habetis hebetis 162.2. differentis deferentis 167.2

Error poſitionis cõtactus.

Adſir &c. pag.181. in principio addendus Tactus Mundini 151. Terentianua Terentianum 181.1. Conſultoris Conſultores 189.2. calidas calidius 190.1. ciparum ceparum 190.1. affirmat affirmas 192.1. bragmatis bregmatis 194. nocti noſti 201.2. vtari vtar. 205.1.dedicatioris delicatioris 211.2. genere generare 215.2. facimus facinus 216.1. diabulis diabolis 216.2.inre iure ibid. Lacertio Laertio ibid. ſtudiat ſtudeat 225.1. inuentum inuectum 226.2. cornua cornea 233.1. felex felix 236.1. intelliget intelligit 236.2.Ariſtotele Ariſtoteli 236.2. aiio alio 242.2. expoſitioni expoſitione 243.2.cultarũ culturam 247.1. illuſionem illuuionem 247.2.foret feret 249.1.fuorem furem ibi.doctiſſimis doctiſſimi 249.2.cõcilio conſilio 251.2.Amatomes Anatomes 253.1.ignoraſſet ignoraſſe 254.1. infallantur infallanter 255. Conſultores Cõſultoris 255.1. vox vos 256.1. mugilos mugiles 256.1. Ego Ergo 257.1.miſellam miſellũ 258.1. ingenuoſiſſime ingenioſiſſime ibid. ad ab 259.1. ſeme ſemen 262.2. excerta exerta 263.1. adiectiſſimus adictiſſimus 264.2.male malo 269.1. totas totus 270.1.chimerizzatas chimirizzatæ 280.1.exempli exemplis 281.2.quia bene quia non bene p.282.1. in luce in lucem 289.2. ob qua ob quæ 289.2. facturam facturum 293.1. excutitu excutitur. 296.1.eaſdem eadem 297.1.notabit natabit 298.2.omnibu omnibus. 301.2.opere operi 302.2.diſcendis dicendis. 303.1. temperamento temperamenta 305.1. communis communi 308.1.authores authoribus 309.1. pars parte ibid. plautæ plantæ 312.1. ta ita 317.1.

Defectus tactus Mũdini.

Num Non 330.1.quum quam 335.1.prędítam præditũ 335.2.ęquo æque 336.1.tantam tantum 338.1. feminia feminea 353.2.habitu halitu 357.1.lenitate leuitate 358.2.abrupto abſumpro 361.1.totam totum 367.1. influmente influente. 370.2.temperatura temperaturam 377.1.hac hoc 378.1.exrecti execti ibid. plenum plexum 378.2.enfundatur infundatur. 381.2. Haruio Harucio 385. agreſſus egreſſus 389.2. faucant foueant 391.1. motum notum 391.2. pulmonem pulmone 393.1. elaborationem elaboratiorem 394.2. arteram arteriam 393.2. primioribus primoribus 395.2. dicendi dicendo 397. mitiales mitrales 398.2. ſimulares ſemilunares 398.2. migebat ningebat 401.2.& ex 402.1.acumioe acumine ibid.2.aſſertior aſſentior 403.2.forẽſicus forinſecus 405.1. quaquam quamquam 405.1.deſtrorũ dextrorſum 405.2. contradictorum contradictoriorum 405.2. recte rectæ 405.2. ibi ſibi 407.2. contracto contractio 408.2. reſpondent reſpondentem 412.2. baſis baſi 414.1.vllis villis 417.1. nicta nictu 419.1. Columbas Columbus 419.2. ſimilunarium ſemilunarium 421.2. refertur reſertũ.422.1. expeditus expeditius 423. amatomicorũ anatomicorũ 425.2.obſluentiũ obſtruentiũ 426.1. præaratum & elabratum præparatus & elaboratus 427.1. reticulo reticuli 427.2. dimetiantur dimetiatur.ibid afferre affert 433.1. pulti pulli 433.2. eſt & ibid. interitus interius 434.2.cõtentus cõtextus 435.1. intereat intererat 456.2.cupiam cupiam 437.2. vniuerſam vniuerſum 439.2. adeptas adeptus 440.1. tantam tantum 441.2. eluceſcant eluceſcat 443.1. perfactis perfectis 444.2. contulto conſulto ibid.deſtruenſes deſtruentes ibid.tam tum 446.2. Eripi Euripi 448.2.condenſant condenſantur 454.1.Galenos Galenus.457.1.membroſum membrorũ. ibid.eaſdem eoſdem.460.1.petcurrẽt percurrẽs.460.2.diſererè deferere.463.2.plobotoma phlobotomia.468.2. pollici pollicis. 472.2. lex ex 474.1. ſanguinis ſanguis. 475.1. venarſi venarum.480.1. deſumo deorſum.ibid. corruptam corruptum. 486.1.carnis canis. 189.1.magnam magnum.493.2.aemo nemo 494.1.ratiocinatus ratiocinatur) 494.1. confirmer confirmet. 503.2. intrinſeco intrinſeco. 511.1. venoſam venam. 511.1. arteriolam arteriam ibid. ſubtiles ſubtile. 512.1. Hiſteris Hyſtericis. 513.2. ſtillantim ſtillatim. 514.1.ſeu ceu. ibid. 2. primas premas. 516.2. capillaris capillari. ibid. iſtæ iſte. 517.2. ignis igni. 518..

Digitized by Google

A01 1460982
Digitized by Google

Digitized by Google

G.49.

Digitized by Google

Digitized by Google